# IO. ANTONII CANNETII, SICVLI, IVRISCONS. CLARISSIMI,

in extrauag. Volentes, Frederici, ac in extrauag. Si aliquem, Iacobi, } Siciliæ Regum,

## ENARRATIONES PERSPICVAE;

*Vnà cum Responsis tribus*

ANGELI PISANELLI, ANTONII VILLANI, ET BARTHOLOMAEI CAMERARII BENEVENTANI, IVRISCONSVLTORVM NEAPOLITANORVM,

*Regni Siciliæ Capitulis admodum conducentibus.*

Quibus omnibus summaria, vt vocant, apposuimus. Cum sententiarum insignium, ac verborum Indice locupletissimo.

Nunc recens hæc omnia in lucem edita.

CVM PRIVILEGIO.





Venetiis, apud Guerræos fratres, & socios. M D LXXVI.

ILL.^MO VIRO

# CAROLO ARAGONIO

## PRINCIPI CASTRIVETERANI, DVCI TERRAE NOVAE,

PRO CATHOLICO, AC INVICTISSIMO REGE, REGNI SICILIAE PRAESIDENTI, &c.

SI QVID vmquam à me libenti animo ſuſceptum eſt, ſi qua in re meæ voluntati morem geſſi, CAROLE ILLVSTRISSIME, nunc certe vici egomet opinionem meam. Cum enim Io. Antonii Cannetii, I.C. celeberrimi, & in Regno Siciliæ Magnæ Regiæ Curiæ olim Iudicis, ſcripta quædam à Cæſare eius filio ad me eſſent allata, lætitia exarſi: nihilq. mihi potius fuit, quàm ut de iis edendis cogitarem. idq. pluribus de cauſſis: & ut ſcriptoris famæ conſulerem; & ut ſtudioſorum utilitati à me ſatisfieret; & uero, ut hoc præcipuè munere me Tibi gratum eſſe oſtenderem. Cum enim plurima ſint tua erga me merita, quid quæſo à me proficiſci poteſt, quod cum iis collatum non infimum eſſe uideatur? Hinc mihi, ne ad te vacuis, ut aiunt, manibus uenirem, gratiſſima fuit hæc occaſio, qua poſſem ingratitudinis crimen uitare, quod tantopere fugiendum eſſe, merito à uiris doctis traditum eſt. Feci igitur libens, ut hæc ſcripta eruditiſſima, ab eruditiſſimo uiro edita, in vulgus ederem; nec priuatis ædibus ea contineri ſinerem, quæ publicè tradita miram legentibus utilitatem afferre poſſent. Hoc ego, animo inſitum, à me diuelli non patiar, qui ſtudioſos iuuare, quantum in me eſt, ſemper cupiam. in eoq. nullis umquam ſumptibus, nullo labori parcendum mihi ſtatui. Tibi uero potiſſimum hæc dicata uoluimus,

cuius &, ut dixi, merita in me exſtant plurima; & auctoritas grauiſſima ſit in hoc Regno, ubi Regis Catholici uicem geris. Tu Carolo V. Tu Philippo filio gratiſſimus ſemper fuiſti, & in omni negotiorum genere acceptiſſimus. Tuç fidei ſemper creditum fuit plurimum. Tibi maxima demandata munera. Nec tamen in ſumma poteſtate (quod ſæpe contingit) humanitatis laude cares. Præcipua ea tua laus eſt, & eo te nomine omnes in ore, amoreq. habent. Quorum in numero ut me numerandum non immerito iudices, efficiam quantum in me erit, & fortaſſe conſequar: tua humanitate fretus.
Panhormi, Kal. Ian. M D L X X V I.

ILL.MAE D. TVAE

Addictiſſimus

Io. Franciſcus Carrara.

# INDEX TVM RERVM, SENTENTIARVMQ. OMNIVM MEMORABILIVM, TVM

*verborum, in hoc volumine sparsim traditorum, miro ordine collectus.*

## A


ABBATIS opinio declaratur. num.60. 149
Abbatis distinctio communiter tenetur. nu. 21. 311
Ablatiui absoluti faciunt conditionem.nu.1. 216
Ablatiuum absolutum importat conditionem. nu.8. 212
Accessione alterius qui utitur, debet cum suis uitijs uti. num.1. 294
Actio omnis habet principium, medium, & finem. num. 26. 318
Actio ad redemptionem feudi comprehenditur in statuto loquente de feudo. nu.3. 30
Actio, quæ competit pupillo ad rem stabilem, non potest alienari sine decreto.nu.22. 114
Actio competens ad rem, si alienatur, argumentum quod non uideatur alienari res.nu.23. 114
Actio personalis ex l. quoties, oritur & non realis. nu. 15.& 16. 143
Actio utilis quòd detur ex datione in solutum, conuincit solum, quòd non est emptio directa.nu.21. 193
Actio directa datur ex uerbis, & mente legis, uel ex mente sola. ibid.nu.22.
Actione de competente ad ipsam rem idem iudicatur, quod de ipsa re.nu.4.fol.30.& nu.15. 122
Actione in competente ad ipsam rem eadem solemnitas requiritur, quæ in ipsa re.ibid.nu.12.
Actionem ad rem ipsam habens, rem habere uidetur, seu fictè rem ipsam habere dicitur. nu.2.& 9.fol.30. & nu.12. 112
Actionem personalē remittere, non est rem ipsam alienare. nu.6. 111
Actus nullus confirmatus, est nouus actus.nu.24. 121
Addictio uocatur iudicialis, & non datio in solutum. nu.1. 194
Ademptum quod specialiter non est, censetur stare.nume.6. 197
Aequè dignam, dictio exprimit omnem æqualitatem. num.9. 168
Aequè, dictio, præscribit omnem æqualitatem. 19. 169
Nec ullam patitur obiectionem.ibid.nu.21.
Aequè dignitas in refutatione non requiritur. nu.14. fol. 171
Aequiparatio sufficit circa id, de quo agitur. nume. 8. fol. 197
Aequiparatorum in uno statutum, censetur in æquiparato statutum.nu.2. 153
Aequiparatorum quod excluditur per unum, censetur exclusum per aliud.nu.10. 292
Aequitas non scripta non prçualet rigori scripto. nume.15. 299
Aequitas in societate multum attenditur. nu.20. 218
Agathocles Rex non reliquit Siracusas inermes. nu. 5. fol. 257
Ager, uel aliud quippiam, quod esset in directo dominio, à patronis clientibus non dabatur. nu.10. 2
Agitur ex confirmante & non ex confirmato. num.23. fol. 121
Agnati erant exclusi ex const. Regni, & admittuntur beneficio const. Si aliquem. nu.97. 248
Agnati uocati beneficio const. Si aliquem, possunt reuocare feudum alienatum. nu.10. 290
Agnatio sola consideratur in successione feudi.nu.34. fol. 241
Agnatio per fœminam non conseruatur, nec per uterinum. nu.48. 282
Agnationis conseruandę ratio non procedit, nisi in personis expressis, quando ratio non est expressa in lege, uel statuto, aliàs secus.nu.58.& seq. 283
Agnato subsequēti in gradu datur utilis actio.nu.22. 144
Agnatus hæres nō recuperat feudū alienatū. nu.34.47
Agnatus ante natiuitatem non dicitur. nu.8. 115
Agnatus nullum ius retentum habet in utili dominio. nu.49. 147
Agnatus post nepotem iam esset exclusus, nisi adesset. const. Si aliquem.nu.38. 241
Agnatus proximior ad successionem de iure communi uocatur.num.19. 277
Cui habens integrum ius agnationis, remotior præfertur.ibid.nu.20.
Agnatus in forma mixta reuocat feudum, confecto inuentario.nu.7. 289
Et sic non succedit, nisi sit hæres.ibid. nu.6.
Afflicti opinio falsa.nu.44. 67
Afflicti opinio contra communem.nu. 11. 63
Aflictus decipitur. nu.40. 74
Affl. malè intellexit Andream. ibid.nu.4.


b Affl.

Affl. interpretatio destruit uerba & mentem Andreæ. ibid.num.44.
Afflic. notatur.num. 19.& 21.302.& seq.
Afflic.notatur,quòd malè citauerit Bal.nu.17. 319
Afflic.notatur. nu.26. 351
Alciat.& Grat.loquuntur in diuersis terminis. 244
Alex. decisio consi. 18. vol.5. non conuenit contractui bullæ. num.13. 164
Alex.tenet contra Angelum,& multi sequuntur. nu.2. fol. 178
Alex.consi.52. vol.1. pessimè respondit.nu. 15. 195
Alex.notatur in consi.in causa Sclafani.nu.38. 280
Alex.in consi.88.vol.1. notatur.nu. 10. 11.& seq. 286
Alienandi feuda concessa potestas,est strictè intelligenda. num.12. 29
Alienandi licentia complectitur alienationem, & non diuisionem.ibid. num.13.
Alienandi ex licentia nullum præiudicium paratur domino.num.10. 200
Alienans deducto usufructu, non dicitur integrum feudum alienare.num.13.& seq. 155
Alienante mortuo admittitur sequens in gradu proximior.num.17.& seq. 78
Alienante mortuo resoluitur contractus cum omnibus accessoriis.num.8. 101
Alienante Barone mortuo irritatur alienatio.28. 108
Alienare feudum quis potest, ergo inter descendentes dare nouum modum uiuendi consequentia non ualet.num.1. 124
Alienare feudum potest quis, ac non mutare formam, stant simul.ibid.num.4.
Alienatio reuocatur, ex qua fundatur qui debebat succedere.num.9. 111
Alienatio in clericos, & ecclesiasticas personas, nullatenus etiam sub tali forma fieri potest. ibid. nume. 9. 10. & 11.
Alienatio in proximum successurum citra extrauag. Volentes, ualet. num. 1. 84
Alienatio una & propria in qualibet persona consideratur.num.90. 134
Alienatio simplex quando fit in extraneum, nō dicitur mutari forma. ibid.nu.91.
Alienatio tota non uitiatur, sed retentio usufructus. num.1. 157
Alienatio feudi potentior constitutione vsusfructus. num.16. 158
Alienatio feudorum est prohibita. nu.23. 159
Alienatio proprietatis feudi deducto usufructu,est nulla.ibid. nu. 26.
Alienatio in fœminam fit pro restitu ione dotis. nume. 17. 171
Alienatio feudi an possit fieri in mili em Hierosolymitanum,nu. 1. 187
Alienatio si fiat contra formam extrauag. Volentes, cū expressa licentia Principis,non debetur decima. nume.1. 188
Quę opi.uera est, quamuis contraria seruetur. ibid. nu.2 1.
Alienatio,stante forma, pro re & hæredib. quibuscunque,an possit fieri in clericos.nu.3. 42
Alienatio,& formæ mutatio,atque nouæ legis datio,uetsa sunt.nu.14. 10
Alienatio feudi ideo tenet per cap. Volentes, quia hæres non potest contrauenire facto defuncti.nu. 28.& seq. 213
Alienatio, quæ fit ex contumacia, non firmatur ex c. Volentes.nu.41. 214
Esset enim perabsurdum. ibid.nu.42.
Alienatione prohibita,an prohibeatur successio,dubinum. 1. 184
Alienatione permissa, censetur permissa communio. nu.2.& 3. & fol.33.
Alienatione prohibita, non est uerum absolutè, quòd censeatur prohibita præscriptio,& est deceptio in ta li argumento. num.8.9.& 10. 24
Alienationem, & non communionem,quæ est diuisio, Extrauag. Volentes,permitti.nu.10. & 11. 34
Alienationem rerum suarum,non esse liberam,iniquū est. nu.3. 106
Alienationem necessatiam potest negari iudicialem esse. num. 13. 194
Alienationis resolutio, mortuo aliente non fit ex impotentia legis, sed ui pacti, & prouidentiæ Principis. num.20. 6
Alienationis permissio per extrauag. Volentes, quouis modo,ergo per substitutiones. num.85. 134
Alienationis prohibitio in testamento,impedit translationem dominij. num. 14. 143
Alienos quis suis non præsumitur nelle præponere. numero 8. 345
Allaudia cum feudis in Regno nullum commercium habent.nu.73. 131
Allegationes antiquorum in causa Vicari, sunt neniæ. num.39. 48
Alternatiua posita inter plures casus, præscribit idem. num.35. 241
Alternatiua est posita inter parentes, & non inter successores.num.70.& 72. 245
Amita, & matertera, & patruus sunt collaterales. nume.2 1. 298
Amita, & matertera sunt in potiori gradu, quàm nepotes.num.8. 307
Amittere feuda, & habere res abiectas,nemo iudicabit non esse interesse. num.7. 102
Amittere res maiorum propter affectionem,damnum est.nu.8. 103
Amittere feudum ob res mobiles,forsan & abiectas,nō est leue damnum.ibid.nu.10.
Amor nullus uincit paternum.nu.5. 314
And.de Isernia examinatur opin.nu.1. 304
And.tenet feudum sub forma, pro hæredib.& descendentibus esse hæreditarium.nu.6. 49
And.sub tali tenore determinat esse feudū pacti & prouidentiæ Principis.nu.16. 50
And.nil dicit de forma copulata & mixta.nu.33.& 34. fol. 52
And.uerba corrupta.ibid.nu.35.
And. asserit tenere sub clausula pro hæred. & successoribus ita quòd uiuatur iure Francorum,esse feudum hæreditarium.nu.9. 54
And.tenet,quòd feudū sub tali tenore, fit pacti & prouidentiæ Princip.nu.38. 57

And. uerba sunt clara, & non indigent interpretatione. num.43. 74
And.mens, dum tractat, quando concedens respicit merita patris, uel filiorum. nu.6. 83
And.opin.in constit. Comitibus, malè intellecta à Petro Gregorio. nu.4.5. & 6. 91
And.intellectus ad constit.in aliquibus. nu.8. 93
And.opi.communis, & secundum eam iudicandum. nume. 13. 105
And.opi.est, quòd consuetudines feudorum non ligãt, nisi sint rationabiles, & est communiter damnata. num.9.& 10. 106
Quæ in Sicilia sunt receptæ. ibid.num.11.
And.opi.in Sicilia non aduersatur, imò fauet. ibid. numero 12.
And. rationes in restrictione formæ non militant. nume.6. 116
And.declaratur in c.1.de eo, qui sib. & hæred. suis. nume.110. 137
And. stante opi. quòd subfeudum non potest alienari absque consensu Baronis, extrauag. Volentes, non procedit, cum non sit sublatus eius consensus. nume.5.& 6. 138
And.est decisio, quòd subfeudum tenetur à Reg.Curia. num.18. 139
And.tenuit quòd pactum de non alienando, nõ afficiat emptorem in Regno, nec transferatur dominium. num.2. 141
And. uidetur astruere, quòd ex l. quoties, datur utilis actio, num.23. 144
Qui tamen non est sibi contrarius.num.seq.Et se ipsum declarat. num. 30.
And.non dicit, quòd ex l. quoties, datur utilis rei uendic. num. 31. fol. 145. quam l. adducit in arg.ibid. num.33.
And. quando non impugnatur, censetur approbatus. num.76. 151
And.opi. declaratio in constit. constitutionem, & in l. imperialem, in princip.de prohib.feu.alie.per Fred. nume.33. 160
And. præcedit in feudis, & excedit alios auctores. nume.16. 163
And. uentilatur opinio, qui dicit in feudo succedi ex contractu. num.5. 216
And.responsio procedit in feudo pacti & prouid. Principis.num.10. 220
And.opin.& Afflic.in const.ut de successionib. declaratur. num.101. 249
And. decisio procedit attenta dispositione constit. Regni. num.16. 250
And.opin.est intelligenda, quib. erat ius quæsitum re. num.31. 253
And.ab opin. non est incõgruum recedere. nu.14. 255
And.declaratur opin. nu.11. 274
And.opin.procedit in successione descendentium. nume.32. 278
And.distinctio uana. num.17. 297
Qui loquitur contra tex.expressum. ibid.num.16.
And.rationes refelluntur. num.11. 305
And.rationes friuolæ.nu.3. 321
And.opin. declaratur in const. vt de successionib, numero 7. 338
And.rectè loquutus est.nu.10. & seq. 233
And.tenet in feudo nouo parentes non succedere. nume.22. 298
And.sibi contrarius. num.3. 312
Et quia prima sua opin.fundatur in æquitate, altera in rigore, non est contrarius. ibid.num.6.
Qui extendit const.Honorem, ad habentem actionẽ ad feudum.ibid.nu.8. 313
Andræas malè loquitur in hac hypothesi. nu. 1. 322
And.mirabilis Doctor, & subtilis disputator. nume.3. fol. 323
Qui non bene prospexit causas restitutionis in integ.ibid.num.4.
Animal non dicitur, nec homo, antequàm nascatur.nu. 12.& 13. 115
Angeli opinio non fauet Afflicto, & in casu suo communiter tenetur.nu.52.& 53. 75
Ang.opi.diuersa ab opin. glo. in l.assiduis. nume. 17. fol. 97
Altera opi.non procederet indistinctè.ibid. nu.18.
Ang.opi.confunditur per tex. in §.fi.in Auth. de trien. & semisse.nu.24. 176
Ang.opi.examinatur in l.sed & si quæsitum, ff.de lib. & posthu.num.1. 178
Ang. nõ dicit eo modo, quo referunt eum Doctores. ibid. num. 5.
Ang.opinio uera. ibid.num. 13.
Aratus Rex Sicionum, laudatur. num.103. 265
Aret.& Socin. notantur. num.18. 287
Argumentatio procedit à simili, & non dissimili. nume.47. 107
Argumentum de toto ad partem ualidissimum.nu.22. fol. 40
Arg. à simili tunc ualet, quando est omnimoda similitudo.num.43. 146
Arg.à simili est ualidissimum.nu.20. 193
Arg.quòd utile per inutile non uitiatur in diuiduis, quãdo utrunque est prohibitum, non consistit. num. 28. fol. 159
Arg.à dissimili, non ualet.nu.33. 166
Arg.a legib.Rom.in feudis non recipitur.nu.15. 297
Arg.ualidum, quòd non est lex, quæ dicat.nu.48. 329
Argumenta Blasci Lanz.non cohærent.nu.16. 89
Argumentum ab æquiparatis non ualet, si æquiparatio non sit generalis. nu.48. 68
Argumentum ab absurdo, ualidissimum.nu.15.fol.89. nu.20.fol.199.nu.9. 212
Argumentum à contrario sensu, ualidissimum.nu.30. fol. 160
Argumentum à contrario sensu non ducitur, cum resultat prauus intellectus.nu.16. 217
Argumentum ab utraque coniunctis, in his est clumbe. uum.8. 274
Argumentum a contrario sensu non sumitur ad correctionem legis. nu.28. 278
Nec ualet ad correctionem legum. nu.37. 280
Articulus de dote confessata, ualde dubius. nume. 9. fol. 96
Ascendentes succedunt in feudo secundum opin.Blasci Lanz.nu.1. 29

Qui in feudo antiquo non sunt propriè collaterales. nu.20. 297
Ascendentium, & descendentium par ratio. nume.57. fol. 283
Assensus Regius debet intelligi, prout ius intelligit. num.19. 341
Auctor comprobat opinionem Blasci Lanz. num. 21. & 22. 87
Auctoritates Doctorum nostri temporis sunt probabiles,& non necessariæ. nu.4. & 5. 23
Aut dictio, posita inter personas, in quibus cadit ordo proximitatis, denotat quandam disiunctiuam subordinatam.nu.15. 340
Auth.res,quæ, C.commu.deleg.probat restitutionem dotis esse onus feudi. nu.8. 88
Auth.cessante, non procedit in feudis.nu.11. 292
Cuius intellectum uide nu. 12. ibid.
Axioma est falsum, quòd ex dispositione c. Volentes, feuda transeant ad hæredes. nu.23. 213

## B

BALDVS tenet dispositionem c.1.an agnatus,non procedere in forma pro te,& liberis.nu.3. fol. 103. Cuius distinctio recitatur. nu.2.
Con... opinionem obstrepit, quòd ille tex. attenta Baldi opinione, nunquam procederet. numero 4.
Bal.opinio examinatur.num.39. 145
Bal. reprobatur ab Aret. quòd pactum de non alienando inducat manus iniectionem. ibid.num.40.
Bal.quæstio diuersa à quæstione And. nu.80. 152
Bal.& Blasci opin.procederet respectu domini, & non agnatorum. num.83.& 84. 153
Bal. declaratur in l. si cum dotem, C. de iure dot. nume. 12. 190
Bal.non dicit illud, ad quod allegatur. num. 16. 228
Bal.opin.in c.1.de prohib.feu.alie.per Fred.magis cōmunis.num.18.cod.
Eiusdem communis opin.procedit,nisi concurrat duplex uitium. ibid. nu.19. & 20.
Bal.non sibi contrarius in l.cum antiquiorib.C.de iure deliber. num.6. 269
Bal.in consi.275.vol.2.notatur. num.36. 279
Bal.declaratur opin.in l.maximum uitium. num. 13. fol. 295
Barbatiæ reprehenditur opinio. nume. 21. 22. & seq. fol. 228
Baro uerbum,in genere acceptum,complectitur Comites,Barones,& nobiles.nu.3. 204
Baro uerbum uon est Latinum. nu. 7. 205
Baro uerbum,est nomen iuris. ibid. num.8.
Baro uerbum,in toto corpore iuris non reperitur.ibid. num.9.
Baro est inferior Comite. ibid. nu.12.
Baro uerbum in sua specie est minus Comite. ibid.numero 14.
Baro uerbum, in genere complectitur superiores. ibid. num.17.
Baro an possit mutare formam successionis ab intestato,basis quæstionis.num.63. 130
Baro non potest disponere de feudo pacti & prouidentiæ Principis, etiam ad ualorem unius candelæ. nume.17. 94
Baro præsumitur restrinxisse formam fauore filiorum, & agnatorum & Principis.nu.7. 116
Baro uerbum, comprehendit Reges & alios excellentes. nu.13. 205
Baro pro oneribus feudi, potest feudum alienare. nume.4. 95
Baro & si potest de feudo disponere, nou ta men alia lege.nu.3. 124
Baro est,qui est inuestitus de aliqua Baronia.nu.6. fol. 205. & nu.15.
Barones non possunt infeudare, nisi ex accidentib. nume.4. 210
Baronia indiuidua, & alienabilis. nu.35. 66
Baronia est,quæ habet inter nobiles quandam præeminentiam.nu.16. 205
Baroniæ magnæ intelliguntur illæ,quæ comprehenduntur in §. præterea Ducatus, de prohib. feu. alie. per Fred.num.35. 73
Bartoli opinio in l.hæredes.§.cum ita, ad Trebel.procedit ex præsumpta uoluntate defuncti. num.30. 73
Bart.doctrina in §.Flauius, est controuersi iuris,& non procedit in isto casu. num.21.& 22. 81
Bart.doctrina in §.fin autem. in sæuissimo,solu. matri. communiter reprobatur. nu.18. 94
Bart.declaratur in §. quod si liberi.l.ut iurisiurandi, de oper.liber. nu.109. 137
Bart.in l.qui usumfructum, ff.de verb. oblig.non dicit illud, ad quod allegatur. num.5. 155
Bar.declaratur opinio in auth.qui rem,C.de sacros.eccles.nu.12. 158
Bart.in l.si.ff.de concub.non dicit illud,ad quod allegatur. num.29. 177
Bart.in consi.120.declaratur. ibid.nu.30.
Bastardus etiam legitimatus simpliciter, est infamis. num.5. 173
Beneficia Principum debent intelligi sine alterius iniuria.num.15. 77
Bernardi de Medico recensetur opinio. num.1. 334
Blasci opin. contra c.si aliquem. nu.5. 274
Blasci Lanz.opin.uera.nu.47. 329
Blasci opinio non est vera.nu.19. 94
Blasci opinio potest substineri in casu, in quo non loquitur ipse.ibid. nu.20.
Blasci friuola ratio.nu.9. 100
Blasci recitatur distinctio.nu.6.fol.103.quæ tamen falsa est, nu. 7.& 8.
Blasci opi.mala.nu.15. 139
Blasci assertio falsa, quod Docto.communiter tenent contra Andr.nu.81. 152
Blasci opinio tanquam uera, tenenda est. nume. 14. fol. 190
Blasci opi.quòd debeatur decima, seruatur in Regno. nu.5. 194
Blasci Lanz. reprehenditur opin.num.42. 242
Eiusdem decisiones nil faciunt ad hanc hypotesim. nu.72. 245

Blascus

Blaſcus tenet, quòd non poteſt feudum alienari ex extrauag. Volentes, retento uſufructu. nu. 3. & 4. 155
Blaſc. malè tuetur ſuam opinionem. nu. 27. 165
Blaſc. obſurduit ad rationem Io. Aloyſij. nume. 18. folio 186
Blaſc. tenet deberi decimam ex datione in ſolutum iudiciali, ſuffultus ſolum extrauag. Volentes. nume. 3. & 4. 194
Blaſcus, & alii inutiliter tractant, quomodo capitur dictio, uſque. num. 6. 233
Blaſc. Lanz. in utraque quæſtione peſſimè decidit. numero 10. 274
Blaſc. Lanz. notatur. nu. 5. 285
Blaſc. Lanz. inſurgit contra And. ſed leuib. telis. numero 4. 321
Bolognetti opinio non uera. nu. 48. & 49. 74
Boniornus doctiſsimus. nu. 28. 65
Boniornus intellexit, quòd feudum dignitatis in præiudicium agnatorum alienari poſſit. nu. 41. & 42. 67
Bona dicuntur à beando, & beatum eſt prodeſſe. numero 33. 23
Bona ſubiecta reſtitutioni ſecundùm illa, quæ ueniunt à linea aſcendenti. num. 8. 326
Bona dicuntur ultimi decedentis. nu. 45. 329
Bonis ſuper propriis cum conſtituitur cum conſenſu Principis non poteſt conueniri, etiam per primum conſtituentem. nu. 6. 268
Bonorum in generali obligatione non comprehenduntur feuda. nu. 1. 20
Bonorum appellatione non ueniunt feuda, ſed contrarium eſt uerius. nu. 31. & 32. fol. 22. & 23
Bonorum in confiſcatione non ueniuut feuda. numero 17. 213
Budæi opinio refellitur. num. 7. & 8. 2

# C

CAMERARII obſeruatio protinus futilis. num. 16. 222
Tex. quos adducit, nil protinus faciunt. ibid. num. 17.
Camerarij opinio in l. Imperialem, de prohib. feu. alie. per Fred. quòd non ſit ſublata, non diſcutitur. numero 2. 23
Camerarius & Gerardus Alliata, octo iura conſiderāt, quæ permittebant, uel non permittebant alienationem feudorum. nu. 6. 5
Capillus uerbum, ſecundum And. eſt uerbum Longobardum. nu. 1. 305
Quod uerè eſt Latinum. ibid. nu. 2.
Cap. 1. an agnat. diſpoſitio non procedit, niſi in tenore inueſtituræ merè pacti & prouidentiæ Principis. num. 10. 104
Cap. Titius, an extendatur, ſi uenditur ius luendi feudi. num. 1. 111
Cap. Titius, irrationabile. ibid. nu. 2.
Cap. Titius, diſpoſitio habet locum in uenditione iuris luendi. nu. 11. 112
Cap. Titius, an uendicet ſibi locum in nondum natis. num. 1. 114
Cap. Titius, præſupponit quòd admittatur filius, niſi per annū tacuerit, uel conſenſerit, & utroque carent infans. ibid. nu. 3.
Cap. Titius, nil præſupponit in admisſione filii ad recuperandum. ibid. nu. 4.
Cap. Titius ſi de feud. fue. controu. inter dom. & agnat. an habet locum in Regno. nu. 1. 106
Cap. Titius, diſpoſitio odioſa, & irrationabilis. ibid. nu. 2. Imo fauorabilis & rationabilis. nu. 13. & 14. 15. & 16. 107
Et in Regno nunquam recepta. ibid. nu. 4.
Item in Regno correctum. ibid. nu. 5.
Cap. Titius. deciſio tenenda eſt. ibid. nu. 6.
Cap. Titius diſpoſitio non eſt contra l. dudum, C. de contrah. emp. nu. 24. 108
Cap. Titius loquens, de filiis, an extendatur ad nepotes. nu. 1. 109
Cap. Volentes, dat formam, & modum, & promisſionem tantum alienandi. nu. 27. 213
Cap. 1. de alien. feu. pat. non comprehendit feudum hæreditarium, quando alienatur ualidè. numero 30. fol. 214
Cap. Volentes, non æquat formam, pro te & hæredib. à formis feudorum degenerantium. nu. 32. eo.
Cap. Volentes, non comprehendit alienationem ex contumacia. nu. 36. 37. & ſeq. eod.
Cuius diſpoſitio non operatur ab inteſtato. numero 33. ibid.
Cap. Volentes, permittit alienationem integri feudi in utranque perſonam æquè dignam. num. 44. 215
Cap. tanta, diſpoſitio non porrigitur ad ſucceſsionem. nu. 5. 174
Cap. Volentes, diſpoſitio tota in fauorem Baronum. nu. 46. 215
Cap. Volentes, quòd non ſeruiat de uento, quomodo intelligatur. nu. 5. 54
Cap. Volentes fauorabile, & latè debet interpretari. nume. 30. & 31. 66
Cap. Papæ Honorij paucis additis, fuit redactum in conſt. ſi aliquem. nu. 16. 299
Cap. ſi aliquem, non loquitur niſi de feudis & ſubfeudis, quæ tenentur in Regia Curia. nu. 1. 210
Cap. ſi aliquem, intelligendum, niſi forma repugnet. nu. 3. 344
Quod procedit etiam in expreſſa clauſula iuris Francorum. ibid. nu. 17. 347
Cap. ſi aliquem, inducitur ſucceſsio ab inteſtato primo geniti. nu. 2. 41
Cap. ſi aliquem, indiſtinctè debet intelligi ſub quacunque forma. ibid. nu. 8.
Cap. ſi aliquem, procedit ab inteſtato. nu. 7. fol. 45. & nu. 25. 72
Cap. ſi aliquem, tempore non erat cognita ſucceſsio feudorum ex teſtamento. nu. 26. 72
Cap. Si aliquem, non alterat formas. ibid. nu. 27.
Cap. ſi aliquem, uocatur proximior & hæres. fol. 77. fol. 132
Cardinalis Pariſ. deuiat à ueris terminis feudalibus. nu. 16. 46
Cardin. Paris. decipitur ſuo enthymemate. ibid. nume. 18.

Card. Parif. cõfundit terminos feudi hæreditarij, & degenerantis. ibid. num. 21.
Quam materiam pesfimè intellexit, nec intellexit terminos. ibid. nu. 24.
Cardinalis Parif. ofcitanter locutus. nu. 7. 173
Caftitatem feruare non eft cuilibet facile. nu. 10. 324
Cafus dubii relinquitur interpretationi cõfuetudinis. nu. 80. & 81. 132
Cafus omiffus remanet in difpofitione iuris communis. nu. 6. 326
Caufa exprocemio cenfetur impulfiua ftantib. uerbis legis. nu. 6. 8
Caufa originalis non attenditur, fed accidentalis, & fubnixa. nu. 56. 59
Caufa in fine cap. impulfiua, & non finalis. nu. 34. 224
Caufa iufta in Principe, eft eius uoluntas. nu. 67. 263
Caufa nulla poteft fuboriri, ut tollatur aliquid à natura. nu. 97. 265
Caufæ, quæ conueniunt radici, conueniunt & effectui. nu. 32. 224
Christvs Iesvs uerus Princeps, uocauit fe Paftorem bonum. nu. 11. 259
Ciceronis uerba clara, quæ abijciunt omnem dubitationem. num. 29. 240
Cyrus dicebat Principem eligendum, qui effet melior cunctis. nu. 19. 259
Eiufdem fcitum refponfum. ibid. nu. 20.
Ciuium amor munimentum eft inexpugnabile. numero 26. 260
Clericatus amittere facit feudum prius quæfitum, quãto magis impedit acquirendum. nu. 19. 186
Clerici & ecclefia in feudo, quod debet fidelitatem, fortius non fuccedunt. nu. 13. 185
Clerici primæ tonfuræ non excluduntur à fuccesfione feudi. nu. 27. 186
Clerici, & ecclefia in feudo non recto, fed cenfuali fuccedunt. nu. 3. 184
Clericus penitus inhabilis, & incapax feudi. nu. 14. 43
Clericus non poteft feruire per fubftitutum. numero 21. 44
Clericus & ecclefia regulariter non fuccedunt in feudo. nu. 2. 184
Clericus in facris & ecclefia, quòd non fuccedunt in feudo in Regno, femper fuit feruatum. ibid. nu. 5.
Clericus, & monachus funt feudorum incapaces. numero 2. 220
Clauf. iuris Francorum, fi adijciatur poft uerbum, hæredibus, non fit interpretatio ut corrigantur præcedentia. nu. 11. 55
Quæ clauf. non debet referri ad difpofita. ibi. nu. 12.
Clauf. iur. Francorum quò ad primogenitum idem operatur, quod clauf. defcendentes ad agnatos. ibid. nu mero 16.
Clauf. iur. Franc. defignat ordinem fuccedendi. ibid. num. 17.
Non ftringit formam. nu. 18.
Et defignat ordinem fuccedendi, ut in quem tranfit, feruet talem ordinem. ibi. num. 19. & 20.
Nec immutat naturam feudi hæreditarij. ibid. numero 21.
Nec reftringit tenorem inueftituræ, fed dat modum uiuendi, & circa fuccesfionem. ibid. nume. 22. & num. 23. 56
Claufula iuris Francorum nil aliud importat, nifi quòd feudum referatur primogenito. nu. 29. 56
Et comprehendit defcendentes, & in Regno etiam tranfuerfales. ibid. nu. 3.
Clauf. iur. Francorum ftringit in tantum, quòd complectitur folos hæredes fanguinis. Cuius nemo audet in Regno contrarium difputare. nu. 40. & 41. 57
Clauf. iur. Francorum, quòd procedat ab inteftato, eft merum fomnium. nu. 58. 59
Clauf. iur. Francorum reftringit generalitatem uerbi, hæredibus. num. 75. & 76. 61
Clauf. iur. Francorum cenfetur annexa in dignitatibus feudalibus, etiam quòd non fit expreffum. nu. 12. 63
Clauf. iur. Franc. efficit feudum pacti, & prouidentiæ Principis. nu. 40. 67
Clauf. iuris Francorum uocat fpecificè primogenitos, quia operatur ac fi fpecificè taxatæ fuiffent perfonæ. num. 4. 82
Clauf. faluis iuribus, non operatur in expresfis. nu. 5. & 6. 207
Clauf. iuris Francorum ex ui cenfetur uocatus primogenitus. nu. 6. 267
Cliens qui olim dicebatur, hodie dicitur uaffallus. numero 6. 2
Collaterales in feudo nouo, in Regno fuccedunt. numero 20. 327
Collateralis refpectu primi acquirentis dicitur de defcendentib. num. 21. 327
Collateralium fuccesfio fecundum Regni conftitutiones non excedebat tertium gradum. num. 24. 327
Comes melius feruit, quàm fimplex feudatarius. numero 23. 169
Comitatus erat præcipua dignitas in Regno. nu. 18. 36
Comitatus conceffus in feudum facit effe rem feudalem. nu. 32. 37
Comitatus habet annexam claufulam iuris Francorum. nu. 24. 56
Comitatus, & cæteræ Regales dignitates, habent ab ipfa natura annexam claufulam iuris Francorum. numero 1. 62
Comitatus & cæteræ dignit. Reg. in Regno non funt ut dignitates Regales. nu. 7. 63
Comitatus & cæteræ dig. Rega. non diuiduntur. ibid. num. 8.
Comitatibus, & in Regal. dignit. ipfa natura uiuitur iure Francorum. ibid. nu. 9.
Comitum, & Baronum difcrimen. nu. 11. 205
Commentum uannum, quòd conft. conftitutionem, fit partim declaratoria, & partim noui iuris conftitutoria. num. 75. 246
Communitati nil eft præftantius, quàm leges rectè pofitæ. nu. 32. 260
Compilatores Decr. non femper utebantur uocabulis Latinis. nu. 10. 205
Comprehenfus in inueftitura quòd præferatur proximiori, falfum eft. nu. 37. 241
Concedens quòd intellexerit de aliis primogenitis, quàm defcendentibus, effet abfurdum confiderare. nu. 31. 56

Conce-

Concedens quando intellexit de liberis, intelligitur uerbum, hæredibus. nu. 54. & 55. 59
Concedentis mens, quòd transeat feudum in descendentes in infinitum, sed gradatim. nu. 12. 163
Concedentis talis præsumitur mens, qualis de iure esse debet. ibid. nu. 14.
Conceditur quod alicui ob aliquam preæminentiã, nõ potest in alium transferri. nu. 9. 203
Concessio una ac noua, in persona cuiuslibet censetur. nu. 32. 145
Concessio facta ab ecclesia ultra tertiam generationẽ, non uitiatur in totum. nu. 14. 158
Conditio ut actus indiuiduus, non potest adimpleri pro parte. nu. 15. 318
Conditio potestatiua non retrotrahitur. nu. 7. 180
Conditiones tacitæ ab actu dependent. nu. 6. 180
Conditor Extrauag. Volentes, nunquam tractauit de formis concessionum. nu. 31. 47
Congratulari debent omnes, Reipublicæ Regiæ qui subduntur. nu. 7. 259
Confessio tutoris præiudicat pupillo. num. 5. fol. 95. contra tamen nu. 21.
Confessio mariti præcedente instrumento promissionis, censetur bonæ fidei, maximè quando fit ab alio quàm ab vxore. nu. 6. & 7. 96
Confessio procuratoris cum libera, præiudicat domino. ibid. nu. 8.
Confessio facta de dote ab vxore constante matrimonio, non præiudicat. ibid. nu. 10.
Confirmare est donare & infeudare. nu. 2. 207
Confirmatio Proregis, an operetur ac si esset Regis. ibid. nu. 1.
Confirmatio Proregis ualet, ac si esset facta à Principe. nu. 8. 208
Confiscatio quando non fit ipso iure, feudum non censetur de nouo datum. nu. 2. 118
Confiscatio quando fit ipso iure, Andr. uariauit secundum Affl. ibid. nu. 3.
And. uerè tenuit quòd fit feudum nouum. nu. 4.
Glos. in l. Imperialem, §. insuper, tenet quòd remaneat feudum antiquũ. recensentur qui eam sequuntur. num. 5. 119
Coniecturis non opus est, ubi ueritas apparet. nume. 23. 350
Coniuncti admittuntur eodem ordine. nu. 9. 235
Coniunctio utrinque in feudis non consideratur. nume. 13. 293
Coniunctus minor ætate præfertur non coniuncto. nume. 53. 243
Coniunctus utrinque est proximior. nu. 3. 274
Coniunctus præsumitur scire facta coniuncti. nume. 19. 321
Consanguineos quę possunt latere, nõ procedit in his tex. in l. octaui, ff. unde agn. nu. 21. 322
Consequens qui vult, censetur uelle antecedens. nume. 16. 120
Consensum prętare nõ est uera infeudatio. nu. 6. 207
Consensus ex Extrauag. Volentes, est dispensatio, & non debet extendi, etiam ex maiori ratione. numero. 6. 9
Consensus præstitus per Extrauag. Volentes, resoluitur mortuo alienante in feudis pacti & prouidentiæ Principis. nu. 4. 101
Consensus Principis resoluitur mortuo alienante ibid. nu. 6.
Cõsensus solus cõsideratur in matrimonio. nu. 27. 177
Consensus operatur tantum circa id, de quo agitur. nume. 12. 200
Consensus non extenditur. nu. 15. 201
Consentiens alteri, ius suum perdit. nu. 14. 201
Constitu. consuetudinem, non distinguit formas, ideo intelligenda indistinctè. nu. 2. 25
Constit. consuetudinem prauam, an procedat etiam in actione competente ad feudum. nu. 1. 30
Constit. consuetudinem, procedit etiam in præscriptione usus fructus. ibid. nu. 13.
Constit. fratribus, an loquatur in feudo pacti & prouidentiæ Principis. nu. 7. 31
Consti. si aliquem, non recipit interpretationem a constitutionib. Regni, & consuetudinib. feudorum. nume. 2. 335
Constitutio noua, quæ ampliat ueterem, regulatur secundum ueterem. nu. 8. 339
Const. Frederici, constitutionem, probat c. Si aliquem, procedere etiam in dicta forma pro descendentib. nu. 19. 347
Const. Comitib. loquitur de fratribus, & sororib. nume. 23. 327
Et loquitur in successione descendentium. ibid. nume. 25.
Non debet extendi, ut comprehendat casus non expressos. ibid. nu. 27.
Non est uerum, quòd probet à contrario sensu. ibid. nu. 53. 330
Const. si aliquem, recipit interpretationem a constit. Regni. nu. 33. 328
Const. quam plurimum, non exprimit, nisi de filia, & sorore. nu. 46. 329
Const. ut de successionib. §. filij, loquitur de successione descendentium. nu. 52. 330
Const. ut de successionib. complectitur etiam successiones transuersalium. nu. 4. 303
Const. illa, quę loquitur de exclusione sororis dotatæ, non extenditur ad nepotem. nu. 2. 304
Const. Regni, ut de successionib. considerat tres prærogatiuas. nu. 2. 306
Const. quod non expressit, uidet neglectũ. nu. 11. 307
Const. si aliquem, est fauorabilis, etiam quo ad fœminas. nu. 12. 310
Const. una recipit interpretationem ab alia. nu. 4. 317
Const. Regni excludit simpliciter dotatas. nu. 5. 321
Excludit etiam coniugatas, & dotatas. ibid. nu. 10.
Const. exorbitans non debet euagare, sed restringi. nume. 12. eod.
Cõstit. Volẽtes, loquitur de feudis diuiduis. ibi. n. 13.
Const. Regni restringit successionem transuersalium ad tertium gradum. nu. 16. 233
Const. si aliquem, procedit in feudo antiquo, & nouo. nu. 20. eod.
Quod abrogat omnes constitutiones, & consuetudines in contrarium. nu. 18. ibid.
Constit. si aliquem, fratrem admittit etiam non coniunctum

ctum à latere, unde uenit feudum.nu.2. 234
Const.ut de successionib.loquitur de fratribus tantum. nu.5.eod.
Const.si aliquem,prorogat successiones,nu.10. 235
Const.ut de successionib. per dispositionem fuit decurtata successio transuersalium. nu.3. 237
Const.loquitur de Barone ultimo moriente,& hærede ultimo morientis.nu.12. 238
Const. constitutionem diuæ memoriæ est declaratiua constit.si aliquem,nu.21. 239
Const. si aliquem, uocat fratrem simpliciter, & tollit omnem interpretationem.nu.32. 241
Quæ uocat fratrem,& cæteros agnatos,cum prærogatiua gradus.nu.36. 241
Constit.constitutionem,correcta per Extrauag. Volentes,nu.14. 77
Constit. in aliquib. introducta in fauorem sexus masculini.nu.7. 93
Constit.constitutionem,prohibet diminutionem feudi.nu.24. 165
Constit.constitutionem,correcta, & reuocat hæres, si uenit cum beneficio inuentarij.nu.18. 101
Constit.constitutionem non corrigit c.1.§. sed si libellum.de alie.feu.pat.nu. 22. 159
Const.honorem,habet locum in habente actionem ad feudum.nu.13. 112
Const.si aliquem, fuit prius edita à Papa Honorio.nume.6. 120
Const.si aliquem, non uendicat sibi locum,nisi in feudis,& subfeudis quaternatis. nu.3. 210
Const.loquens de morte, uerificatur tantum in morte naturali.nu.3. 211
Const.si aliquẽ,loquitur existentib.liberis.nu.47. 215
Const.si aliquem,loquitur de feudo paterno,in quo nõ sunt agnati.nu.56. 243
Quæ si uocat uterinum, debet intelligi deficientib. agnatis. nu.60. 244
Ad cuius intellectum frustra disceptatur de lineis. nu.68. 245
Quò ad successiones transuersales corrigit Regni constitutiones, & consuetudines feudorum. nume. 84. 246
Nec recipit interpretationem a constit.correctis.ibi. nu. 85.
Nec considerat lineas, sed gradus tantũ.nu.90. 247
Constit.debet intelligi indistinctè, etiam si sit maior ratio in uno,quàm in alio.nu.74. 245
Constit.si aliquem,sola seruatur forma in successione transuersalium.nu.13. 250
Cuius tempore communis forma erat pro hæredib. de tuo corpore legitimè descend.ibid.nu.8.
Const. nulla in Regno, quæ corrigat consuetudines feudorum. nu.10. 276
Const.uocans proximiorem, cẽsetur uocare illum, qui uerè est proximus.nu.8. 286
Const.si aliquem, non admittit subintrationem.num. 13.eod. & nu.3. 306
Constitutione,si aliquem,stante in Regno,feudum nouum habet agnatos.nu.4. 334
Constitutionem esse partim declaratoriam, partim noui iuris constitutoriam non inconuenit.nu. 59. 243
Constitutiones Regni & §.præterea Ducatus, quamuis loquantur de Comitatu, attamen & si censentur correctæ,non tamen in præiudicium agnatorum.nu. 45.& 46. 68
Constitutiones, & consuetudines feudorum in successione trãsuersalium sunt correctæ per Extrau.Si aliquem.nu.6. 285
Constitutiones Regni in successione transuersalium correctæ.nu.19. 297
Constitutiones Regni poterãt uocare primogenitum, & excludere cæteros à legitima. nu.36. 328
Constitutiones Regni loquuntur de successione descẽdentium.nu.50. 329
Constitutione Regni sunt ius commune in Regno.nume.17. 340
Constitutiones Regni sunt positiuæ, atque a Principe tolli possunt.nu.39. 127
Constitutiones quando uocant certas personas,non potest disponi contra eas.nu.41. 128
Constitutionib. & legib. abrogatis non potest argui. nu.19. 233
Const.fratribus.intellectus.nu.11. 326
Quæ constit. considerat onus iuris communis.ibid. num.13.
Nec habet locum in filia fratris.ibid.nu.14.
Const.si aliquem,dispositio cẽsetur inesse ipso iure omnib.priuilegiis concessis, & concedendis.nu.1. 333
Const. si aliquem, dispositio procedit ab intestato.nume.11. 190
Const.si aliquem, beneficio nemo, nisi sit proximior, admittitur.nu. 41. 242
Const.ob filiorum culpam, intellectus.nu.9. 220
Consuetudine a Gallica ineptum arg.nu.26. 22
Consuetudine stante, quæ uocat proximiores,ex ea uocatur pater.nu.5. 296
Consuetudine potest aliquid introduci cõtra naturam feudorum.nu. 21. 341
Consuetudines & iura feudorum comprehendunt etiã feuda ecclesiarum.nu.3. 183
Consuetudines feudorum ligant ecclesiam.ibid.nu.8.
Consuetudo & forma seruanda,& quicquid agitur contra formam,est nullum. nu.19. 126
Consuetudo illa generalis,quæ deferebat feuda primogenito,non prohibebat alienatione.nu.33.& 34. 37
Consuetudo unius familiæ operatur clausulam iuris Francorum.nu.16. 71
Consuetudo admittens fœminam ad successionem est fauorabilis.nu. 50. 242
Cõsuetudinib.feudorum stantibus,idem est dicere pro hæredib. & pro descendentib. nu.6. 250
Consuetudinib.feudorum inspectis tantum erat dicere, tibi & hæredib.simpliciter, quantum dicere, tibi & hæredib. de tuo corpore legitimè descendentib. nu.3. 338
Conradus fuit inuentor iuris feudorum.nu.6. 4
Contractib.non comprehenditur casus improprius.nume.19. 218
Contractu de subiugatorio non debetur decima stante opinione Blasci & uera, quod decima non debetur, nisi ius de emptione a permutatione.nu.9. 196
Contractu Principis transfertur dominium sine tradi-

tione.nu.71.& 72. 150
Contractus Principis impossibile est quòd sit lex, si nō fiat causa cognita.nu.67. 149
Contractus Principis qnilibet, babet uim legib.nu me. 14. 203
Contractus sunt duo in uno instrumento. nu.8. 158
Contractus emptionis inter contrahentes respectu bonorum, erit contractus subiugatorius. nu.8. 196
Contractus ex conuentione legem accipiunt.nu.2.fol. 249.& nu.1. 256
Contractus naturalia comprehendunt.nu.6. 254
Contractus de natura quæ sunt, etiam si non exprimantur, habentur pro expressis.nu.4. 5
Contractus de natura semper censetur inesse, ni pacto alteretur.ibid. nu.5.
Contractus resolutio non inducit retranslationem dominii.nu.5. 111
Contractus quamuis respiciat seruitia patris, non ex hoc redditur reuocabilis. nu.19. 81
Contractus Principis habet uim legis.nu.10. 142
Sed non absolute. nu.50. 147
Contractus pro accipientib.& hæredib.transit ad hæredes, nulla facta dispositione.36. 145
Contractus ex conuentione legem accipiūt.nu.4. 344
Contrahens ante promulgatam legem, si sciuit, tenetur ad interesse. nu.59. 148
Contrahentes non possunt dare formam feudis, quia spectat ad Principem.nu.23. & seq.fol.10.& nume. 25. 11
Conuentio facta contra statutum, nō tenet.nu.20. 136
Corn.consil.95.interpretatur.nu.18. 319
Correctio itelligitur iuxta terminos legis.nu.26. 223
Correctio iurium non fit, nisi expressis uerbis. nume. 14. 277
Nec per subauditos intellectus inducitur.nume.16. ibid.
Cū agitur de aliquo obligando, pacientia non obest. nu.9. 323
Curia magna nititur doctrinis Doctorum & non Iurisconsul.nu.21. 156
Curtii, & aliorum opinio contra communem, nisi alie natio fieret in fraudem.nu.11.& 12. 101


# D


Damnum fatale non præstat restitutionem in integrum.nu.19. 324
Datio in solutum similis est emptioni. nume.2. 191
Datio in solutum duplex, iudicialis, & extraludicialis. nu.6.eo.
Datio in solutum extraiudicialis in effectu est emptio, & ueditio. nu.12. 192
Specul.dictum potest procedere in necessaria datione in solutum.nu. 13.& 14.ibid.
Datio in solutum fortior a parte, quàm a iudice. nume.17. 195
Decij, & Cranettæ discutitur opinio, qui tenuerunt contrarium.nu.17. 143
Dec.deceptus auctoritate Specul.quam non intellexit nu.18.19.& 20.eo.& seq.
Decima debetur ex eo, quia cap. Volentes, ualidat alienationem. nu.4. 188
Decima in eo casu, quo cap. Volentes, non operatur, non debetur.ibid.nu.5.
Decima de alienatione nulla, non debetur.ibid.nu.6.
Decima debetur ob licentiam præstitam à cap. Volentes.nu.9. 189
Decima an de datione in solutum debeatur.nu.1. 191
Decima duabus de causis soluitur. nu.10. 196
Decima debet solui per emptorem, nisi aliter fiat pactum. nu. 16. 191
Decimæ solutio est ius nouum, inductū ex cap. Volentes.nu. 2. 189
Decimæ solutio omni casu contractus subiugatorii, cessat.nu.14. 196
Decimam soluendi ratio in cap. Volentes, est propter consensum domini.nu.14. 195
Defensio est a natura.nu.99. 265
Quæ consistit in propulsanda iniuria.ibid.nu.104.
Demonstrari ad oculum non potest, nisi corpus feudi. nu.8. 155
Deportati, fratres mendicantes, & similes, non succedunt, quia ius ciuile eis non assistit.nu.18. 175
Deportatus incapax successionis,nu.1. 220
Descendens uerbum, nemo est qui dicit, quòd inuestitura comprehendat hæredem. nu.15. 50
Descendens dicitur ille, qui tenet cursum suum ab eo, ad quem transiuit feudum.nu.15. 238
Descendentes nisi sint hæredes, non possunt aspirare ad dictum feudum, & non possunt contrauenire.nume. 15. 55
Descendentib. ex dictione, prospectum expressè ipsis descendentib.censetur.nu.5. 49
Andr. tenet sub tali forma, feudum esse hæreditarium.ibid.nu.6.
Descendentib.finitis uocantur collaterales. nume.17. fol. 238
Descendentium successione recipitur subintratio.nume.4. 306
Hæc quæstio est dubia.ibid.nu.5.
Descendendum a scripto non est.nu.26. 239
Descriptio Reip. Regiæ.nu.1. 258
Determinatione sub una ueniencia non debent diuerso iure censeri.nu.33. 241
Deus iubet, ne uiuant malefici.nu.84. 263
Dicitur fieri in fraudem, quando communicato consilio fit.nu.7. 178
Dicitur integrum illud, quod est perfectum, & nulla parte diminutum.nu.1. 154
Dictio dummodo, non reddit contractum conditionalem.nu. 1. 188
Dictio dummodo, denotat potius admonitionem, quā conditionem.ibid.nu.2.
Dictio, æquè dignam, exprimit omnem æqualitatem. nu.9. 168
Dictio, ne, non facit conditionem.nu. 41. 146
Dictio uniuersalis includit casus etiam non expressos. nu.6. 226
Nec includit aliàs inhabiles. ibid.nu.10. 227
Dictio, dicta, exprimit sigillatim.nu.8. 305


Dictum

Dictum c.hoc notandū, procedit indistinctè.nu.9. 231
Dies fideicommissi non est aliud, nisi mors naturalis. nu.7. 212
Difficilis responsio, si cap.Volentes.operaretur, sicuti consuetudo Francæi.nu.18. 22
At non est uerum, quòd idem operetur. ibidem. nume. 19.
Diffinitio periculosa.nu.8. 4
Diffinitio, seu descriptio feudi, Ioannis Raynaldi, tenenda.nu.9.ibidem.
Diffinitio non est curanda, cum possit sine ea doceri illud, quod intenditur.nu.3. 209
Diffinitiones in ipsas quis se cōijcere non debet. nu.1. fol. 209
Diffinitiones superuacuæ his, qui cognoscunt rem. nume.2. eod.
Dignitas describitur, quænam sit.nu.1. 168
Dignitas nil aliud est, quam nobilitas.nu.2. eod.
Dignitatis plures sunt gradus.nu.7. 198
Dionysij Tiranni a Platone obiurgatio.nu.27. 260
Discutitur de forma, pro te, hæredib. & successionib. quibuscunque.nu.1. 42
Dispensatio gratiosa non restringitur.nu.58.& 59. 14
Dispensatio legis in fœmina est, ut seruiat per substitutum.nu.11. 185
Dispensatum in clerico non reperitur.nu. 12. 185
Disponere de successione nō spectat ad Papam in aliena iurisdictione.nu.7. 174
Curt.iunior attestatur hanc esse communem opinionem.nu.8. 175
Laurent.Siluan.deridet Curt. attestantem communem opinionem.ibid.nu.9.
Doctores contrarii paralogizant.ibid. nu.10.
Doctorum opiniones in hac specie non sunt aduersæ, sed diuersæ.ibid.nu.11.
Dispositio cap.Volentes, quòd in subiugationibus seruetur, fuit prouisum per Regem. nu.1. 106
Dispositio c.Titius si de feud.fuerit contro.in Regno nunquam recepta.nu.4. 106
Dispositio c. Titius. fauorabilis, & rationabilis.nu.13. 14.15.& 16.eod.& seq.
Dispositio c.Titius.nō est contra l.dudum.nu.24. 108
Dispositio in his intelligitur, si dominus uoluerit.nume.85. 153
Dispositio de fructib.in feudo non ualet, & non suffragatur ista lex, cum legantur fructus feudi.nume.40. fol. 166
Dispositio quælibet regulatur ad limites rationis. nume.29. 224
Dispositio una, & eadem, non debet diuerso iure censeri.nu.21. 232
Dispositio simplex loquens de linea, intelligitur de recta.nu.20. 239
Dispositio debet indistinctè intelligi, etiam si sit maior ratio in uno casu, quàm in alio.nu.24. 239
Dispositio c.Titius.odiosa, & irrationabilis.nu.2. 106
Dispositio c.1.an agnatus, non procedit, nisi in tenere inuestituræ merè pacti, & prouidentiæ.nu.10. 104
Dispositio dubia debet secundum dispositionem successionis ab intestato interpretari. nu.11. 71
Dispositio quælibet debet interpretari, ne contineat repugnantiam. nu.77. 61
Dispositio dicti §.non habet locum in dispositione legis.nu.50. 13
Dispositio dicti §.procedit in actibus reiteratis in una, & eadem persona.nu.51.& 52. eod.
Dispositio dictans expresse, quòd ab intestato succedatur alio ordine, quàm a tradito a c.si aliquem, non tenet.nu.108. 137
Dispositio pœnalis extenditur ex identitate rationis. nu.9. 305
Dispositio in dubio recipit interpretationem a lege de eodem loquente.nu.2. 333
Dispositio quælibet debet interpretari, ut minus quòd fieri possit, lædat ius commune.nu.7. 345
Dispositio c.si aliquem, fauorabilis.nu.20. 348
Dispositione in generali non ueniunt ea, quæ speciali nomine appellantur.nu.7. 35
Dispositiones tot sunt, quot personę.nu.68. 16
Dispositione in qualibet, in qua fit mentio de iure Francorum, in ea censetur uocatus primogenitus. nu.5. fol. 267
Dispositum in vno ex æquiparatis, censetur in alio dispositum.nu.46. 282
Distinctio, quæ fit de dispositione legis, & hominis, non uera. nu.12.13.14.& seq. 227.& seq.
Distinctio Gul.de Pern.non tollit difficultatem.num. 12. 290
Distinctio pulchra, & uera.nu.8. 314
Distingui non debet de iudiciali, & extraiudiciali, cum sit eadem ratio in utroque.nu.11. 194
Doctor non est allegandus, qui non disputat.num. 55 fol. 129
Doctor perfunctoriè loquens, non est allegandus.nu. 72.fol.60.& nu.18. 64
Doctores, qui citantur in contrarium, non tractant quæstionem.nu.6. 173
Doctores in hac hypotesi pugnant Andabatarum more.nu.4. 178
Doctores ex ambiguitate tex. magis ambiguè loquuntur.nu.2. 221
Doctori eximio attestanti ita fuisse practicatum, creditur.nu.17. 36
Doctori non creditur, etiam præcellenti, loquenti sine lege.nu.42. 146
Doctori absque ratione, uel auctoritate non creditur. nu.12. 203
Doctoribus credendum, qui auctoritate, uel ratione certant.nu.54. 69
Doctoris dictum debet intelligi secundum legem, quā allegat.nu.34. 160
Doctoris loquentis perfunctoriè decisio, non est habēda pro auctoritate. nu.12. 103
Doctoris dictum intelligitur secundum leges, quas allegat.nu.16. 201
Doctorum cathalogus, tenentium, quòd etiam primus acquisitor non potest alienare in præiudicium primogeniti.nu.3. 82
Doctorum cathalogus tenentium opinionem, quòd dotis restitutio non sit onus feudi. nu. 18. & 19. 89
Doctorum cathalogus tenentium, quòd teneat refutatio facta remotiori agnato.nu.3. 161

Docto-

Doctorum argumentatio in eo, qui habet facultatem disponendi circa successionem .nu.12. 175
Doctorum cathalogus tenentium ueram opin. nume. 13. 231
Doctorum cathalogus tenentium contra opin. Andr. nu.4. 249
Doctorum opiniones probabiles tantum. nu.29. 278
Doctorum cathalogus tenentium excludi.nu.4. 312
Doherium an sit onus feudi, & deciditur quòd non. nu.1. 97
Doherium, quod constituitur in Regno, non est illud, de quo disponunt Regni cõstitutiones.ibidem nu.2.
Doherium constitutum, & dos promissa & non soluta, an debeatur, & determinatur, quòd sic.nu.1. eod.
Dominium utile, quod est donatum, iam transfertur pleno iure.nu.13. 143
Dominium sine traditione non transfertur.nu.21.144
Dominus consentiens tenetur obseruare omnia, quæ continentur in contractu. nu.21. 202
Dominus non cogitur habere alium uassallum præter suam uoluntatem.nu.9. 34
Dominus si consentit alienationi, non posset reuocare.nu.86. 153
Dominus offenditur, si fit alienatio feudi alio ordine, uia, quàm statuerit.nu.15. 163
Dominus nimis grauaretur, si fieret alienatio feudi in ecclesia.nu.21. 182
Dominus in traditione rei suæ potest sumere pacti.nume.22. eod.
Dominus, & agnatus parificantur.nu.7. 197
Dominus solus per extr. Volentes, admittitur ad recuperandum.nu.15. 199
Dominus in alienatione illicita non admittitur ad redimendum.nu.23.ibid.
Dominus consentiens alienationi feudi nullæ, ipse cẽsetur donare.nu.17. 201
Dominus potest conuenire possessorem feudi.num.3. fol. 206
Domini, & uassalli eadem est ratio.nu.6. 168
Donatio, neque pignus rei propriæ, consistit. num.17. fol. 120
Dos in feudis facti, & prouidentiæ, non præiudicat agnatis.nu.3. 31
Dos de paragio, ratio cur sit onus feudi.nu.13. 89
Dos filiæ primogeniti dotata, an uiuente patre sit onus feudi.nu.1. 91
Dos de paragio est portio in bonis patris, & primogenitus non habebat Baroniam uiuente patre. numero 2. ibidem.
Dos de paragio debetur ut portio in bonis patris. nume. 10. 93
Dos de paragio censetur satisfacta ex promissione.nume.16. 94
Dos confessati, an sit onus feudi in præiudicium agnati.nu.1. 95
Dos de paragio est loco legitimæ.nu.4. 98
Bart. tenet, quòd dos in hoc non sit pura.nu.5.ibid.
Bart. opinio falsa & contra communem.ibid.nu.6.
Dos reintegrato matrimonio, non remanet ut prius. nu.18. 120
Dos non potest esse sine matrimonio.nu.9. 308
Dos non est, si non deseruit onerib. matrimonii. nume.10. 313
Dos de paragio taxatur, sicut legitima.nu.1. 314
Dos de paragio secundum And. loco legitimæ. numero 8. 316
Dos est ius uniuersale.nu.10. 318
Dos debet esse de bonis illius, de cuius successione agitur, ut excludat. nu.2. 320
Dos promissa, & soluta uiro ignorante uxore, an excludat eam à successione feudi.nu.1. 321
Dos de paragio, & uita, & militia, an in successione trãsuersalium debeatur.nu.1. 326
Dos de paragio, & uita, & militia, debentur occasione bonorum, quæ frater maior habet a communi parente.nu.2.eod.
Quæ de iure communi non erat cognita. ibid. nume.4.
Et est onus feudi.ibid.nu.12.
Quæ illis personis debetur, pro quibus potest peti adiutorium. nu.22. 327
Dos de paragio, & uita, & militia fuerunt inuenta per constit. Regni.nu.29. 328
Dos de paragio est portio hæreditatis.nu.55. 330
Dos de paragio, & uita, & militia, ut sit onus feudi, in successione transuersalium, nõ debetur.nu.58. 331
Dos de paragio succedit loco alimentorum, & sumit integrum eius naturam.nu.4. 331
Quæ est portio hæreditatis. nu.9. 332
Et est onus feudi.ibid. nu.10.
Et debetur ex uisceribus feudi.ibid.nu.14.
Dos filiæ spuriæ succedit loco alimentorum. nu.2.331
Quæ non transmittitur ad hæredes.ibid.nu.5.
Et est loco alimentorum, & eius morte sumitur nu.8. 332
Et debetur officio iudicis.ibid.nu. 11.
Nec tangit feudum.ibid. nu.12.
Dotata intelligitur mulier, etiam si sit dos minima.nume.11. 318
Dotata congrue censetur, quæ habet actionem ad cõsequendum integrum.nu.13.eod.
Dotata de bonis patris, censetur dotata a filio, & sic a fratre.nu.16. 302
Dotata non dicitur, quæ solam habet actionem ad dotem.nu.312.
Dotata incongruè, an repellatur a successione. numero 1. 317
Dotata debet intelligi de ea, quæ fuit congruenter dotata. nu. 3. eod.
Dotata dicitur, semel assignata, uel promissa dote.nume.9. 319
Dotata de aliis bonis non excluditur.nu.3. 320
Dote de constituenda, & restituenda, in iure nulla apparet æquiparatio.nu. 17. 89
Dotis nomen in statuto non consideratur respectu matrimonii sed respectu portionis.nu.10. 99
Dotis restitutio sit ne feudi onus.nu.1. 88
Dotis restitutio non apparet determniatum aliqua lege, qnod sit onus feudi. nu.2.ibid.
Dotis restitutio quòd sit onus feudi, communiter tenetur in Regno. ibid. nu.6.
Dotis restitutio quod tam in magna Curia, quam in cõ

sistorio

fistorio Nic. folima afferebat obtinuisse, quòd sit feudi onus,nec And.nec aliquis Feudista dicit.ibid. nu.7.
Dotis restitutionem esse onus feudi, nec Andr.nec aliquis Feudista dicit.ibi.nu.9.
Dotis restitutionē esse onus feudi;nec glo.nec Doctor. in d.auth.res,quæ.probant.ibid.nu.10.
Dotis restitutio si sit onus feudi, absurdum quod resultet.nu.14. 89
Dotis beneficio potest soror non uti.nu.6. 320
Dotis in acquisitione tacens censetur consentire.nu.6. fol. 322
Dotis de paragio uera ratio.nu.57. 330

# E

Ecclesia quid sit.nu.2.3.& 4. 181
Ecclesia arcetur ab acquisitione feudi.nume.5.eod.
Ecclesia, & ecclesiasticæ personæ in feudis non habent priuilegium fori.nu.16.17. 182
Ecclesia,quæ recipit feudum à Rege,efficitur eius subdita respectu feudi. nu.5. 383
Ecclesia,quæ recipit feudum ab Imp.dicitur eius uassalla. nu.6. eod.
Ecclesia, quæ recipit feudum à Rege, tenetur seruare omnia, quæ alii uassalli.nu.7. eod.
Ecclesia semper fuerunt exclusæ a feudo. nu.15. 182
Ecclesiasticæ personæ quæ sunt.nu.6. 181
Ecclesiasticarum personarum appellat. qui comprehendantur.nu.20. 186
Ecclesiasticarum personarum sub nomine qui comprehenduntur, absurdum esset, quòd arcerentur omnes a feudis.nu.26.eod.
Emptorē satis est esse nobilē respectu feudi.nu.14.169
Erubescimus, cum sine lege loquimur.nu.1 L. 93
Etiam, dictio sui natura est extensiua, & implicatiua. nu.24.& seq. 233
Ex, dictio denotat causam immediatam.nu. 54. 243
Exceptio regulatur a materia regulæ. nu.9. 99
Exceptio debet intelligi de illis personis,quæ arceantur a successione feudi.nu. 23. 186
Exclusa a statuto debet congruè dotari,& dos non erit minor legitima.nu.2. 314
Exclusionis causa in nepote cessat.nu.8. 295
Exemplis iudicandum non est,sed legib. nu.44. 281
Exemplum de Apibus,& Gruibus.nu.5. & seq. 259
Existēs in domo patris,cēset magis cōiūcta.nu.5. 306
Expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur.nu me.14. 50
Expressio debet aliquid operari.nu. 19. 51
Expressio eorum,quæ tacitè insunt nihil operatur,fallit illatio.nu.20.eod.
Expressio aliter facta,quam insit,& per alium modum, bene operatur. nu.21.eod.
Expressio in omnibus dispositionib.si potest proficere, operatur,regula est uera.nu.25. eod.
Andr. distinguit istas formas in successione ulterioni.ibid.nu.25.
Neapolitani abnegarunt iniustè coram Andr. ibid. nu.26.
Expressum per consensum alienationi non fit refutatio.nu.7. 200
Extensio ex identitate rationis tunc fit, quando non apparet de mente statuentis in contrarium.nu.17. 190
Extensio fit ex identitate rationis.nu.4. 191
Blascus Lanza non vidit Doctores tenentes contrarium.ibid. nu.5.
Extensio de stricta ad largam significationem fit in statutis.nu.9. eod.
Extensio non dicitur fieri,sed comprehensio.num.60. fol. 283
Extensio non fit de uno casu ad alium in statutis. nume.5. 326
Extrauag. Volentes, permittit feudū alienari.nu.2. 5
Extr. Volentes, an simpliciter, & absolutè permittat nationem feudorum. nu.1. 7
Extr.Volentes,an procedat in unico actu alienationis. nu.1. 9
Quæ non permittit imponere legem feudis,sed alienationem,quæ sunt diuersa.ibid.num.9.
Et est fauorabilis, similiter dispositio testamentaria.nu.47.48.& seq.fol.13.& nu.56. 14
Ext. Volentes, an comprehendat feuda Comitatus.nu me.34.
Semper fuit intellecta, ut comprehendat alienationem Comitatus.nu. 15. 36
Ext. Volentes, nouam naturam dat feudis circa alienationem.nu.1. 38
Quæ non præiudicat inuestituris largis.nu.9. 39
Sed an in tali tenore inuestituræ feudatarius possit diuidere feudum. ibid.nu.10.
Ext.Volentes,procedit indistinctè sub quacunque forma sit feudum. nu.61 L. & 62.fol.59. & seq.
Ext.Volentes, comprehendit feuda dignitatis quo ad dispositionem, ut ualeat alienatio in uita alienantis.nu.5. 70
Extr.Volentes, quamuis permittat disponi de feudis, tamen non contra feudi naturam.nu.24. 126
Quæ innouat, ut non requiratur consensus Principis.ibid.nu.26.
Quæ permittens disponi de feudo,debet intelligi secundum naturam feudi.nu.30. 127
Permittit testari, ergo uocare quem uelit.num. 57. fol. 129
Nec distinguit circa modum alienandi, ergo indistinctè intelligenda.nu.62. 130
Corrigit tex.c.1.in princ.de success.feu.ibid.nu.65.
Introducit consensum Principis.nu.75. 132
Per quam non derogatur const.Regni, & cap. si aliquem,nu.104. 136
Et datur noua natura feudis.nu.106. eod.
Nec per eam conceditur alienari,ut non teneatur ad ea, quæ sunt de natura feudi.nu.107. 137
Extr.Volentes,quamuis loquatur de Comite, comprehendit omnes alias dignitates.nu.1. 153
Quæ permittit alienari feudum, sed integrum.nume.1. 154
Extr.Volentes,non ualidat alienationem feudi absque usufructu.nu. 10. 155
Et permittit feudum integrum tantum alienari. ibid.

Extr. Volentes, recipit interpretationem à iure commu ni. nu. 16. 186
. Quæ non est largè intelligenda in hac parte, ut comprehendat ecclesiasticas personas. ibid. nu. 22.
Extr. Vol. an in solutione decimę uendicet sibi locū in alijs contractibus, præter contractus emptionis, & ueditionis. nu. 189.
Extr. Vol. loquitur de uenditione firma. nu. 21. 199
Extr. Vol. statuit, quòd qui habet feudum alio titulo, quàm emptionis, tenetur infra annum, & mensem præstare iuramentum fidelitatis. nu. 1. 206
Extr. Si aliquem, cum loquatur de fratre, non extenditur ad sororem. nu. 1. 234
In hac parte uidetur irrationabilis. ibid. nu. 4.
Extr. Si aliquē, quòd uocet uterinum deficientib. agnatis, falsum est. nu. 83. 246
Extr. si aliquem, tendit ad correctionem, & ampliatio- const. ut de successionib. nu. 9. 272
Extr. Si aliq. deffert successionem cū prærogatiua gradus. nu. 19. 288
Extr. Si aliq. discernit coniunctos in eodem gradu natu maioris ætatis. nu. 7. 292
Et præfert maiorem natu inter existentes in eodem gradu. ibid. nu. 9.
Extr. Si aliq. nō est extendenda ad ascendētē. nu. 7. 296
Extr. Si aliq. dēt intelligi, nisi forma repugnet. n. 6. 334
Ant. Ramūdett. attestat hāc esse cōem opi. ibid. nu. 7
Quæ opin. non est uera. ibid. nu. 8.
Extrau sg. Volentes, permissio de pignore, intelligitur de nudo. nu. 13. 196
Cuius cessante dispositione dominus non admittitur. nu. 22. 199

# F

FActo quid fieri plus est, quàm uerbis. nume. 14. 120
Fauor, & odium si concurrunt, debet censeri fauorabile. nu. 23. 107
Fauor est ampliandus. nu. 2. 202
Quidam asserunt opinionem, quòd posit cedi) serui in Regno. ibid. nu. 3.
Guido Papæ asseruit contrariam ueram. nu. 4.
Pro ista opin. fuit iudicatum in curia Regis Alfonsi. ibid. num. 5.
Fauor non debet attendi contra rationem. nu. 11. 203
Felloniæ expressa remissio nō operatur feudi remissionem. nu. 27. 122
Ferè, dictio denotat improprietatem. nu. 10. 212
Feuda cognita fuisse a Romanis tenētes, dānant. nu. 5. 2
Feuda non fuisse cognita a Romanis, & quot argumentis id demonstretur. nu. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. & 44. 3. & seq.
Feuda sunt redacta circa alienationem ad instar allaudialium. nu. 43. 13
Feuda nō ueniunt in generali dispositione. nu. 7. fol. 21. & nu. 5. 33
Feuda in Regno non sunt redacta ad instar allaudialium. nu. 25. 22
Feuda an quia per cap. Volentes, sortiuntur nouam naturam, qui possunt alienare, possunt etiam præscribere, etiam spatio uiginti annorum. nu. 3. 23
Feuda quæsita cōstāte matrimonio, an cōicent. nu. 1. 33
Feuda non sunt simpliciter bona uasalli. nu. 6. 33
Feuda dignitatū remanēt sub primæua natura. nu. 2. 34
Feuda in Regno sunt indiuisibilia. nu. 15. 39
Feuda dignitatis, & simplicia manifestè differunt. nume. 22. 65
Feuda dignitatum non transeunt, nisi ad primogenitos. num. 25. eod.
Feuda dignitatis præscripta censentur iuxta naturam ipsorum feudorum. nu. 1. 70
Feuda dignitatum sui natura sunt indiuidua, & primogenitorum. nu. 2. eod.
Feuda, & allaudia nō æquiparantur. nu. 58. 129
Feuda in Regno sunt degenerātia. nu. 67. 68. & 69. 131
Sed non est uerum. ibid.
Feuda hæreditaria in nullo discrepant ab allaudialibus circa alienationem. nu. 35. 145
Feuda in Regno alienabilia sunt. nu. 46. 146
Feuda, & fideicommissa æquiparantur circa successionem. nu. 10. 162
Feuda si subiugātur iuxta formam bullę, an requiratur consensus Principis. nu. 2. 164
Feuda dignitatis non possunt diuidi, sed bene administratio. nu. 4. 164
Feuda sola quaternata tenentur in capite a Regia Curia. nu. 2. 210
Feuda degenerātia trāseūt ad extraneos hęredes. n. 18. 213
Feuda i Regno sunt ad instar allaudialium. nu. 20. eod.
Feuda degenerantia, quamuis uenirent in confiscatione bonorum, at non uenirent feuda hæreditaria in Regno. nu. 21. & seq. eod.
Feuda merè hæreditaria non transeunt ad hæredes extraneos. nu. 31. 214
Feuda indiuidua in Regno. nu. 16. 220
Feuda & fideicommissa æquiparantur. nu. 18. 251
Feudatarii nō dicunt simpliciter milites. nu. 24. & 25. 3
Feudatarij possident feuda in Regno sub dispositione cap. Si aliquem. nu. 16. 10
Feudatarii quamuis possint alienare feuda uigore cap. Volentes, non possunt tamen mutare formā, & tollere ius uenientibus ab intestato. nu. 30. & 31. 11
Feudatarius i uita dr hēre liberā administrationē. n. 3. 95
Feudatarius remittit absq; assensu Regis iura sua ad feudum ualidè. nu. 8. 112
Feudatarius potest facere plures gradus substitutionis. nu. 47. 128
Feudatarius nō pōt imponere seruitutē feudo. n. 16. 165
Feudatarius quid si submonitus fraudauit, ad quid tenetur. nu. 3. 256
Neapolis in Regno fuit constitutū teneri pœna quadrupli. ibid. nu. 4.
Feudi substantia est res, siue prædium. num. 11. 2
Refellūtur adductæ similitudines. ibid. nu. 12. & 13.
Feudi natura quid sit. nu. 3. 5
Feudi forma, & lex differunt. num. 20. 10
Feudi permittitur alienatio ex cap. Volentes, secundum formam, & naturā feudi, quia non potest immutari. nu. 33. 34. 35. & 36. 11. & seq.
Feudi forma, & lex feudi, non differunt. nu. 73. 17
Non obst. decisiones adductæ per Fimism, nam responsio adest. ibid. nu. 74. 75. & 76. eod. & seq.
Auctoritas probat oppositum. ibid. nu. 77.
Feudi natura explicatur. nu. 13. 63

Feudi a natura, data a Principe nō ē recedēdū.n.38.127
Feudi natura in Regno est, ꝙ possit alienari.nu.66.130
Feudi in datione ī Regno si sit appositū pactū de nō alienādo, an facta alienatione trāsferaſ dominiū.n.1.141
Feudi quota est pars determinata, uocatur vulgò Marchatum.nu.2. 154
Feudi ex alienatione, retento usufructu, resultant duo contractus. nu.4. 157
Feudi refutatio facta remotiori agnato ā teneat.n.1.161
Feudi contra legem non fit, si alienatur in unum ex cōprehensis in inuestitura. nu.2. eod.
Feudi fructus subiugati, an sint obligati pro usuris certis.nu.12. 164
Feudi fructus pertinēt ad integritatē feudi.nu.22.165
Feudi fructuū ex vēditione nō ꝯstituiē ius ī re.n.29.eod
Feudi usufruct.non potest alienari.nu.43. 166
Feudi dignitatis, habentis iurisdictionem in fœminam, alienatio non tenet. nu.11. 170
Feudi emptori non currit annus. nu. 3. 206
Feudi cōcessio cēsēt una ī quolibet successore.nu.6.212
Feudi meri pacti & prouidentiæ Principis agnati succedunt citra qualitatem hæreditariam.nu. 10. 217
Feudi forma, pro te & hæredib. & cui uolueris dare sub expresso seruitio, an in eo succedat mutus, uel aliter imperfectus.nu.1. 225
Dicta forma inuestituræ comprehendit etiam extraneos. ibid.nu.2.
Feudi ī successione seruaē illud, qđ ē exp̄ssū. n.86. 247
Feudi in successione nō consideratur persona primi acquirentis, sed ultimi decedentis. nu.15. 126
Feudi in concessione, pro te & hæredib.de tuo corpore, non uenit hæres extraneus. nu.6. 338
Feudis in pacti, & prouidentiæ Principis, quæ licitè alienanē, solus dominus admittiē ad redimēdū.n.16.199
Feudo ī nouo principaľr dn̄s respicit merita p̄ris.n.5.79
Feudo in hæreditario ualet semper alienatio, etiam in præiudicium agnatorum. nu.7. 84
Fendo in antiquo pacti & prouidentiæ Principis, ualet in uita alienantis tantum. nu. 9. eod.
Feudo pro corpore accepto, vsusfr.non est pars eius neque integralis, neq; subiectiua. nu.6. 155
Feudo seruitutē q̄ imponit, nō pōt reuocare.n.30. 165
Feudo in empto fœmina reputaē æquè digna.nu.2.172
Feudo in nouo, & hæreditario agnati non admittuntur ad redimendum.nu.11. 198
Feudo ī hæreditario alienās p̄iudicat hęredi.nu. 14.199
Feudo succeditur iure hæreditario.num.3. 216
Feudo nō succeditur testō, neq; ab intestato. ibid.nu.6.
Feudo in hæreditario etiam agnatus non succedit citra ius, & nomen hæredis. nu. 9. eod.
In quo succedens cum qualitate hæreditaria, nō erit tamen hæres in feudo.nu.11. 217
Feudo in hæreditario, stante c. Volentes, aliter est respōdendum. nu.11. 220
Feudo regulariter succediē ultimo morieñti. nu.12. 231
Feudo in auito non succeditur ultimo, sed primo acquirenti.nu.55. 243
Feudo in antiquo quamuis succedatur primo, spectatur proximitas respectu ultimi.nu.81. & seq. 246
Feudo aucto non augetur seruitium. nu. 16. 255
Feudorum ius incognitum Romanis.nu.26. & 36. 3
Feudorum ius inuentum Neotericorum. nu.46. 4
Feudorū ius traxisse originē a Lōgobardis.n.1.& 2.eod.
Connanus asserit a Gallis. ibid.nu.3.
Auctor reprobat dictas opiniones. ibid. num.4. & 5.
Feudorum natura per cap. Volentes, immutatur. nu.14. fol.6. & nu.3. 7
Feudorum naturam cap. Volentes, tantum immutat circa alienationem.nu.24. 22
Feudorum iura dum loquuntur de Comitatu, non contentantur de simplici appellatione feudi. nu. 12.13. & 14. 35. & seq.
Feudorū leges, & cōsuetudines ꝯ clericos valēt.n.24.44
Feudorū natura datur circa successionem.num.47. 68
Feudorū de iure cōi oēs filii succedunt.nu.6. 124
Feudorum natura per c. Volētes, est immutata circa alienationē, ī reliquis retinet propriā naturā.nu.49.129
Feudorū natura ī Regno ab ītestato ē strictiss.n.54.129
Feudorum iure uerbum, hæres, intelligitur de descendentibus.nu.70.71.& 72. 131
Feudorū natura in Regno est, ꝙ alienentur.nu.75. 151
Feudorū ex consuetudinib. præfertur agnatus domino in redimendo.nu.3. 197
Hæc quæstio nō reperitur in specie tacta. ibid. nu.4.
Bald.in d.§.porrò.videtur hoc decidere.ibid.num.5.
Feudorū ex cōsuetudinib.agnati admittunē ad redimēdū in feudis tm̄ pacti, & p̄uidētię Principis.n.13.198
Feudorū ex consuetudinib. ius redimēdi nō perdiē, nisi annali pręscriptione, uel refutatione.nu.6. 200
Feudorū transuersalium in successione nulla cōstitutio seruatur in Regno, nisi c.Si aliquem.nu.4. 209
Feudorum appellatione ueniunt etiam Principatus, & cæteræ dignitates Regales. nu.5. 210
Feudorū ī cōsuetudinib' dēt attēdi prima opi.n.14.222
Feudorum de iure progressio successionis transuersaliū in feudis extenditur in infinitum. nu.1. 230
Feudorum ex cōsuetudine fœmina non succedit in feudo.nu.7. 276
Feudorū cōsuetudines receptæ tanquā leges.nu.9.eod.
Quæ censentur correctæ a c.Si aliquem, quia expressè aduersantur ei.nu. 12. 277
Feudū soldatæ declaratur quid sit, & quòd non conueniēt stipendio.nu.20.21.22. & 23.fol. 2. & seq.
Feudum qui alienat alia lege, quàm ipse tenet, dicitur fraudē committere, quia potest.nu.21. & 22. 10
Feudum pacti, & prouidentiæ Principis, quomodo procedat, & intelligatur. num.61. 62. & 63. 15
Feudum, & militia non æquiparantur.nu.27. 22
Feudum alienans, sicut nō præiudicat successori in tali feudo, pariter non p̄iudicat in p̄scriptione.nu.18.26
Ista opinio inspectis consuetudinibus feudorum a nemine impugnatur.ibid.nu.19.
Feudum an ex consuetudinibus feudorum possit in dotem dari. nu. 1. 31
Quæstio sopita per extrauag.Volentes, quòd possit indistinctè dari in dotem. ibid. nu. 2.
Feudum alienatum pro dote de paragio, an possit reuocari per successionē, oblato pretio dotis. Io.Aloiſ. ꝙ sic. nu. 1.2.3.& 4. 32. & seq.
Auctor contra. nu.5.6.7.8.& 9. ibid.
Feudum Comitis est Comitatus. nu.20.21.22. 23. 24. 25.26.27.& 28. 36.& seq.
Feudum sub tali forma, non recipit interpretationem a consuetudinib.feudorum. nu. 5. 42

Feudũ sub tali forma, sortiť naturã allaudialiũ.n.7.eod.
Non ui detur de mente concedentis sub illis uerbis includere inhabiles.ibid.nu.18.
Non retinet tale feudum, retinet naturam allaudialium. ibid.nu.19.
Feudum Francum gaudet prærogatiua, ut possit dominus seruire per substitutum.nu.23. 44
Feudum in clericum & ecclesiam, uel aliter inhabiles, non potest transire. nu.25. eod.
Feudum nouum in Regno habet agnatus. nu.6. 45
Feudũ oẽ est ex pacto, & prouidẽtia Principis.nu.9.eod.
Feudum sub tali forma, non est mixtum, sed merè hæreditarium. nu.17. 46
Feudum in extraneum non transit ex cap. Volentes, tanquam comprehensum in inuestitura. nu.33. 47
Feudum ex adiuncto censetur pacti, & prouidẽtiæ Principis. nu.9. 50
Feudum pro te, & hæredibus, est hæreditariũ. nu.10.55
Feudum pacti, & Principis non potest dici omni respectu.nu.26. 56
Feudum hæreditarium simpliciter, q̃uis in eo comprehendantur hæredes sanguinis, non possunt tamen cõtrauenire facto defuncti.nu.53. 59
Feudum pro hæredibus, & descendentibus quòd sit hæreditarium, simpliciter falsum est. nu.57. eod.
Feudum quando dismembratur, requiritur dispensatio, quia non operatur cap. Volentes, nu.49. 68
Feudũ informe, & simpl'r ꝑscriptũ, parificanť.nu.21.72
Feudum pacti, & prouidentiæ Principis censetur restitutioni subiectum.nu.20. 78
Feudum sic datum, censetur sub conditione datũ, & ea purificata nũquã cẽseť fuisse illius.nu.21.& 22.eod.
Procedunt hæc etiam in allaudijs. ibid.nu.23.
Feudum nouum stante dispositione cap. Volentes, alienatur in præiudicium agnatorum, sub quacunq; sit forma.nu.1. 76
Procedit etiam indistinctè in feudo nouo, sub quacunq; sit forma, quia non habet agnatos: censetur enim hæreditariũ, ut dicunt Camerar. & Freccia.
Operatur etiã in feudis antiquis, etiam pacti, & prouidentiæ Principis. ibid.nu.2.
Datq; nouã naturã feudis: nec operatur stante c. Volẽtes, cõst. cõstitutionẽ, & c. Titius. ibid.n.3.& 4.
Feudũ acquisitũ per patrem, quamuis nominentur filii, non tamen censentur cogniti a concedente. nu.3. 79
Feudum pro se & filiis cum pater recipit, censentur diuersæ cõcessiones.nu.9. 80
Feudum si pater prohibeatur alienare, nullum odium considerari potest. nu.17. 81
Feudũ an remaneat obligatũ pro restituẽda dote, quã habuit filius primogenitus, q moriť viuẽte patre.n.1.90
Feudum potest obligari directè pro dotis restitutione, meritò potest obligari.nu.2. eod.
Feudũ potest refutari primogenito, multo magis obligari. nu.3. eod.
Feudum si frater potest obligare, multo magis pater pro dote filii primogeniti.nu.4. eod.
Feudum est debitum agnato.nu.15. 96
Feudum agnato debetur ex priuilegio, & tempus priuilegij inspicitur. nu.16. eod.
Ang.opin.diuersa ab opin.gl.in l.assiduis.nu.17.97
Altera op.non procederet indistinctè.ibid.nu.18.
Blasci op.non uera, saltem indistinctè.ibid.num.19.
Feudum pacti & prouidentiæ Principis pro debito uitæ & militiæ ẽt in perpetuũ põt alienari.nu.5.& 6. 100
Et potest dari in solutum, pro debito tamen præterito.ibid.nu.7. & 8.
Blasci friuola ratio.nu.9.
Feudum nouum quid sit. nu.1. 115
Feudum nouum ob solas conuentiones & pacta noua dicitur, nam dicitur primus acquisitor.nu.2.& 3.116
Feudum hæreditarium quis habere non potest, nisi sit hæres, siue filius, siue agnatus. nu.5. 104
Blasci Lanz.recitatur distinctio. nu.6.
Eiusdem distinctio falsa. nu.7. & 8.
Baldi distinctio conuincitur. ibid. nu.9.
Feudum nouum intelligi non potest, nisi respectu qualitatis appositæ, uel detractæ.nu.4. 116
Feudum an si concedatur iure antiqui feudi, non obst. dictis uerbis, censeatur nouum. nu.1. 117
Dicta uerba efficiũt, ut sit feudũ antiquũ. ibid.nu.2.
Feudũ finitũ nõ datur sine noua inuestitura.nu.8. 119
Feudum alienare si quis potest, non potest tamen dare nouum uiuendi modum.nu.7. 124
Feudũ simpliciter ꝑscriptũ, cẽseť hęreditariũ.n.42.128
Feudum hæreditarium quilibet potest alienare, sicut de re allaudiali.nu.43. eod.
Feudũ hęredit.nemo põt ꝯsequi, nisi sit hęres.n.76.132
Feudum pacti & prouidentiæ Principis est restitutioni subiectum.nu.27. 144
Feudũ diminuere aliud est, & aliud diuidere. nu.3.164
Feudum quamuis non diuidatur, attamen diuiduntur fructus, & commoditates. num. 5. eod.
Feudũ ex cõtractu iuxta formã bullę, afficiť.nu.14.eod.
Feudum non potest legari, etiam pro anima.nu.36.166
Feudum subiugare non est uẽdere fructus ad modicum tempus.nu.42. eod.
Feudũ integrũ cõsistit ĩ ꝓprietate, & fructib⁹.n.46.167
Feudũ ĩ vniuersali trãsit ẽt in nõ ęqualẽ.n.18.& 19.171
Feudum qui potest pacto alienare, an possit alienare in personam non æqualem.nu.1. 172
Feudũ ĩ ecclesiã, & eccl'asticas ꝑsonas nõ trãsit. n.7.182
Feudum Christianorum collegio olim non poterat relinqui.nu.8. eod.
Cõstãtinus Imp.abrogauit illã legẽ prauã. ibid.n.9.
Feudũ quãdo a princ.cõcediť, ut possit uasallus seruire ꝑ substitutũ, tũc succedũt clerici, & ecclesia.n.8.185
Feudum redimitur à Rege eodẽ precio cõuẽto.n.1.197
Fuit expressum de precio conuento, ut excluderetur fraus.ibid.nu.2.
Feudũ sub quacunque forma sit, reuertitur ad dominũ, decedente uenditore sine liberis. nu.9. 208
Feudum degenerans non recipit interpretationem a consuetudinib.feudorum.nu.24. 228
Feudum recipiens simpliciter, an teneatur ad seruitium consuetum.nu.4. 254
Feudum nunquam pręsumitur Francorum.nu.10. eod.
Feudum Francum quid sit.nu. 11.eod.
Feudũ quodlibet cẽseť ualoris vnciarũ uiginti. nu.2.25
Feudum cum alienatur, in eo non potest succedi per hæredem.nu.15. 29
Feudũ antiquũ dr̃ obuenire a primo acqrẽte.n.10.226

Feudum pro hęredibus & descēdentibus, reputatur hęreditarium. nu. 26. 342
Feudum pro te & hæredib. de tuo corpore, est hæreditarium. nu. 25. 350
Feudum etiam hæreditarium dicitur ex pacto & prouid. Princip. quod declaratur. nu. 27. 351
Fidelitatis ĩ iuramēto cōtinet̃ pstatio seruitii. n. 12. 255
Fideicommissarius, non obstante prohibitione alienationis, nō pōt habere hæredē ab intestato. nu. 19. 251
Fictio quando resoluitur in ipsam ueritatem, idem iudicat ac si esset casus proprius, & nō fictus. n. 10. & 11. 30
Fictio quando resoluitur in ueritatem, idem operatur fictio, quod ueritas. nu. 7. 313
Fictiones duæ non admittuntur. nu. 35. ibid.
Filia an ex bonis auctis post mortem patris possit petere supplementum legitimæ. nu. 1. 316
Quòd potest, etiam si renunciauerit. ibid. nu. 2.
Filia si moritur, antequàm nubat, an transmittat ad hæredes dotem de paragio. nu. 1. 98
Filia sororis dotata excludit̃ a successione feudi. n. 3. 294
Filia si dotet̃ a patre, nō cōsiderat̃, quāta sit dos. n. 3. 314
Quę si dotatur a patre, debet dos eius ascendere ad legitimam. ibid. nu. 7.
Filia maritata in uita patris, potest petere supplementū legitimæ, auctis bonis patris usq; ad mortē. nu. 1. 315
Filiæ non excluduntur a successione feudi simpliciter, sed sub conditione, si dotentur. nu. 3. 98
Filiatio per mortem extinguitur, sed non spes, & potentia succedendi. nu. 13. 270
Filii admittunt̃ ad feudū, demū patre mortuo. nu. 4. 79
Filii appellatione, si est diuersa ratio in filio & nepote, tunc non ueniunt nepos. nu. 9. 111
Filii aditione desinit esse hæreditas patris. nu. 11. 301
Filio succedente desinit esse feudū paternū. nu. 10. 301
Filiorum appellat. quando materia non est simpliciter fauorabilis, nō comprehēduntur nepotes. nu. 5. 110
Filiorum appel. quando fauori est alia uia prouisum, non comprehenduntur nepotes. nu. 6. eod.
Filiorum appel. quando lex tractat de mero odio filii, non ueniunt nepotes. nu. 8. eod.
Filiorum appellatione ueniunt filiæ. nu. 7. 306
Filium post mortem litibus non est æquum, nec iustum implicare. nu. 19. 107
Filius de iure feudorum necessitatur adire hæreditatē patris, ut consequatur feudum. nu. 3. 102
Filius læditur, si pater alienat feudum antiquum pacti & prouidentiæ Principis. nu. 30. 108
Filius, ergo hęres, nō est necessaria ꝯsequētia. n. 19. 176
Filius, uel agnatus non aspirant in feudo hæreditario citra ius, & nomen hæredis. nu. 12. 198
Filius descendens excludit transuersales. nu. 35. 279
Filius adingreditur gradum patris, etiam in successione feudi. nu. 1. 2. & seq. 285
Filius quòd subintret gradū patris à Iustiniano fuit statutum. nu. 9. 286
Filius, quòd subintret gradum patris, etiam̃ tex. expressus in const. Si aliquem. nu. 6. 306
Fimiæ chimerica, & fantastica consideratio. nu. 72. 16
Finis an corrigat principium. nu. 3. 221
Fisco, uel alteri quando res aperitur ipso iure, intelligitur, si uelit. nu. 6. 119
Fiscus aget ad decimam eo casu, quo contractus est ualidus. nu. 3. 188
Fœminæ habilitatæ ad succedendum in feudo, seruiunt per substitutum. nu. 4. 184
Fœminæ, & mutus, uel aliter imperfectus non parificātur. nu. 27. & seq. 229
Parificatio fit in eis circa impotentiam seruiendi, ibid. nu. 29.
Non reperiūtur parificati circa successio. ibid. n. 30
Fœmina quamuis sit habilitata, ut seruiat per substitutum, non extenditur ad clericum. nu. 22. 44
Fœmina si admittitur ad successionem feudi, succedit maior fœmina. nu. 29. 127
Fœmina potest inuestiri de feudo. nu. 4. 170
Fœmina est capax feudi. nu. 5. eod.
Fœmina non est apta ad seruiendum. nu. 10. eod.
Fœmina non comprehenditur in inuestitura, nisi de ea fiat mentio. num. 1. 276
Fœmina quòd excludat masculū inferioris gradus, non reperit̃ expressè decisum per c. Si aliquē. nu. 13. 277
Fœmina non uocatur simpliciter, sed quòd ei masculus præferatur. num. 23. 277
Fœmina secundum opin. Antonij de Alexandro non reuocat. nu. 8. 289
Fœmina debet secūdum paragium maritari. nu. 2. 317
Fœminę si uocentur in inuestitura, non admittuntur, dum succedunt masculi. nu. 8. 276
Foriudicatione ſtãte, feudū deferẽ aliis agnatis. n. 8. 219
Foriudicatus habetur pro mortuo. nu. 1. 219
Verius æquiparatur deportato. ibid. nu. 2.
Et efficit̃ prorsus inhabilis ad succedēdū. ibid. nu. 3.
Foriudicatus habetur pro mortuo. nu. 2. 211
Foriudicatus pro alio delicto priuatur feudo, & applicatur agnatis. nu. 15. & seq. 213
Foriudicatus in uita patris efficitur prorsus ĩnhabilis ad succedendum. nu. 6. & 7. 219
Fortior ē trāsitus ab intestato, q̃ ex testamēto. nu. 29. 47
Fortitudo in Principe requirit̃, q̃ sit uirtus. nu. 13. 259
Forma alia non debet pręsumi, cum sit hoc inductū generaliter. nu. 9. 71
Forma consueta præsumitur. nu. 18. 72
Forma non mutatur alienando. nu. 12. 125
Forma feudi a lege feudi quomodo differat. nu. 17. eo.
Quæ differētia est cōmētitia, & erronea. nu. 95. 135
Imo sunt synonima. nu. 100. eod.
Forma, pro te & hæredibus quibuscunque, complectitur etiam hæredes extraneos. nu. 51. & 52. 129
Forma quæcunque ab intestato, in Regno recipit interpretationem a c. Si aliquem. nu. 88. 134
Forma uerbū, nō repitur ĩ iuribus feudorū. nu. 97. 135
Forma ē uocabulū Latinum, & elegans. nu. 98. eod.
Forma idem est, quòd species. nu. 99. eod.
Forma succedendi in transuersalib. c. Si aliquem, inest omnibus priuilegiis. nu. 24. 213
Forma si dictat, pro te & hęredib. de tuo corpore legit. descendentib. non succedit uterinus. nu. 1. 249
Forma aliorū priuilegiorū extinguitur, & remanet sola a const. Si aliquem, tradita. nu. 13. 290
Qua mutata interimitur substantia rei. nu. 24. ibid.
Forma nulla potest considerari in successione transuersalium, nisi forma const. Si aliquem. nu. 10. 334

Forma

Forma consueta inuestiturę attenditur. nu.23. 341
Formę uarię feudorum in Regno. nu.28. 73
Formę mutatio est quid diuersum ab alienatione. numero.13. 125
Formę nouę per dationem non offenditur, nisi illa prima forma,& ius priuati. nu.15. eod.
Sed per dationem nouę legis nedum offenditur prima,sed offenduntur leges communes.ibid.nu.16.
Formę cuilibet inest dispositio c.Si aliquem.nu.4.268
Formam,nouamq; legem dare,spectat ad Principem,& non ad priuatum. nu.18.& 19. 10
Formam restringere non dicitur praeiudicium agnatorum. nu.66. 15
Formam qui restringit,non praeiudicat agnatis, sed facit ius eorum magis certum.nu.82. 133
Formam potest primus acquisitor elargare.nu.83.cod.
Nec potest tergiuersari, quòd plures gradus substitutionum fieri possint. nu. 84. 134
Formam dare nil aliud est,nisi dare legem feudis,quomodo succedatur. nu.87. eod.
Formarum pro haeredibus,& pro haeredib.& descendentibus, distinctio And.num.7. 50
Franciae Regnum non seruat consuetudines feudales. nu.20.21.& 22. 22
Francorum ius in Regno succesfit, quia feuda debēt ad unum peruenire, & sic ad primogenitum.nu.5. 41
Francorum ius tacitum in Regno est inductum in successione ab intestato. nu.1. 100
Et etiam in successione transuersalium.ibid.num.2.
Francorum iure in Regno ex consuetudine uetusta uiuitur.nu.1. 215
Francorum ius facit,quòd agnatus non potest succedere,nisi sit haeres. nu.9. 289
Frater cogitur dare unum de tribus. nu.10. 32
Fundamentum Protonotarij falsum. ibid.nu.11.
Frater non cogitur dare in dotem unum de tribus feudis.nu.12. eod.
Distinctio tamen uera ponitur. ibid.nu.13.
Frater est caput lineae transuersalis.nu.2. 216
Frater & soror habent diuersa nomina, ideo appellatione fratris non uenit soror. nu.3. 234
Frater uterinus censetur uocatus cum qualitate exclusiua.nu.8. 237
Frater debet admitti absque distinctione. nu.62. 244
Frater maior si reperitur inhabilis, nec minor admittitur. nu.5. 292
Frater est caput lineae transuersalis.nu.10. 296
Frater & haeres patris, cum patre censentur una persona.nu.2. 300
Frater paratus soluere dotes,est ac si soluisset.nu.6.320
Frater potest alienare unum de trib.feudis pro dote sororis.nu.9. 326
Frater nō tenetur filiā,uel fratrē diuitē alere.nu.3.332
Frater uocatus censetur uocatus cum qualitate exclusiua aliorum. nu.11. 339
Fratre coniuncto à latere feudi deficiente, admittitur uterinus. nu.12. 346
Fratres sunt consanguinei.nu.33. 279
Fratres sunt in eodem gradu. nu.15. 293
Fratri, uel sorori in successione fratris non debetur legitima.nu.561. 330
Fratris appellatione uenit soror. nu.7. 234
Fratris uerbum,simpliciter prolatū,includit solum fratrem primi gradus.num.10. 339
Fraudē cōmittere non vr̄,qui utitur iure suo.nu.10.178
Fraus eo ipso dicitur probata,quando adest aegritudo tēdens ad mortem. nu.11. 179
Frecciae coniectura exploditur.nu.14.15.16.& 17. 2
Frecciae commentum uanum , cum arguat ex possibili, & non necessario.nu.18.19. eod.
Fredericus Rex confirmauit donationem ualidam.nume.49. 58
Fredericus Imp.edidit constitutionem, quae annullauit oēs constitutiones cōtra libertatē ecclesiae.nu.10.182
Fredericus nil statuit contra ecclesiam.nu.19. eod.
Fredericus Rex declarauit const.Si aliquem, procedere etiam in feudo nouo.nu.22. 239
Friuolum , quòd qui descendunt a primo dicantur descendentes,ne sit locus const.Si aliquem.nu.10.238
Fructus feudi com municantur.nu.12. 34
Fructus tamē a solo separati,cōmunicātur. nu.13.eod.
Fructus continent emolumentum rei.nu.23. 165
Fructus separati a feudo non sunt feudales.nu.31. 166
Fructus integrant feudum.nu.35. eod.
Fructus a solo separati dicuntur, quando debent solui per manus uenditoris. nu.3. 196
Fructus a solo separati non sunt feudales. nu.2. eod.
Fructus pendentes sunt pars feudi. nu.4. eod.
Fructus pendentes feudi si subiugantur, debetur decima.nu.5. eod.
Quod secundum Pet.de Greg.est falsum.ibid.
Fructus feudi nō uēdūtur,sed annalis census. nu.7.eod.
Fructus pertinent ad integritatem feudi.nu.12. eod.
Fructus feudi possunt uendi per uassallum, nō obst.constitutionib.Fredr.nu.15. eod.
Fundus simpliciter prolatus, intelligitur de integro. num.14. 39
Fūdus possidetur,ut ex eo pcipiatur fructus.nu.15.155

# G

GALLIA feuda paganica habet. nu.23. 22
Gagliani priuilegium loquitur de Comitatu , quod habet clausulam iuris Francorum. nu.34. 73
Gerardus malè, ac pessimè loquutus est in ea hypothesi.nu.19. 24
Glos.in c.innotuit,de elect.si uera est,non potest defendi prima opinio. nu.9. 180
At si uerba essent geminata, procederet opin. Bal. ibid.num.10.
Glos.si dicit,alii dicunt,cēsetur approbare primā opin. nu.5.& seq. 221
Glos.& And.ab opin.non est recedendum.nu.23. 320
Gradatim uocare cēsetur,ex quo tex.in extr. Si aliquē, uocat proximiorem.nu.1. 291
Gradus praerogatiua potentior est caeteris.nu.5. 276
Gradus de praerogatiua agere,non est firmum argumentum. nu. 17. 277
Gratia, & beneuolentia debet prosequi subditos Rex, si praeoptat eorum amorem. nu.24. 259
Gualt.malè intellexit tex.§.in testamento,in l.qui ex liberis,

beris, ff. de sec. tab. nu. 25. 121
Gualt. consilium reprehenditur. nu. 105. 136
Gualt. opinio, & Blasci contra Andr. discutit. nu. 6. 142
Guid. Pap. loquit attēta cōsuetudine gallia. nu. 53. 129

# H

Haerede sine legitimo, uerba exponuntur ab And. & caeteris .i. descendente. num. 14. 238
Haeredibus uerbum, intelligitur de liberis, subiecta illa clausula. nu. 35. 57
Haeredis appellatione in feudis, quae alienantur, ueniūt haeredes extranei. num. 29. 65
Haeredis de re potest testator disponere. nu. 38. 166
Haereditaria bona frater si non habet, potest unum de tribus feudis in dotem dare, aliàs obligare partem fructuum. nu. 5. & 6. 31
Haereditas idem est, quod legitima. num. 18. 218
Haereditas legitima ea sola appellatur, quae defertur ab intestato, nu. 21. eod.
Haereditas legitima ponitur tanquam genus. num. 22. eod.
Haereditatis per aditionem non confunditur actio rei uendicatoria. nu. 14. 102
Haeres extraneus ab intestato an succedat, forma tradita. num. 1. 40
Haeres, uerbum latum, comprehendit quoscunque haeredes, etiam extraneos. nu. 1. 45
In materia feudali accipitur pro descendenti. ibid. num. 2. & 3.
Per constitutionem Regni est elargatum, ut comprehendat foeminas. ibid. nu. 4.
In Regno comprehendit etiam transuersales usque ad septimum gradum. ibid. nu. 5.
Haeres uerbum, an ex cap. Volentes, sit elargatum, ut cōprehendat etiam extraneos. nu. 26. 47
Haeres uerbum, in Regno comprehendit descendentes in infinitum. nu. 27. eod.
Haeres uerbum, in inuestitura appositum, non est elargatum ex cap. Volentes. nu. 32. eod.
Haeres uerbum, designat qualitatem haereditariam. nume. 3. 49
Opinio illa tenenda, quòd sit feudum pacti, & prouidentiae Principis. ibid. nu. 4.
Haeres uerbum, stante adiuncto immutat naturam suā. num. 8. 50
Haeres in inuestitura feudorum intelligitur de descendentib. masculis. nu. 13. eod.
Haeres uerbum, in descendentibus non perdit naturam propriam. nu. 17. eod.
Ex tali adiuncto constat de mente Principis, quòd uoluit prospicere descendentib. nu. 18. 51
Haeres non potest contrauenire facto defuncti. nu. 44. fol. 57
Haeres uerbum, in inuestitura feudi dignitatis, degenerat ipsum feudum. nu. 5. 62
Haeres in feudis dignitatis accipitur pro primogenito. nu. 15. 16. & 17. 64
Haeres uerbum, facit feudum haereditarium, quamuis capiatur pro filio. nu. 38. 74
Haeres uerbum, quando non exprimitur, non erit feudum haereditarium, est tamen falsum. nu. 39. eod.
Haeres uerbum, in feudo intelligitur de filio. nu. 50. 75
Haeres uerbum, quòd sit elargatum per cap. Volentes, nunquam somniauit Legislator. nu. 13. 77
Haeres indiscretus num possit reuocare alienationem feudi pacti, & prouidentiae Principis. nu. 1. 101
Haeres est una eademq; persona cū defuncto. nu. 2. eod.
Haeres an confecto inuentario possit reuocare feudum pacti, & prouidentiae Principis alienatum, si est aequiualens in haereditate. nu. 1. 102
Haeres uerbum, in inuestitura non est elargatum per c. Volentes, nu. 28. & seq. 213
Haeres legitimus est ille, qui succedit ab intestato. nu. 4. fol. 216
Haeres uerbum, in feudis accipitur pro hęrede sanguinis. num. 7. eod.
Item accipitur pro filiis descendentibus. ibid. nu. 8.
Haeres dispositione constit. Si aliquem, accipitur pro illis personis uocatis ex ipsa constitut. nu. 12. 217
Haeres legitimus est, qui descendit per rectā lineam descendentem. nu. 14. eod.
Qui propriè dicitur ille, qui ab intestato inuitatur. ibid. num. 15.
Haeres in feudis pro descendente capitur. nu. 7. 250
Haeres uerbum, in feudis comprehendit tantum descendentes. nu. 14. & seq. eod.
Haeres haeredis & c. regula, procedit quando tractatur de commodo, uel incommodo. nu. 7. 300
Haeres uerbū, in materia feudali accipitur pro filio masculo. nu. 4. 338
Haeres uerbū, in feudo accipit pro descēdēte. nu. 9. eod.
Hypotheca praeambulum est ad alienationem. nu. 3. 20
Hypotheca in generali non comprehenditur feudum. num. 6. 21
Hypotheca afficit ipsam rem. nu. 47. 146
Hypothecę anterioris priuilegium, an habeat locum in dote confessata. nu. 2. & seq. 95
Homagium praestare non cadit in fisco. nu. 45. 215
Homicidarum, & maleficorum non est effusio sanguinis, sed legum ministerium. nu. 85. 263
Homines appetunt conseruationem indiuidui. nu. 14. fol. 324
Homo adducitur ad matrimonium instinctu naturae. num. 13. 324
Honorius Papa non pronunciauit contra aliquam legem expressam. num. 5. 233

# I

Iacob. Chirc. opinio examinatur, & Blasc. Lanz. an foemina sit aequè digna. num. 1. fol. 170
Iacobus Pilaia tenuit restitutionem dotis non esse onus feudi. num. 3. 88
Ias. discedit à uera opinione. nu. 11. 77
Ias. opin. saluari potest in uno casu. nu. 12. eod.
Ias. & aliorum opi. in feudo a principio concesso ab ecclesia procedit. nu. 4. 183
Idem iudicium est de parte, quod de toto. nu. 13. 332

Igno-

Ignorans non debet affici damno.nu.2. 331
Ignorantia in ista hypotesi non esset iuris, sed facti.nume.12. 321
Ignorantia de nera quando posset constare, procederet opin. Andr.nu.13.eod.
Illatio ex diuersis non sit bona.nu.33. 28
Illatio non sit bona ex diuersis.nu.18. 81
Illatio non fit bona ex diuersis. num.34. & seq.214.& nu.7. 331
Illud, quòd magis attenditur uoluntas quàm uerba, procedit quando fuit processum ad aliquam dispositionem uoluntatis.nu.27. 240
Imol.explicatur distinctio.nu.31. 240
Imperator, & quilibet Rex est superior clericis in bis, quæ habent ab eis.nu.18. 182
Imperator, & Iurisconsulti dederūt dationi in solutum actionem ex empto.nu.8. 191
Imperator Rex noster interpretatus est uterinum excludi ab agnatis inferioris gradus.nu.27. 278
Imperfectia natura, uel ab accidenti distinctio, non est uera.nu.23. 223
Imperfectus ab accidendi habet fundamentum in persona patris.nu.22. 223
Imperfectus ex accidenti non potest seruire in bello. nu.28. 224
Impossibile est, ut legislator cunctis in uniuersum prospiciat.nu.115. 266
In casu, quo alienatur feudū pacti, & prouidentiæ, illicitè præfertur dominus agnato.nu.18. 199
Inclusio collateralium censetur exclusio ascendentiū. nu.8. 296
In Comitatibus & Regalibus dignitatib.ipsa natura uiuitur iure Francorum.nu.9. 63
Indulgentia simpliciter non operatur restitutionem bonorum.nu.10. 119
Indulgentia si dicit, restituimus, remanet feudum antiquum.nu.28. 122
In eo, quo quis honoratur, potest grauari.nu.44. 128
Infeudare non potest Prorex.nu.3. 207
Infeudare prohibitus, non prohibetur præstare consensum.nu.5. eod.
Initium in contractibus semper spectatur. nu.13. 93
Iniuria grauis est permittere, quòd quis disponat de re aliena inuito domino.nu.26. 108
Innupta remanet in domo patris, & est magis annexa patri.nu.3. 310
Innupta ut nubat pari, potest consequi totum. num.9. fol. 314
Instrumentum si præcessit, non præsumitur confessio animo donandi.nu.11. 96
Est articulus iuris controuersi.ibid.nu.12.
Quæstio nostra est separata ab illa, de qua per glo.& Doct.ibid.nu.13.
Tenendum est, quod dos confessata non afficiat feudum.ibid.nu.14.
Ioannes infans in causa Vicari iustè iudicanit. nu.13.6
Ioannes Aloysius testatur communem opin.nu.5. 250
Ioann.Anib.Alciat.Vincent.Saluiola, Ias.Bulg. & multi alii attestantur de magis communi opin.nu.5.312
Ioannes Lupus notatur. nu.6. 331
Ioannis Aloysij opinio, quòd feudum informe, uel simpliciter præscriptum, censetur sub clausula iuris Francorum.nu.7. 70
Ipsum pronomē, est ad oculū demonstratiuū.nu.7. 155
Iudicari debet contra communem, si conuincitur tex. uel ratione probabili.nu.13. 103
Iudicis factum, censetur factum partis.nu.8. 194
Iura constituuntur ad ea, quæ frequenter accidunt. nume.11. & seq. 105
Iura iurib.concordari debent.nu.15. 277
Iura non statuūtur opinionib.sed ueritate.nu.31. 278
Iura noua, & exhibitoria extenduntur de persona ad personas.nu.3. 296
Iura alleg.per Andr.non probant eius intentionem.nume.21. 327
Iuramentum facit ualere actum omni meliori modo. nu.20. 159
Quo stante ualet, etiam si peccaret in forma. ibid. nu.21.
Iure communi qui utitur, habet intentionem fundatam.nu.23. 65
Iure Francorum non uiuitur in Reguo, sed Longobardo.nu.23.& 24. 72
Iure Longobardo an in Regno uiuatur.nu.1. 271
Iure de communi non arguitur in feudis, ubi est constitutio feudalis.nu.9. 274
Iuri de futuro non potest renunciari. nu.19. 205
Quæ opinio in facto fuit seruata.ibid.nu.20.
Iuris Francorum sub clausula sunt taxatæ personæ.nume.59. 59
Iuris Francorum clausula taxat personas, & uocat proximiorem.nu.1. 273
Iuris effectus non potest contradictione partis impedire.nu.7. 321
Cuius ignorantia non releuat. ibid.nu.9.
Iurisconsultus non semper scrutatur propriam uerborum significationem.nu.23. 219
Ius octauum exactius fuit statutum per Fredericum, quo fuit inhibita omnis alienatio feudorum, & diminutio.nu.7. 5
Quo iure statim finita concessione feudi, censebatur inalienabile.nu.8. 6
Fredericus abrogauit talem naturam, & nouam induxit, ut possint alienari.ibid.nu.9.& 10.
Ius ad commune non recurritur in feudis, ubi est decisum ex consuetudinib.feudorum.nu.11. 24
Ius Francorum in Regno non præsumitur. nu.6. 63
Ius Francorum non est modus uiuendi.nu.19. 73
Ius quæ intelligit, censentur inesse. nu.45. 74
Ius est quæsitum filiis ex stipulatione patris.nu.10. 80
Non accipit a patre, sed propter mortem patris a cōcedente.ibid.nu.11.
Ius non est statuendum opinionibus, sed ueritate. nume.23.fol.82. & num. 79. 152
Ius non constituitur opinionibus, sed ratione.nu.56. fol.129.& num.78. 132
Ius qui conseruat sibi aliquod, si facit pactum de non alienando, impedit translationem dominii. num.9. fol. 142
Ius ciuile nō admittit ad successionem legitimatos per subsequens matrimonium, nisi præcedentib. dotalib.instrumentis.nu.14. 175


Ius

Ius redimendi non competit, nisi firmata alienatione. nu.8. 200
Ius redimendi non competit, nisi perfecta uenditione. nu. 11. eod.
Ius redimendi procedit ex formata uenditione.nu.13. fol. 201
Ius redimendi competens Regi per cap. Volentes, an possit extraneo cedi.nu.1. 202
Ius redimendi competens ex c. Volentes, competit Regi ut Regi, & domino directo.nu.6. 203
Ius idem in æquiparatis statuitur.nu.63. 244
Ius quæsitum agnatis, non potest tolli per Principem. nu.93. 248
Ius naturale immutabile.nu.94. 264
Ius Francorum non est aliud, nisi prærogatiua primogeniti.nu.1. 267
Ius Francorum, & Maioria, idem sunt.nu.1. 268
Suntque eiusdem naturæ, & operantur eosdem effectus.ibid.nu.2.
Ius Francorum est ius speciale in Regno.nu.2. 271
Ius Francorum in successione ab intest.in Regno per const. si aliquem, fuit declaratum seruari. nu.4.eod.
Ius Francorum ex prohibitione diuisionis censetur inductum.nu.7. 272
Ius Francorum quòd sit ius speciale in Regno, falsum est.nu.11. 273
Ius Francorum non est aliud, nisi admissio primogeniti exclusis aliis. nu.1. 298
Quod obtinuit primo inter descendẽtes. ibid.nu.2.
Ius Francorum continet tres prærogatiuas. nu.5.eod.
Ius Francorum tã in successione transuersalium, quàm descendentium est introductum.nu.14. 307
Ius Francorum in Regno habet locum etiam in transuersalibus.nu.19. 327
Ius successionis potest differi.nu.13. 311
Iustinianus addidit per auth.res, quæ ut extendatur dispositio legis ad restitutionem dotis.nu. 11. 89
Iustitia requiritur in Principe.nu.17. 259
Iustitia parturit omnes uirtutes.nu.29. 260
Iustitia, & rectitudo legum pendet a bono Principe. nu.47. 261
Integer, uel integro statu, nil refert dici.nu.22. 156
Integrum dicitur, cui nil deest.nu.16. 155
Intellectus c.continua, in illa clausula, præscriptione uiginti annorum, in suo robore remanente.nu.12. 24
Intellectus tex.Emilius, ff.de minor.nu.32. 28
Intellectus ad tex.in l.nam ad ea, de condit.& demonstrat.nu. 51. 58
Tex.ille probat opin. Gul.de Pers.ibid.nu.52.
Intellectus l.quod fauore.C.de legib.nu.15.& 16. 81
Intellectus tex.in l.si filiusfam. §.Diui, ff. de leg.j.nume.23. 87
Intellectus l.Lucius, ff.qui pot.in pig.hab.nu.12. 93
Intellectus c.j.an agnat.examinatur.num.1. 103
Recitatur dist.Bal.ibid.nu.2. 104
Qui tenet dispositionem d.c.non procedere in forma, pro te & liberis.ibid. nu.3.
Quòd ille tex.attenta opin.Bal.nunquam procederet.ibid.nu.4.
Intellectus c.j.§.porrò, qualit.olim feud.alien. nu.32. fol. 108
Intellectus l.j.§.si creditor, quib.mod.pig.uel hypot. solu.nu.19. 113
Intellectus l.si pignus, ff.de his, quæ in fraudem cred. nu.20.eod.
Intellectus l.4.§.fin.ff.de man.uindic.nu.21.eod.
Intellectus l.ius ciuile, ff.de iust.& iure.nu.5. 116
Intellectus l.pen.§.uxor, ff.solut.matr.nu.19. 120
Intellectus l. si mulier, ff.sol.matr.nu.20. 121
Intellectus l.post diuortium, cum seq.ff.de iur.dot.nume.21.eod.
Intellectus l.qui ex liberis, §.testamento, ff.de secund. tab.nu.22.eod.
Intellectus tex.in c.j.§. profectò, de lege Conra.num. 96.& 101. 135
Intellectus tex.in l.rectè dicimus.nu.18. 156
Intellectus l. Pedius, §.j.de reb.eccles.non alie.nu. 10. fol. 158
Intellectus tex.in §. sed neque.de reb.eccles.non alien. nu.13. eod.
Intellectus tex.in l.sed si mihi, ff. de stipul.seruo.nu.31. fol. 160
Intellectus l.Pedius, §.j.ff.de arbitria.nu.32.eod.
Intellectus uerus c.j.de alien.feud. pater.nu.8. 162
Intellectus §.quindecim, l.cum pater, ff. de leg.3.nume.11.eodem.
Intellectus tex.in l.j.§.cum de usufructu, ff.comm.diuid.nu.48. 167
Intellectus l.j.ff.de Senator.nu.7. 170
Intellectus constitutionis, errórea eorum.nu.21. 186
Intellectus l.ea.C.de adulteriis.nu. 18. 193
Intellectus tex.l.cum fidei hæredis, ff.de fideicomm.libert.nu.12. 194
Intellectus tex.in c.j.in fi.de alien. feud.nu.2. 200
Intellectus tex.in l.pen. C.de don.int.uir.& ux.nu. 16. fol. 204
Intellectus tex.c.j.de natu.success. feud.& in c.j.si uasal.feu.priu. cui deferat. nu.10. 225
Intellectus tex.in c.j.§. si.ex quib.causis feud. amittit. nu.13. 255
Intellectus glos.in §.in fideicommisso, ff.de leg.2.nume.14. 286
Intellectus §.filiæ autem, constitut.ut de successionib. num.5. 303
Intellectus §. filii autem fratrum, constitut.ut de successionib.nu.10. 307
Interpretari, est corrigere.nu.26. 252
Interpretatio in claris non cadit. nu.5. 7
Interpretatio legis spectat ad Principem.nu.8. 54
Interpretatio Sigismundi Loffred. de uerbis Andr.nil ualet.nu.70.& 71. 60
Interpretatio debet fieri, ut actus ualeat.nu.3. 157
Interpretatio ut succedat remotior, est contra const. si aliquem.nu.89. 247
Interpretatio a legib.& consuetudinibus correctis nõ sumitur.nu.7. 285
Interpretatio fienda, ne pater priuetur licẽtiati filii hereditate.nu.2. 296
Interpretatio non sumitur, nec arg.a lege correcta.nume. 10. 299
Interpretatio peritorum Regni fuit, ut accipiatur coniunctus etiam a latere, unde non prouenit feudum. nu.5.

nu.5. 338
Interpretatio est spiritus scripturæ.nu.25. 342
Interpretationem quæ certam semper habuerunt, minime mutanda sunt.nu.25. 82
Interpretationib. ceruicosis nullis uti licet.nu.64. 244
Interusuria an in casu, quo debentur, sint onus feudi, sicuti dos de paragio.nu.1. 92
Ioan.Aloys.tenuit, quòd non.ibid.nu.2.
Interusuria debentur uiro, & non uxori. nu.15. 93
Interusurium non potest esse onus feudi, quia est proprium debitum Baronis.nu.3. 92
Inuentarii beneficium non est inductum a lege feudorum.nu.4. 102
Inuentarii beneficium facit, ne hæres sentiat neque lucrum, neque damnum.nu.6. eod.
Inuentarium non proficit in feudo hæreditario.nu.35. fol. 48
Inuentarium prodest, quando hæreditas non est soluendo.nu.5. 102
Inuentarium non prodest in feudo hæreditario. nu.2. fol. 289
Inuestitura pro hæredib. an faciat feudum pacti, & prouidentiæ Principis.nu.8. 45
Inuestitura pro hæredib. quibuscunque, facit feuda degenerantia.nu.19. 46
Inuestitura est quædam conuentio. nu.102. 136
Inuestitura abusiua nil aliud est, quàm iuramentum fidelitatis.nu.5. 206
Inuestitura derogat omni naturæ feudorum. num.13. fol. 217
Inuestitura regulatur a constitutione Regni. num.40. fol. 241
Inuestitura cessat, postquàm deuoluitur successio ad transuersales.nu.20. 251
Inuestitura noua non præiudicat ueteri.nu.20. 255
Inuestitura uim contractus, & naturam demonstrat.nume.4. 334
Quæ derogat omni naturæ feudorum.ibid. nu5.
Et informatur a constitut. Si aliquem. ibid.nu.9.
Inuestitura recipit interpretationem a constitut. & cap. Regni.nu.18. 340
Inuestituræ tenor derogat omni naturæ feudorum.nume.2. 38
Inuestituræ tenorem, formam uocant Siculi.nu.3.eod.
Inuestituræ tenor pro hæredib. cuicunque uoluerit dare.nu.4.eod.
Inuestituræ tenor facit feudum alienabile.nu.8. 39
Inuestituræ tenor pro hæredib. itaque uiuatur iure Fråcorum, an faciat feudum pacti, & prouidentiæ Principis.nu.1. 54
Inuestituræ omnes si essent sub dicta clausula, non seruiret de uento cap. Volentes, sed operatur.num.46. fol. 58
Inuestituræ tenor derogat omni naturæ feudorum.nume.48.eod.
Inuestituræ omni inest forma const. Si aliquem. nu.87. fol. 247
Inuestituræ tenor seruandus, & ad eum recurrendum. nu.1. 343
Inuestituram qui recipit, tenetur eam seruare cum omnib. pactis, & qualitatib.nu. 15. 347
Inuestiturarum multiplex, & uarius tenor.nu.7. 39
Inuestituris omnibus inest forma extrau. Si aliquẽ. nu. 12. 250
Inuitare ad successionem non pertinet ad Papam.nume.15. 175
Inuitatur nullus ad successionem, nisi quatenus lex inuitat.nu.16. 175
Inutilitas unius cõtractus nõ uitiat alterũ.nu.13.158

# L

LAESIO quòd sit magna, est necesse ad restitut.in integrum.nu.23. 325
In remuneratione successionis futurę nõ datur. ibid.nu. 24.
Laudemium de datione in solutum iudiciali soluitur. nu.9. 194
Legatum æquiparatur donationi. nu.4. 7
Legatum factum ciuibus, censetur factum ciuitati.nume.14. 80
Legatum fructuum feudi ualet, quia debentur actione personali.nu.28. 165
Lege promulgata si scit quis, statim ligatur.nume.64. fol. 149
Lege 2. C.de iure emphit. impeditur translatio dominii, quia lex prohibet.nu.78. 152
Lege præsupponẽte aliquid, debet præsuppositum probari.nu.13. 297
Legem fauorabilem ad cognoscendam, inspicitur principale propositum.nu.22. 107
Leges scire, est uim & potestatem earum tenere, & non uerba.nu.1. 5
Leges pœnales non sunt correctæ uerbis generalib. nu.11. 35
Leges distinguũtur, ne mutuò se impediant.nu.31. 73
Quæ dant formam futuris, nõ præteritis.ibid.nu.32
Leges allegatę per And.non probant eius intẽtionem. nu.13. 80
Leges quin in suo testamento locum habeant, nemo potest facere.nu.64. 130
Leges duæ feudorum in Regno, una ab intestato, & altera ex testamento, uel quacunque alia dispositione. nu.103. 136
Leges feudorum, & const. Regni censentur confirmata per c. Volentes, quando non alienatur feudum. nu.24. 159
Leges, & consuetudines feudorum non ligant ecclesiam.nu.1. 183
Leges statuuntur, ut seruiant omnibus.nu. 17. 204
Leges feudorum, & consuetudines, receptæ in Regno. num.1. 237
Quæ eatenus seruantur, quatenus non aduersantur. const. Regni. ibid.nu.2.
Leges bonæ sunt præcepta Remp.continentia. nu.33. fol. 260
Leges bonæ & rectæ quæ sint, cognoscuntur ex descriptione. nu.35. eod.
Leges diuinæ uoluntati reclamantes non ualent. nume.38. 261
Quæ habent fixas radices in cælo.ibid.nu.39.

Leges non debent esse multæ. nu.49. eod.
Et debent habere pro scopo bonum publicum. ibid. nu.51.
Et sunt ad Remp. accommodandæ, non econtra. ibid.nu. 52.
Leges, quæ inferunt pœnas maleficis, confirmantur iure diuino.nu.87. 263
Leges feudales in feudis dum supersunt, non arguitur a iure communi.nu.39. 280
Leges posteriores interpretantur a priorib.nu.8. 299
Legi fin.C.de reb.alien.non alie.bene respondent Doctor.nu.3. 142
Lea lege, Docto.confirmantes communem, bene respondent.ibid.nu.4.
Legi non potest quis addere, nec eam interpretari.nume.12. 299
Legibus non licet discedi.nu.55. 261
Legib.rectè positis, debent præponi uiri docti, & sancti.nu.117. 266
Legis capit:. Volentes, intellectus ab antiquis lucidatus.nu.11. 6
Cuius datur uerus intellectus.ibid.nu.22. 7
L.boues, §.hoc sermone, dispositio non procedit in dispositione fauorabili.nu.46. 13
Legis cessante ratione, cessat dispositio.nu.4. 20
Qua ratione attenta sic tenent Bal.& Ioann.Fab.& Ioan. Aloys.ibid.nu.5.
Legis casus ubi est, nullus relinquitur dubitationi locus.nu. 34. 66
L.'cum a matre, intellectus.nu. 10. 101
L.2.ff.si a parente quis fuerit manumiss.intellectus nu. me. 18. 107
Legis principalis scopus respicit, ne quis lædatur. nume.29. 108
Legis dispositio intelligitur in casu, quem præsupponit.nu.2. 114
Legis nouę dilatio est cótraria primæ legi.nu.14. 125
Legis prohibitio, & hominis impedit trăslationem dominii.nu. 12.fol.143.& nu.29. 144
Legis de essentia est, quòd fiat causa cognita.num.57. fol. 147
Cuius de essentia est promulgatio.ibid.nu.58.
Ad cuius esse tria requiruntur, institutio, promulgatio, & approbatio.nu.61. 148
Legis correctio fit expressis uerbis, & non aliter. nume.19. 199
Legis uerba ubi non conueniunt, nec conuenit dispositio.nu.43. 214
L.3.§.de illo ff.pro soc.& l.lege obueuire, ff.de uerb. sign.conciliatio.nu.17. 218
Legis ubi est casus, nullus relinquitur dubitationi locus.nu.6. 231
L.ius ciuile, ff.de iust.& iur. intellectus.nu. 96. 264
Legis præceptum, alterum non lædere, apud omnes gétes custoditur.nu.101. 265
Legi ubi casus est, nullus relinquitur dubitationi locus. nu.6. 274
Legis dispositio elargatur, & restringitur ad limites rationis.nu.51. 282
Legis ubi constat de ratione, fit restrictio ad limites rationis, & elargatio.nu.55. 283
Legis mens & ratio non differunt.nu.61. 284
Legis generalis ratio non restringitur.ibid. nu.62.
Legis ubi casus est, nullus relinquitur dubitationi locus. nu.4. 292
Legis ratio quando est generalis, tota lex generaliter est intelligenda.nu. 18. 327
Legislator ponit ut diuersa, Comitatus, Baronis, & feuda.nu.3. 35
Legislator quotiens decidit aliquid, debet intelligi omnia alia necessaria actui interfuisse. nu.68. 149
Legislator nõ debet curare omnib.maleficiis proprias pœnas imponere.nu.50. 261
Legislatorem esse subiectum legibus est necesse.nume.59. 262
Legislatori fuisset facile distinguere, si uoluisset. nume.24. 342
Legitima quando in specie determinata datur filio, nõ inuenitur hoc iure cautum.nu.65. 60
Legitima est pars illius, quod filia habitum esset ab intestato. nu. 2. 98
Legitima uiuente patre non consideratur. nu.6. 314
Legitima determinata semel, non uariatur amplius. nu.4. 316
Legitima non debetur de bonis fratris, uel sororis. nu.3. 326
Legitima non datur in successione fratris. nu.41. 328
Legitimæ in taxatione inspiciũtur bona tempore mortis patris.nu.3. 216
Legitimam pater potest dissipare.nu.25. 56
Legitimare in fraudẽ, & sine fraude, differũt. u.6. 178
Legitimati per subsequens matrimonium succeduut in feudo.nu.1. 174
Qui consequuntur omnia, quæ dependent a potestate Pontificis.nu.13. 175
Legitimatio quæ fit in articulo mortis, præsumitur fraudulenta. nu. 12. 179
Legitimatus per subsequens matrimonium retinet nobilitatem.nu.2. 174
Qui an sine dotalib.instrumentis succedat in feudo, quæstio difficilis est. ibid.nu.4.
Interuenientibus autem dotalib. instrumentis, succedit.ibid.nu.3.
Sine ipsis autem in terris subiectis imperio non succedit.ibid. nu.6.
Legitimatus per subsequens matrimonium sortitur um, ac si ab initio fuisset legitimatus. nu.8. 180
Legum correctio non fit per subauditos intellectus. nu.7. 99
Legum correctio non præsumitur, nisi uerbis exprimatur.nu.36. 109
Legum duplicia præcepta.nu.34. 260
Legum correctio non fit, nisi expressis uerbis.num.4. fol. 285
Lex, quæ reducit ad primum ius, quamuis corrigat medium, dicitur fauorabilis.nu.57. 14
Lex posterior distinguitur a priore.nu. 16. 24
Lex quando non excipit, uidetur signanter omisisse. nu.4.& seq. 25
Lex correctoria non debet extendi. nu.5. 35
Lex corrigens restringitur ad limites legis.num.29.& duob. seq. 37

Lex

Lex pœnalis debet latè interpretari, quatenus patitur proprietas uerborum. nu. 32. 66
Lex corrigens coarctatur in terminis legis correctæ. nu. 36. eod.
Lex procedit in feudo informi, ut fiat alienatio irreuocabilis. nu. 9. 84
Lex feudalis, & constit. Regni non loquuntur, nisi de dote constituenda. nu. 12. 89
Lex est omne, quod ratione continetur. nu. 8. 106
Les noua præiudicatiua iuris tertij, loquens de filio, non extenditur ad nepotem. nu. 3. 109
Lex quando principaliter continet filiorum fauorem, comprehendit etiam nepotes. nu. 7. 110
Lex loquens de proprijs filijs, comprehendit etiam nepotes. nu. 12. 111
Lex uendicat sibi locum etiam in casu ficto, quando fictio resoluitur in ueritatem. nu. 16. 113
Lex absolutè loquẽs non est restringenda. nu. 61. 130
Lex ante publicationem non dicitur. nu. 62. 148
Lex non transferr, nisi statuat sic Princeps. nu. 74. 151
Lex loquens cum aliqua qualitate, debet qualitas probari. nu. 12. 155
Lex nulla fauet alienationi feudorum. nu. 25. 159
Lex loquens cum aliquo præsupposito, non uerificatur, nisi probato præsupposito. nu. 40. 214
Lex posterior recipit interpretationem ab anteriori. nu. 11. 231
Lex corrigens debet intelligi secundum terminos legis correctæ. nu. 17. 232. & nu. 18. 239. & num. 43. 242. & nu. 25. 252
Lex etiam dura, seruanda. nu. 47. eod.
Et prorogans successionem est fauorabilis. ibid. nume. 48.
Lex est quicquid ratione consistit. nu. 51. 243
Lex debet indistinctè intelligi absque distinctione formarum. nu. 11. 250
Lex generaliter loquens non recipit restrictionem. nume. 9. 254
Lex est donum Dei. nu. 36. 260
Quæ ut sit iusta, debet consentire dogmati omnium Philosophorum. nu. 42. 261
Lex optima curat, ne Resp. inficiatur. ibid. nu. 43.
Castiget malos. ibid. nu. 44.
Quæ est exemplar, & regula, ac uiuendi modus. ibid. nu. 46.
Lex omnem firmitatem acquirit, quæ comprobatur exemplo Principis. ibid. nu. 57.
Lex respicit publicam utilitatem. nu. 106. 265
Quæ uno tempore potest esse bona, altero mala. nume. 114. 266
Lex de iure communi nulla defert successionem primogenito, & uiuentib. iure Francorum. nu. 7. 274
Lex indistinctè debet intelligi, si non sit lex, a qua distinguatur. nu. 24. 277
Lex ad limites rationis extenditur, etiam si uerba deficiunt. nu. 54. 283
Lex quotiens loquitur cum aliqua qualitate, debet uerificari qualitas ut habeat locum. nu. 14. 293
Lex quando requirit aliquid, non potest adimpleri, nisi integrè. nu. 6. 217
Lex quamuis dura, seruanda. nu. 12. 218
Lex statutum, & consuetudo, æquiparantur. num. 22. fol. 341
Lex admittens aliquem ad successionem feudi, non cẽsetur admittere, si tenor inuestituræ repugnet. nume. 5. 344
Libellus non dicitur, sed refutatio, quando se subtrahit possessor, & admittit subsequentem in gradu. nu. 6. fol. 162
Liberalitas requiritur etiam in Principe. nu. 18. 259
Liberorum est ex instinctu naturæ procreatio, & educatio. nu. 15. 324
Libertæ, & ancillæ sunt uiles, & humiles. nu. 25. 176
Licentia expressa & tacita, differunt. nu. 3. 200
Linea etiam in transuersali fit recta supputatio de qua libet persona. nu. 12. 233
Linea in transuersali frater est primo loco. nu. 16. 238
Lineæ ascendentium, descendentium, & collateralium tres sunt. nu. 19. 239
Lineæ transuersalis prima causa est fratrum. nu. 2. 273
Lineæ magis coniunctæ maior adhibetur fauor, quam remotæ. nu. 16. 340
Locus a speciali. nu. 9. 35
Loffredus non est tanti, ut propter eius addubitationem sit discedendum ab opin. Andr. nu. 11. 50
Loffredus refellitur. nu. 30. & duob. seq. 51. & seq.
Loffr. non bene percepit mentem And. nu. 34. 145
Lucæ Perna opin. confutatur. nu. 27. 28. 29. 30. 31. 32. & duob. seq. 1
Lucæ de Perna decisio falsa. nu. 12. 235
Luendi ius qui uendit, non dicitur alienare feudum. nu. 3. 111
Ex quo iure competit actio ad factum, non ad rem. ibid. nu. 4.


# M


Maiestatis læsæ crimen committens, perdit feudum, & applicatur domino. nu. 14. fol. 212
Maior non potest reclamare a sponsalib. num. 8. 310
Maiotia super feudis idem operatur, quod ius Francorum. nu. 5. 268
Manifesta in commune fieri, non est aliud, nisi publicare. nu. 60. 148
Marinus Freccia sic tractauit de origine feudorum, ut nulli reliquerit locum. nu. 4. 1
Maritata, uerbum est uerbum clarum, & non abusiuũ. num. 13. 299
Maritata, & dotata a matre tutrice, censetur dotata de bonis proprijs. nu. 1. 304
Maritata, uerbum stat accessoriè ad dotem. nu. 10. 308
Maritata, & dotata non excluditur. nu. 11. eod.
Quæ nullum priuilegium ætatis habet. nu. 12. 309
Et dotata statim excluditur. ibid. nu. 13.
Maritatæ ideo fit mentio, ut intelligatur & dotata. nume. 7. 308
Maritatæ appellatione in statuto non uenit sponsa. nume. 5. 310
Martin. Landens. & Præpos. declarat opinio. nu. 9. 295


Masculi

Masculi existentia semel, excludit in perpetuum. nu.8. fol. 303
Masculus maior ex c.Si aliquem præfertur.nu.11.346
Mater tutrix non præsumitur maritare de suo. num.2. fol. 304
Mater non tenetur maritare filiam. nu.4. eod.
Matre exclusa, censentur etiam exclusi filii.nu.2. 294
Matrimonii appellatione in materia indifferenti ueniunt tantum illi,qui contraxerunt per uerba de præsenti.nu.19. 311
In hac parte cõst.Si aliquem, fauorabilis.ibid. n.20.
Matrimonium tenet de iure canonico sine instrumentis dotalib. nu.13. 175
Matrimonium contractum in articulo mortis quando teneat,tenenda est distinctio Lud.de Sar.nu.8. 178
Matrimonium subsequens purgat omnem maculam. nu.4. 179
Matrimonium potest esse sine dote, & non è contra. nu. 14. 299
Matrimonium cum constat, censetur constare de dote.nu.16. 311
Matrimonium est de iure naturali, & diuino.nu.8.323
Matris in gradu nullum uitium.nu.5. 294
Mens const.Si aliquem,non fuit introducere ius Francorum, sed inductum confirmare.nu.10. 272
Milites Hyerosolimitani commutarunt arma bellica in melius.nu.2. 187
Quamuis sint obstricti eorum superiori, attamen quia pugnant cõtra infideles,dicuntur seruire Domino.ibid. nu.3.
De rigore iuris tenẽda est opin.contraria.ibid.nu.4.
Minor utrinque coniunctus quia nõ habet qualitatem maioris ætatis,non succedit.nu.6. 292
Minor nunquam restituitur, nisi lædatur uel dolo aduersarii,uel sui facilitate.nu.5. 323
Qui utens iure communi,etiam si lædatur, non restituitur.ibid.nu.6.
Moderator & arbiter est in re sua quilibet.nu.6. 39
Monachus non potest tales filios procreare,qui possint succedere in feudo.nu. 13. 212
Moriens non præsumitur dolum cogitare.nu.3. 178
Mors ciuilis nunquam æquiparatur criminali,nisi quãdo a lege exprimitur. nu.4. 211
Quæ si non operatur eundem effectum, quem mors naturalis, non æquiparatur morti naturali. ibid. nu.5.
Mortui non possunt legitimari.nu.4. 181
Mulier illa dicitur existere in capillo, quæ remanet in domo patris.nu.4. 306
Mulier consentiens sponsalib.dicitur nupta.nu.9. 310
Mulier consentiens matrimonio, non iuuatur contradictione circa dotem. nu.8. 321
Mulier consentiendo matrimonio, censetur doti consentire.nu.15. eod.
Mulier poterat consentire,ne reciperet nomine suo.nu me.5. 322
Mulier minor, quæ recepit, an restituatur.nu.1. 323
Andr.tenet, quòd possit restitui.ibid.nu. 2.
Mulier,quę nubit, utitur iure communi. nu.7. eod.
Quæ non dicitur circumscripta. ibid.nu.9.
Mulieri nubenti non potest impingi, seu imputari facilitas inconsulta. nu.11. 324
Cui nubere sine dote non est facile. ibid. nu.12.
Mutanda minimè sunt, quæ interpretationem certam semper habuerunt.nu.79. 132
Mutus in feudo degenerante absque seruitio succedit. nu.33. 229
Succedit etiam in feudo empto secundum aliquos. nu.34. 230

# N

NATVRA feudi non potest tolli per priuatum in constit. Regni.nu.31. 127
Natura feudorum per c. Volentes, est immutata. nu.45. 128
Natura idem importat, quod substantia.nu.63. 148
Natura fugit turbulentos ciuium affectus.nu.102.265
Natura quòd addatur aliquid, est mirabile.nu.95. 264
Naturales repelluntur a successione, uitio personæ earum,& odio patris.nu. 42. 328
Naturalia insunt, & si non exprimantur.nu. 19. 64
Naturalis non est capax feudi.nu.1. 173
Naturaliter quod inest, inspicitur,& non per accidens. nu. 19. 185
Natus non dicitur ex legitimo matrimonio, qui legitimatur ex subsequenti matrimonio.nu.3. 179
Neapolitani utuntur constitutionib.Regni,in quibuslibet feudis.nu.37. 66
Nepos præfertur materteræ,& amitæ.nu.4. 294
Qui subintrat gradum, sed succedit ex persona propria. nu 11. 295
Ac ex priuilegio sexus debet præferri.ibid.nu.14.
Nepotes nullum ius legitimæ habent in bonis aui uiuente patre.nu.3. 91
Nepotes mortuo patre naturali, non legitimantur per subsequens matrimonium.nu.1.& 2. 181
Contrarium, & malè, tenet Alciat. ibid. nu.3.
Nepotes ex filia maritata in uita patris possunt petere supplementum legitimæ.nu.1. 315
Nisi,dictio aduersatur præcedentibus.nu.29. 214
Nobilis in specie est minor Barone. nu.18.& 19. 205. & seq.
Nobilis, Altus, Spectabilis, & Egregius, sunt sinonima.ibid.nu.21.
Nobilitas,& æquè dignitas,non consideratur habita ratione ad uenditorem, sed ad feudum. nu.2. 170
Nobilitas, & dignitas cadit etiam in fœminam. ibid. num.3.
Nobilitas in fœmina ex primogenitoribus est firmior. ibid.nu.8.
Nobilium appellatione in genere comprehẽditur etiã Rex.nu.20. 206
Nomine proprio non refert uocari, uel appellatiuo. num.5. 83
Nullus unquam dixit, quòd dominus censeatur uenditor.nu.22. 202
Numerando a secundo gradu, in quo est frater, trinepos est in septimo gradu. nu.9. 23
Nupta dicitur obuoluta.nu.3. 306

Ober-

# INDEX

## O


OBERTVS, & Gerardus non formarunt consuetudines feudorum.nu.10. 222
Obertus sæpe sæpius ab opin. sua resilijt. ibid.num.11.
Obstantia quando sunt plura, oportet de singulis exprimere. nu.50. 68
Vberr. Proton. & Gualter. nunquam tenuerũt talem opin.ibid.num.51.
Qui nunquam loquuti fuerunt, an feudum dignitatis sit pacti & prouidentiæ Princ.ibid. nu.52.
Odiosa non extenduntur.nu.10. 35
Oldradi opinio, qui loquitur in filio, procedit etiam in transuersali.nu.4. 289
Omissum censetur ex iudicio omissum.nu.9. 296
Omnipotens est, qui non potest facere ea, quæ imperfectionem in se habent.nu.79. 263
Opinio communis seruata in Regno.nu.42. 57
Opinio uera absque scrupulo procedit in usuris iuxta formam bullæ.nu.21. 95
Opinio magis communis est cum Paulo in l.si cum uenderet.nu.18. 113
Opinio communis tenenda est, quia uera. nu.5. 142
Opinio recepta, seruanda, etiam si altera sit uerior, & cõmunior.nu.6. 194
Quæ habet iuris fundamenta. ibid. nu.7.
Opinio ultima censetur approbata.nu.5. 221
Opinio Marci Antonii falsa. nu.15. 222
Opinio communis quæ dicatur. nu.39. 225
Opinio communis firmat opinionem Bal.nu.11. 227
Opinio communis censenda nõ est ex numero, sed præstantia Doctorum. nu.18. 228
Opinio uera procedit etiam in feudis dignitatum. nume.22. 232
Opinio contra Andream, & sequaces uerior, & communior.nu.3. 249
Opinio contra Socin.in Regno præualuit.nu.52. 283
Opinio recepta tenenda est, quamuis altera sit uerior, & communior. nu.17. 299
Opinio ultima relata, censetur approbata.nu.9. 301
Opinio glos.uera, & communis.nu.18. 302
Opinio magis communis limitatur. nu.9. 313
Opinio communis in auth.præterea, C.unde uir, & ux. declaratur.nu.20. 319
Glos.limitatio non est uera. ibid.nu.21.
Opinione a communi non est recedendum.nu.40. 53
Opinione a recepta non est recedendum.nu.9. 83
Opinione a communi non est recedendum.nu.10.203. & nu.12. 222
Opinioni eorum, qui distinguunt, standum est. nu.41. fol. 53
Opinioni illorum, qui dicunt Principem sine causa posse auferre dominium priuati, non est accedendum. num.108. 266
Opinioni communi non est deferendum, si conuincatur melioribus rationib. nu.30. 278
Opinionis communis, & ueræ limitatio. num. 73. & seq. 61
Opinionum constitutio dicitur declaratoria, etiam quod non fiat mentio opinionum. nu.66. 285


## P


PACTI, & prouidentiæ Principis in feudis, agnati non adingrediuntur locũ prædecessoris, nec ueniunt ex persona.nu.16. 77
Pacti uerba diriguntur ad contrahentes. num.56. 147
Pacto de retrouendendo, non censetur res exisse de bonis alienantis. nu.14. 112
Pacto de retrouendendo competit actio ad ipsam rem. num.17. 113
Pacto quod potest fieri, multo fortius per legẽ. nu.29. fol. 252
Pactum magis attenditur, quàm natura feudi.nu.17. 6
Pactum quoties reducit ad ius commune, & pristinum ius, comprehendit prohibitio etiam casum permissum. nu.11. 142
Pactum iudicatur secundum propriam naturam feudi. nu.45. 146
Pactum non improbatur, per quod fœminæ uocantur ad successionem.nu.6. 170
Pactum quod potest, multo fortius lex.num.23. 182
§.profecto, de leg. Conrad. intellectus. nu.67. 15
§.hoc quoque, loquitur in feudo pacti & prouid.Princ. num.25. 144
§.filiæ autem, in const. ut de successionib. nullam patitur restrictionem. nu.12. 301
Qui declaratur.ibid.nu.14.
Parentes, uerbum secundum idioma italicum comprehendit consanguineos.nu.18. 297
Parentes, uerbum complectitur omnes ascendentes.numero 77. 246
Secundum idioma Italicum hoc uerbum accipitur pro agnatis. ibid. nu.78.
Habito respectu ad ultimum defunctum, spectatur causa proxima.ibid. nu.79.
Paria sunt, non esse dotatam, uel parua dote. num.7. fol. 317
Parificatio debet esse in eo, de quo agitur. num.31. & seq. 229
Paris de Puteo loquitu sine ratione.nu.27. 65
Parisius confundit terminos feudi hæreditarij, & degenerantis. nu.21. 46
Pars in toto continetur. nume. 11. & numero 16. fol. 39
Partis ad totum, & econtra, eadem est ratio. num. 18. fol. 40
Pastor bonus ponit animam suam pro ouibus suis. numero 14. 259
Pater non potest priuare filium iure primogenituræ. numero 33. 56
Pater dissipando bona, per quandam consequentiã dissipat legitimam.nu.63.& seq. 60
Pater acquirendo filiis, uidetur eis donare causa mortis. num.6. 79
Recensetur catalogus Doctorum tenentium opin And.ibid. num.7.
E contra catalogus Doct. tenentium contrariã opin ibid.num.8.
Pater non donat filiis, sed Princeps propter patrem. numero 20. 81

Pater quod acquisiuit filijs semel, eis inuitis non potest auferri. nu. 4 84
Non potest considerari fauor patris, sed filiorum tantum. ibid. nu. 5
In isto casu cessant rationes And. & Docto. dum loquuntur de feudo nouo. ibid. nu. 6
Pater solam filiam potest maritare, & agnatus tenetur ad dotem. nu. 5 90
Pater recipiens dotes, obligat feudum. nu. 6. eod.
Pater Baro an possit cogi, ut se obliget pro restitutione dotium nurus vxoris primogeniti. nu. 1 90
Pater quòd cogatur pro dotis restitutione, nulla lege cauetur. nu. 2 91
Pater non potest uni filiorum assignare feudum. numero 5 114
Pater quando nil habet, etiam in spe, nil transmittit. numero 14 270
Pater & filius non sunt una, & eadem persona simpliciter. nu. 5 300
Pater dotando, censetur dotasse contemplatione filij nu. 17 302
Pater an possit petere adiutorium a vassallis pro filia spuria. nu. 1 332
Iacob. de S. Greg. opinio contraris. ibidem. numero 2
In hoc casu nulla extensio. nu. 3 333
Tex. alleg. per Iacob. non probat suam intentionem. ibid. nu. 4
Pater non tenetur regulariter dotare filiam spuriam. ibid. nu. 6
Qui tenetur dotarem filiam spuriam inopem. ibid. nume. 7
Potest petere subsidium pro filia maritanda, quando urget necessitas. ibid. nu. 8
Pater, & frater Baro tenetur maritare filiam, vel sororē legitimam. ibid. nu. 10
Patre nemo poterit melius capere consilium pro filia. nume. 4 314
Patruus magnus verè dicitur patruus. nu. 56 283
Patruus non necessitatur dotare neptem filiam fratris. nu. 3 304
Pauli opin. in l. si cum venderet, est communis. numero 8 30
Pauli de Castro opinio apparet communior. nume. 8. 116
Peccandi potentia misera, quæ facit seruum non hominis, sed diaboli. nu. 76. & seq. 263
Penè, & intelliguntur, dictio, denotat fictionem. numero 5 300
Perinde, dictio fictionem denotat. nu. 5 179
Permutatio est alienatio rei pro re, etiam si interueniat precium, minus tamen dimidio. nu. 6 189
Permutationis contractus est diuersus a contractu emptionis, nisi sit eadem ratio. nu. 1 204
Pern. quid senserit de forma larga, ipse uideat. numero 24 65
Qui non est tanti faciendus, ut præferatur aliis. ibid. nu. 26
Pern. malè loquitur, quòd legatarius habet feudum, & onus super fructib. nu. 39 166
Persona extranea non subintelligitur, nisi exprimatur, etiam in statuto. nu. 13 238
Personę quot sunt, tot cēsentur concessiones. num. 13. fol. 163
Petri a Gregorio argumēta non sunt firma. nu. 34. 328
Cuius tertium argumentum in omnibus partib. falsum. nu. 43. 329
Petri à Gregorio recitatur opinio. nu. 1. 331
Petrus à Gregorio notatur, allegans Bald. qui probat contrarium. nu. 40. 280
In sua ratione decidit hunc casum pro masculo. ibid nu. 41.
Petrus à Greg. notatur. nu. 9. 316. & nu. 3. 331
Phinees interfecit Madianitam. nu. 82. 263
Pilei, & Bulgari distinctio fuit inuenta, ut dignoscatur feudum pacti & prouidentiæ ab hæreditario respectu succedentium. nu. 23. 46
Plecti quem sine culpa, est iniquum. nu. 30. 28
Pœna priuationis non inducitur, nisi lege exprimatur. nu. 8. 99
Pœna non censetur imposita, nisi specialiter sanciatur nu. 6. 256
Pœna priuationis non habet locum, nisi expressis uerbis imponatur. nu. 6. 308
Pœnæ inflictæ pecuniariæ non exiguntur absque scrupo conscientiæ. nu. 5. 256
Pœnarum relaxatio præstat incentiuum delinquendi. nu. 45. 261
Poeta egregius uocauit leges, fundamenta ciuitatum. nu. 56. 261
Populus Romanus nunquam fuit usus plenitudine potestatis. nu. 109. 266
Possessor quòd elapsis triginta annis sit securus, procedit contra desidem negligentem. nu. 22. 27
Potentia absoluta non consideratur, nisi sit adiuncta prudentiæ. nu. 110. 266
Card. uocabat clausulam tempestatis. ibid. nu. 111
Potentiæ de facili reducibilis ad ipsum actum, & actus, idem est iudicium. nu. 7. 30
Potestatis a Deo ordinatæ. nu. 83. 263
Præcedentia ex subsequentib. declarātur. nu. 13. 301
Præceptum de non occidendo, declaratur. nu. 86. 263
Prædia esse eadem, quę & antiqua militia iam asserentis explodūtur. nu. 35. 3
Prælatus præiudicat ecclesiæ in quærendis. nu. 7. 208
Præmissa, dictio demonstrat Legislatorem loqui retentis eisdem terminis. nu. 8. 235
Præfatio dat intellectum legi. nu. 19. 36
Prærogatiua gradus potentior cæteris. nu. 73. 245
Prærogatiua capilli in eodem gradu inter fœminas potentior est. nu. 6. 298
Prerogatiua gradus est potior cæteris. nume. 9. & 13. fol. 307
Prærogatiua primogenituræ primogenita excludit cæteras. nu. 2. 308
Prærogatiua extr. Si aliquem, in omnib. transuersalib. seruatur. nu. 5. & 6. 305
Præscriptio xxx. ann. an sit sublata per l. Imperialem Frederici. nu. 2. 23
Præscriptio 30. annorum etiam in feudis per constit. consuetudinem, & c. continua, inter cap. Regis Martini. nu. 6. 24

Præscriptio noua quando inducitur, tunc non distingui tur a lege antiqua. nu. 17. eod.
Præscriptio an obstet successori in feudo pacti & prouidentiæ Principis. nu. 1 25
Præscriptio in feudalibus est fauorabilis. nn. 5 eo.
Præscriptio statutaris, tanquam subrogata, recipit omnes interpretationes a iure communi. nu. 29 27
Præscriptio minor tricenaria, in feudis non currit. numero 34 28
Quæ habet locum in feudis, & quota feudi. ibid. numero 35.
Præscriptio centenaris, vel immemorabilis in præscriptione rei feudalis tanquàm liberæ, non excluditur. nu. 36 eod.
Præscriptio immemorabilis an excedat centenariam. nu. 37. & nn. sequentib. per totum. eod. & seq.
Præscriptio pacti de retrouendendo, non est aliud, nisi præscriptio utilis dominij. nu. 6 30
Præscriptio inducit illud, quod lex uult. nu. 3 70
Quæ recipit fomentum ab extrauag. Volentes. ibid. numero 4.
Præscriptio continet illud, quod est diffinitum a iure, uel consuetudine. nu. 10 71
Præscriptio non continet quid diffinitum ab homine, sed a iure. nu. 19 72
Quæ æquiparatur pacto simpliciter. ibid. nu. 29.
Præscriptio recipit diffinitionem a consuetudine. numero 36 73
Præscriptio legalis non currit contra minores. numero 5 114
Præscriptiones inductæ à cap. Regni, sunt conuentioles. nu. 16 26
Præscriptiones tot sunt in feudo pacti & prouidentiæ Principis, quot sunt personæ. ibid. nu. 17
Prætor subuenit minori in eo, quod est gestum per eú, & est circumspectus. nu. 17 324
Qui de euentu non curat. ibid. nu. 20
Precij loco supponitur illud, quod debetur. nu. 15. 192
Primogeniti habent a Principis prouidentia, ideo feudum pacti & prouid. Princ. nu. 34 57
Primogeniti prærogatiua antiquissima apud Siculos. nu. 3 267
In Francia inter nobiles est generalis. ibid. nu. 4
Primogeniti plurimum amantur a patre. nu. 15 270
Primogenitorum prærogatiua reperitur apud multas nationes. nu. 2 267
Primogenituræ iure sine causa non potest quis priuari. nu. 39 57
Primogenituræ ius in feudis dignitatum, non est ex speciali iure Francorum, sed ex vetusta consuetudine. nu. 20 64
Primogenitus succedit ex principali prouidentia, & ex contractu Principis. nu. 32 56
Primogenitus recipiens dotem, non obligat Baroniã. nume. 8 90
Primogenitus quis sit. nu. 1 269
Impropriè dicitur ille, qui post primogenitum nasci tur. ibid. nn. 2
Primogenitus tenetur fratrib. ad alimenta. nu. 54. 330
Princeps in successione transuersalium iubet seruari const. Si aliquem. nu. 17 251
Princeps præsumitur statuere legem absque præiudicio tertij. nu. 22 eo.
Qui super iure quæsito non disponit. ibidem. numero 23
Nec præsumitur disponere illud, quod non potest. ibid. nu. 24
Qui potest dare naturam feudis, quam vult. numero 28. 252. & nu. 30. 253
Et potest cuilibet præiudicare, cum esset ius quæsitum spe. ibid. nu. 32
Princeps potest pro utilitate publica cogere vassallos, vt soluant seruitium in pecunia. nu. 9 257
Princeps ille verus est in Rep. Regia, qui præ cæteris est sapientior in gubernando. nu. 8 259
Princeps censetur habere omnia iura in scrinio pectoris. ibid. nu. 12
Princeps debet ferre leges rectas, & bonas. nume. 31. 260
Princeps efficere debet, vt legibus pareatur. nu. 53. & seq. 261
Princeps eligere viros præcipuos debet, vt administrẽt leges. nu. 65 262
Qui quòd omnis possit facere, mirandum est. ibid. num. 66
De cuius potestate nemo audet disputare. ibidem. nume. 68
Potest ius diuinum limitare. ibid. nu. 69
Potest bona a subditis auferre ex causa, & dare alteri. ibid. nu. 70
Qui quanuis sit solutus legib. non potest talia facere. ibid. nu. 71
Princeps non quod potest, sed quod debet, astringitur facere. nu. 72 263
Cui tria conueniunt, iustitia, prudentia, & potentia. ibid. nu. 73
Neglecta autem iustitia, & prudentia non dicitur potens. ibid. nu. 74
Qui agens contra leges, peccat. ibidem. numero 75
Cuius potentia consistit in virtute. ibidem, numero 78
Cuius de legitima potestate non licet disputare. numero 112 266
Qui potest ius ciuile figere, & refigere. ibidem. numero 112
Princeps indulgens, & restituens feudum, an censeatur de nouo dare. nu. 1 118
Qui reconcedendo feudum, censetur illud de nouo dare. nu. 12 120
Princeps condendo legem, facit vt Princeps, & ea non ligatur. nn. 51 147
Qui contrahendo, condere legem non est censendus. ibid. nu. 52
Princeps non prospexit Baronib. solis per c. Volentes, sed etiam sibi. nu. 49 167
Princeps in extr. Volentes, semper fuit memor iurium suorum. nu. 22 169
Princeps potest legitimare naturales ad successionem feudi. nu. 9 178
Princeps quæ non expressit, censetur omisisse. numero 16 190

Qui quod non loquitur, nec uelle præsumitur.ibid. nu.17.
Princeps illud præsumitur uelle, quod uerbis expressit. num.9. 198
In ista quæstione utrinque urgent rationes.ibid.nume.10.
Princeps habet potestatem legis condendæ.nu.13.203
Qui in suo contractu censetur abrogare leges, quæ obsistunt.nu.15. eod.
Princeps condendo legem potuit habilitare uterinum ad succesſionem feudi.nu.95. 248
Agnati tales erant exclusi ex cõst.Regni.ibid.n.97.
Qui potest tollere ius quæsitum alteri spe. ibid.nume.98.
Qui quod potest per rescriptum, multò fortius per legem.ibid. nu.99.
Qui & condendo legem,potest præiudicare etiam in iure quæsito.nu.102. 249
Princeps quod non dixit, siue lex, nec uoluisse præsumitur.nu.8. 292
Princeps si uoluisset,expressisset.nu.7. 298
Princeps etiam expressè consentiendo alienationi,non præiudicat agnatis.nu.10. 345
Princeps condendo legem generalem,potest tertio præiudicare.nu.24. 350
Principatus Regius assimilatur cœlesti Principatui. nu.3. 258
Cuius unitas laudatur ab omnibus.nu.4. 259
Principem unico uerbo dispositionem præcedentem uelle subuertere, non est uerisimile.nu.12. 55
Clausula illa non debet referri ad disposita.ibid.nume.13.
Feudum sub tali clausula est hæreditarium,& potest alienari secundum Andr. ibid.nu.14.
Principem legislatorem scientiam habere oportet diuinarum,& humanarum rerum.nu.37. 261
Principi nullum præiudicium fit ex substitutione fidei commissaria.nu.59. 14
Principi quicquid placet, est lex.nu.55. 147
Principi licet imponere legem, quam uult in re sua. nu.3. 334
Principis consensus circa alienationem feudorum, est strictè interpretandus. nu.3. 9
Principis uoluntas præsumitur conformis iuri communi.nu.24. 40
Principis mens condentis legem, optima probatio est. nu.12. 71
Principis solius est dare formam feudis. nu.2. 124
Principis de mente quando apparet, dominium transfertur. nu.73. 150
Principis ex solo consensu ab extraua. Volentes, non subiugantur feuda.nu.26. 165
Principis expressa licentia facit, quòd feudum non reuertitur ad dominum, si uenditor decedat sine hærede legitimo.nu.4. 206
Principis confirmatio expressa requiritur ad plures effectus.nu.1. 187
Principis pronunciatio facit ius.nu.4. 232
Principis potentia magis debet uenerari, quam de ea disputari. nu.94. 248
[P]rincipis, & Imperatoris optimi nõ est relinquere Regnum destitutum. nu.6. 257
Principis munus est ferre leges.nu. 30. 260
Principis consiliarios oportet esse præditos sanctitate. nu.118. 266
Principis mens talis præsumitur esse,qualis de iure esse debet.nu.9. 345
Principum beneficia latissimè interpretanda. nu. 10. fol. 250
Principum perfectiones sunt scientia,& peritia gubernandi.nu.28. 260
Priuati non possunt disponere contra Regni constitutiones.nu.26. 11
Priuati non possunt disponere contra Regni const. nu.21. 126
Priuatio præsupponit habitum.nu.6. 303
Priuatus potest restringere formam,& elargare in casu a lege sibi permisso. nu.70. 16
Andr. tenet oppositum.ibid.nu.71.
Priuatus non potest apponere pacta contra Regni constit.nu.40. 127
Priuatus non potest recedere a forma data a Principe. num.89. 134
Priuilegio in quolibet censetur inesse forma succedendi, tradita a c. Si aliquem.nu.3. 41
Prohibita diminutione feudi, prohibetur diuisio. nume.5. 271
Prohibitio non generica, sed in certum genus specificum personarum, non interdicit succesſionem ab intestato. nu.17. 186
Proœmium inducit causam finalem.nu.2. 7
Prorex præstat consensum alienationib. feudorum. nu.4. 207
Protestatio contraria facto non releuat.nu.22. 319
Protonotarius dicebat, quòd extr. Volentes, non procedit in forma expressa sub clausula iuris Francorũ. nu.21. 251
Proximior,uerbum appositum respectiuè referẽdo singula singulis. nu.52. 243
Proximior, dictio est posita inter collaterales defuncti.nu.57. eod.
Proximior, uerbum quomodo intelligitur in const. Si aliquem.nu.3.276.& nu.26. 278
Proximior quòd succedat,censendum est esse statutum regulare.nu.18. 277
Proximior non succedit in feudo, nisi sit hæres.nu.1. fol. 288
Proximior dicitur ille, qui est utrinque coniunctus. nume.2. 291
Proximior admittitur in succesſione.nu.13. 340
Proximitas consideratur respectu ultimi decedentis. num.12. 339
Publicatio bonorum non derogat iuri naturali.nu.98. fol. 265
Publicatio bonorum non est derogatio, sed executio. ibid. nu. 100.
Pugnæ calor facit insanire.nu.33. 108
Quam opin.tenet Guil.de Pern.ibid.nu.34.
Enucleatur, & elicitur uerus sensus uerborum Guliel.de Per.ibid. nu.35.


Quali-

## Q


QVALITAS adiuncta enti, qualificat illud. nume. 8. 35
Qualitas requisita a lege, debet probari. num. 6. 115
Qualitas illa, quòd sit filius, requiritur tempore alienationis. nu. 10. eod.
Qualitas, quæ requiritur ab initio, non sufficit, si postea superueniat. nu. 2. 179
Quæ ueniunt in consequentiam, non habentur in consideratione. nu. 7. 322
Quæstio difficillima, si moritur ille, in quem fuit facta refutatio, quis succedat. nu. 2. 84
Quæstio in deportato non cadit. nu. 1. 215
Qui non potest seruire de persona, potest seruire per substitutum. nu. 8. 42
Qui reducitur ad pristinum ius, non dicitur acquirere de nouo. nu. 30. 122
Idem si Rex reconcederet iure antiqui feudi. ibid. num. 31.
Quibuscunque, dictio uniuersalis, & illa uerba, & cui dederis, æquiparantur. nu. 2. 42
Quibuscunque, dictio in dispositione hominis non recipit restrictionem. nu. 3. 226
Sub tali forma sunt feuda conditionata. ibid. numero 4.
Sub tali forma feudum improprium, & non excludit fœminas. ibid. nu. 5.
Quod non corrigitur, stat. nu. 21. 165


## R


RATIO text. in §. generali, adducitur ex prohibitione alienationis. nu. 2. 20
Ratio ubi eadem est, ibidem ius. num. 38. fol. 66. & nu. 10. 190. & nu. 31. 224. & nume. 7. 305
Ratio tex. in c. Titius, est quia filius est suus. nume. 4. fol. 110
Ratio uendicat locum in feudo pacti & prouidentiæ Princ. nu. 38. 145
Ratio expressa multum operatur. nu. 7. 221
Quæ dat intellectum legi. nu. 27. 224
Ratione legis correcta, an censeatur correcta dispositio legis. nu. 8. 21
Ratione una cessante, remanet alia. nu. 13. eod.
Ratione legis cessante, cessat eius dispositio. num. 37. fol. 145
Ratio legis se habet ad legem, sicut anima ad corpus. nu. 30. & 38. 224. & seq.
Ratio & forma inuestituræ, est causa finalis. num. 36. fol. eod.
Ratio est anima legis. nu. 50. 282
Ratio ubi est eadem, non fit extensio, sed comprehensio. nu. 53. 283
Ratio illa, ne priuetur pater luctuosa hæreditate filii, nunquam fuit recepta in feudis. nu. 14. 297
Ratio adducta a Petro de Gregorio. nu. 17. 327
Ratio ab eodem adducta in constitutionib. Regni non exprimitur. nu. 35. 328
Ratio constituendi dotes de paragio, & uitam, & militiam. nu. 38. & 39. eod.
Ratio excogitata per Petrum de Gregorio non est scripta. nu. 39. eod.
Redditus pro seruitio attenduntur tempore concessionis. nu. 15. 255
Redimens non impugnat contractum, imo illum approbat. nu. 24. 202
Reductio ad legem antiquam permittitur etiam in correctoriis. nu. 63. & 64. 284
Refutatio, quæ fit proximiori successuro, tenet. nu. 36. fol. 161
Refutatio importat accelerationem. nu. 16. 171
Regis Martini per capitulum an censeatur correcta cõstit. consuetudinem. nu. 13. 14. & seq. 24
Regis Alphonsi literæ, quòd communicentur feuda hęreditaria. nu. 4. 33
Regis Martini declaratione non apparet in parlamento, & Andaciensi. nu. 33. 73
Regis pertinet ad officium præstare licentiam alienationi feudi. nu. 9. 200
Regis ad exemplum totus componitur orbis. num. 16. fol. 259
Regni constitutione stante, uidetur quòd hæres possit alienationem reuocare. nu. 3. 101
Regnum uiuit hodie iure Francorum, nu. 8. 71
Regnum non transmittitur ad quemlibet hæredem. nu. 8. 203
Regnum beneuolentia ciuium debet esse septum, non armis. nu. 25. 259
Regnum Siciliæ, quod defertur ex pacto, non defertur secundogenito, mortuo primogenito. nu. 5. 269
Regnum defertur naturali ordine. nu. 15. 287
Regula iuris, quod cui. nu. 65. 15
Regula, lex indistinctè loquens, indistinctè debet intelligi, quomodo procedit. nu. 18. 24
Regula quando excipitur unus casus, firmatur in aliis. nu. 3. 25
Regula illa, quòd exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis, uera est, sed non ampliat. num. 23. fol. 27
Reg. cui licet, ff. de reg. iur. 40
Reg. quod in indiuiduis utile per inutile non uitiatur, procedit, quando sunt dispositiones diuiduæ. nu. 29 fol. 160
Reg. potest recedi, ea illæsa particulari ratione. nu. 21. fol. 277
Reg. procedit, quando succedunt masculi. nu. 22. eod.
Reg. qui tenetur ad totum, tenetur ad partem, declaratur. nu. 5. & 14. 317. & seq.
Regulæ, cui licet, de reg. iur. intellectus, & limitatio. nu. 13. 10
Regulæ adhærendum est, donec non demonstretur fallentia. nu. 41. 74
Regulæ standum est, donec non demonstretur fallentia. nu. 3. 91
Regulę adhærendum est, dum non demonstratur limitatio. nu. 5. 162
Rei uendicatio utilis ex pacto de retrouendendo datur. nu. 5. 30

Relatum eſt in referente cum omnibus qualitatib.eius. nu. 16. 347
Religionem ingrediens dicitur uerè mortuus. numero 11 212
Relinquo,uerbum generale ad quamlibet diſpoſitionem.nu.60.& 130 282
Remotior non admittitur ad ſucceſsionem feudi. numero 91 247
Iacob.Ruſſus nil dicit in iſto caſu. ibidem. numero 92.
Rempublicam a bono Principe gubernatam, impoſsibile eſt non habere optimas leges.nu.48 261
Renunciare non intelligitur quis ius, quod ignorat. numero 2 315
Quæ opin.procedit in renunciatione generali. ibid. nume.3
Opiniones contrariæ procedunt in renũciatione ſpecifica.ibid. nu.4
Renunciatio etiam ſpecifica,ſi eſſet enormis læſio, nõ præiudicaret.nu.5 315
Renunciationes ſtant in libera renunciantis voluntate. nu.4 320
Res aliena eſt,de qua quis habet tantum uſumfructũ. nu.27 108
Res ſi ob moram, uel aliud contra factum, fuerit ipſo iure alteri applicata,poteſt mora purgari de voluntate partium.nu.7 119
Res propria nemini ſeruit.nu.7 158
Reſpublica Regia præ cæteris laudatur. numero 2. 258
Reſtituere illud,quod non habet,quis non poteſt.numero 15 120
Reſtitutionem in integrum ad conſequendam, requiritur læſio,& magna.nu.28 324
Reſtrictio,quam facit And.ad tex. in l. octaui. ff. unde cognati.non eſt uera.nu. 20 322
Reſtitutio in integrum non datur, niſi ob magnam læſionem.nu.9 103
Retentio debet eſſe in re,quæ alienatur. numero 48. 146
Rex Martinus declarauit in priuilegio conceſſo Sanchio Rois de Comitatu Galgiani.nu.13 71
Rex in Sicilia cenſetur uelle ſeruitium perſonale. nume.9 185
Rex ſi conſentit expreſsè, an poſsit redimere. numero 1 200
Rex non aſtringitur recipere iuramentum fidelitatis ante receptam decimam.nu.2 204
Rex proſpexit ſibi de iurib.ſuis.nu. 1 206
Rex non poteſt cogere uaſſallos, ut pugnent extra Regnum.nu.1 256
Tamen pro utilitate Regni, & Reip. poſſet trahere eos extra Regnum,ut ibi pugnent.ibid.nu.2
Rex ab Homero appellatur paſtor populorum. numero 9 259
Rex beneuolentia ciuium regnat.nu.23 eod.
Rex,& ſacerdos idem apud Aegyptios.nu.40 261
Rex cenſetur ex diſpoſitione c. ſi aliquem, alijs uelle præiudicare.nu.20 341
Rex Iacobus conditor c. ſi aliquem, nil aliud cenſetur voluiſſe,niſi conformare ſe iuriſdictioni iuris communis.nu.22 349
Riccardus de Paſſanito erat primus acquiſitor, qui non ligatur forma.nu.47 58
Ripa decipitur in intellectu gloſſarum, quas allegat. nu.65 149
Robert.Marantæ limitatio erronea. nu.2 315
Rubrica perfecta diſponit ſicut nigrum. numero 6. 296

## S

SALICET. declaratur opinio.nu.12 295
Scæuola Iuriſc.quotiens conſulebatur de iure Prætorio,remittebat ad Furium,& Caſſellium.nu.1 337
Scientia, & ignorantia tunc conſideratur, quando quis poteſt actui contradicere.nu.9 321
Scientia unà cum taciturnitate inducit ratificationem. nu.23 322
Scientia illa,& patientia inducit ratihabitionem. numero 2 322
Scripturæ attendendus eſt ordo.nu.13 346
Scripturas extendere non eſt noſtrum. nu.1 179
Secundogenitus, qui ſubit locum primogeniti, non dicitur primogenitus naturalis,ſed cognitus a lege. nume.3 269
Qui impropriè dicitur primogenitus.numero 9.10. & 11 270
Secundogenitus tunc fingitur primus, quando moritur primus ante patrem.nu.12 270
Secundus dicitur primus reſpectu tertij.nu.8 269
Sententia Principis facit ius.nu.4 54
Sententia lata in cauſa dimidij Catuſi,iniuſta. numero 6 237
Separatorum ſeparata eſt ratio.nu.59 129
Sermo ſimpliciter prolatus, de primo actu intelligitur. nu.2 9
Seruitium non eſt de ſubſtantia feudi.nu.33 224
Seruitium debitum ex forma inueſtituræ,eſt de ſubſtantia feudi.nu.35 eod.
Seruitium militare eſt onus feudi.nu.1 254
Seruitium militare in Regno,eſt ſeruire cum uno equo armato.ibid.nu.2
Seruitium non uenit,niſi exprimatur.nu.5 eod.
Quod eſt de natura feudi.ibid.nu.7
Seruitutes indiuiduæ,attamen diuiduntur commoditates.nu.7 164
Seu,dictio ſtat declaratiue in tex.nu.3 168
Sexum præferri gradui in declaratione eſt expreſſum. nu.49 282
Si, dictio conditionem facit.nu.14 220
Sicut,dictio importat omnimodam ſimilitudinem. numero 11 168
Et regulare eſt, quòd exprimat omnem ſimilitudinem.nu.12 169
Opinio contraria tenetur ab omnibus.ibid. nu.13
Quæ non exprimit ſemper omnimodam ſimilitudinem.ibid.nu.15
Simili, dictio denotat eãdem qualitatem.nu. 11. 297
Socin.opin.refellitur.nu.6.& 7.41

# INDEX


Soc. reprehenditur doctrina.nu.25. & seq. 229
Soc.nihil boni dicit circa intellectum const.Si aliquē, num.65.& 66. 244
Socini consilium declaratur.num.19. 319
Socrates ascribit Regi scientiam,& peritiam gubernandi.num.10. 259
Socrates desiderabat in Principe scientiam diuinarum, & humanarum rerum. nu.41. 261
Solon statuit eius leges duraturas centum annis. nume.116. 266
Soluere qui astringitur uniuersa legata,non deducit falcidiam.nu.2. 154
Soror quod consequitur ultra paragium,consequitur ex contractu,& dispositione fratris.nu.6. 92
Soror utrinque coniuncta minor prefertur maiori non utrinque coniuncto.nu.4. 274
Soror ut repellatur a successione, oportet, ut sit dotata ab eo,de cuius successione agitur. nu.4. 300
Soror unica etiam maritata & dotata, succedit excluso fisco.nu.1.& 2. 303
Soror excluditur,non ut succedat fiscus,sed ut præferatur soror in capillo.ibid.nu.3.
Soror nupta & dotata,an excludatur a nepte in capillo. num.1. 306
Soror uidua an excludatur a successione,nu.1. 308
Soror an ob dotem promissam,& non solutam excludatur a successione.nu.1. 312
Soror maritata an compellatur recipere dotem de paragio.nu. 1. 320
Soror non potest cogi ad recipiendam dotem.num.11. fol. 321
Sororem fuisse dotatam de bonis patris, sufficit ut excludatur.nu.1. 300
Idem censendum, si fuerit dotata ab auo. ibid. nume.2.
Sororis in capillo respectu const.Si aliquem, est fauorabilis.nu. 10. 305
Specialia plura non tolerantur.nu.6. 234
Specialitas nulla in feudis in inuentario. nume. 2. fol. 102
Spectandus mos prouinciæ, in qua sortitur effectum dispositio. num.3. 268
Speculatoris, & sequacium auctoritas uendicat sibi locum in datione in solutum extraiudiciali.nume.11. fol. 192
Specul. dictum potest procedere in necessaria datione in solutum. nu.13. & 14. eod.
Spes de successione uiuentis improba. nu.8. 322
Sponsa dotata an repellatur a successione.nu. 1. 309
Sponsa dicitur maritata.ibid. nu.2.
Sponsa per uerba de futuro,non mutat domicilium. nume.4. 310
Quæ a successione feudi excluditur,si sponsalia transierint in matrimonium.ibid.nu.6.
Ac sponsalibus solutis non excluditur. ibid.num.7.
Sponsa per uerba de futuro,excluditur stante statuto,ꝙ mulier dotata excludatur. ibid. nu.11.
Sponsa de præsenti dicitur statim mutasse domicilium patris. nu.14. & 22. 311
Quæ uxoris appellatione in statutis comprehenditur.ibid.num.15.
De stricta significatione uerborum dicitur uxor, & sponsus maritatus. nu.16. eod.
Sponsa post consensum de præsenti nō potest dici propriè.ibid.nu.17.
Sponsalia in materia odiosa, appellatione matrimonij non ueniunt.ibid.num.18.
Spurij debent ali ex officio iudicis.nu.5. 333
Statuta,& leges concedere,est iurisdictionis. num.13. fol. 182
Huic opinioni non est inhærendum quia ecclesia nullum generale priuilegium, nec speciale habet in hoc.ibid. nu.14.
Statuto stante,quòd uendens rem forensi incidat in pœnam,non habet locum in eo, qui remittit actionem. num.9. 112
Statutum odiosum,& si non recipit extensionem actiuam,recipit pasſiuam. num.44. 13
Statutum habens uerba præcisa, recipit limitationem secundum subiectam materiam.nu.31. 28
Statutum dictans,quòd pater teneatur soluere condemnationem filii,non extenditur ad nepotem. num. 2. fol. 109
Statutum semper fuit, ne posſit fieri alienatio feudi in ecclesias. num.20. 182
Statutum prohibens alienationem in ecclesiam, & ecclesiasticas personas,ualet. nu.15. 186
Statutum dictans, quòd de precio rei deductæ in contractu soluatur gabella,uel decima, nō uendicat sibi locum,nisi in contractu emptionis.nu.13. 190
Statutum loquens in uno casu,extenditur ad alium habentem eandem rationem. nu.11. eod.
Statutum loquens de uenditione,habet locum in datione in solutum.nu.7. 191
Statutum procedit etiam in larga significatione.nu.19. fol. 193
Statutum in uno ex similibus, uendicat sibi locum in alio. nu.23. eod.
Statutum loquens de uenditione, non habet locum in datione in solutum iudiciali. nu.2. 194
Statutum derogans iuri communi, nō recipit ab eo interpretationem.nu.30. 240
Statutum corrigens ius medium,& reducens ad ius antiquum, est fauorabile. nu. 49. 242
Statutum fauens masculis, agnatis est fauorabile. nume.42. 281
Doctorum catalogus tenentium hanc opin. ibid. num.43.
Statutum deferens successionem potiori in gradu, non admittit subintrationem.nu.16. 287
Statutum excludens fœminas propter masculos, uendicat sibi locum,si supersunt masculi. nu.7. 303
Stipulatio euictionis accessoria,& sicut non ualet principale,non ualet accessorium.nu.7. 101
Subfeudi in alienatione multi tenent non requiri, nisi consensum Principis. nu.19. 139
Casus iste comprehenditur sub c. Volentes, correctis const. Regni.nu.20. 140
Subfeudi in successione attenditur ualor tempore concessionis eius.nu.17. 255
Secus in mera confirmatione,quia nil tribuit de nouo.ibid.nu.18.


Subfeu-

Subfeudum tenetur mediatè a Regia Curia. num. 16. fol. 139

Subintratio, cum succeditur iure Francorum, non admittitur.nu. 15. 307

Subintratio, in successione descendentium tenetur, quòd admittitur.ibid.nu. 16.

Subintrationis æquitas reperitur scripta, quando tractatur de hæreditate diuisibili.nu. 17. 287

Subiugare non est aliud, nisi supponere.nu.9. 164

Subiugata res si produceret tot redditus, non teneret subiugatio. nu. 11. 164

Subiugatio censetur quædam seruitus. nu. 17. 165

Subiugatio est diminutio feudi. nu.34. 166

Subiugatio non est, nisi hypothecaria suppositio.nu.6. fol. 196

Subiugatione afficitur feudum.nu. 32. 166

Substituere non est dare nouam formam. nume. 86. fol. 134

Substitutione non succeditur ab intestato, sed ex testamento.nu.93. 134

Succedat, uerbum denotat successionem ab intestato. num.3. 291

Succedens censetur habere ab ultimo defuncto immediatè. nu.26. 327

Succedendi certus ordo consideratur ab intestato. nume.92. 134

Succedendi potestas solo iure ciuili introducta est.nume.17. 175

Successio delata primogenito, refertur ei ut hæredi. num.27. 56

Successio singularis datur.nu.24. 186

Successio ab intestato sub potestate alienandi comprehenditur. nu.25. eod.

Successio transuersalium tunc contingit, cum Baro moritur absque legitimo hærede. nu.1. 211

Successio ab intestato defertur a iure ciuili, cuius forjudicatus est incapax.nu.4. 219

Successio ab intestato dicitur legitima.nu.3. 289

Successio transuersalium in Regno non datur, nisi ex const.Si aliquem.nu.44. 329

Successio descendentium in Regno protenditur in infinitum ex const. Vt de successionib.nu.2. 338

Successione in transuersalium const. Si aliquem, sola seruatur in Regno, abrogatis aliis.nu.44. 242

Successione elargata per constit. Si aliquem, uidentur omnia repetita.num.30. 328

Successiones ex legib. procedentes non regulantur secundum formam contractus. nu.32. 11

Successionis materia est fauorabilis. nu.3. 232

Successionis prima causa in transuersalibus. nume. 1. fol. 234

Successionis prorogatio continet fauorem. nume. 11. fol. 235

Successionis prima causa est descendentium. num.34. fol. 279

Suitas, quòd sit ratio d.c.Titius, considerare est ineptum, quamuis suitas cadat etiam in nepote, sublato filio.nu.10. 111


# T


Taciti, & expressi est eadem uis. nu. 14. fol. 63

Taletis Milesij, & Solonis scitum responsum.nu.60.& 61. 262

Temperantia requiritur in Principe.nu.15. 259

Testati causa regulatur secundum causam intestati. uum.35. 127

Testator non potest facere, quin seruetur forma cap.Si aliquem, in suo testamento.nu. 17. 10

Testator si disposuit in feudo hęreditario, quòd hæres respondeat de tertia parte fructuum Titio, non dicitur diminuere feudum.nu.2. 164

Testator potest disponere de fructib.feudi, & precio. num. 37. 166

Testatoris dispositio tendens contra ius publicum, non habet effectum. nu.36. 127

Et quæ dicuntur in contrarium, non procedunt, quando mutatio formæ habet contradictionem legis, & offensionem iuris publici.ibid.nu.37.

Testatoris prohibitio impedit dominii translationem num.28. 144

Tex.in §.in generali, uera ratio.nu.11. & 12. 21

Tex.in c.primo, §.fin.de inuest.de re alien. fact.probat feuda non communicari.nu.7. 33

Tex.in l.pupillorum, §.fin.ff.de reb.cor. procedit in decreto iudicis.nu. 21. 40

Tex.cap.Volentes, comprehendit Comites. nume. 33. fol. 66

Tex.in l.cum pater, §.si filia, ff.de legat.2. coniuncto tex.in c.1.§.& si libellum, determinat quæstionem. num.24. 84

Text.in l.honores, C. de Decurion. libr. 10. nil facit ad hypothesim, de qua ibi.nu.4. 91

Tex.leg.dudum, C. de contrah. empt.intellectus. nume.20. 107

Tex. in d.l. dudum, & eius dispositio fauorabilis. ibid. num.21.

Text.in d.l.dudum, loquitur de reb. at feuda non sunt Baronis simpliciter.nu.25. 108

Tex.in l.ea lege, procedit, quando apponitur super re transeunte in excipiente pleno iure.nu.7. 142

Tex.in l. Cæsar, de public. procedit, quia ibi constat de mente Principis.nu.53. 147

Tex.in d.l.Cæsar, non probat, quòd contractus Principis sit lex.ibid.nu.54.

Tex.l.penul.C.de donat.inter uir. & ux.intellectus.nume.69. & 70. 150

Tex.in §.econtrario, de inuest. de re alien.fact.non est correctus.nu.20. 165

Tex.cap.Volentes, est desumptus a c.1.§. similiter. de l.Conra.nu.5. 168

Tex.in l.1.ff.de Senat.non procedit in fœmina nobili ex genere.nu.9. 170

Tex.in l.fœminæ, ff.de reg. iur. non est correctus per cap.Volentes. nu. 12. 171

Tex.in quo se fundat Ang. loquitur in meretrice. nume.26. 176

Text.in l.eleganter, ff. de pignor. act. discutitur. nume.10. 194

Tex.in l.1.C.de præd.min. procedit, cum sit alienatio cum decreto iudicis confirmante.nu.18. 195
Tex.in c.1.au mutus,uel aliter imperfectus, obscurus. nu.1. 221
Tex.in c.1.§.hoc notandum, procedit in feudo nouo, cum pacto succedendi transuersales.nu.2. 230
Quæ opin. quomodo procedat in terminis const.Si aliquem.ibid.nu.3.
Quæ tamen opin. non est uera,nec altera,quæ ex ea sequitur.ibid.nu.4. 231
Idem §.hoc notandum, hoc probat.ibid.nu.5.
Tex.in l.1.C.si socius Imperia.liber.lib.10.discutitur. nu.23. 239
Tex.in l.cum pater,§.pen.ff.de leg.2.nil facit decisio. nu.69. 245
Tex.& Doct.in c.1.quemadm.feu.ad fœm.perti.procedunt in iure quæsito. nu.100. 249
Tex.in l.Princeps, ff.de legib. & l.digna uox. C.de legib.declarantur, & conciliantur. num.61.62.63.& 64. 262
Tex.in const.Comitib. non potest cauillari.nu.40. 328
Tiraquellus loquitur de primogenito improprio,& co gnitio a iure.nu.7. 269
Tiraquell.notatur.nu.4. 298
Tirannus fert leges, sed non leges naturæ.nu. 107. 265
Transactio non tenet, nisi beneficio cap. Volentes, nu.8. 189
Transmissibile quod non est ad quemlibet hæredem, non est cessibile.nu. 7. 203
Transuersales in Regno succedunt solum ex dispositione cap.Si aliquem.nu. 23. 232
Transuersalis in Regno non succedit, nisi sit hæres. nu.5. 289
Tria sunt,quorum unum est aliud, feudi alienatio, formæ mutatio, & nouę legis feudis datio.nu. 10. 125
Trinepos est in sexto gradu. nu.7.& seq. 233
Tutoris confessio non præiudicat pupillo. nu.21. 97

## V

Vassalli iustè dicerent,nolumus uenire extra Regnum. nu.7. 257
Qui ne seruire cogantur extra Regnum, perquàm optimum fuit statutum a Rege Iacobo.ibid.nu.8.
Vassallus ad quæ teneatur. nu.9. 2
Vassallus quòd possit de feudo hæreditario testari, attentis consuetudinib. feudorum.nu.20. 46
Vassallus non potest illi feudum legare,ad quem ex natura feudi non potest transire.nu.32. 120
Qui non potest acquisitum feudum legem nouam, & naturam imponere.ibid.nu.33.
Vassallus potest alienare quotam feudi, quam possidet separatam a feudo.nu.3. 154
Vassallus potest uendere fructus feudi ad modicum tépus.nu.41. 166
Vassallus in Regno tenetur seruire precise.nu.6. 185
Et tunc clericus, & ecclesia non succedunt.ibid.nume.7.
Vassallus in Regno non potest seruire per substitutum. nu.5. 187
Bal.& Andr.opin. tenenda est primo recitata. ibid. nu.6.
Vassallus, uel emphyteuta quando uni dat alios excludendo,uenit contra legis dispositionem.nu.9. 125
Vbertus de Marinis Archiepiscopus, summus Feudista.nu.16. 36
Vendere qui non potest totum, uendere potest partem nu.20. 40
Vendere aliud est, & aliud uenditioni consentire.nume.23. 202
Venditio uerbum est generale,& comprehendit omnes contractus alienationis: quod est uerum tanquam genus probatum.nu.3. 189
In extr. Volentes, ponitur tanquam species. ibid. nu.4.
Verba illa,in unam,eandemque personam ęquè dignâ, quomodo intelligantur. nu.53.54.& seq. 14
Verba legis ubi non conueniunt, nec eius dispositio, nu.6.fol.25.& nu.7.fol.115.& num.15.220.& nume.12.297.& nu.51. 329
Verba,sub tali forma, stant proprie.nu.6. 42
Verba dubia dispositionis declarantur secùdum casum successionis ab intestato.nu.30. 47
Verba debent aliquid operari.nu.46.
Andr.dum subtraxerat illa uerba, loquebatur extra terminos quæstionis.ibid.nu.47. 74
Verba debent aliquid operari.nu. 10. 168
Verba per illa,& fideiussorib.quibuscunque, datur facultas alienandi.nu.2. 172
Inuestituræ sub tali tenore dicitur feudum degenerans. ibid. nu.3. & 4.
Quæ inuestitura operatur posse fieri alienationem in naturales. ibid.nu.6.
Et admittit etiam inhabiles.ibid. nu.7.
Verba clara non recipiunt interpretationé.nu.88. 147
Verba illa in c.Si aliquem, nullo legitimo hærede per lineam descendentem, intelliguntur de descendentibus respectu primi.nu.6. 344
Verba in c.Si aliquem,per lineam descendentem, intelliguntur de descendentib. ultimi morientis. nume.21. 349
Verbis in claris non admittitur quæstio uoluntatis.nume.20. 160
Verbo adiuncto immutatur prior significatio.nu. 24. fol. 157
Verborum plurium simul coniunctorum,unum ex alio declarationem,& restrictionem recipit.nu.14. 340
Verbum, & descendentib. apposità, demonstrat mentem Principis,quid intellexit sub uerbo, hæredibus. nu.10. 50
Verbum,& descendentib.immutat naturam præcedentis uerbi. nu.12. eod.
Veritas distinguendo inuenitur. nu.15. 10
Veritas est,quòd sub tali tenore intelligitur feudum mixtum.nu.69. 60
Veritas distinguendo inuenitur.nu.11. 225
Veritate, non opinionib. statuitur.nu.8. 301
Veritati, & non Doctori credendum est.nu. 31. 108
Veritati credendum est. nu.76. 246
Vicem, dictio quomodo exponatur. nu.16.& 17. 192

# INDEX


Vidua censetur in omnib.ac si esset maritata.nu.8.308
Viduam esse aliud est,& aliud maritatā.ibid.nu.4. eod.
Quam ornat lex priuilegiis.ibid.nu.5.
Vincendi desiderium, & calor pugnæ, faciunt homines insanire.nu. 50. 58
Virtus omnigena, ac germana, debet residere in Principe.nu.22. 259
Vita, & militia debetur fratrib.sicuti dos de paragio. nu.4. 100
Vita,& militia distat ab alimentis.nu.1. 233
Vita, & militia debetur fratri, etiam si sit diues.ibid. nu.2.
Quæ est portio hæreditatis.ibid.nu.4.
Vitæ, & militiæ debitum est onus feudi, sicut dotes de paragio.nu.5. 100
Vitæ, & militiæ onus, an transeat ad emptorem. ibid. nu.10.
Vniuersalis dictio, includit personas alias prohibitas. nu.4. 42
Quæ tunc non restringitur, quando dispositio aliter nil operaretur.nu.12. 43
Voluntas uerbis, & factis declaratur.nu.13. 120
Voluntas ultima est seruanda, nisi sit contra leges.nume.23. 126
Voluntatis quæstio in uerbis claris non admittitur.nume.9. 238
Vsque, dictio in fauorabil. operatur inclusionem.nume.2. 232
Vsufructuarii,& feudatarii dissimilitudo.nu.44. 146
Vsumfructum pro fructib. accipiendo, ualeret actus. nu.19. 159
Vsura non debetur ex primæua obligatione,sed ex mora.nu.14. 93
Vsuræ debentur ex mora, & sic ex delicto, meritò non habent priuilegium, quod habet principale.nu.4. fol. 92
Vsus loquendi Doctorum communis attendi debet. nu.14.& seq. 71
Vsusfructus consistit.in iure.nu.9. 155
Vsusfr.est instar portionis.nu.17. 156
Et est similis parti.ibid.nu.19.
Vsusfr.& dominium non sunt partes separatæ, sed essentiales.ibid.nu.20.
Vsusfr.est ius alienis reb.utendi, salua rerum substantia.nu.5. 157
Vsusfr.ex constitutione transfertur dominium. nu.6. fol. 158
Vsusfr.differt,qui sonat in ius, ab eo, qui sonat in factum.ibid.nu.17.
Vsusfr. qui sonat in factum, est qui percipitur de uoluntate domini.nu.18. 159
Vsusfr.feudi non potest alienari.nu.27. eod.
Vsusfr.indiuiduus respectu iuris, diuiduntur tamen commoditates. nu. 6. 164
Vterinus excludit omnes inferiores gradus.nume.46. fol. 242
Vterinus, & fœmina non comprehenduntur in inuestitura.nu.47. 282
Vtile per inutile non uitiatur in diuiduis.nu.2. 157
Vtile quando est potentius, trahit ad se inutile. nu.15. fol. 158
Vxor ex cohabitatione præsumitur scire facta mariti. nu.22. 322
Vxor sine dote regulariter non ducitur. nu.11. 299
Vxor non præsumitur scire facta mariti.nu.3. 321
Vxor ex coniunctione præsumitur scire omnia mariti. ibid.num.18.


## Z


Zaleuci mirabilia exempla.nu.58. 262


# FINIS.

# IO. ANTONII CANNETII, IVRISCONSVLTI CLARISSIMI,

## In Extrauagan. Volentes, FREDERICI II. IMPERATORIS, elegans, iuxtà ac perdocta Enarratio.

*S V M M AE.*

1 *Cap. Volentes, prima facie lenis, ac facilis.*
*Continet tamen multas difficultates, nu. 2.*
*Enodantur in eo multæ difficultates difficiles, ac controuersæ quæstiones, num. 3.*
4 *Marinus Freccia sic tractauit de origine feudorum, vt nulli reliquerit locum.*
5 *Feuda cognita fuisse à Romanis tenentes, damnantur.*
6 *Cliens qui olim dicebatur, hodie dicitur vasfallus.*
7 *Budæi opinio refellitur, & nu. 8.*
9 *Vassallus ad quæ teneatur.*
10 *Ager, vel aliud quidpiam, quod esset in directo dominio, à patronis clientibus non dabatur.*
11 *Feudi substantia est res, siue prædium.*
*Refelluntur adductæ similitudines, nu. 12. 13.*
14 *Frecciæ coniectura exploditur. & num. 15. 16. 17.*
18 *Frecciæ commentum vanum, cum arguat ex possibili, & non necessario. et nu. 19.*
20 *Feudum soldata declaratur quid sit, & quòd non conueniat stipendio, & nu. 21. 22. 23.*
24 *Feudatarij non dicuntur simpliciter milites, & nu. 25.*
26 *Feudorum ius incognitum Romanis. & vide num. 36.*
27 *Lucæ à Penna opinio confutatur. & nu. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34.*
35 *Prædia esse eadem, quæ & antiqua militia iam asserentes, exploduntur.*
36 *Feuda non fuisse cognita à Romanis, & quot argumentis id demonstretur. & nu. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44.*
45 *Vassallus cur dicatur?*
46 *Feudorum ius inuentum Neotericorum.*

AGGRESSVRO mihi interpretationẽ Extrauagantis Frederici II. Siciliæ Regis, quæ incipit, Volentes, quæ & tractat de alienatione feudorum; visum est aliqua præludere de origine feudorum; inde feudum diffinire, vt sciatur id, de quo disputatur; vltimò propiùs accedere ad enarrationem ipsius legis: † quæ etsi cuilibet legenti appareat prima facie lenis ac facilis, † attamen in se continet multum difficultatis, vt in progressu enarrationis demonstrabitur, † in qua enodantur plurimæ, & difficiles, ac controuersæ quæstiones. Et ne videar diutius immorari, deuenio ad primum: † in quo & si Marinus Freccia in tracta. de subfeud. recensitis opinionibus sic tractauerit quæstionem, vt nulli penè reliquerit locum de ea re vlterius disserendi; nihilominus (ne deseram, quod promisi) breui sermone, ac suc

cinctis verbis aperiam sententiam meam de hac re. Et in primis contestatum esse volo, nullatenus me accedere, nec calculum dare 5 opinioni illorum, † qui dicunt, asserunt, & affirmant, ius feudorum cognitum esse de iure Romano, ab ipsis cœptum, ac statutum ex eo, quod nil aliud sunt feuda & iura feudorum hodie, nisi illud, quod Romanis dicebatur ius clientelæ, 6 & † cliēs fuerit olim ille, qui nunc temporis dicitur vassallus, qui etiā in cōsuetudinibus feudorū appellatur clientulus, retento primo nomine, vt patet in c.j. de alien. feudor. & sexcentum fere locos similes inueniet, siquis huic rei operam dederit; & huius opinionis fuit assertor Guliel. Bud. in l. Herennius, ff. de euict. in annot. ad Pandectas. plerique sequuntur, quos refert 7 Freccia in dicto tracta. † quæ opinio cum frivolis nitatur rationibus, facillimè conuincitur: nam & si reuoluantur historiæ & annales, 8 ac totum ius Quiritum, † non inuenietur aliqua iuris necessitas ac obligatio inter clientem & patronum, quamuis quadā gratificatione præstabant aliqua, ad quæ ex iuris 9 præcepto tenētur vassalli, † videlicet defendere nomen & famā patroni; nihil in patronum, vxorem, liberos ac familiam insidiosum ac crudele moliri, & his similia, vt elegantissimè prosequitur Franc. Conna. in lib. commen. Iuris ciuilis, fol. 119. Præterea 10 † non reperitur de iure Romano, quod à patronis clientulis dabatur vel ager, vel aliud quippiam, quod esset in directo dominio patroni, & vtili clientis, sed tantùm reperitur, quòd patronus iuuabat clientem, si quando desideraret cliens auxilium ac protectionē 11 patroni. † cum ergo substantia ipsius feudi sit res, siue prædium traditum à domino vassallo, quo deuincitur vassallus seruire domino, quod nullo vnquàm tempore reperitur in clientibus à patronis factitatum, iure optimo negari potest ius feudorum esse illud 12 idem, quod ius clientum. † Et quamuis sentientes difficultatem confugiant aliqui ad verisimilia: dicunt enim verisimile esse Romanos deuicta Gallia, Germania, ac cæteris populis subactis, dimisisse in prouinciis milites innumeros, quibus fuisse assignatos agros; & cum superessent agri, inuitasse vicinos, & eis vt clientibus dedisse agri portionem. totum hoc commentum continet diui 13 nationem: primùm † quòd militibus fuerint assignati agri à populo Romano, & inde quòd fuerint reperti milites tam liberales, quòd vltro inuitarent vicinos ad partē agri: nam istæ coniecturæ nullam firmam faciunt 14 probationem, cum de certo iure agatur; † & ex hoc etiam explodenda est & coniectura Frecciæ, dum repetitis principiis asserit ex Dionys. Halicar. Titoq; Liuio, Romanos à principio hoc constituisse: & quia non erat æs percussum ac signatum, dabant vestem, 15 frumentum, ac id genus cætera, † & inde ære percusso pecuniam signatam, & milites ele16 cti & auctorati, † dicebantur solidati, quod nomen etiam hodie vulgare tenent milites. Ideoque facili coniectura censeri potest tale 17 stipendium esse nominatum feudum, † quod probat ex tex. in c. j. §. fin. quis dicatur Dux. in quo text. fit mentio de soldata. Ideoque cum fuerint illi electi tanquam homines approbatæ fidei, contra hostes dispositi, tanquam fidem ad id dantes feudatarios esse di18 ctos: † nihilominus totum cōmentum Frecciæ est vanum & elusorium, cum ex assumptis nulla eliciatur firma conclusio, cum ex assumpto possibili, & non necessario, eliciat 19 conclusionem; † quod genus argumentandi protinus à Dialecticis abiicitur. Quinetiam Imperator Diocletia. & Max. reiecerunt illum, qui tali argumento vtebatur, dicentem ac asseuerantem possessorem rei hæreditariæ esse hæredem: nam argumentabatur ex assumpto possibili, & non necessario; iure optimo fuit exclusus, vt legitur in l. non hoc, C. vnde legi. Ideoque cum assumptum Freccię sit super possibili, videlicet quòd illud stipendium esset feudum, & non super necessario; cū videamus hodie & militibus dari multa, quæ tamen non sunt feuda, nisi id exprimatur, iam consequitur nil egisse Frec. 20 tali argumentorum genere. † nec text. in d. c. j. §. si quis dicatur Dux, adiuuat suam cōiecturam, nam cōcesso quòd illa soldata fuerit constituta pro similitudine illius stipendij, quod dari solebat solidatis, & fuerit derelictum nomen hac de causa: attamen est multum illa soldata dissimilis stipendiis militum, nam prima est gratuita, at stipendium non gratuitum, sed merces laboris, fidei, & 21 obsequij. † cum ergo differant in substantia ipsius rei, quamuis habeat soldata aliquam similitudinem cum stipendiis militum in appendiciis, attamen ad cognoscendum ipsam rem primitus inspicitur eius substantia ac natura, & non qualitas & accidens, vt probatur in l.

in l. pacta conuenta, & ibi glo. & Docto. ff. de contrah. emptio. † ideoque cum soldata illa sit alterius naturæ & substantię, quàm stipendium militum, quia gratuita: iccirco non potest dici esse idem cum stipendio, cũ ei sit insita noua natura detracta à stipẽdiis; ideoque res vt noua, & nouo iure iudicari debet, argu. tex. in l. ius ciuile, ff. de iusti. & iur. ideoque censendum est iure optimo, illam soldatam, de qua in d. §. fin. † fuisse constitutam consuetudinibus feudorum, & nullatenus effluxisse à Romanis, nec à stipendiis militum, cum quibus nullam cognationem habet. & quamuis † milites possent dici feudatarij à fide, qua sunt astricti; attamẽ milites illam fidem præstant, dum auctorãtur; & feudatarij dicuntur à feudo, in quo inuestiti sunt: ideoque non vocantur milites, † qui simplices sunt feudatarij, cum non habeant feudum, sed illi tantùm, qui feudũ habent: iccirco coniecturæ Frecciæ sunt friuolæ; † & verè censendum est, ius feudorũ fuisse incognitum Romanis. † cui opinioni nõ refragatur id, quod asserit Luc. à Pen. in l. quicunque, C. de om. agr. deser. lib. xij. † nam ipse Luc. decipitur ex tex. in §. per traditionem, Instit. de rer. diuis. ibi, itaq; stipendiaria & tributaria prædia eodem modo alienantur. credidit Lucas stipendiaria prædia ea dici, quæ militibus dabantur ob stipendium, cum sit longè secus: nam prædia stipendiaria ea dicuntur, ex quibus stipes, hoc est modica æra colliguntur, quod & tributum etiã appellat Pomponius, vel à contributione, vel eo quòd militibus tribuatur, vt voluit, ac recitat Vlpian. in l. ager, §. stipendium, ff. de verbo. signif. & Corn. Tacitus lib. 20. historiæ Augustæ, sentire videtur, dum inquit: Neq; quis gentium sine armis, neq; arma sine stipendijs, neq; stipendia sine tributis haberi queunt. † ideoq; stipendiaria prędia & tributaria sunt Iustiniano non ea, quæ dabantur militibus ob stipẽdium, vt autumat Lucas à Penna, sed ea, ex quibus tributum colligebatur, hoc est minutum æs, vt eo coaceruato tribuatur militibus stipendium, ad quod agri prouinciales tantùm tenebantur, & non Italici, vel qui ius Italicum haberent, vt est tex. in l. j. ff. de censib. in l. fin. C. sine cens. vel reliq. & nullibi legitur, quod ob stipendium militibus darentur prędia, quæ stipendiaria ob hóc dicerentur, vt eleganter prosequitur Eguinarius Baro, in d. §. per traditionem. † & quamuis Freccia dicat prædia stipendiaria habere multum affinitatis cũ natura feudorum, credo quod nemo (ni lyncæis fuerit oculis) talem affinitatem potest perspicere, † cũ protinus sint dissimilia: nam feuda possidentur à vassallis iure proprio, & ratione vtilis dominij. & facit vassallus omnes fructus suos, at stipendiaria prædia possidẽtur à proprijs dominis in directo dominio, qui tenẽtur ad censum, seu tributum tantùm, quamuis ex tributo collecto, & coaceruato soluatur stipendium militibus. nec ea affinitas est consideranda, † quòd ea prædia non possunt alienari, sicuti & feuda: nam si esset verum, non propterea consequitur, quòd ex hoc habent affinitatem cum feudis simpliciter, quamuis nulla lege caueatur, † quòd talia prædia non alienantur, cum contrarium statuatur, & appareat C. sine censu, vel reli. per totum, & in d. §. per traditionem, Instit. de rer. diuis. nec etiam ex eo, quòd ea prædia non transibant ad hæredes, quia hoc est falsum: † nam stipendia, quæ colligebantur ex prædijs, non transibant ad hæredes, sed prædia transibant. Ideoq; opinio Lucæ à Penna, & sequaciũ, malè probatur ex tex. in dicto §. per traditionem, & ei non est inhærẽdum, sed est explodenda; nec etiam accedendum opinioni aliquorum, existimantium † feuda esse eadem, quæ & antiqua militia: nam ea opinio est falsa, ut Andr. docet in præludijs feudorum, in 4. q. quem ibidem sequuntur omnes, & tradit. (vt refert Franc.) Bald. in auten. vt qui prouincia. homi. in fi. & Franc. Connan. in loco præallegato. † Ideoq; tenendum firmiter, & nullatenus dubitandum, feuda nullatenus cognita Romanis florente republica, quod argumento irrefragabili demonstro: nam Iustinianus, † qui diligentissimè, quantum in se fuit, centonas legum sub suo, & proprio tractatu, & titulis consarsit, non omisisset tractatum de feudis, si fuissent ei cognita, sicuti non omisit tractatum de iure emphytheutico. & certè ignauiæ accusari potuisset, & iam fuissent plures, qui hoc ei impegissent: & tamẽ cum nulla supersit querela de hoc contra Iustinianum, ideo si omisit, credendum est tale ius non fuisse ei cognitum, nam est verisimile uoluisse tractare de iure emphytheutico, & ius feudorum spernere, ac negligere; & hæc, quæ dico, confirmat tex. in c. j. de his,

qui feud. da. poss.dum dicit, ius feudorum 38 fuisse incertum ac vagum, † donec Conradus Imperator illud in regulam quandam redegisset; ideoq; procul omni dubio post 39 Romanos florente republica, † cœpisse tale ius feudorum. verum quod illi qui cœperũt, ac excogitarunt nouum contractum feudo-40 rum, † acceperunt aliqua à clientibus antiquis, aliqua à libertis, & patronis, aliqua ex militia, & in his, in quibus assimilatur alicui ex prænominatis, dicitur cum eo habere affinitatem, & eius nomen assumpsit: ideoque cùm à clientibus acciperent illam obligationem, de qua in titulo, quib. mod. feud. amitt. per totum, & continetur in c.j. de iu. 41 fid. & de noua for. fidelit. † Hac ratione aliquando vocatur cliens, vt in c. si clientulus, de alien feud. & quia illa obligatio clientis nullo iuris vinculo astringebatur, sed quadam tantùm honestate, ideoq; à libertis ac-42 ceperunt, † vt certo iuris vinculo astringerentur ad ea præstanda, sicuti libertus astringitur præstare patronis obsequia. de libertis patet toto titulo ff. & C. de oper. libert. de vassallo, in titulo, quib. mod. feud. amitt. & in c.j. de iur. fidel. & de noua for. fidel. Hinc And. in c.j. §. præterea, col. 2. æquiparat vassallum liberto ob vinculum obligationis, sicuti & glos. in c.j. in uerbo, salua reuerentia, æquiparat quò ad reuerentiam, & magis clarè Andr. in c.j. col. 2. quib. mod. feud. amit. 43 † acceperunt à militia, quia auctoratur, ut miles præstito sacramẽto fidelitatis pro seruitio: ideoq; quandoq; appellatur miles, vt in c. si quis miles, de content. inter dom. & vassall. de inuestit. & in c.j. de feud. sine culpa non amitt. & c.j. & c. fin. quo tempo. mil. 44 cum similibus; † qui etiam ob fidem, qua astringitur domino, vocatur fidelis, c.j. §. & quia vidimus. de his, qui feud. dare poss. & 45 in c.j. si de inuestit. feud. fuer. contro. † Et dicitur etiam vassallus, hoc est propenso animo, ac toto studio inclinatus ad seruiendũ, vt declarat Franc. Connan. in loco superius 46 citato, & ex his omnibus † fuit conflatum ius feudorum, inuentum Neotericorum post dilapsam rempublicam Romanam.

*S V M M AE.*

1. *Feudorum ius traxisse originem à Longobardis. & num. 2.*
*Connanus asserit à Gallis, nu. 3.*
*Auctor reprobat dictas opiniones, nu. 4. 5.*
6. *Conradus fuit inuentor iuris feudorum.*
7. *Bal. & Afflict. in præludijs feudorum, approbatur opinio.*
8. *Diffinitio periculosa.*
9. *Diffinitio, seu descriptio feudi, Ioannis Raynaldi tenenda.*

AT à quibus populis fuerit hoc ius 1 inuentum, variatur etiam: † nam multi, quos refert Freccia, tenẽt feuda fuisse inuenta, & traxisse 2 originem à Longobardis. † at elegantissimus Fran. Connan. insimul & doctissimus, à Gal-3 lis asserit subministratam originem † feudorum: attamen nil certi adducunt, sed coniecturis quibusdam mouentur; nec ea, quæ adducit Connan. ex comment. Cæsaris habẽt quid firmi, quo possit efficaciter demonstrari, quod eadem fuerint, quæ & feuda nunc temporis: & ideo potest non improbabili-4 ter dici, † quòd ex eo; quòd consueuerunt Galli, & quòd solebat facere Alex. Seuer. ut tradit Lamprid. in eius vita, sic inquiens; Sola quæ de hostibus capta sunt, limitaneis ducibus donauit, ita ut eorum essent, si hæredes eorum militarent. cũ ergo datio Principum à principio esset ita vaga ac incerta 5 absq; vllo firmamẽto, † & ex inde transibat ad filios si militarent, & placeret Principi, ut patet in Alex. Seuero, ut habetur in c.j. in princ. de his, qui feud. da. poss. tandem Conradus Imperator redegit isthæc omnia ad regulam, ac firmauit: nam prorogauit successionem, & firmissimam eam fecit, vt in c.j. §. cum verò Conradus. de his, qui feu. da. poss. 6 & statuit multa circa feuda; † ideoq; iure optimo potèst dici, quòd is Conradus fuit, qui adinuenit feuda: nam ea stabiliuit, & firmauit, ac redegit ad formam, cum primò essent vaga & incerta, nullo iuris vinculo alligata, 7 sed pendentia à nutu domini. † & ideo bene dicebat Bal. in cõsil. relato per Afflict. in præludijs feudorum, quòd ius feudorum fuit inuentum à Conrado, & iniustè reprehenditur à Freccia sub nomine Afflicti. nam verè is Conradus fuit inuentor feudorum, quia ea formauit; & forma est, quæ dat esse rei, ut est tex. in l. Iulianus, §. si quis rem, ff. ad exhiben. His sic prælibatis, ac quodam modo explicitis, deuenio ad ipsam feudorum dif-8 finitionem, † quæ periculosa est in iure, cum raró reperiatur, quin subuertatur, l. omnis diffinitio, ff. de regul. iur. Attamen in hoc cõ-

munniter

muniter tenetur diffinitio, seu descriptio tradita à Ioanne Raynaldo in repet. l. Imperialem, de prohib. feud. aliena. per Freder. † cui diffinitioni adhærendum est, tanquam minus periculosæ; ideoque his est vale faciendum, cum sit magis vtile accingi propius ad interpretationem ipsius legis: ideoque ad ipsius legis enarrationem accedamus.

*S V M M AE.*

1 *Leges scire, est vim & potestatem earum tenere, & non verba.*
2 *Lex cap. volentes, permittis feuda alienari, quod spectat ad propriam naturam feudorũ.*
3 *Feudi natura quid sit.*
4 *Contractus de natura quæ sunt, etiam si non exprimantur, habentur pro expressis.*
5 *Contractui natura semper censetur inesse, ni pacto alteretur.*
6 *Camerarius, & Gerardus Alliata, octo iura considerant, quæ permittebant, vel non permittebant alienationem feudorum.*
7 *Ius octauum exactius fuit statutum per Fredericum, quo fuit inhibita omnis alienatio feudorum, & diminutio.*
*Quo iure statim inita concessione feudi, censebatur inalienabile. num. 8.*
*Fredericus auctor legis, abrogauit talẽ naturã et nouã indidit, ut possint alienari. nu. 9. 10.*
11 *Legis, cuius cap. volentes, intellectus ab antiquis lancinatus.*
*Argumenta quorum futilia, num. 12.*
13 *Infans Ioãnes in causa Vicari iustè indicauit.*
14 *Feudorum natura per hãc legem cap. volentes immutatur.*
15 *Cap. 1. de alienatione feudi paterni, stante consensu Principis, non habet locum in feudo hæreditario.*
*Quod procedit indistinctè quò ad alienationẽ, seruata forma legis, num. 16.*
*Proceditq́; etiam forma repugnante. nu. 18. 19.*
17 *Pactum magis attenditur, quàm natura feudi.*
20 *Alienationis resolutio, mortuo alienante nõ fit ex impotentia legis, sed vi pacti, et prouidentia Principis.*
22 *Legis huius cap. volentes, datur verus, et sincerus intellectus.*

1 ET cvm scire leges, † non sit earum verba tenere, sed vim ac earum potestatem habere, sicuti eleganter Celsus Iurisconsultus docet in l. scire, ff. de legib. Ideoque dispiciendum est primò, quid statuerit, quid voluerit, quid præceperit, quid vetauerit in hac lege Rex Fredericus: nam his cognitis, clarè tenebitur vis, ac potestas legis. primò 2 † hæc lex, cum permittat feuda alienari, quod spectat ad propriam naturam feudorum, non potest sciri quid noui fecerit & statuerit Fredericus, nisi repetitis principijs cognoscatur, quæ fuerit natura antiqua feudorum ante promulgationem huius Legis in isto Regno: naturam dico feudorum circa alienationem, nam de alia natura non tractat hæc lex. Et ideo accedo ad ipsam naturam feudi explicandam, 3 † quæ (vt Bald. docet in prælud. feud. in quarta diuisione, & ibidem Aluarot. Præposit. Martin. Laudens.) non est alia, quàm qualitas innata à principio generationis, à qua virtus contractus proficiscitur, & semper inesse videtur, nisi per pactum improprietur. & idem Bald. in consil. 352. in primo volum. dicit, quòd natura est quædam ratio, quæ inhæret ipsi actui per dispositionem legis, vel consuetudinis, vt est text. in c. j. de feud. cognit. hanc doctrinam elegantius docet Iurisconsultus in l. cum quid, ff. si certum petat. dum vult, 4 † quòd illud, quod agitur, habetur pro cauto, etiam quòd non sit expressum; quod intelligitur de his, quæ sunt de natura contractus, vt seipsum declarat Iurisconsultus, & interpretantur Doctor. ibidem. consequitur ergo procul omni dubio, quòd inito cõtractu feudi, vel concesso feudo, censetur concessum iuxta propriam naturam feudi, 5 iuxta doctrinas superius allegatas, † nisi natura pacto alteretur, iuxta text. in c. j. de feu. non habent. propri. natur. feud. Et quamuis multiplex sit natura feudorum, & circa alienationem, & circa successionem, & cætera, quæ prosequitur Afflict. in c. j. de natu. feud. ego tamen instabo tantùm circa alienationem, quę materia est propria istius legis. Et omissis antiquis Iuribus, & con-6 suetudinibus feudorum, † quæ permittebant, vel non permittebant alienationem feudorum, quando in partem, quando in totum, vt per Gerardum Alliatam, in allegationibus in causa Comitatus Sclaphani, & octo iura considerat Camerarius in repeti. l. Imperialem, §. præterea Ducatus, in 7 principio, de prohibit. feud. alienan. † & cum octauum ius fuerit statutum per Fredericum in dicta lege Imperialem, in con-

 stitu.

ftitu. conftitutionem, in qua exactius fuit inhibita omnis alienatio feudorum,& diminutio feudi: quibus legibus ftatim aperitur natura feudorum, vt prorfus fine fpeciali licẽtia Principis fint inalienabilia,& funt effecta indiuifibilia per dictam conftitutionem; & ideo dicebat Bal.in c.j.col. 2.nu.j. de feu. non haben.prop.natu.feu.quòd propria natura feudi eft, quòd non poffit alienari,cùm per leges, feu confuetudines feudorum, feuda diuidebãtur, pro ut probat tex.in c.fi omnes filij, fi de feu.defun. milit. fuer. contro. inter dom.& vaffall. meritò eifdem legibus quilibet cognofcere poteft, 8 † quòd concesfo feudo fimpliciter abfque alio pacto alterante naturam feudi,quòd tale feudum non poteft alienari, cùm fit ifthæc propria natura feudi,quia leges feudales talem naturam feudis dederunt: 9 † quam naturam Fredericus,auctor huius Legis,in Sicilia penitus deleuit, & abrogauit; & ftatuit, vt feuda posfint alienari.Indidit ergo diuerfam naturam feudis, ideoque confequitur, 10 † quòd ftatim concesfo feudo in regno, alio non apparente, ingerit fe natura noua tradita feudis, quòd poffit alienari feudum. Hinc illæ voces,quòd in regno eft immutata natura feudorum, vt dicit Pernus confil. 8. & cæteri fequuntur, quod intelligas tu, quod eft immutata natura feudorum circa alienationem tãtùm per hanc legem: nam cætera non innouat hæc lex; & ifte eft verus, fincerus,& germanus intellectus iftius legis; qui cum fit clarus, apertus, ac dilucidus, 11 † attamen mirum in modum ab antiquis noftris fuit lancinatus, contortus, & fauciatus. nam quid attinebat per annos duodecim, non dico dubitare,quin imò tenere pro præiudicata opinione, quòd ifta lex non præiudicabat agnatis, arguentes, 12 † quòd in alienatione feudi antiqui debebat intercedere duplex confenfus,& Principis, & agnatorum, c.j. de alien. feu.pater.ideoque cum per iftam legem cenfeatur introductus folùm confenfus Principis, nimirum fi nullum præiudicium patiebantur agnati, quibus nunquàm cenfetur Princeps velle præiudicare,l.j. §.meritò; cũ fimilibus, ff.ne quid in flum.publi.Et hac ratione, & aliis eiufdem farinæ, reftringebatur lex ifta procedere in feudo nouo; & fecundum hanc opinionem fuit iudicatum in caufa Ciminnæ. Et iterum effet erroneè iudicatum in caufa Vicari, 13 † ni Infans Ioannes, tunc Vicerex, aliter iudicaffet; & iuftè,grauiter reclamantibus iudicibus, & toto collegio Doctorum, qui deperditè hallucinabantur: & nunquam acquieuiffent, ni vidiffent duo priuilegia Regis Frederici, auctoris Legis, in quibus dabatur intellectus huic legi; & tunc cœperunt cogitare, quod per iftam legem non præftabatur cõfenfus, fed immutabatur natura feudorum, 14 † ideoque non poterat confiderari præiudicium agnatorum, fed hęredum,quorum nullum eft,nec poteft confiderari præiudicium: nam quamuis cenfeatur quis fibi,& hæredibus acquifiuiffe, l. pactum.ff.de probat. etfi expreffè fit dictum de hæredibus, non cenfetur eis acquifitum ius, fi in vita difpofuerit acquirens, vt latè profequitur Pern. confil. 12. col.12. 15 † Quinetiam in feudo hæreditario alienato cum confenfu Principis,non vendicat fibi locum c.j.de alien.feud. pater. quia hæres non poteft contrauenire facto defuncti,l.cum à matre, C.de rei vendic.vt determinat Andr. in d.c.j.§.fi libellum,de aliena.feu.pater.& fcribunt Doctor.poft glof.in l.fi.§. in computatione, C.de iure deliber.meritò obtinuit vera & indubitata opinio, 16 † quòd tex.ifte procedat indiftinctè quò ad alienationem feudorum, quorum eft immutata natura circa alienationem, et omnibus præiudicat, nifi quibus ex pacto acquifitoris, et Principis prouidentia deberetur feudum; et tunc non ex natura feudi, nec ex impotentia huius legis, fed ex pacto, et principali prouidentia, iuxta tex. in l.fi arrogator, ff.de adoptio. et in l. 3. §.fin.ff.de interd.et relegat. et fcribit And.in c.j.§.præterea Ducatus, in add.pen. col.de prohi. feud. alie.per Frede.nã magis attenditur pactum, 17 † quàm natura ipfius feudi, vt probat tex.in d.c.j. de feud. nõ haben. prop.natu.feu.vt perquàm optimè declarat Gualte.de Pater. in confil.quod fecit in caufa Furnari, quem refert, et fequitur Iacob. Pelaia,in confil. quod fecit in caufa Caftanæ. Et hinc eft, 18 † quòd dicunt noftri, quòd ifta lex procedit,nifi forma repugnet, quod eft veriffimum in fe, fed malè ac peffimè dictum fic fimpliciter: nam 19 † hæc lex quò ad eius vim ac poteftatem, indiftinctè procedit, nam femper valet alienatio, dummodò feruetur forma legis. cum verò tractatur de præiudicio alterius, tunc non coarctatur vis ac poteftas legis,ne femper operetur; fed coarctatur poteftas alienantis alio

20 alio extrinseco accedente, † scilicet pacto; veluti cum debetur alicui sub conditione legatum, vel fideicommissum: nam purificata conditione deuocatur in irritum alienatio, ac si nunquam facta fuisset, tex. est in l. 3. §. sed quia, C. commun. de legat. & hoc ex illa regula, quòd resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris, l. lex vectigali fundo, ff. de pignor. & docet Andr. in c. j. §. hoc quoq;. de success. feud. col. 2. Vnde colligitur, quòd feudum debitum descendentibus filijs vel agnatis ex pacto & prouidentia Principis, si alienatur in extraneum contra formã concessionis, nõ irritatur alienatio, quasi in hac specie deficiat potestas, ac vis istius legis, sed irritatur ex resoluto iure alienantis vigore pacti; ideoq; pessimè contra legẽ istam

21 dicitur, † quòd non procedit ista lex, quando (ut ipsi loquuntur) forma repugnat: nam est verum & perpetuum, quòd ista lex semper procedit, & dat robur alienationi sub quacunq; forma sit feudum verũ; quòd si alienatur contra formam concessionis, resoluitur alienatio ex resoluto iure alienantis, & parat rei uendicationem uocato ex pacto & principali prouidentia Principis, iuxta doctrinam Andr. in d. c. j. §. hoc quoq;, de

22 succ. feu. † & iste est verus ĩtellectus legis, ut semper, & in quacunq; specie, seu forma feudi, tribuat robur alienarioni, & nũquam deficit vis eius & potestas; & quando non paratur præiudicium uocato in successione, nõ est ex defectu legis, sed ex resoluto iure aliẽnãtis. vnde apparet, quàm ineptè disputatũ sit à quibusdam è nostris, an Lex ista vendicet sibi locum in feudis, quorum concessio, seu forma, est pacti & prouidentiæ Principis, cùm ipsa lex procedat, & tribuat indistinctè facultatem alienandi feuda, ut immutet naturam ipsorum feudorum; ideo de quocunq; tenore feudi debet intelligi, l. generaliter, ff. de legat. præst. & l. fi. §. j. ff. de aleat. & consideratio formæ non facit ad aliud, nisi dispicere, an alienatio possit tertio pręiudicare, quæ sunt extrinseca, ab ipsa lege procedentia ex pacto apposito in inuestitura, prout supra enarratum est.

SVMMAE.

1 *Lex hæc cap. volentes, an simpliciter et absolutè permittat alienationem feudorum.*
2 *Procemium inducit causam finalem.*
3 *Feudorun natura plenè immutatur per hanc legem.*
4 *Legatum æquiparatur donationi.*
5 *Interpretatio in claris non cadit.*
6 *Causa ex procemio censetur impulsiua, stantibus verbis legis.*

STABILITO ergò vero intellectu legis, non est ociosum quærere, an ista Lex, † quę immutat naturam feudorum, hoc faciat simpliciter & absolutè, an oblata necessitate feudatario; ideoq; si non adsit necessitas, feudatarius non possit alienare feudum, quinimò isto casu remaneant incorrectæ leges feudorum, inhibentes feudi alienationem, et videtur quòd ista lex restringatur in casu ne-

2 cessitatis: † nam & in procemio legis deducitur ratio, vt possint longius solito gaudere; & pro tempore eorum necessitatibus subuenire, & ex procemio colligitur causa finalis legis, l. fina. et ibi Doctor. ff. de hæred. institut. scribit Barbat. in procemio Clemen. tam in prima, quàm in sęcũda lectura, & fortius in isto casu, quo ratio non colligitur ex verbis, sed est expressa; & hanc partem tenuerunt quidam antiqui apostillantes hanc legem, qui iudicio meo miserè ac deploratè hallucinantur: nam ista lex nulla-

3 tenus patitur hanc restrictionem, † nam plenè immutatur natura feudorum. Ideoq; feudatarius potest feudum alienare pro libito voluntatis absq; aliqua necessitate, seruata tamen forma ipsius legis, quod apertissimè demonstratur. nam recensitis quibusdam speciebus alienationis, cum subdat generalem clausulã, et quouis modo alienare, quãuis in speciebus expressis sint, quæ continẽt meram liberalitatẽ, quæ excludit necessitatem, cum in necessitatibus nemo liberalis

4 existat, prout est donatio, l. j. ff. de donat. † pariformiter testamentum et legatum, quod æquiparatur donationi, Instit. de donatio. §. j. et ista non faciunt, vt quis posit subuenire necessitatibus suis, imò oppositum operantur, ut de se patet. Rectius ergo dicitur, ꝙ simpliciter & absolutè est immutata natura feudorum, ut possint alienari feuda per istã legem, seruata tamen eius forma, ut sæpe dixi, ne quis obliuiscatur.

Non obstant ea, quę in contrariũ fuerunt adducta, quia isto casu verba legis sunt clara,

5 † & in claris non cadit interpretatio, l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de lega. 2. ideoq; illa

6 illa ratio recitata in procemio, † est capienda pro causa impulsiua, iuxta tex.& ibi Doct.maximè Paul.de Castro,in l.2.§.fina.ff. de donat. aliàs destruerentur & verba, & mẽs legis. Preterea illa verba, ex procemio, non sunt posita per modum causæ, sed ut ostẽderet Legislator fauorem erga Barones, ut possint eorum necessitatibus succurrere, si acciderit casus, non ut restringeret amplã facultatem alienandi. Et quod istud sit verùm, patet: nam semper fuit ita interpretatum,& minimè mutanda sunt, quæ interpretationem certam semper habuerunt, l. minimè,ff.de legib.statuitur ergo,quod simpliciter & absolute immutatur feudorum natura, ut sint alienabilia per istam legem.

*S V M M AE.*

*1 Lex ista an procedat in unico actu alienationis.*

*2 Sermo simpliciter prolatus de primo actu intelligitur.*

*3 Principis consensus circa alienationem feudorum,est strictè interpretandus; & non debet extendi,quia sufficit quòd in paucis consulatur.& nu.4.5.*

*6 Consensus ex ista lege,est dispensatio,et non debet extendi, etiam ex maiori ratione.*

*7 Tex.ponderatur dum dicit,in unam eandemq; personam aequè dignam, pro decisione quaestionis.*

*8 Tex in l.sed si plures,§.in arrogato,inducitur.*

*9 Lex ista non permisit imponere legem feudis, sed alienationem, quae sunt diuersa.et num. 10.11.*

*12 Testator non potest facere, quòd non seruentur leges in suo testamento.*

*13 Regula,cui licet,de regul.iur. intellectus,et limitatio.*

*14 Alienatio,et forma mutatio, atque noua legis datio diuersa sunt.*

*15 Veritas distinguendo inuenitur.*

*16 Feudatarij possident feuda in regno sub dispositione cap.si aliquem.*

*17 Testator non potest facere quin seruetur forma cap.si aliquem,in suo testamento.*

*18 Formam,nouamq; legem dare,spectat ad Principem, et non ad priuatum: et nu. 19.*

*20 Forma et lex feudi differunt.*

*21 Feudum qui alienat alia lege, quàm ipse tenet, dicitur fraudem committere, quia potest. et nu. 22.*

*23 Contrahentes non possunt dare formam feudis, quia spectat ad Principem. et nu. 24.25.*

*26 Priuati non possunt disponere contra regni constitutiones. et nu. 27.*

*28 Acquisitor primus,quòd possit nocere filio,quomodo procedat.et nu.29.*

*30 Feudatarij quamuis possint alienare feuda vigore istius legis, non possunt tamen mutare formam, et tollere ius venientibus ab intestato.et nu.31.*

*32 Successiones ex legibus procedentes non regulantur secundum formam contractus.*

*33 Feudi permittitur alienatio ex ista lege secundum formam et naturam feudi,quia non potest immutari.et nu. 34.35.36.*

*37 Testatoris dispositio tendens contra ius publicum, non habet effectum. et nu.38.39.40.*

*41 Feudorum natura per cap.volentes, est immutata. Institutione praemissa in testamento, censentur praemissa substitutiones.42*

*43 Feuda sunt redacta circa alienationem adinstar allaudialium.*

*44 Statutum odiosum, et si non recipit extẽsionem actiuam,recipit passiuam;ista lex est fauorabilis, et non odiosa.et nu.45.*

*46 L.bones, §.hoc sermone, dispositio non procedit in dispositione fauorabili.*

*47 Lex ista est fauorabilis, similiter dispositio testamentaria. et nu.48.49.*

*50 Dispositio dicti §.non habet locum in dispositione legis.*

*51 Dispositio dicti §.procedit in actibus reiteratis in una,et eadem persona.et nu.52.*

*53 Verba illa,in unam eandemq; personam aequè dignã,quomodo intelligantur.et nu.54.55.*

*56 Lex ista fauorabilis.*

*57 Lex,qua reducit ad primum ius,quamuis corrigat medium,dicitur fauorabilis.*

*58 Dispensatio gratiosa non restringitur.et nu.59.*

*59 Principi nullum praeiudicium fit ex substitutione fideicommissaria, etiam quòd sint plures gradus substitutionis.et 60.*

*61 Feudum pacti et prouidentia Principis,quomodo procedat et intelligatur.62.63.*

*64 Feudorum natura per istam legẽ immutatur.*

*65 Regula iuris,quod cui.*

*66 Formam restringere non dicitur praeiudicium agnatorum.*

*67 §.profecto, de leg.Conradi, intellectus.*

*68 Dispositiones tot sunt, quot persona.*

*69 Successio ex fideicommisso,est ex testamento.*

*70 Priuatus potest restringere formam,et elargare in casu à lege sibi permisso.*

*Andreas tenet oppositum in dicto loco nu.71.*

*Fimia*

72 *Fimia chimerica & fantastica consideratio.*
73 *Feudi forma, & lex feudi, non differunt.*
*Non obstant decisiones adducta per Fimiam, nã responsio adest.nu.74.75.76.*
*Auctoritas probat oppositum.nu.77.*

SED necessaria offert se quæstio, 1 †an ista lex procedat in vnico actu alienationis, an in pluribus successiuis, vt in pluribus gradibus substitutionũ; & in hac hipothesi respondit Sigismun. Loffred. consil. 7. quod non se extẽdit ad plures gradus substitutionis. Motus infrascriptis rationibus, & primò ex re-2 gula, †quòd sermo simpliciter prolatus, intelligitur de primo actu, l. boues, §. hoc sermone, cum similibus, ff. de verbor. signif. & assumptum cõprobat pluribus medijs, quod etiam facit locupletissimus Tiraquell. in repet. dicti §. hoc sermone, in princip. per totum. cum ergo cap. volentes, disponat, quòd possit relinqui feudum in testamentis, debet intelligi de primo actu Institutionis, & non de actu substitutionis per fideicommissum.
3 Secundò arguit, † quòd consensus inductus à dicto cap. uolẽtes, circa alienationem feudorum, debet strictè intelligi: & adducit ad hoc Andr. in c. j. in 4. col. qui success. teneant. vbi hoc tractat, & firmat: meritò dicit ipse, quòd debet intelligi ille consensus præsti-4 tus pro prima vice, † quòd sufficit quod in paucis consulatur, vt dicebat Andr. meritò non debet extendi ille consensus, ut fiant in vnica dispositione plures gradus substitutionis. quinimò adducit And. in c. j. de prohib.
5 feud. alien. per Freder. dicentem, † consensum esse strictè intelligendum, & non extendi de casu ad casum, neq; de persona ad personam, neq; de re ad rem: ideoq; non debet extendi ille cõsensus præstitus à cap. Volentes, ad substitutos, cum fuerit consumptus
6 in institutio. Tertiò arguebat, † quod illa facultas alienandi feuda concessa per cap. Volentes, non est aliud, nisi dispensatio, cum sit stricti iuris, & odiosa, non extẽditur de vno casu ad alium, etiam si alius casus habeat in se maiorem rationem, c. j. 2. de fil. presbit. lib. 6. cum similibus. & scribit Hostiensis in c. postulasti, de rescript. Ioan. Andr. Anton. de Butr. Imol. & alij Docto. in c. j. de fil. presbit. Quartò dicebat, quòd non erat opus argumentis, quia decidebatur hæc quæstio per
7 ipsum cap. Volentes, † dũ permittit fieri alienationem feudorum in vnam eandemque personam æquè dignam, meritò expressis verbis decidit non posse fieri in plures personas substitutas; & fortius quia requirit, ut sit æquè digna persona, quæ qualitas nulli dubiũ est (dicebat ipse) quòd debet adesse tempore dispositionis, & sic tempore ipsius alienationis, cum qualitas adiecta verbo debeat determinari secundum tempus verbi, l. Titius, ff. de testam. milit. l. in delictis, §. si extraneus, ff. de noxal. actio. & scribit Bar. in l. ex facto, ff. de vulga. & pupil. substit. ideoq; dicebat ipse, si passim possit in hoc casu fidei committi, facilè contingeret disponi in fauore personæ, in qua tempore dispositionis illa qualitas æqualitatis in dispositione non concurreret. Vltimò arguebat ex tex. in l. si plures, §. in arrogato, ff. de vulgar. &
8 pupill. substit. † in quo Vlpian. Iurisconf. sequẽdo Scæuolam, respondit etiam in quarta debita arrogato ex dispositione diui Pij posse fieri substitutionem, quòd tamẽ intelligunt Doctores de substitutione pupillari, non de fideicommissaria: sic, & pari formiter dicendum in feudis, quòd si fieri posset substitutio, posset fieri pupillaris, & non fideicommissaria: sic residet tantus Doctor, respondens postea obiectis in contrariũ. Quã opinionem tenet etiam Ioan. Aloisi. de Septimo, fortioribus argumentis in causa Pi-
9 ctinei, † dicens quòd cap. volentes, non permittit imponere legem successioni feudorum: nam aliud est alienare, & sic vnicò actu feudum extra familiam ponere, aliud deuenire ad alterationem, l. feudalis in succeden-
10 do: nam ista duo sunt diuersa, † quia istud ultimum spectat ad solum Principem, & ista differentia casuum, dicit ipse, probatur clarè in c. j. §. profectò, de leg. Conra. nam quãuis fuisset concessum de consuetudine feudorum vassallo infeudare suum feudum, attamen in dicto §. profectò, decidit quòd non potest sub alia lege dare, quàm ipse ha-
11 bet. patet ergo (dicit ipse) † quod quamuis sit permissum alicui alienare, attamen non est permissum mutare legem feudi, quam formam uocat. & adducit Pern. consil. 6. qui dicit, quòd contrahentes non possunt nouã formam apponere. adducit etiam Andr. in c. j. in fin. de his, qui sibi, & hæred. suis. qui vult, quòd stante cõstitutione, in aliquibus, quæ admittit fœminam in successione feudi, non habet locum capitulum illud, excludens

dens fœminas existente masculo remotioris gradus, etiam si uelit primus acquisitor, quia non spectat ad priuatum, sed ad Principem. Cum ergo sit dicta lex succedendi per regni constitutionem, sequitur† quòd priuatus non potest tollere, & facere, quòd nō seruentur leges in suo testamento, l. nemo potest, ff. de legat. l. j. & ad illam regulam, † ꝙ ei, cui maius licet, etiam quod minus est, respondit quòd procedit, quando est eadem ratio, secus quando minus habet prohibitionem legis expressam, quā maius non habet, prout docet Bar. in l. iurisiuran. §. quod si liberi, in vlt. col. de oper. liber. & hanc opinionem firmat etiam Hieronymus Fimia in allegationibus feudi Gasbæ, & copiosius in allegationibus causæ Spaccafurni, in quibus locis reassumit argumenta Ioannis Aloisij de Septimo, & sibi ascribit, eo tacito. & vltra argumenta Ioannis Aloisij, dicit in primis, quòd est aduertēdum, † quòd tria sunt, quorum vnum non est aliud: est enim (dicit ipse) primò feudi alienatio, secundò est formę mutatio, tertiò est nouæ legis datio feudi successioni: qui ergo ista tria conglutinat, facilè errat. & ideo sunt distinguendi termini, & est distinguēda materia, † quia distinguendo ueritas inuenitur, ut dicit Iurisconsultus in l. falsus, §. j. ff. de fur. Habemus itaque (dicit ipse) feudi alienationem primò, quę est per actum interuiuos, vel vltimæ uoluntatis in alium translatio, & hæc fieri potest, si forma non repugnat. Secundò est formæ mutatio, quod ē quid diuersum ab alienatione, nam datur mutatio formæ absque eo, quòd alienetur feudum: nam habens feudum in larga forma, potest illam formam restringere; & è conuerso primus acquisitor habens feudum in forma stricta, potest illā elargare, illud non alienando, sed formam primam mutādo. Tertiò est nouæ legis feudo datio, ut ipse loquitur, diuersę seu contrarię legis, sub qua fuit feudum acquisitum, †prout in regno omnes feudatarij possident feuda sub dispositione cap. si aliquem, nisi aliter exprimatur in inuestitura, quę lex est si moritur vassallus, vel Baro, ab intestato succedit in feudo secūdum ius Francorum, etiam quòd feudū esset largę formę: ideoq; si Baro habens feudum, illud in vita uel in morte alienat, & illud transfert sub hac lege, † ut in illius successione ab intestato non seruetur ius Francorum sic disponens, diceretur dare nouam legem feudo: nam ubi primo recognoscebatur sub dicta lege per dictum cap. si aliquem, & modò recognosceretur & haberetur sub alia lege contraria, & noua, licèt in se habeat formæ mutationem, tamē est datio nouæ legis feudo, & sic patet diuersa esse ista: sed dare nouam formam, & nouam legem, non spectat nisi ad Principem, † nam per dationem nouæ formæ non ostenditur, nisi illa prima forma inuestituræ data, & ab acquirente stipulata, & ius tantùm ipsius priuati offenditur: sed per dationem nouæ legis nedum inuestitura prima, & sic ius priuatum offenditur, sed etiam offenduntur leges communes Regni. † Et quamuis hoc sit verum & clarum, attamen dicit ipse, hoc dicit quidam antiquus Doctor in allegatione Baronię Solanti, scilicet Antonius Compagna, vbi dicit ista verba, Si vassallus alienat sine assensu domini, vel sub alia lege, verum est, quòd feudum perditur. Sed aduertendum est, quòd licèt istud feudum fuerit alienatum sub alia forma, non propterea potest dici fuisse alienatum sub alia lege, † quia ista differunt in iure feudorum. Et quod sit differentia inter formam & legem feudi; & quod primam possit mutare vassallus, & secundam non, adducit ipse Hieronymus tex. in c. j. §. profectò, & §. similiter, de leg. Conrad. quæ iura adduxit prius Ioannes Aloisi. de Septimo, & adducit etiam ipse Hieronymus ad hoc glo. in c. j. in fine, de alien. feud. pater. dicentem, † ꝙ qui alienat alia lege, quàm ipse tenet, dicitur fraudem committere, vt dicit etiam Gulielmus de Perno per eandem doctrinam, in consil. 29. inter allodialia, † quòd emphyteuta non potest alienare alia lege, quàm ipse tenet. idem Gulielm. de Pern. consil. 6. col. 7. inter feudalia. qui dicit, non esse curandum de contrahentibus, qui contra formam feudi dare non possunt, † quia hoc soli domino pertineat. adducit etiam doctrinam Bald. in c. j. col. 4. vers. sed pone, consuetudo. de his, qui feu. da. poss. dicit enim Bal. in loco præcitato, † quòd si consuetudo est, quòd prælatus concedat feudum pro masculis, & ipse concedit pro masculis & fœminis, quòd talis concessio, quò ad fœminam, nō valet ea sola ratione, quia quò ad masculos concessio esset secundum Leges, & ideo valet; quò ad fœminas, est cōtra leges, et ideo non valet; et loquitur in prælato, qui habet

liberã potestatem infeudandi. Sed quia consuetudo repugnat, quò ad fœminas vitiatur concessio: sic pariformiter erit, cum alia lege datur feudum, quia tendit contra legem scriptam & capitulum Regni, ideo vitiabitur dispositio, quamuis per cap. Volentes, habeat Baro licentiam alienan. feudum. adducit etiam in argumentum decisionem Bald. in consil. 171. inter Illustrem, in 2. volu. vbi Bald. vult, † quòd si facta est conuentio, quę est vitiosa de Iure communi, si aliqui priuati faciunt statutum, quòd fœmina non succedat, si ad hoc non accedit consensus Principis, non valet statutum. mouetur, quia tale statutum est contra ius commune, & conuẽtio erat in illo loco, vbi viuebatur iure communi, & consequenter statutum emanauit contra illam cõuentionem. Et ex hoc dicto infertur (dicebat ipse) quòd cum omnes feudatarij in Regno acquirentes feuda, viuant sub capitulis & constitutionibus Regni, si volunt priuatim constitutionem facere contra tales leges & capitula Regni, nõ possunt sine Principis consensu, † nam feuda in Regnò possidentur sub legibus Regni & constitutionibus, per quas fuit reprobata illa consuetudo praua, per quam filij excludebantur à successione feudi, vt in d. constit. vt de successionibus. Ideoq; si priuatus vellet facere dispositionem contra tales leges, rediretur ad prauam ac improbatam consuetudinem. adducit etiam decis. Bal. in c. j. in prin. de succes. feu. in addi. qui dicit notabiliter, † quòd licèt vltima voluntas sit seruanda, tamen verum est totiens, quotiens nihil sit futurum contra leges, & sic licèt testatoris voluntas sit seruanda eo, quia esset primus acquisitor, vel feudum esset hæreditarium; si tamen futurum esset, quòd sit contra legem, non sit seruanda. Ideoq; quando tenderet contra cap. si aliquem, & sic contra legem Regni, non est seruanda. adducit etiam nota. decis. Gualter. de Patern. in causa Angelę Camalę, † qui dicit quòd licèt primus acquisitor, vel habens feudum hæreditarium, possit de feudo disponere per cap. Volentes, nõ potest (dicit ipse) tamen disponere contra naturam feudi in eos, in quos feudũ de sui natura transire non potest: & ideo consuluit ipse Gualterius, quòd mater prima acquisitrix non potuit feudum filię donare eo, quia ex natura feudorũ in Regno est, quod dum superest filius eiusdem gradus, per constit. in aliquibus, & per cap. si aliquem, non potest feudum transire ad fœminas. Non obstat (dicit ipse) cap. Volentes, quia solùm videtur innouare, quòd non requiritur consensus Principis, & non innouat, quod possit fieri alienatio in præiudicium succedentium ab intestato, & ex natura feudi. Item nõ obstat, † quòd in feudo primus acquisitor possit nocere filio, quia illud est verum committẽdo felloniam, vel alienando olim, quando alienatio erat prohibita: sed cum hodie alienatio sit permissa per cap. Volentes, non delinquit, ut feudum reuertatur ad dominum: attamen non potest mutare naturam feudi, ideoq; aperte vult tantus Doctor, quòd quãuis primus acquisitor, vel habẽs feudum hæreditarium, possit auctoritate cap. Volentes, illud alienare, non tamen mutare naturam eius feudi, & tollere ius venientibus ab intestato; quæ comprobat, quòd mutare inuestituram, seu formam datam per inuestituram, non est mutare naturam feudi, sed accidens: † nam id, quod pro regula in feudis datur, appellatur natura feudi, quodverò de singulari pacto de consuetudine datur, id non dicitur, nec appellatur natura feudi, sed accidens. allegat Bal. in consil. 275. incipiente, quod pro regula, in 2. uol. & ideo rectè dicitur, † quòd primus acquisitor, vel habẽs feudum in larga forma, potest formam feudi mutare, quia illa non dicitur propria natura feudi, sed accidens, quæ singulari pacto à Principe data est tali feudo: at per constitutionem Regni datur pro Regula successio, ideo ista feudorum natura non potest mutari per priuatum, quia esset mutare leges cõmunes Regni, naturam feudi inducentes & dantes, quod facere non licet priuato. subdit ipse, quod Bal. dicit in d. consil. in 3. col. † quòd successiones, quæ procedunt ex legibus, non regulantur secundum contractus: & propterea subdit Bal. in d. consil. 7. versi. præsupposita. quòd stãte statuto, seu consuetudine, quòd fœminæ succedant in feudo, debet succedere maior fœminarum; & si cõsuetudo permittit testari de feudo, hoc intelligitur secundum naturam ipsius feudi, vnde nõ potest per talem alienationem iuris qualitas commutari, ex quibus (dicit ipse) infertur, quòd licèt cap. Volentes, permittat disponere de feudo nouo & hæreditario, vel illud alienare, intelligitur secundum naturam feudi: † nam quamuis iuris qualitas immutari

Marginal numbers: 25, 26, 27, 28 (left column); 29, 30, 31, 32, 33 (right column).

mutari & forma possit, attamen natura feudi, & qualitas iuris, immutari non possunt, quia non potest tolli per priuatum natura inducta feudis à dictis cõstitutionibus Regni. quod etiam comprobat ex decisione Alex. consil.30.col.2.vol.j. † qui voluit, quòd vassallus nõ potest feudum illi legare, in quem ex natura ipsius feudi feudum ipsum non potest transire. ad hoc etiam adducit Andr. in constit. Regni, Honorem, in rubr. de vxo. non ducen. sine permisso curiæ, dicentem quòd Baroni post acquisitum feudum non licet legem nouam imponere & naturã. Et quamuis consti. Regni, Si aliquem, loquatur ab intestato, attamen istud est, de quo disputatur, † quòd ista successio ab intestato inducta ab ipsis Regni constitutionibus, quę dant naturam ipsi feudo, non potest immutari ab ipso priuato: † quia causa testati regulatur secundum causam intestati, l. hæredes mei, §. cum ita, & ibi Bart. ff. ad Trebel. pro qua adducit, quæ tradit Socin. in consi. 201. col. fin. vers. sequitur, cum vers. sequenti, in 2. vol. qui Socin. dicit, † quòd dispositio testatoris tendens contra ius publicum, nõ habet effectum: quia licèt in ea adsit voluntas, tamen deficit potentia. & pro ista sua decisione allegat auctoritatem And. in c.j. §. nam & illud, vers. quid ergo. de eo, qui sibi, & hæredibus suis, eo modo, quo ipse interpretatur verba Andr. † dicit enim Andr. in loco præcitato, quòd si Rex hodie daret feudum cum pacto secundum illud capitulum; videlicet, Concedo tibi feudum pro te, et hæredibus tuis masculis; et his deficientibus, fœminis. secundum quam inuestituram, et dispositionem dicti capituli primi, de eo qui sibi et hæredibus suis, descendentes masculi, licèt remotiores, excludunt filias fœminas. quærit And. an ista forma et inuestitura tollatur, et inualida reddatur per constitutionem Regni, In aliquibus, per quam à solo fratre excluditur, sed ipsa excludit omnes alios agnatos remotiores. et cõcludit quòd aut apparet de voluntate Principis, quòd voluerit per dictam inuestituram tollere dictam constitutionem statuentem contrariũ dictæ inuestituræ, de qua in d.c.j. et isto casu valet inuestitura, et cessat constitutio Regni, et filia excluditur ab agnato quantumcunq; remotiori: quia dicta constitutio Regni est lex positiua, et potest tolli per Principem. aut non apparet, quòd noluerit constitutionem tollere, & tunc statur constitutioni, & non inuestituræ. Et subdit ibi And. secus si priuatus tale pactum apponeret contra dictam constitutionem, quòd fœminæ excludantur per remotiores agnatos: quia hoc facere priuatus non potest, quia feudũ non potest priuatus dare in Sicilia. Itẽ quia iuri publico non potest ipse priuatus derogare; & vt est dictum (dicit ipse Hieronymus) Andræas non loquitur ab intestato, sed loquitur in expressa dispositione. Item loquitur in primo acquisitore, & in eo, qui potest feudum dare, & tamen non potest excludere fœminas propter remotiores agnatos, faciendo tale pactum secundum dispositionẽ capituli primi contra dictam constit. In aliquibus. † Ideoq; inferebat, quòd sic dicendum est in isto casu, quòd non potest priuata persona facere dispositionem contra cap. Si aliquem, & constitut. In aliquibus. Et vltra etiã And. adducit etiã gl. not. in constit. Regni, Vt de success. in verbo, ex vtroq; parẽte. quæ vult, quòd si quis habet fratrem, qui ex illa constitutione debet succedere exclusis alijs, & testatur de feudo in alium, excluso fratre, non valet dispositio. non alia ratione mouetur, nisi quia constitutio vocat certas personas ad successionem feudi, alijs exclusis, † vnde aliæ personæ institui non possunt, sed illæ, quæ per constitutionem Regni uocantur: nam vocata per constitutionem regni, habent potius à se ipsis sic uocatis, ideoq; eis adimi non potest, aliàs posset fraus committi, & semper excludi possent personæ vocatæ. & subdit quòd ista decisio decidit istum casum, deinde allegat Hieronymum de Francisco, assertorem & astipulatorem istius opinionis in allegationibus in causa Pictinei.

Verum tamen prædictis nõ obstantibus, contraria sententia est uerior recepta in Regno: † nam per cap. Volentes, est immutata natura feudorum in regno: nam sicut olim non poterant alienari, nec de eis testari per dispositionem dicti cap. Volentes, correctis cõstitutionibus inhibentibus alienationem feudorum, permittitur Baroni alienare feudum, & in testamento relinquere. † cum ergo sit permissum de feudo testari, & sic est permissa institutio, per consequens sunt permissæ substitutiones, ut probat tex. in l. si quis, §. certũ, C. de secun. nupt. & ibi scribũt Bal. & Doctor. & Alex. consil. 9. col. 2. uol. 2.

bonus

bonus tex.in l.fina. C.de reb.nō alien.Cum ergo in allaudijs non prohibeatur fideicom missum,imo permittatur,ut possint fieri plu res gradus substitutionis,l.cohæredi, §.cum filiæ,ff.de vulga. & pupilla. substit. cur non idem statuatur in feudis, quorum natura est redacta ad instar allaudialium quò ad alienationem, seruata forma tamen ipsius cap. Volentes,cum nulla ratio diuersitatis reddi potest? ergo idem ius statui debet, l.illud, ff.ad l. Aquil. † & quòd circa alienationem feudorum sint ipsa feuda redacta ad instar al laudialium, tenent omnes Siculi scribentes super hoc c.Volentes, pręcipue Io.Aloif.in lectura istius cap.Volentes,qui allegat Ioan nem Fabrum, & alios id ipsum asserentes.

43

44 Prætereaꝉquantumcunq; statutum odiosum nunquam recipiat interpretationem extensiuam, attamen intelligendum est de actiua: nam passiuam interpretationem extensiuam bene recipit, ut tenent Bart.Alex. & cæteri in l.j.§. lex falcidia, ff.ad leg. falcid.vbi dicunt, quòd stante statuto quod filiusfamilias non possit testari,quamuis statutum non extendatur ad alias personas inhabiles actiuè,attamen bene extenditur passiuè,ut leges disponentes de testamento disponant & habeant locum in eo,qui testatur vigore statuti.quæ decisio determinat istum casum,nam cum per istud cap.Volentes,sit immutata na tura feudorum, & permittatur in testamento feuda relinquere cui vuluerit testator,sequitur quòd sicuti aliæ res allaudiales possunt per plures gradus substitntionis in testamento relinqui legibus præcitatis id ipsum asserentibus, pariformiter & feudum. cum cap. volentes, & si esset odiosum, recipiat istam interpretationem extensiuã, quia est passiua per doctrinas allegatas, quãto ma

45 gis † quòd istud cap.volentes, non est odiosum,sed fauorabile,ut scribit Pern.in consil. 8.feudalium, & omnes scribentes super eodem c.Volentes.Cum ergo huiusmodi opinio sit fundata, & firmata super adamantino fundamento, non restat aliud, nisi discutere nebulas, quæ infunduntur ipsi veritati.

Et primò non obstat primum argumentum Sigismundi Loffredi in dicto consil.7. de textu in l. boues, §. hoc sermone, ff. de verb. sig. vbi habetur,quod sermo simplici-

46 ter prolatus consumitur in primo actu, † nã regula illius tex. primò fallit in dispositione fauorabili, & probat tex.in l.hæc conditio filiæ,in fine, ff.de condit. & demonstra.quem ad hoc perpendit Aretin. in l. serui electione, in princip.ff.de legat.j.& sequuntur omnes,quos citat, refert & sequitur Tiraquell.

47 in repet.dicti §.hoc sermone,in 3.limit. † & fauor est duplex in isto casu, nam ex ipso ca. Volentes,quod est de se fauorabile, cum fuerit factum in fauorem Baronum, ut cantant uerba ipsius capituli, & scribit Pernus in d. consil.8.& omnes super eodem cap. Volen-

48 tes.†Item est fauor vltimæ voluntatis,ut pro bat tex.in dicta l. hæc conditio filiæ.& scribunt Alber.Bar.Raphael Cuma.Alex.& ceteri,in l.placet, cum sequent.ff.de libe.& posth.& ideo respondit Ant.de Butr.in consil. 30.incipien.casus, Titius quidam.quod dispositio dicti §.hoc sermone,procedit in dispositione inter viuos, & non in vltimis vo-

49 luntatibus, † vbi fit plena interpretatio,& sequitur Alex. in addit.ad Bart.in l.dotis promissio,ff.de iur.dot. Roman.in l.diuortio,§. quod in anno,ff.solut.matrim.Laurent.Calca.consil.20. Socc.in l.hæc conditio filię, ff. de condi. & demonstra. Philip. Dec.consil. 512.& est vera & comunis opinio, quamuis de ea dubitet Felin.in c.2.de tregu.& pac.& eam apertè reprehendat Ias.in l.diuotio, ff. solut.matrim. & cum Ias.transeat Tiraquell.

50 in d.§.hoc sermone,in 5.limit.† nam opinio Anto.de Butr. est verior, & comunior.Præterea dispositio dicti §.hoc sermone,non habet locum in dispositione legis,ut tenet Raphael Cum.in l.si cum dote, §.j.ff.solut.matri.& Rom.consil.504.& multi alij, quos citat & sequitur Tiraquell.in dicto §.hoc sermone,in 9.limita. meritò cum permissio testandi,& relinquendi in testamẽto,procedat ex dispositione istius cap. Volentes, quæ est lex Regni, meritò non recipit restrictionem ad primum actum. Præterea ne paralogizemus in isto casu, non potest tractari neq; de

51 primo,neque de secundo actu: † nam dispositio dicti §.hoc sermone, procedit ĩ actibus reiteratis in vna eademq; persona; at quando fiunt plures substitutiones, non tractatur nisi de vnico actu in qualibet persona substi-

52 tuta: † nam quot sunt personæ uocatæ, tot censentur dispositiones vnicæ, & non reiteratę,ut probat tex.in l.cohæredi,§.cum filię, ff. de vulga. & pupill. substitut. & in indiuiduo sic determinat Andr.in c.j.§.hoc quoq;, de success.feud. dum æquiparat successionẽ feudorũ fideicommissis: ideoq; ineptè alle-

gatur illa diſpoſitio §. hoc ſermone, ad hanc hypotheſim. Non obſtat, quatenus ſecundò arguit ex verbis ipſius cap. Volentes, ibi in vnam eandemq; perſonā, æque dignam. ex quibus verbis colligit, quòd non poteſt ſubſiſtere ſubſtitutio fideicommiſſaria plurium graduū ex eo, quia eſſent plures perſonę, quæ pluralitas excluditur per dictionem vnam, & maxime addita dictione, eamdem, quæ vnitatem ſubſtātiæ includit, ut latè per ipſum Sigiſmundum in dicto conſil. ſub nu. 45. cum ſequent. quod argumentum ſumpſit à Ioanne Aloiſ. de Septimo in cauſa Pictinei, & Ludou. Montalt. in eadem cauſa. nā 53 facilis eſt reſponſio, † nam illa verba non habent illum ſenſum, qui datur ab iſtis: nam ideo ſtatuit cap. Volentes, ne fiat alienatio, niſi in vnam, & eandem perſonam, ne ſcindatur feudum, quod vult integrum & indiuiſum permanere, ut in fine dicti cap. Volentes, dicitur. ideoq; minimè prohibet ſubſtitutionem fideicommiſſariam plurium graduum, dummodò purificata conditione non admittatur ad illud feudum, niſi una eadēq; perſona æquè digna: nam iſto modo ſatiſfit verbis cap. Volentes, cum diſpoſitio dicatur dirigi in ipſum fideicommiſſarium ab ipſo teſtatore, l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulg. & pupil. ſubſtitu. pro quo facit deciſio Fely. in c. cum I. & A. de re iudic. in vlt. col. dum determinat, quòd licèt clericus non poſſit eſſe procurator plurium cauſarum, attamen ipſe intelligit in vnico actu & tempore: nam ſucceſſiuè bene poteſt procurare, quia ſemper dicitur in vna cauſa procurare, & alle-54 gat Rotam deciſ. 8. † ita & in iſta ſpecie ſatis dicitur diſponi in vnam & eandem perſonā, cum ſemper cenſeatur facta in vnam, & eandem perſonam ſucceſſiuè ſuccedentem; & feudum ipſum reperiatur ſemper penes vnā perſonam ſuccedentem. Non obſtat quod cap. Volentes, requirit ꝙ perſona ſit æquè digna, quæ qualitas requiritur tempore ſubſtitutionis, l. Titius, ff. de milit. teſta. l. in delictis, §. ſi extraneus, ff. de noxal. cum ſimil. adductis per ipſum Loffred. in d. conſil. nu. 48. nam iſta collectio cæteris eſt fragilior: 55 † nam qualitas ſufficit, quòd adſit tempore, quo officium applicatur perſonæ, vt probatur in c. ei cui, de præben. in vj. & ibi Dominicus de ſancto Gemin. annotat, & plura cōgerit Decius, qui idem firmat, & comprobar in c. poſt ceſſionem, ſub nu. 15. de proba. Ideoq; ſufficit, quòd illa qualitas, quòd ſit perſona æquè digna, reperiatur tempore purificatæ conditionis fideicommiſſariæ, quo tempore feudum applicatur perſonę: ideoque malè colligit Loffred. ex verbis cap. Volentes, intentionem ſuam. Nō obſtat quòd cap. Volentes, continet diſpenſationem, & ideo ſtrictè intelligendum, quia totum en-56 thimema eſt falſum, † nam cap. Volentes, eſt lex edita in fauorem Baronum, fauorabilis & non diſpenſatio, vt dicit Petr. in conſ. 8. feudā. & firmant omnes ſcribentes ſuper ipſo cap. Volentes. Quinimò cum reducat 57 naturam feudorum ad primæuum ius, † quo licebat alienari, dicitur diſpoſitio fauorabilis, & extendenda, vt eſt gloſ. in c. ſtatutum, in verbo, numerandum, de elec. lib. vj. quam in his terminis ſequitur Corn. conſil. 199. vol. 2. Curt. iun. in l. 2. C. de in ius voc. Alex. Iaſ. Rip. & Repeten. in l. ſi conſtante, in prin. ff. ſolu. matr. & quando poſſet imaginari, ꝙ eſſet diſpenſatio, nihilominus nō poteſt negari quin ſit diſpenſatio gratioſa continens gratiam Principis ſtatuentis in fauorem Ba-58 ronum, † quo caſu non eſt ſtrictè interpretanda, ſed largè, vt determinat Abb. in c. at ſi clerici, §. de adulteriis, col. 5. de iud. & in c. ad aures, col. fin. de reſcript. Et reſponſio, quam dat Loffred. in d. conſil. 7. nu. 42. eſt ſatis inepta, dum dicit, quòd doctrina Abb. 59 procedit, † quando diſpenſatio gratioſa fit circa ea, quæ non ſunt ſtrictè intelligenda, ſecus quando eſſet talis naturæ, quòd deberent ſtrictè intelligi: nam debuiſſet probare ſuā diſtinctionem in iſto caſu, ꝙ cap. Volentes, concedens alienationem feudorum, talis naturæ ſit, quod deberet ſtrictè intelligi, cum totum contrarium dicant Doctores noſtri: nam quatenus dicit, quòd debet fieri ſtricta interpretatio, quia tractatur de prę iudicio concedentis; nā totum iſtud eſt contra tex. in l. fin. ff. de conſtit. Princ. quo cauetur, quòd debet fieri larga interpretatio in priuilegiis in præiudicium concedentis. at vbi fundat præiudicium Principis in d. cap. Volentes, nullibi reperitur: nam dicere, ꝙ vnus eximitur à fidelitate, & recipitur alius, peſſimè argumentatur, & eius enthimema totum eſt falſum, quia huic morbo attulit medicinam ipſummet cap. Volentes, dum 60 vult † quòd poſſit alienare in vnā, candemq; perſonam æquè dignam. Ideoq; nullum vertitur intereſſe Regis, ſi recipit aliā perſonā

æquè

æquè dignam. & ideo dicebat Pern. in dicto cap. Volentes, quòd semper est necessarius consensus Principis, saltem vt cognoscat suũ vassallum, & approbet personam, vt æquè dignam. Præterea datur Regi facultas recuperandi soluto precio minus decima; nec potest haberi respectus ad agnatos, cum nullum præiudicium eorum vertatur, quando est feudum hæreditarium, vel Baro est primus acquisitor: nam sicuti nõ possent agnati conqueri de alienatione rerum allaudalium, pariformiter nec de feudalibus, cum sit immutata natura feudorum, & redacta ad instar allaud alium per ea, quæ scribit Pern. in dicto consi. 8. cum superius adductis. Nõ obstat, quòd quarto loco dicebat ex tex. in l. sed si plures, §. in arrogato, ff. de vulga. & pupill. substit. quod sicuti in illa quarta, quæ debetur filio arrogato ex pacto & prouidentia Principis, vt habetur in l. si arrogator, ff. de adoptio. potest fieri tantùm substitutio pupillaris, & non fideicommissaria; sic & pariformiter in feudis, quæ veniunt ex pacto & prouidentia Principis non potest fieri substitutio fideicommissaria; 61 † nam argumentum procedit in feudis pacti & prouidentiæ Principis, quæ sunt strictæ formæ: nam testator nõ potest præiudicare agnatis venientibus ex pacto & prouidentia Principis, d. l. si arrogator, ff. de adopt. l. 3. in fi. ff. de inter. & releg. And. in c. j. an agnat. & sic omnes in c. omnes filij. si de feu. fuer. contro. inter do. & agna. & in c. j. §. præterea ducatus, de prohib. feud. alien. per Freder. 62 † secus in feudo hæreditario, quia hæres non potest contrauenire facto defuncti, l. cum à matre, C. de rei vendic. scribit And. in d. c. j. §. hoc quoq; de success. feud. & omnes in hoc c. Volentes, & est clara & resoluta conclusio. & quatenus dicit ipse, quòd etiam feudum hæreditarium dicitur pacti & prouidentiæ Principis, & allegat And. hoc dicere, est verum: sed nos loquimur de pacto, & prouidentia Principis 63 ad differentiam feudi hæreditarij, † & ista vocabula fuerunt inuenta à Bulgaro, & Pileo, vt dicit Andr. in dicto c. j. an agna. & in c. j. §. hoc quoque, de success. feud. & sic intelligũt Baptis. Platamo. in consil. in causa Furnari, & Beneuenti, in repetit. c. j. an agna. in l. Imperialem, §. præterea ducatus, de prohib. feud. alien. per Freder. ideoque quamuis feud. hæreditarium sit pacti & prouidentiæ Principis, non tamen eo modo, quo loquuntur Docto. quando intelligunt de feu-64 do in forma stricta nõ hereditaria, † meritò argumentum Sigismundi nõ valet obolum. Non obstat, quatenus dicebat, ꝙ consensus est strictè interpretandus, nam in hoc decipitur: nam per cap. Volentes, non præstatur consensus cuilibet alienanti, sed immutatur natura feudorum, quę cum prius essent inalienabilia ex dispositione huius cap. Volentes, sunt effecta alienabilia, & ideo non strictè, sed largè interpretandum, vt dicit Pern. in d. consil. 8, sed in isto casu vbi nam est extensio de persona ad personam, vel de re ad rem? cap. Volentes, permittit Baroni alienationem sui feudi indefinitè, ergo si illud alienat non potest dici fieri extensio de re ad rem, nam semper est eadem res. permittit alienari in vnam, eandẽq; personã æquè dignã, non complectens magis vnã, ꝙ̃ aliam personam, meritò non dicitur fieri extensio, sed quod succedit persona æquè digna; & id ipsum requirit cap. Volentes, & sic cessant motiua Loffred. cessant etiam argu-65 menta Ioan. Alois. † nam fundantur super arenoso fundamento, & conuelluntur ex ea regula iuris, quod cui permittitur maius, censetur permissum & minus, l. cui licet, ff. de regul. iur. & sumitur ex illo, quòd propter vnũ quodq; & illud magis, auth. multo magis, C. de sacrosanct. eccles. Si ergo ex dispositione cap. Volentes, permittitur Baroni feudũ in torum alienare, & omnibus agnatis præiudicare, quanto magis restringere legem feudi, quam formam uocant ad certum genus 66 agnatorum? † nam sic faciendo non dicitur præiudicare agnatis, imo eis bene cõsulere, quia magis certã facit eorum vocationem. sic respondet Gualter. de Patern. in consilio Terrænouæ. & idem Gualter. in interpretatione cap. Volentes, & ibidem Blasc. Lanza in 4. not. & hanc rationem sensit etiam Guliel. de Pern. in 4. notab. in iustificatione sententiæ Conuicini. & est ratio uiua, & efficax, quæ non potest tergiuersari. Non obstãt adducta per Ioan. Alois. & primò tex. in §. 67 profectò, de lege Conrad. † quod non potest quis alienare alia lege feudum nisi ea lege, qua ipse tenet: nam est hoc verum, & ratio est præiudicium concedentis, pro ut in dicto §. profecto. at in ista specie, de qua tractatur, est secus: quia non agitur de tollenda lege feudi, vt alia lege, & alio pacto sit penes eũ, in quem transit feudum, quàm fuerit penes

 alienantem

alienantem, sed purificata conditione transeat in illum, qui vocatur ex fideicommisso; nam in istum censetur facta alienatio; & ille qui habebat sub conditione, censetur nunquam habuisse, l. quod si pendente, ff. de peric. & commo. rei vend. l. proinde, ff. si cert. petat. & docet Andr. in c. j. col. 2. uers. hoc est regulare. de eo, qui sib. & hæred. suis, † cum tot sint dispositiones, quot sunt personæ, ut docet idem Andr. in c. j. §. hoc quoq; de succ. feud. tantum est considerandum, an teneat dispositio in eum, qui vocatur ex fideicommisso, & non qua lege transeat ad eum; nam non transit alia lege, nisi ea, qua testator habuerat per decisionem d. §. profecto, de leg. Conra. ideoq; si deficeret conditio in personam vocatorum, vel quia non existeret, vel alio modo, iam penes istum nouum successorem remaneret feudum sub ea lege, quę erat apud alienantem, & non offenderetur dispositio d. §. profecto, cum in casu fideicommissi sit alia ratio. & ideo Doct. in d. l. si patroni, ff. ad Trebell. dum quærunt, an in generali fideicommisso veniant feuda, non tangunt nisi de c. j. de success. feud. in princ. & non de §. profecto. nam sciebant ad fideicommissarium non transire aliter, nisi sub ea lege, qua erat apud testatorem. Præterea illa lex inducta à c. si aliquem, & ille ordo succedendi, non est nisi ab intestato, ut declarat constit. constitutionem. & tantum procedit, quando succeditur ab intestato, secus si succeditur ex testamento, ut dispositione inter viuos, vel vltima voluntate, ut declarat Gulielm. de Pern. in consil. 4. feudal. & sequuntur cõmuniter Doctor. at successio, quę fit ex fideicommisso, non est ab intestato, † sed ex testamento succeditur testatori, l. cohærede, §. cum filiæ, ff. de vulga. & pupilla. subsiit. quæ dispositio testamentaria permittitur à c. Volentes. meritò nulla offensio in isto casu c. si aliquem, quod loquitur ab intestato ex fideicommisso ex testamento; & ridiculũ est illud commentũ, quòd priuatus non potest dare formam feudis: nam & si hoc verũ est à principio, † attamen bene potest priuatus in casu sibi à lege permisso formam primam restringere, vel elargare, cum in hoc consentiant omnes superius citati, Gualter. de Pater. Blasc. Lanza, Gulielm. de Per. & cõmuniter cæteri, ideoq; apparet inefficax argumentatio tanti viri. Non obstat auctoritas Andr. in c. j. de eo, qui sibi & hæred. suis, in fin. adducta per eum, nam Andr. ibi decidit totum oppositum, si bene & rectè intelligantur uerba ipsius. dicit enim Andr. & bene, quòd non potest facere priuatus concedendo feudum, † quòd constitutio Regni nõ habeat locum in successione feudi per eum concessi, etiam si diceret expressè, quòd constitut. in aliquibus, non habet locum, & iste non est casus noster; nam non tractatur de concessione feudi à priuato, sed tantummodò de fideicommisso, & testamentaria dispositione, quæ permittitur à c. Volẽtes. & quatenus vocat personas alio ordine & alio modo, quàm admittat c. si aliquem, & constitu. in aliquibus, bene hoc potuit fieri, & potest à priuato ex auctoritate ipsiusmet Andr. in loco præallegato. nam expressis verbis dicit hoc Andr. nam dicit ipse, quòd bene potest fieri per pactum, quòd vnus postponatur alteri, nam dicit ipse non est contra legem fieri, per tex. in l. si quis Semproni. ff. de hæred. instit. quia isto modo, non est expressè derogare legi. allegat tex. in l. expressa, ff. de regul. iur. ideoq; Andr. aperto ore tenet, quòd potest fieri per priuatum, quandò habet potestatem disponendi de feudo, vt vnus præferatur alteri, meritò est ibi decisio Andr. decidens casum istum contra Ioan. Aloiss. nam in isto casu nil aliud ẽ dispositum, nisi quòd præferãtur masculi fœminis, etiam si sint ulterioris gradus. Non obstat ratio adducta ex doctrina Bar. in l. iusiurandum, §. quod si liberi, ff. de oper. libert. dum dicit, quòd argumentum de maiore ad minus, tunc valet, quando minus non habet diuersam rationẽ: nam isto casu nullam habet diuersam rationem, & si in casu Bar. erat maior ratio prohibitionis in illo, quod minus erat, ipse videat: nam in isto casu nil tale potest considerari, cum sit data expressa potestas alienandi, & sic totaliter priuandi omnes agnatos: & ideo restringendo legem feudi, quod est minus eadem, imò fortior ratio, quod est minus ad præiudicium agnatorum. at in casu Bar. non erat hoc licitum emphyteutæ, nisi delinquẽdo, ut incidat in commissum, qui tex. sunt multum extranei ad materiam nostram. Nõ obstant cætera argumenta adducta per Fimiam; † & primò non obstat illa chimerica, & fantastica consideratio inter formam feudi, & feudo legisdationem: nam ista differentia non probatur iure, nec lege; nec Anton. Compagna in allegationibus causæ Solãti, aliquid

sideratio fundatur in dispositione d. §. profecto. & nihilominus vltra quòd fuit responsum, † nulla differētia est inter formam feudi, & legem feudi: nam vero verius est, ꝗ vnum & idem sunt. nam in cōsuetudinibus feudorum non reperitur illud verbum formæ inuestituræ, quem ego viderim, sed penes Bald. tantùm: sed benè reperitur tenor inuestituræ, vt probatur in c.j. de duob. fratribus à Capita. inuest. & ibi no. Bal. dicens, quòd tenor inuestituræ derogat omni naturæ feudorum, & sic dicit Imperator in l. fin. C. commun. vtriusque iud. ibi, stipulationis paternæ tenor. & illud, quod vocatur, & dicitur in c.j. de duob. fratrib. tenor inuestituræ, in d.c.j. §. profecto, de leg. Conra. vocatur lex feudi. & hoc dicit ibi expressè And. qui exponit legē, hoc est pacto, & sic est idem pactum inuestituræ, & lex inuestituræ, ut probatur in dictis iuribus, & Andr. in dicto §. profecto, allegat tex. in l. legem, C. de pact. ubi tex. quòd idem est lex conuentionis, quòd pactum, cum infeudatio sit contractus, secundum Andr. in prælud. quem cæteri sequuntur in dicta q. & contractus ex cōuentione legem accipiunt, ut est tex. in l.j. §. si conuenerit, ff. depos. nimirum si pactum adiectum contractui & inuestituræ feudi, dicatur lex feudi per prædicta. Siculi verò uocant formam inuestituræ eleganti & erudito verbo, nam forma est verbum Latinissimum, si sic liceret loqui, & eo vtuntur iurisconsult. Et vltimò vnum locum sufficit citare, videlicet l. cum quidam decedens, in fi. princ. ff. de administr. tutō. ibi, formam antiquitus constitutam immutare. Ideoq; cū nil aliud sit tenor, seu lex inuestituræ, nisi quædam forma adiecta ipsi contractui feudali, meritò Siculi nostri uocarūnt formam inuestituræ, sicut & vocat Bal. in c.j. in fine, an cæc. mut. uel alit. imperfect. & eleganti vocabulo, cum forma sit idem, quod species, ut docet Cicero in Topicis. ideoq; patet, quod inter ista tria nulla sit differentia; ideoq; tota eius argumentatio, quæ in hoc falso fundamento tenetur, & circūmuoluitur, sede protinus necesse est ut dilabatur, cum ipse concedit posse formam feudi restringi ac mutari, sed non lex feudi, cum hæc sint synonima, & illud idem significent: ideoq; nunc facilius respōdetur dicto §. profecto, quòd quamuis feudatarius habuisset potestatem infeudandi, attamē eo tenore & forma inuestituræ debet ipse dare, qua & ipse tenebat, & non aliter: quia si aliter fiebat, contemnebatur dominus. at in ista hypothesi non tractatur, ut feudum transeat alia lege & forma penes illum, in quem fit alienatio, ut superius dictum est. & ex his patet responsum ad glos. in c.j. de alien. feu. pater. & ad cons. Pern. 29. in allaudialibus. & in cōsil. 6. fendalium, quod non pertinet ad priuatum dare formam, sed ad Principem: nam In isto casu non tractatur de dando formam primæuā, sed tractatur in casu licito, & permisso, de elargando & restringendo formā, quod potest fieri, ut supra dictum est. Non obstat decisio Bal. in c.j. de his, qui feud. da. possunt. † nam in casu Bal. consuetudo tantùm concedebat fieri inuestiturā pro masculis. † adiectio ergo fœminarum erat necesse euacuari ex defectu potestatis, quia ad ea nō extendebatur potestas prælati. at lex ista cōcedit liberā potestatem Baronibus, quouis modo testandi & alienandi, idcirco nil facit illa decisio Bald. Non obstat etiam decisio Bal. cons. 171. lib. 2. quia nil protinus facit ad nostram hypothesim, nec verbis, nec interpretatione, nec ratione: nā Bal. ibi disputat & decidit, ꝗ statutum priuatorū nō tollit conuentionem inter Principem initam, nisi de cōsensu Principis. Quid hoc ad istud, de quo quæritur? & quatenus ipse Hieronymus dicit, ꝗ inuestitura est quædā conuētio, vt viuatur sub capitulis & constit. Regni, est hoc verum: sed in Regno sunt duæ leges, vna ab intestato, altera ex testamento, vel quācunq; alia dispositione: ideoq; succedente casu successionis ab intestato, seruabuntur leges disponentes de successione ab intestato, &c. si aliquem. quando verò disponitur de feudo seruabitur dispositio Baronis ex cap. Volentes, vt dicit Guliel. de Pern. in cons. 4. & isto casu nec pilum quidē facit decis. Bal. & minus inductio Hieronymi, quia disponēdo Baro de feudo, faciendo plures gradus, substituens seruat dispositionem c. Volentes, per quod non derogatur constitution ib. Regni loquentib. de successione ab intestato, cū remanet illæsę in casu suo, & ex his respōdetur decis. Bal. in c.j. in prin. de success. feu. dum dicit, quòd quis non pōt disponere quicquā ꝗ futurum sit contra legem: nā ista decisio est vera, & procederet eo casu, quando expressè fieret dispositio, quod in feudis ab intestato succedatur certo modo cōtra ordinē

traditum à cap. si aliquem. at isto casu non fit contra legem, imo cum maxima auctori tate legis, scilicet cap. Volentes. Nā obstat 76 consil. Gualte. † quia credo, quòd ipse con suluit eo tempore in illo casu, quando tenebatur illa erronea opinio, quòd per istam legem nō fiebat præiudicium agnatis in feu do antiquo, prout fuit iudicatum in causa Ciminnæ. Et quia ipse præsupponit, quòd illa Angela erat prima acquisitrix, ideo melior responsio est, quòd Gualter. malè ac pes simè consuluit in casu suo, quia ea quæ dicit in d. consilio, non firmat aliqua lege: merito erubescere debuit, l. illam, C. de collat. Cum ergo Gualter. in d. consilio sicco pede transierit, nec rationem, nec auctoritatem adducens, non est ei credendum, nec deferendum, c. ego solis, 9. dist. & quòd falsum consuluerit Gualter. demonstratur apertissimè, cū illa fœmina fuerit prima acquisitrix, & alienauit in fœminam & filiam sexus eius dem, & dignitatis, quæ poterat etiam in ex traneam fœminam nobilem alienare; quid repugnat, quin valeat alienatio? Dicat Gualter. qua ratione mouetur, & vnam adducit: quia non potest contra naturam feudi alienare, de qua natura loquitur Gualte. non explicat. nam si loquitur de natura primæua, qua non poterant feuda alienari, hoc totum est correctum per cap. Volentes. Si lo quitur de natura feudi, & successione ab intestato, nil facit ad casum nostrū, qui loquitur in dispositione Baronis: nam si sentiret per c. Volentes, nō potuisse derogare, & præ iudicare agnatis, esset contra illud, quod ip se tenet in literis missis Nicolao Speciali, & contra communem & receptam opinionem in Regno, & in feudo nouo cōtra omnes, qui scripserunt, & scribunt super cap. Volentes. Si dicit, quod fœmina non est æquè digna, quod verum esset, si esset masculus alienās: at in casu suo erat fœmina, idcirco nil facit Gualter. in d. consil. quia malè ac pessimè lo quitur, nulla ratione, nec auctoritate fulful tus, sed ex capite suo inseruiens causæ.

Minus etiam obstant ea, quę adducit Bal. in consil. 275. vol. 2. incip. quod pro regula. nam argumentum totum retorquetur in cō trarium, cum sit per cap. Volentes, noua natura data feudis, vt possint alienari in præiu dicium agnatorum, nisi pacto coërceantur: ideoq; primus acquisitor, vel quilibet feuda tarius, sub tenore inuestituræ hæreditariæ, merè poterit mutare & restringere formam & disponere, prout vult, argum. tex. in auth. multo magis, C. de sacrosan. eccles. & quate nus subdit Bald. in d. consil. vers. supposita, vel consuetudo, vel statutum permittēs alie nationem feudorum, intelligitur secundum ipsius rei naturam, vt ff. de vsufr. l. si stipulatus. & non potest qualitas mutari, c. j. §. eadem lege, de leg. Conra. & in l. in venditione, ff. de actio. empt. nam isthęc nil faciunt ad istam hypothesim, nec iuuant ipsum Hie ronymum: nam Bal. ibi accipit naturam feu di, & non de natura alienationis, sed de alia natura loquitur, scilicet satisdationis de vtē do & fruendo arbitrio boni viri, vt demonstratur ex tex. quem allegat, scilicet tex. l. si stipulatus, ff. de vsufr. nam dictum Doctoris debet intelligi secundum leges, quas allegat, vt dicit Bart. in l. non solùm, §. liberatio nis, ff. de lib. leg. nec etiam poterit per alienationem immutari qualitas, vt scilicet sit alia forma & lege apud accipiētem, qua fue rit apud alienantem, & hæc non repugnant, sed debent obseruari. Ideoque demonstratur istam decisionem Bald. nil penitus facere ad hanc hypothesim. Non obstat consilium Alex. 30. vol. j. nu. 11. quia Alex. loqui tur eo casu, quo natura ipsius feudi repelleret illam personam, cui legatur, seu in quē disponitur, & esset persona inhabilis, vt cō tingeret si alienetur in clericum, in ecclesiā, vel in fœminā, stātibus cōsuetudinibus feudorum, sed etiam stante dispositione c. Volentes, cum fœmina non sit æquè digna; & ista non faciunt ad quæstionem, de qua tractatur, quæ præsupponat habilem illum, in quem dirigitur dispositio, cum aliàs corrueret dispositio ex aliis legibus: ideoque deci sio Alex. nil protinus facit, nec etiam facit decisio And. in constitu. Honorem, quia in ista hypothesi non tractatur de dando naturam nouam feudo, sed de dispositione: tamen testamentaria salua & illibata natura feudi primæua remanente, si quando defice rent conditiones substitutionum. Et quatenus ipse Hieronymus dicit, quod ordo tradi tus à c. si aliquem, nō potest mutari, in hoc bene dicit; sed debet intelligi quādo dispo sitio dictaret, quòd ab intestato succedatur alio ordine non tradito à c. si aliquem, quia hoc non posset fieri: nam de hoc est tex. expressus in l. nemo potest, ff. de legat. j. & hoc est, quod voluit Socin. in consil. 101. per eū allegatum.

allegatum. at quando disponitur in testamẽto, non fit reluctantia legis, cum succedatur est dispositione testamentaria, remanente illæsa constitutione c. si aliquem, in casu suo. alioquin sequeretur, quòd cum hæreditas defertatur certo ordine ex lege duodecim tabularum, quòd non valeret dispositio, quæ alio ordine per fideicommissum, vel inter viuos assignaret bona disponentis, quod totum est contra text. in l. j. C. de sacrosan. eccle. & cõtra titulum ff. & Cod. de vulg. & pupil. substit. & contra tex. in l. quotiens, C. de donat. quæ sub modo. Non obstat doctrina Bar. in l. iusiurandũ, §. sed si liberi, ff. de ope. liber. quæ etiam fuit adducta per Ioannem Alois. de Septimo, ad tollendum argumentũ auth. multo magis, C. de sacrosan. eccl. nã Bar. dicit, ꝙ quando non soluit emphyteuta canonẽ, quãuis priuet filiũ ab eius renitẽtia in soluendo, non tamen subuertit conuentionem, quinimò ex natura conuentionis venit priuatio: attamen quando postergat cęteros filios, vni dando offendit conuentionem, quæ omnibus prospexit: at in isto casu nil facit ista doctrina Bar. quia in isto casu nulla conuentio offenditur. stat enim, ut succedatur eo modo, quo disponitur per c. si aliquem. stat etiam illæsa natura noua assumpta feudorum in regno tradita per c. Volentes, ut quilibet possit disponere de suis feudis, meritò disponendo isto modo nõ offendit conuentionem, imò illam seruat, seruando dispositionem c. Volentes. patet hoc & manifestè ex se ipso, & non indiget aliqua probatione. Non obstat auctoritas Andr. in

77 c. j. de eo, qui sibi & hæred. suis. † quem prius allegauit Ioan. Alois. nam Andr. apertissimis verbis tenet oppositum. dicit enim Andr. ibi, quòd Rex potest dare feudum pro hæredibus masculis, & his deficientibus fœminis: & in hoc casu non seruabitur dispositio constitutionis Regni, quia Princeps quãdo vult, tollit hæc positiua: quia rei suæ quilibet est moderator, & arbiter, l. in re mandata, C. manda. & hoc posset etiam priuatus conuenire, ut consanguineus excludat filium patrui per regulam, rei suæ quilibet est moderator & arbiter, d. l. in re mandata, C. mand. cum ergo feuda in regno assumpserint naturam allaudialium circa alienationem, stat in mera voluntate feudatarij, quomodo vult expresè disponere, videlicet post mortem Caij deueniat ad Titium, & istud vult & decidit Andr. in c. j. verum subdit, quòd priuatus daps feudum in casu, quo potest in regno Siciliæ, non posset dicere, uolo quòd nõ habeat locum constitutio Regni, In aliquibus, per tex. in l. nemo, ff. de legat. j. & l. quidam decedens, in princ. ff. de admin. tutor. & ratio est, quia iuri publico non potest derogari, l. cerdonem, ff. de oper. liber. & subdit ipse Andr. quòd facere potest pactum, ꝙ nepos ut talis, præferatur tali masculo; hoc potest, quia non est contra legem fieri: & adducit tex. qui bene probat, in l. si quis, ff. de hęred. instit. per quem tex. decidit Andr. quòd si expresè dicatur in datione feudi, non habeat locum constitutio Regni, in aliquibus, vitiatur datio, quia contra legem: attamen si non exprimitur, sed disponitur alio modo, quo tacitè illud idem efficiatur, non vitiatur dispositio. & istud voluit Andr. & clara sunt eius verba. Ideoq; stat, & pugnat pro opinione vera, quã tenemus ibi in casu nostro nulla expressa mẽtione derogationis, nec constitutionum, nec capitulorũ Regni, quamuis tacita illa dispositio possit illud efficere, quã to fortius in isto casu, cum nec expresè, nec tacitè derogetur constitutionibus & capitulis Regni, cum seruetur illęsa & cap. Volentes, & cap. si aliquem, ut sæpius dixi.

Non obstat glo. in constit. ut de successionibus, quia loquimur inspecto iure constitutionis Regni, secundum quod non poterat feudatarius disponere de feudo in aliquo, nisi esset deprehensus in inuestitura, secus per istam legem, secundum quam potest vassallus ad libitum disponere, dummodo forma feudi nõ repugnet, cum sit receptum hodie, post sententiam latam in causa Vicari per Infantem Ioannem in alienatione feudorum præiudicari agnatis, & vocatis per inuestituram, in feudis tamen hæreditarijs nouis, & simpliciter præscriptis. & ratio est, quia stante consensu introducto per dictum cap. Volentes, non possunt agnati contrauenire facto defuncti, cum non possint habere feudũ citra ius, & nomen hæredis, l. cum à matre, C. de rei vendic. glo. in l. fin. §. in venditione, vbi Docto. omnes, maxime Paul. de Castro, C. de iure deliber. & scribit Andr. in c. j. §. hoc quoque, de success. feud. & scribentes Siculi super cap. Volentes. Et ideo apparet manifestissimè, quàm sit aliena à proposito decisio illius gloss. stante dispositione cap. Volentes. Non obstat decis. And. in cap.

poſſunt alienari, & ideo veniũt feuda in generali obligatione, & per iſtas rationes ita tenet Ioan. Aloiſ. in commento huius legis.

At prædictis & ſimilibus in aliquo nõ obſtantibus, contrarium eſt de iure verius, † quòd 6 nullatenus in generali hypotheca cõprehenditur feudum, nam hoc eſt receptiſſimum apud omnes, † quòd generalis diſpoſitio nõ 7 comprehendit feuda, cũ oporteat de eis fieri ſpecifica mentio, ut docet tex. in dicto §. in generali, qui tex. procedit in qualibet diſpoſitione, ut proſequitur Iaſ. conſil. 6. col. fina. vol. 3. & conſi. 224. vol. 2. & conſi. 152. vol. 4. Tiraquel. in tractat. de retract. §. j. glo. 3. cum ergo ſit caſus legis pro hac parte, nullus relinquitur dubitationi locus, l. ancillæ, C. de fun. & ibi Bald. Non obſtat argumentum à ceſſante ratione iſtius legis, † imò à 8 correcta ratione. quo caſu cenſetur correcta ipſa lex, ut eſt glo. not. in l. j. ff. de legit. agnatute. quia nulla eſt expreſſa ratio in illo tex. cur voluerit de feudis nominatim fieri mentionem, & abſurdum propemodum eſt argumentari à correcta ratione legis, & aliquis ſibiipſi fingere rationem, quam Legiſlator non expreſſit, & fortius cum non ſit perpetuò verum, † quòd correcta ratione le- 9 gis cenſeatur correcta ipſa lex: nã tunc procedit correctio, quando apparet manifeſtè, † quòd ipſa ratio diſponit de lege, & non 10 quando è contra, lex diſponit de ratione, quia iſto caſu ſecundo ſufficit auctoritas & poteſtas legem condentis, eſto quòd ceſſet ratio. ita Bal. in c. j. §. qui decedenti. qui feudare poſſ. Corn. conſil. 207. col. pen. & conſ. 236. col. 2. vol. 3. tradit Curt. in l. poſthumo, nu. 42. C. de bon. poſſ. contra tabu. cum ergo iſto caſu fuerit diſpoſitum, quòd in generali diſpoſitione non veniant feuda, niſi nominatim de eis fiat mentio; & ſi eſſet verum, quòd ratio illius tex. ſit illa, quam ſibi fingunt Docto. præallegati, non ideo ceſſat lex ceſſante ratione, ſed ſufficit auctoritas illius conſuetudinis: quanto fortius, quod in rei veritate non eſt, illa ratio illius tex. † nam 11 uera ratio eſt propter prærogatam dignitatem feudorum, cum inſit eis parodochium, vt inquit Andr. in dicto §. in generali, & ibidem Afflict. & iſta eſt vera ratio illius tex. Additur alia ratio, † nam ideo non conue- 12 niũt feuda in generali diſpoſitione, quia habent naturam ſeparatã ab alijs bonis, ut voluit Signorol. conſil. 218. Bald. conſil. 207. quæſtio. uol. 2. Dec. conſil. 139. & And. Tiraquell. in tracta. de retract. generis, §. j. glo. 3. nu. 8. fol. 59. cum ergo non ſit ſola ea ratio, quam ſibi fingunt Doctor. d. §. in generali, † ſed etiam ſunt aliæ, iam ſequitur quòd 13 eſto vna ceſſet, iam remanent aliæ, §. affinitatis, Inſtit. de nupt. & in feudis ſcribit Dec. conſil. 208. ac fortius, cum prima ratio ſit penitus falſa in illo tex. quinimo verbis tex. expulſa, cum dicat & decidat, quòd in generali alienatione vaſſalli non cõprehẽditur feudum, niſi nominatim ſit dictum: concedit enim tex. quod ſi nominatim eſſet dictum cõprehẽderetur, quia talis eſt natura dictionis, niſi, ut pulchrè explicat Dec. in l. age cũ Geminiano, C. de tranſact. Colligitur ergo, † quòd ius & ratio dubitãdi in illo tex. non 14 erat prohibitio alienationis, quia lex cum diſponit de aliquo caſu particulari, præſuponit omnia alia, quæ requiruntur ad validitatem diſpoſitionis, præter id, de quo tractat. ita Dec. in c. j. de iudic. refert & ſequitur Alciat. in l. j. in verbo, explicitis, C. de ſent. quæ pro eo, quòd intereſt. Quid enim abſurdius poteſt conſiderari, diſpoſitionem dicti §. in generali, eſſe fundatam eo caſu, quo alienatio eſſet purpetuò nulla, etiam ſi nominatim fieret mentio de feudo contra verba expreſſa ipſius tex. in illa implicatiua dictione, niſi? ideoq; dicendum eſt non eſſe ueram illam rationẽ effictam: ſed ideo ita fuit ſtatutum, † ut ſpecificè nominarentur 15 feuda, propter eorum prærogatam dignitatem: qui enim ſit veriſimile, quòd in illa generali loquutione velit quis alienare feudũ vel obligare, cum obligatio tendat ad alienationem, & perdere illud paradochium, et illud in alium trãsferre, maximè ſi feudum eſſet auitum, uel paternum, cum in eo retineatur nomen & dignitas familię, argu. tex. in l. lex, quæ tutores, C. de adminiſt. tut. cũ leuiori ratione ita ſtatuerit Iuriſcõſultus in vernis & ſupellectilibus, in l. obligatione generali, ff. de pignor? † Ideoq; ille tex. in §. 16 in generali, non eſt cenſendus à poteſtate, ſed à uoluntate, quòd tunc veniet feudum in obligatione, uel in qualibet diſpoſitione, cum dominus feudi dixerit nominatim, & non aliter: & eſt verus intellectus hucuſque 17 à nemine, quem ego viderim, ponderatus. Ideoq; remanet ſtabilita concluſio, quòd in generali obligatione non veniant feuda: ideoq; apparent omnia in contrarium adducta

cta esse resoluta, quia sunt fundata super illa ratione de prohib. alien. feudo. quæ ratio cessat per istam legem, nam ostendi supra, quòd non potest argui isto casu à cessante ratione legis. insuper quod sunt aliæ rationes efficaciores illius §. quinimò, quòd dicta ratio efficta, sit penitus falsa & conuincitur ex verbis proprijs ipsius §. solũ oportet respondere Ioanni Fabro, & cæteris Vltramontanis, & Ioanni Aloif. Fabrum alleganti: nam in terminis hoc decidunt præsupposita consuetudine Franciæ, † qua feuda sunt redacta ad instar allaudalium. nam si ista lex operatur istud, sicuti illa cõsuetudo in Regno Frãciæ, est difficillimum contrarium, & penè 19 indissolubile. attamen † non est tanti, vt remoretur veram resolutionem superius firmatam: nam non est verum, quòd nostra lex operetur tantùm, quantum illa consuetudo Gallica. nam illa omnem naturam feudorũ immutat, & reducit feuda ad instar allaudalium. 20 Quinimo † non seruantur in illo Regno consuetudines feudales Oberti, & Gerardi, sed recurritur ad ius Romanum deficiente consuetudine eorum, prout latè comprobat Petrus Iacob. in sua practica, in titulo de succes. feud. & sequitur Claud. de Seys. in suo tracta. feudor. col. 4. & Cassa. consil. 8. & Mar. Mant. in 3. lib. Dialog. in Dialo. 56. 21 † Et quamuis Guid. Pap. in cõs. 214. & 215. teneat in sua patria seruari cõsuetudines feudales, & idem tenet consil. 218. & in decis. 180. & decis. 297. vt per Boer. in consuetu. Biturig. sub titulo, de præscript. §. 2. glo. 2. & Cassa. in rub. de feud. Attamen ipse Guid. 22 Pap. † dicit seruari in Delphinatu, & respondet quòd illa consuetudo, de qua tractat Ioan. Faber, non extenditur ad suam patriam Delphinalem, ideo non contradicit. Cum 23 ergo in Gallia feuda sint paganica, † quia immutata eorum natura, & non seruantur consuetudines feudales, nec tex. in d. §. in generali, cum sit de consuetudinibus feudorũ: ideo cum censeantur paganica, & allaudalia, veniunt in quacunque dispositione; & ideo rectè loquitur Ioan. Faber. at tex. iste 24 non operatur hoc: † nam tantùm immutat naturam feudorũ, circa alienationem, dum corrigit leges Frederici, inhibentes alienationem feudorum. In cæteris ergo non immutat, quin teneant propriam naturam feudorum. pro hoc tex. in c. j. de feud. non habent. propr. natur. feud. qui decidit, quòd in his, quæ non immutantur, retinent propriã naturam feudorum. & latè ibi differit And. & post eum cæteri. Cum ergo ista lex immutat naturam feudorum circa alienationem 25 tantùm, non est cur dicatur, † quòd feuda sint redacta ad instar allaudalium simpliciter, & absolutè, cum in cæteris retineãt propriam naturam feudorum, & fortius: quia ista lex non simpliciter, & absolutè, concedit facultatem alienandi, sed cum qualitate, vt fiat alienatio in personam æquè dignam, vnam & eandem; ne scindatur feudum excludẽs penitus ecclesias & ecclesiasticas personas. vbi nam est redactio adinstar allauda- 26 lium? certè nullibi. † & ideo ineptissimum est argumentari à Gallica consuetudine ad l. istam, cũ sit diuersa ratio, & separata; ideoque non rectè colligitur argumẽtum ex his, quæ separatam habent rationem, l. Papinianus exuli, in fin. ff. de minorib. Ex quibus dilucidè demonstratur, quàm oscitanter quidam è nostris volutant in ore, feuda in Regno sunt adinstar allaudalium, cum hoc sit 27 penitus falsum. † Non obstat tex. in l. fin. & auth. ibi posita, C. de pignor. quia feudum, & militia, sunt diuersa, vt per Andr. in prælud. feudo. q. 4. quem ibi cæteri sequuntur. 28 Ideoque retinenda est conclusio, † quòd in generali obligatione, vel dispositione, non veniunt feuda, nisi fiat de eis specifica mentio: & hoc affirmo esse verũ, quicquid alias dixerim. Et ne desint auctoritates, quòd in generali obligatione nõ veniunt feuda, etiã leg. nostra stante, tenet Gerard. Alliata Proton. in consil. quodam, qui tamen nihil boni adducit. & tenent aliqui apostillantes hãc legem. Sed facessant inter Petrum opiniones, & sola veritate certemus, qua fulcitur ista opinio & stabilitur, ac si esset ædificata 29 super firmissimam petram: † quæ tamen opinio procedit, quãdo simpliciter est facta hypotheca de bonis, secus si fuerit dictum sub hypotheca omnium & singulorum bonorũ: nam videtur tunc nominatim dictum de feu- 30 dis, † cum dictio, singuli, exprimat & distribuat indiuidualiter, vt determinat Oldrad. consil. 300. Soci. consi. 300. vol. 2. Ideoque esset satisfactum §. in generali, si de feud. fuer. contro. inter dom. & agnat. Sed obstre- 31 pit vnum, † quòd appellatione bonorum, nõ veniũt feuda, vt voluit Ias. in l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de libe. & posth. Afflict. decisi. 14. & in constit. si quis in posterum, Gozad. consil.

consil.26.Parif.conf.12.per tex.in d.§.in ge neral i, qui non probat eorũ opinionem: nã quamuis tex.non possit aliter intelligi, nisi de alienatione bonorum vassalli, non tamẽ ex hoc colligitur, quòd appellatione bonorum non veniant feuda. nam tex.non decidit sub hac ratione, sed quia oportet de feudis fieri nominatim mentio, ut dicit ille tex. ideo non probat eorum opinionem. Et opi-32 nio contraria, † quòd appellatione bonorũ veniant feuda, est verior, quam tenet Specu lat.in titulo de locat. §. nunc aliqua. uersi. 157.quem refert, & sequitur Ias.sibi contrarius, in prælud.feudor. nu.45.& in l.tres fratres, ff.de pact.& consil.207.vol.2.Ruin.cõsil.25.col.2. lib.j. & tradit Tiraquell.in repet.l.si vnquam, in verbo, bona, nu.10.C. de reuocand. donat. & in tractat.de retract. §. j. glo. 3. num. 12. vbi etiam adducit glo. in c.j.per quos fiat inuestit.quam omnes sequuntur.quæ glo.decidit feudum esse in bonis vassalli, arg.l.bonorum, ff.de verbor.si-33 gnific. qui tex. dicit, † quòd bona dicuntur ex eo, quòd beant, hoc est beatos faciunt: beare enim, est prodesse. quis enim negabit feuda prodesse? Ergo sunt bona, ideo veniunt appellatione bonorum.& cũ dictio, singuli, distribuat & exprimat indiuidualiter, ac si nominatim esset facta mentio, sequitur quòd sub tali conceptione verborum comprehenduntur feuda sub quacunq; dispositione, ni aliud extrinsecus obsistat.& ex prędictis remanet elucidata quæstio ista.

*S V M M AE.*

1 *Præscriptio triginta annorum, an sit sublata per l.Imperialem, Frederici.*

2 *Camerarij opinio in dicta l.Imperialem, quod non sit sublata, non discutitur.*

3 *Feuda an quia per istam legem sortiuntur nouam naturam, qui possunt alienare, possunt etiam præscribere etiam spatio viginti annorum.*

4 *Auctoritates Doctorum nostri temporis sunt probabiles, & non necessaria. & nu. 5.*

6 *Præscriptio triginta annorum, etiam in feudis, inducta per constit. consuetudinem, & c. continua, inter cap. Regis Martini. & nu. 7.*

8 *Alienatione prohibita non est verum absolutè, quod censeatur prohibita præscriptio & est deceptio in tali argumento. & nu. 9. 10.*

11 *Ius ad cõmune non recurritur in feudis, ubi est decisum ex consuetudinibus feudorum.*

12 *Intellectus c. continua, in illa clausula, præscriptione viginti annorum in suo robore permanente.*

13 *Regis Martini per capitulum an censeatur correcta constitu. consuetudinem, in ea parte, dum requirit præsentiam aduersarij. & nu. 14. 15.*

16 *Lex posterior distinguitur a priore.*

17 *Præscriptio noua quando inducitur, tunc non distinguitur à lege antiqua.*

18 *Regula, lex indistinctè loquens, indistinctè debet intelligi, quomodo procedit.*

19 *Gerardus malè ac pessimè, loquutus est in ea hypothesi.*

1 COLLIGITVR etiam ex hac lege, † quòd quamuis iure feudorum fuerit sublata præscriptio c.j.§. preterea, de cap. Cõra.l.j.i prin. de prohib.feud.alie. per Freder.& ratio colligitur ex prohibitione alienationis, quia annullabatur titulus; & titulus nullus non potest operari præscriptionem, ut declarat Paul.de Castro in l.Celsus, ff. de vsuca.tractant Doct. in c.si diligẽti, de præscrip.Soc. 2 consil.29. uol.j. † quamuis neget Camerarius in repet.l.Imperialem, in princ.de prohib.feu.alien.per Freder. dicens nõ esse cor rectam dispositionem §. quod si per triginta.de cuius dicti veritate non est hic discutiendi locus. Attamen per istam legem, cum sint feuda sortita nouam naturam, ut possint alienari; sequitur quod si alienatur feudum, 3 ex quo lex non resistit, sed permittit, † quòd non impeditur præscriptio, etiam viginti annorum. Ita arguit Ioan. Aloisi.hic, in 5.effectu, ut ipse loquitur, & firmat Gerardus Alliata in quodam suo consilio, in causa comitatus Caltanissectæ. at ista opinio de annis viginti, est falsa, quamuis eã firmauerit Gerardus, qui nec ratione, nec auctoritate mo 4 uetur; & clarum est, † quòd Doctorum, & Iurisconsultorum nostri temporis auctoritates, sunt probabiles, & non necessariæ, ut docent Doctor. in l.j. ff.si cert.petat. & tantum eis creditur, quantum ratione, vel canonica auctoritate fulciuntur, c.ego solis. 9. distin. Cum ergo ista opinio nulla ratione, 5 nec auctoritate nitatur, sequitur, † quod tan quam inualida imo potius vana, debet explodi; & quod sit explodenda, demonstratur: nam per constitut. Regni, consuetudinẽ prauam, etiam si fuisset prius interdicta in feudis,

6 feudis, † præscriptio nihilominus per istam constitutionem fuit illa consuetudo correcta, & statutum, vt præscriptio in feudis vendicaret sibi locum spatio triginta annorum. Cum ergo & ibi sit casus legis de præscript. feudali, inutile & vanum videtur mihi argu-7 mentari contra legem decidentem.† ad idē tex.in c.continua, inter capitula Regis Martini.& certè nescio, quo tramite inducitur 8 argumentum, cum non sit verum, † quòd prohibita alienatione feudorum, censetur prohibita præscriptio:quia imò totum contrarium probatur per constit. consuetudinem, quæ permittit præscriptionem, quamuis fuerit tunc temporis prohibita alienatio feudorum; & quamuis fuerit per cap.Volentes, mutata natura feudorum circa aliena-9 tionem, non est bona consequentia, † ergo restrinxit terminum præscriptionis prçfixè, vt seruetur ius cōmune, quia talis forma argumentandi nunquam fuit audita. & ideo dicebat glo.in l.longè, ff.de diuers. prçscri. 10 †quòd in tali argumento est deceptio,& ibi Doctores sequuntur, & Luc.de Pen.in l.2. col.2.C.de om.agro deser.lib.11. ideo standum est tempori præfixo per constitut.consuetudinem. & illa est seruanda, nec est re-11 currendum ad ius cōmune: † nam quotiens de feudis est aliquid decisum per constitutiones feudales, nunquam recurritur ad ius cōmune.tex.est in c.j.de feud. cognit. Nec obstat c.continua, Regis Martini.ibi, præscriptione viginti annorum in suo robore 12 permanente.† quia illa clausula non potest intelligi, nisi de allaudialibus, referendo singula singulis, iuxta glos.in l.j.C.cōmun. de legat.quod euidentius patet: nam nil statuit lex, sed reseruat; & qui reseruat, nil de nouo dat, vt probat tex.in l.Bebius Marcellus, ff.de pact.dotal.ideo tenenda,& amplectenda est in prçscriptione feudali d.consti. consuetudinem,& in Regno semper fuit obtempta.& ne desint auctoritates, hoc tenet Antōn.Compagna in allegationibus in causa Solanti, & est de mente Ioan.Alois.in loco præallegato; & si nemo diceret, veritas ipsa clamat. Retenta ergo ista opinione, est videndum, cum constitutio illa, ut perficiatur præscriptio, non solum requirit lapsum 13 triginta annorum, † sed etiam præsentiam aduersarij.& ideo dicebant Andr.& Afflict. in dicta const.t. quòd ni ille, qui innititur præscriptioni, articulet & probet de præsentia aduersarij, succumbet. an istud idem sit correctum per c.continua, Regis Martini, indistinctè loquens?Et videbatur dicēdum, 14 † quòd sic, cum lex indistinctè loquens, indistinctè debet intelligi, etiam quòd sit maior ratio in vno casu, quàm in alio, l.j.§.j.ff. de aleato.l.de precio, ff.de public.cum simi lib.& hoc sentit Proton.Gerard.in dicto cōsilio Caltanissectç. sed veritas est in contra-15 rium, † nam correctio legum est euitanda, & nunquam censetur correcta lex, nisi verbis expressis, l.prçcipimus, in princ.C.de appellat. nec etiā intelligitur correcta lex per subauditos intellectus, ut docet glo. in c. cupiētes,§.quod si per viginti, de elect.lib. 16 6.† nam lex posterior distinguitur per antiquiorem, l.sciendum, ff. qui satisda.cogant. & recipit interpretationem passiuam à iure cōmuni, ut est tex.in l.j.§. lex falcidia, ff.ad leg.falcid.Cum ergo per constit.Regni fuerit prius statutum de præsentia aduersarij, sequitur quòd noua constitutio, loquens de eodem, recipiat ab ea interpretationem passiuam per superius dicta, & per tex.in l.2.& ibi Docto. C.de noxal.& hoc tenet Proton. Marianus in causa Palazoli,& hanc doctrinam dat Pern. in dicto c.continua, dum respondet Bal.in l.fi.C.in quib.caus.in integr. restit. non est necess. dicens quòd decisio 17 Bal.procedit, † quando inducitur per legē nouam noua prçscriptio: secus quando statuitur super eo, qnod per legem antiquam erat statutum: nam tunc intelligitur secundum ius comune. & hoc idem in simili tenet Dec.declarando d.c.continua, in consil. 445. sub nu.48. & ista est veritas. Non ob-18 stant adducta in contrarium, † quòd lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi: quia vera regula, quæ intelligitur in eo, in quo loquitur: sed quando generaliter loquitur, & per legem antiquā requiritur aliqua qualitas, quæ per legem nouam non reijcitur, tunc recipit interpretationem passiuam à lege antiqua, d.l.j.§.lex falcidia, ff. ad leg.falci.l.2.C.de noxal. cum similib. sic intelligit, & declarat Imol.in l.si dotalem, §.de viro, col.3.ff.solut.matrim.Non obstat 19 † Gerard.Proton.quia non dicit aliquid super hoc passu. & quatenus diceret, malè & pessimè diceret: ideo concludendum est in hoc passu, & similibus, quòd dicta constit. continua, in omnibus recipiat interpretationem passiuam à dicta constitut.consuetudinem,

tionem, ut apertè docet Pern. in dicto c. continua, & Dec. in dicto consi. 445. & ita tenendũ est. & ista præscriptio triginta annorum clarè procedit in feudo hæreditario, vt præiudicet omnibus successoribus.

S V M M AE.

1 *Præscriptio an obstet successori in feudo pacti & prouidentia Principis.*
2 *Constit. consuetudinem, non distinguit formas, ideo intelligenda indistinctè.*
3 *Regula quando excipitur vnus casus, firmatur in alijs.*
4 *Lex quando non excipit, videtur signanter omisisse. & nu. 5.*
6 *C. Regis Martini, in sua ratione videtur quæstionẽ decidere. et nu. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.*
15 *Præscriptio in feudalibus est fauorabilis.*
16 *Præscriptiones inducta à c. Regni, sunt conuentionales.*
17 *Præscriptiones tot sunt in feudo pacti & prouidentia Principis, quot sunt persona.*
18 *Feudum alienans, sicut non præiudicat successori in tali feudo, pariter non præiudicat in præscriptione.*
*Ista opinio inspectis consuetudinibus feudorum à nemine impugnatur. nu. 19.*
*Constitutio Regni loquitur cõtra aduersarium præsentem sic desidem. nu. 20.*
*Alia ratio, quando aperitur feudum agnato nõ desidi, nec negligenti. nu. 21.*
22 *Possessor quod elapsis triginta annis sit securus, procedit contra desidem negligentem.*
23 *Regula illa, quod exceptio firmat regulam in casibus non exceptatis, neraq; sed non ampliat.*
24 *Feudum, vel quota feudi, quando præscribitur, procedit præscriptio triginta annorum, secus si præscribitur ut res libera.*
25 *C. continua, recipit interpretationem à iure cõmuni. & nu. 26. 27. 28.*
29 *Præscriptio statutaria, tãquam subrogata, recipit omnes interpretationes à iure cõmuni.*
30 *Plecti quem sine culpa est iniquum.*
31 *Statutum habens verba præcisa, recipit limitationem, & restrictionem secundum subiectam materiam.*
32 *Intellectus tex. l. Emilius, ff. de minorib.*
33 *Illatio ex diuersis non fit bona.*
34 *Præscriptio minor tricenaria, in feudis non currit.*
35 *Præscriptio tricenaria habet locum in feudis, & quota feudi.*
36 *Præscriptio centenaria, vel immemorialis in præscriptione rei feudalis tanquam liberæ, non excluditur.*
37 *Præscriptio immemorialis, an excedat centenariam. & nu. sequentib. per totum.*

1 Est operæpretium ẽ discutere, † an præscriptio obsit successori in feudo pacti & prouidẽtiæ Principis? & videtur prima facie dicendum, 2 obesse: nam † constit. consuetudinem, indistinctè loquitur, non distinguendo formas, meritò indistinctè debet intelligi, l. de precio, ff. de public. l. generaliter, ff. de legat. præstan. etiã si sit maior ratio in vno casu, quàm in alio, l. j. §. j. ff. de aleator. cum ergo dicta constit. consuetudinem, non distinguat formas, indistinctè debet intelligi, & fortius, quia in dicta constit. consuetudinẽ, excipitur tantum præiudicium Principis & reipu- 3 blicæ. † ideo in non exceptuatis non solùm firmatur, sed etiam ampliatur regula, pro ut 4 latè Cagnol. in l. j. ff. de regul. iur. † nã si Princeps in dicta constitut. consuetudinem, uoluisset excipere agnatos, quibus debetur feudum ex pacto & prouidentia Principis, de 5 facili potuisset excipere, † sicuti excipit de præiudicio suo, & reipublicæ. si ergo omisit, signanter videtur omisisse, l. j. §. fin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen. & ibi 6 pulchrè Bal. † Præterea hoc decidit c. continua, Regis Martini. nam decidit, quod possessor per triginta annos liberetur à quacunque molestia, & habeat securitatem pro se & hæred. suis. & hoc est introductum ob fauorem reipublicæ, ne dominia sint in suspenso, l. j. ff. de vsucap. at si dicta constitutio reciperet talem restrictionem, semper dominia essent in pẽdenti, etiam per mille annos, cũ nullus vnquam esset securus respectu successoris: & ideo insurgerent clamores ad subuersionem reipublicæ, ita primò arguit, & tenet Baptista Platamõ. in consi. Furnari. Arguit etiam Ioan. de Ansalono in causa Pala- 7 zoli, † quòd ni intelligatur d. c. continua, indistinctè, seruiret de vento, cum iam esset statutum prius in feudis de præscript. triginta annorum. Vt ergo aliquid operetur, debet intelligi indistinctè sub quacunq; forma sit feudum, argu. tex. in l. si quando, ff. de legat. j. c. si Papa, de priuileg. Paul. in l. 2. C. de noxal. & subdit hoc tenuisse Gualter. in consil. Scalonæ, & ita pertransit. Hoc idem firmat Ioan. Aloiſ. in causa Palazoli, tam in primis,

8 quàm in secundis notis: dicens, † quòd dictũ cap. continua, debet intelligi, ut aliquid addat ultra illud, quod erat prouisum de iure: nam de iure feudorum præscribebatur spatio triginta annorum, quæ præscriptio sufficiebat pro omnibus in feudo hæreditario. Vt ergo aliquid adderet, nõ potest intelligi, nisi indistinctè, ut in qualibet forma procedat pro omnibus, & contra omnes. & adducit Bar. in l. 2. ff. de vsucap. qui dicit, quòd si 9 statuto disponitur, † quòd præscriptione quæratur dominium, intelligitur de directo, ut addat iuri communi. inducit etiam glos. in l. 2. in verbo, bona fides, C. de præscript. lon 10 gi temp. & eam not. ibi Bal. qui uoluit, † q quando lex, vel statutum, inducit aliquam præscriptionem, intelligitur sine titulo: quia illud quod non requirit statutum, non est opus intelligere; ideoq; apertè Bal. vult, q non intelligatur secundum ius commune, sed vt de nouo aliquid addat. quod confirmat illa ratione: nã quãdo statutũ tollit præscriptionẽ in genere, & nõ pōt verificari nisi 11 in aliquo casu, † tunc ēt illud censetur sublatũ. & dicit ita tenere Bal. in c. j. de. c. Conra. quo loco Bal. dicit, quòd si statutum vult, q nulla currat præscriptio contra instrumentũ, intelligitur tollere illam longissimi temporis, cum alia non currat contra instrumentũ, & sequitur Abb. in c. fi. de præscrip. in fin. ex qua doctrina colligit, quòd cum in feudalibus currebat præscriptio triginta annorum in feudo hæreditario contra quoslibet successores dicta constit. cõsuetudinem. ideoq; c. continua, non poterat verificari, nisi in feudo pacti & prouidentiæ Principis, meritò 12 procedit indistinctè. adducebat etiã, † q dictum c. continua, fuit conditum ad ampliandam naturam præscriptionis, & vt remoueret obstacula, vt potest colligi ex ipsa pragmatica cum tanta lucubratione condita, & postea confirmata per Regem Alfonsum. Ideoque necesse est, vt ampliet & remoueat omne obstaculum, & de nouo aliquid inducat per ea, quę docet Bal. in l. 2. C. de appel. 13 post princ. † qui vult, quòd si in causa possessoria remouetur appellatio, intelligitur etiã remota in illo casu, in quo permittebatur, vt ampliet naturam possessorij, & remoueat obstaculum. quam doctrinam sequitur Aretin. consil. 106. col. fin. adducit etiam, quòd cum verba pragmaticæ sint præcisa, & prægnantia, non recipiunt interpretationem à iure communi, secundum Salic. in l. 2. col. 3. C. de noxal. & scribit Alex. consil. 35. col. 2. vol. 6. adducit etiam, quòd causa d. c. continua; fuit ob bonum publicum, vt finiantur 14 lites; † & propter publicam vtilitatem recedi tur à naturali æquitate, vt tradit Alex. cons. 36. in fi. 2. col. vol. 6. pro vt in præscriptione, quæ introducitur litium finiendarum causa, declarat Abb. post Ioan. And. in rubr. de præscriptio. ne locupletetur quis cum aliena iactura. & stante ista regula, non curatur an quis indebitè damnum patiatur, vt statutum intelligatur secundum ius commune: nam licèt sit disputatio inter Doctor. in l. fi. §. in computatione, C. de iur. deliber. attamen modo prædicto reducuntur opiniones ad cõcordiam, prout scribit Aret. in dicto consil. 15 106. col. fi. & fortius hæc procedunt, † quia præscriptio in feudalibus est fauorabilis, & non odiosa, vt voluit Bal. in c. j. §. si quis de manso. col. 3. de contro. inuestit. refert Ias. in l. 3. §. Nerua filius, ff. de acquir. possess. item 16 † quòd ista præscriptio inducta à c. Regni, est conuentionalis, vt voluit Bald. in l. omnes, circa finem, ff. de iust. & iure, per l. sed ad ea, ff. de legib. sequitur Barb. in c. cũ non liceat, de præscript. & ideo latè debet intelligi, vt comprehendat quemcunque casum, l. Emilius, ff. de minorib. & ista deducit, & per ea, quæ relata sunt, firmat iste præstantissimus Doctor hanc opinionem.

At prædictis non obstantibus contraria sententia est verior & communior, ideo amplectenda: nam in feudis pacti & prouidentiæ Principis, † quot sunt personæ, tot sunt 17 præscriptiones, vt voluit And. & ibi Afflict. in c. j. §. quid ergo, de inuestit. de re alie. fact. Aluaro. in c. j. §. hoc quoque, de success. feu. 18 col. fin. & ratio est in promptu: † nam sicuti agnatus alienans nõ præiudicat agnato, quin reuocet, vt tradunt Doct. in d. §. hoc quoq; ita præscriptio non nocebit agnato, quia nil aliud est, nisi alienatio, l. alienationis verbũ. ff. de verb. signi. & hanc partem tenet etiam Andreas in dicta const. consuetudinem prauam, & ibi Afflict. & prosequitur Dec. in di- 19 cto consil. 445. † & istam opinionem, inspectis consuetudinibus feudorum, nemo impugnat, quem ego viderim: nam illi, qui impugnant, hoc faciunt ex constit. Regni, consuetudinem prauam, & c. continua, Regis Martini: ideo solùm restat respondere adductis in contrarium, quibus remotis remanet quæstio

quæstio decisa. Non obstat ergo, quod primò dicebatur à Baptista Platamo, quod constit. consuetudinem, non distinguit formas, nec nos distinguere debemus. 20 † quia constitutio Regni loquitur specificè contra quē inducit præscriptionem, videlicet contra aduersarium præsentem in Regno, & negligentem contra talem aduersarium præsentem, cum constitutio generaliter loquitur, non opus ē distinctione: & ita procedūt iura per ipsum Baptistam allegata. 21 † At dicta cōstitutio non loquitur, quādo postea feudum aperitur agnato ex pacto & prouidentia Principis, qui in vita feudatarij, contra quem præscribebatur, nullum ius fouebat, quod tali casu censeatur contra eum etiam pręscriptū, qui non fuit negligens, nec poterat agere, nec poterat dici aduersarius. certè cum præscriptio sit inducta odio negligentis, ut est tex. expressus in l.j. in fine, C. de an. excep. & ibi Doct. & hoc ipsum dictat dicta constitutio: valde enim esset hoc absurdum, & mereretur à sapientibus reprehendi Legislator, si tali mente cōderet ipsam constitutionem, quod esse non debet, l. Saluius Aristo, ff. de legat. præstan. & ex hoc retorquetur contra eum argumentum de tex. in l.j. §. sin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen. nam cum per constit. consuetudinem, statuatur contra aduersarium præsentem in Regno, non est extendenda contra eum, qui non est, nec potest, durāte vita feudatarij esse aduersarium, cui ius non defert feudum, nec potest agere, nec esse desidem. ideoq; cum Legislator figat pedes contra aduersarium præsentem, de eo est constitutio intelligenda: nam si voluisset comprehendere alium casum, de facili expressisset, d.l.j. §. sin autem ad deficiētis, C. de caduc. tollen. ideoq; argumentum retorquetur in contrarium, & iusta ac optima ratione. 22 & quatenus dictat cōstitutio, † quòd transactis triginta annis possidēs sit securus, est verum contra præsentem in Regno, & desidem, ac contra eius hæredes, prout loquitur constitutio, & non contra alium, cui ius non competebat, nec potest dici negligens. Non obstat, quòd exceptio non solum firmat regulam in casibus non exceptuatis, sed etiam ampliat, ut per Cagnol. in l.j. ff. de regul. iur. nam hæc obiectio est vana: nam verior est, 23 † quòd exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, at non ampliat, ut latè prosequitur Dec. in d.l.j. ff. de regul. iur. nisi in vno casu, quando exceptio non esset de comprehensis in regula: nam tunc ampliat, ut latè prosequitur Dec. in dicta l.j. & ibidem Cagnol. At isto casu non potest sic argui, ut ampliet: nam constitutio statuit pręscriptionem contra desidem feudatarium per spatium triginta annorum, postea declarat quid intendat, 24 † sed ut procedat præscriptio, quando præscribitur ut feudum, uel quota pars feudi, quia tunc nullum fit præiudicium domino: at quando præscribitur ut res libera, statuit nullam currere pręscriptionem quanticunq; temporis, ne diminuatur seruitium domini. ista exceptio non potest facere, ut amplietur regula, ut comprehēdat pręiudiciū illius, qui nunquam fuit adnersarius, neque negligens: quia tunc iste casus non poneretur sub regula eam ampliando, ut istum casum comprehenderet, ut loquuntur Doct. sed exceptio induceret aliā nouam dispositionem, quòd præscriptio decursa contra vnum aduersarium certum, præsentem, ac desidem, curreret contra non aduersarium, nec desidem. quod quantum sit absurdum, patet manifestè. Non obstat illud, quod adducebat ex c. continua, Regis Martini, 25 † quia cap. illud recipit interpretationem passiuam à iure communi, ne quis indebite damnum patiatur, l. 2. C. de noxal. & ibi Doct. Ideoq; debet intelligi, 26 † data facultate agendi, 27 † quia ubi non est negligentia, non debet esse pœna, ut uoluit Bal. in terminis præscriptionis in auth. nisi tricennale, C. de bon. matern. Ideoq; sunt sopita argumenta Baptistæ. Non obstat, quatenus dicebat Ioan. de Ansalono, quod d.c. continua, ni operaretur in isto casu, seruiret de vento. contra tex. in l. si quando, ff. de legat. j. & contra c. si Papa, de priuil. lib. 6. quia istud tolerarur potius quàm vt quis indebitè damnū patiatur, ut est glo. not. in l. fi. §. in computatione, C. de iur. delib. & glos. sequuntur communiter Doct. vt Corn. testatur ibi, & latissimè prosequitur Alex. ibidem. indebitè etenim pateretur damnum ille, qui nunquā fuit deses. idem scribunt Hosti. Ioan. Andr. & Compost. in c. in causa, de elect. Alciat. in lib. Paradox. 5. c. 25. tanto magis, 29 † quia præscriptio statutaria, tanquam subrogata, recipit omnes interpretationes iuris communis, ut scribit Soci. iunior consilio 86. vol. 3. & ex hoc tollitur, quod dicebat etiam Ioan. Alois. quod statutum debet intelligi, ut aliā

quid addat ex doctrina Bart. in l.2.ff.de vsu cap. & Bald. post glos.in l.2.C.de præscript. long. tempo. cum similib. quia dictæ doctrinæ & similes, possunt procedere in eo casu, quando quis indebitè damnum non pateretur; & ista est communis resolutio, vt per Doctor.in dicto §.in computatione.pro hoc Doctrina Bald. in dicta auth. nisi tricennale. qui Bald.decidit istum casum,quem Bal. tanquàm aduersantem conatur impugnare Ioan. Alois. & non valuit, vt pariformiter respondetur ad doctrinam Bald.in l.2.C.de appellat.post princi.nam hoc loquitur in nostris terminis, in quibus si statutum operaretur ampliationem, esset iniquum, cum plecteretur quis sine culpa, contra doctrinam Bald.in dicta auth. nisi tricennale. & absurdissimum esset, vt ampliaretur in hoc casu, vt comprehenderet non desides, nec negligentes, & puniret sine causa & culpa. & faciunt notabilia verba Aretin.in consil.106. col.pen.vbi etiam allegat Bald. postea in dicta l. 2. qui non potest intelligi, nisi modo prædicto, ne cōtradicat aliis doctrinis. Nec est verum, quòd dictum c. continua,habeat verba præcisa: & quamuis haberet, attamen statutum etiam precisa habens verba recipit limitationem & restrictionem, secundum subiectam materiam, vt scribit Deci. consil. 388. Non obstat,quod dicebatur de præscriptione cōuētionali per tex.in l. Emilius, ff. de minor.quia ille tex. nil facit, 32 † nam loquitur de præscriptione conuentionali cœpta cum vno, & finita cum altero, scilicet successore. at isto casu tractatur de completa cum vno, vt præiudicet alteri, qui succedit iure proprio. ideo termini diuersi, & diuersæ rationes. Ideoque 33 † ex diuersis non fit bona illatio, l.Papinianus exuli, in fin.ff.de minorib.ideoq; patet apertè, quòd opinio Andreę & communis, procedat nō obstāte etiā c.continua,pro vt tenet ipsemet Ioan.Alois. in hac lege,in quinto effectu, prout ipse loquitur, & prius Marianus Proton. in causa Palazoli, & Dec.in dicto consil. 445. in eadem causa. Et ita tenēdum est, 34 † quòd in feudis minor præscriptio non currit quàm tricennaria, & quod tricenaria non præiudicet succedenti ex pacto & prouidentia Principis; 35 † & ista tricenaria habet locum in feudis & quota feudi, quæ præscribitur sub seruitio domini: secus autem si præscribitur vt res libera, quia tunc quanticunq; temporis spatio non præscribitur, vt est tex. in dicta constitut.consuetudinem prauam. 36 † & tamē non excluditur centenaria, nec immemorialis, quantumcunque sint verba vniuersalia, vt scribit Afflict.in dicta constit.consuetudinem,& in constitut.si dubitatio. & Dec.consil. 254.Paris de reintegr.feudo.in pluribus locis. latè Tiraquellus in Tracta.de Retract. conuent.§.j.glo.2.nu.22.& Socin.iun. cons. vj. vol.3. & in hoc passu non est difficultas. Sed operęprecium est videre, 37 † an immemorialis præscriptio excedat centenariam, vel sit minor centenaria, vel includatur in ipsa centenaria,Cardin.Zabarel.in c.si diligenti, de præscript.quem sequitur Felyn.ibi, tenet quòd immemorialis superat centenariam. eandem opinionem tenet Afflict.in constit. vniuersis,nu.6.& in istam opinionem inclinat Socin.iun.in consil. 6. vol.3. & ista opinio videtur continere veritatem. At Cinus in l.2. C. de seruit. & aqua, tenet quòd eadem sit immemorialis & centenaria, & hoc tenet ibidem Bal.& Ant.de Butr.post Imol. in c.veniens, de test. & latè prosequitur Cæpoll.in Tractat. de seruit. sub rubr. de seruitu. vrban. prædio, col. 2. num. 5. & Firma. in Tractat. de gabell. j. par.quæst.8. nu. 28. & idem Firma. in Reperto. in verbo, præscriptio. & Franc. Balb. in Tractat. de præscript.in 2.par.3.par.princ. quæst.6. nu. 24. & idem tenet Curt.iunior consil.80.Capel. Tholos. decis. 339. Socin.iunior, consil.76. num. 9. volu.j. & consil. 6. vol. 3. & ista est communis opinio. Contra vtranque opinionem insurgit Grauet. in Tractat. de antiqui. temporis, 38 † asserens immemorialem esse minorem centenaria, & primò mouetur per glos. in cap. cum nobis, de præscript. 39 † vbi glo.quærit, quomodo possit probari præscriptio centenaria, & reputat eam impossibilē; & tamen dicit, quòd potest probari per tempus,cujus initij memoria non apparet, & tamen glo. recedit ab ista probatione; & ex hoc colligit, quòd immemorialis est minor centenaria. ista illatio & collectio, est ridicula: nam omitto, quòd nec glo. nec Doctor, qui non disputat punctum specificè, 40 † non est allegandus pro auctoritate,vt scribit Abb.in cap.bonæ, il secondo, de postul. præla.Cuman. consil.101.col.3.Socin. iun. consil.j. col.penult.vol. j. nec etiam sumendum est argumentum à contrario sensu à dictis glos. attamen quid dicit glos? quærit enim

enim quomodo possit probari centenaria præscriptio; & tradit varios modos, inter quos ponit modum probandi immemoria-
41 lem, † seu melius vt probetur tanquàm immemorialis, & tamen glo.ab isto modo probandi recedit. Dicitne glo.quòd immemorialis, est minor centenaria? certè non. & ideo mirandum est de his hominibus: nam habent oculos plusquàm lynceos, cum videant id, quod nusquàm est: nam glos.ideo recedit à dicto modo probandi, quia dicit esse seruanda verba cap. & ideo est probanda centenaria, prout exigunt verba cap. &
42 non per modum immemorialis. † quæ intẽtio glo. multum, & perquàm longè recedit ab opinione, & fantasia Grauett. Secundo arguebat de doctrina Lapi, & Geminiani in
43 c.j.de præscript.lib.6.dum dicunt, † quòd testes ad probandum immemorialem præscriptionem, debent esse ætatis annorum quinquaginta quatuor: nam debent probare de visu, de possessione quadraginta annorum; & ex hoc colligit, quòd ni tempus immememoriale esset minus centum annorum, nõ sufficeret deponere testes de visu per quadraginta annos. Commiserendum est, quantus error occupauerit animum istius in hac quęstione, nam deridenda loquitur: nam verum est quò ad probandam immemorialem præscriptionem pro basi, & fundamento requiritur de visu probatio quadraginta anno-
44 rum, † residuum verò tẽporis eo modo, qui traditur per glos.& Doctor. in d.c.j. de præscrip.li.vj.& tradit Capic.decis.193.& ideo dicebat Firm.in dicto Tractat.de Gabell.in j.par.q.8.nu.28.quòd ad probãdam pręscriptionem immemorialem, requiruntur testes maiores quinquaginta quatuor annorũ,
45 † qui de visu deponãt de tẽpore quadraginta annorum, de residuo de auditu, iuxta tex. in l.si arbiter, ff. de probat. Ideoque illatio Grauett. concidit. Et quatenus infert, quòd Doctor.dicunt, quòd centenaria est improbabilis, quod tamen secus est in immemoria-
46 li, † quæ potest probari ex ista illatione, nihil colligit: nam id verum est, quòd est improbabilis ea probatione directa ab homine, qui viderit possidere per centum annos, prout requirit glo.in dicto c. cum nobis. ne recedat à verbis cap.& tradit ipse Grauet.in dicto tractat.in 4 par. materia ista, num.42. sed non negant, quòd non possit probari vt
47 immemorialis. † & Magis ridiculum est illud, quod adducebat ex Alex. consil. 209. col.3. nu.12. vol.2. nam Alex. ibi disputat, an fama in antiquis faciat plenam probatio-
48 nem; & obiiciebatur, † quòd tempus quadraginta annorum erat antiquum, quod ipse negat, & vult esse centum annorum, & non disputat, ne per somnium quidem, si immemorialis sit minor vel maior centenaria. Argu-
49 mẽtabatur ẽt, † quòd cẽtenaria præscriptione gaudet Ecclesia Romana, cęterę non gaudent; quia cõtra eas præscribitur annis quadraginta, & in quibusdam casibus Ecclesiæ inferiores gaudent immemoriali, ergo minor centenaria: nam ista illatio est ineptissima, nec necessaria. nam si ecclesiæ inferiores in quibusdam casibus gaudent immemoriali, non ex hoc sequitur, quòd immemorialis sit minor centenaria, cum non sit necessaria consequentia: ideo deridicula est ista opinio & solitaria, meritò non tenenda, sed adhęrendum communi, à qua in iudicãdo & consulendo nõ est recedendum, vt tradunt Ioan.And.& Doct.in c.j.de constit.

## *S. V. M. M. AE.*

*1 Constitu. consuetudinem prauam, an procedat etiam in actione competente ad feudum.*
*2 Actionem ad rem ipsam habens, rem habere videtur.*
*3 Actio ad reemptionem feudi, comprehenditur in statuto loquente de feudo.*
*4 Actione de competente ad ipsam rem, idem iudicatur quod de ipsa re.*
*5 Rei vendicatio vtilis ex pacto de retrouendendo datur.*
*6 Præscriptio pacti de retrouẽdẽdo, non est aliud, nisi præscriptio vtilis dominij.*
*7 Potentiæ de facili reducibilis ad ipsum actum, & actus idem est iudicium.*
*8 Pauli opinio in l.si cum venderet, est communis, maximè si est cum verbis resolutiuis.*
*9 Actionem habens dicitur per fictionem ipsam rem habere.*
*10 Fictio quando resoluitur in ipsam veritatem, idem iudicatur ac si esset casus proprius, & non fictus. & num. 11.*
*12 Actione in competente ad ipsam rem eadem solemnitas requiritur, quæ in ipsa re.*
*13 Constitut. consuetudinem, procedit etiam in præscriptione vsusfructus.*

SED operæpretium est disquirere & discutere, an dicta constit. con suetudinem prauam, & ea, quæ sunt superius dicta, † procedant etiam in actione competente ad reemptionem feudi? & est decidendum, quod sic: nã † qui habet actionem ad rem, rem ipsam habere videtur: ideoque † comprehenditur in statuto loquente de feudo, vt voluit ac decidit And. in constitut. Honorem diadematis nostræ. dum vult, quòd illa constitutio, quę loquitur de feudatario habēte feudum, procedat etiã in eo, qui habet actionem ad feudum. pro hoc facit, † quod idem iudicatur de actione competente ad ipsam rem, quod de re ipsa, text. est in l. ad dissoluendam, C. de præd. minor. & probat, & tradit Barbat. conf. 51. col. 12. vol. j. vbi dicit, quòd facultas reemendi facit censeri rem, ac si nunquã exissent à patrimonio vendentis, eiusq; hæredum. cum ergo tractetur de pręscribenda ipsa re, ideo vendicat sibi locum dicta constitutio. Coadiuuatur hæc opinio ex doctrina Paul. de Castro in d. l. si cum venderet, ff. de pignor. actio. vbi voluit, † quòd ex illo pacto datur vtilis rei vendicatio, quę præsupponit dominium penes agentem: ergo † cum tractatur de præscribendo dictum pactum, non resultat aliud nisi pręscriptio vtilis dominij, ideo in ista præscriptione habet locum dicta constit. consuetudinem prauam. Et si dicatur, quòd dominium tunc acquiritur, quã do fit depositum; & ita videtur loqui Paul. ideo ante depositum non præscribitur dominium. Respondetur, † quòd idem iudicatur de potentia de facili reducibili ad actum, quod de ipso actu, vt scribit Abb. consil. 85. vol. 3. & latè Paris. consil. 92. col. pen. vol. 3. illa ergo potentia faciendi depositum, operatur ac si esset factum depositum, vt consideretur in præscriptione dominij, tanquàm pars rei ipsa facultas redimendi. Et si dicatur, quòd opinio Pauli nõ est tuta, quia multi tenent cõtra eum: respondeo, † quòd opinio Pauli est communis, nam magis communem dicit Rogerius à Mota in repet. l. in traditionibus, C. de pact. & Didac. Couarr. in lib. 3. variar. resolut. c. vni. & eam amplectitur magna Curia, vt attestatur Ioã. Aloisi. in causa Sicilianæ, & Blasc. in causa Montis rubei. & maximè si essent verba in pacto resolutiua: nam tunc testatur etiam opinionem Pauli communem Boer. decisi. 182. Et si dicatur, † quod qui habet actionem, rem ipsam habere videtur, vt dicit tex. in l. qui actionem habet, ff. de regu. iur. cũ similibus. hoc tamen est per fictionem, vt dicunt Doctor. ibidem probat ipse tex. ideo constitutio Regni non vendicat sibi locum, nisi in casu proprio, & non in improprio: nam respondetur, quòd † obiectio procedit, quando remaneret semper casus improprius & fictus: at quando fictio resoluitur in ipsam veritatem, prout est iste casus (nam ius redimendi feudum tendit ad ipsum feudum, & resoluitur non fictè, sed verè & realiter) ideo in isto casu vendicat sibi locum constitutio Regni, vt est doctrina omnium in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posth. dum dicunt, † quod casus verus & fictus æquiparantur, cum tendunt ad eundem finem. & ad cõfirmationem potest adduci, quod eadem sollemnitas, † quæ requiritur in re quapiam, requiritur etiam in actione competenti ad ipsam rem. Ideoque sicuti res stabilis minorũ non venditur validè absq; decreto iudicis, pariformiter nec actio competens ad ipsam rem immobilem. sic decidit glos. quam sequuntur Doctores ibidem, in l. j. C. si aduersus transact. Corn. consi. 236. nu. 12. volu. 4. Alex. consil. 27. lib. 3. tradit Tiraquel. Tract. de Retract. gener. §. j. glos. 1. nu. 2. pariformiter eodẽ modo debet pręscribi actio ad feudum, quo præscribitur ipsum feudum, iuxta prædictam doctrinam: nam & eo modo pręscribuntur actiones, quò præscribuntur res, ad quas competunt. nã si competunt ad res mobiles, præscribuntur vt res mobiles; si ad stabiles, vt res stabiles. ita glo. in l. fi. in verbo, quærere. C. in quib. cau. in integr. restit. non est necess. cum qua trãseunt Docto. ibi, & Bald. in l. non est, in fine, C. quibus non obiicitur long. temp. præscript. & scribit Tiraquell. in dicto Tracta. glo. 7. nu. 2. ideo ista actio competens ad feudum, debet præscribi eodem modo, quo præscribitur feudum. & ista pars videtur mihi vera, maximè cum And. dicat in d. constit. consuetudinem, † quod procedit dicta constitutio etiam in præscriptione vsusfructus feudi, qui vsusfructus nõ est nisi mera seruitus, l. rectè dicimus, ff. de verbo. obligat.

*SVMMAE.*

1 *Feudum an ex consuetudinibus feudorum possit in dotem dari.*

*Quæstio*

*Quæstio sopita per hanc legem, quod possit indistinctè dari in dotem. nu. 2.*
3 *Dos in feudis pacti & prouidentiæ non præiudicat agnatis.*
4 *Cap. in matrimonijs, non innouat, nec præiudicat agnatis.*
5 *Hæreditaria frater si non habet, potest vnum de tribus feudis in dotem dare, aliàs obligare partem fructuum. & nu. 6.*
7 *Constitut. fratribus, an loquatur in feudo pacti & prouidentiæ Principis.*
8 *Feudo sub clausula iuris Francorũ succedit iure proprio successor; & si requiritur qualitas hæreditaria, medetur inuẽtarium. & nu. 9.*
10 *Frater cogitur dare vnum de tribus feudis. Fundamentum Protonotarij falsum. nu. 11.*
12 *Frater non cogitur dare in dotem unum de tribus feudis.*
*Distinctio tamen uera ponitur. nu. 13. & 14.*

COLLIGITVR etiam ex ista lege, ꝙ feudum hodie beneficio istius legis potest indistinctè dari ĩ dotem: 1 † nam quamuis Doctor. variauerint in hoc, ut patet in c. j. §. donare, qualiter olim feudum alien. poss. & in c. 2. extra, de feud. latè, remissiuè per Paris. consil. 4. nu. 46. & consil. 16. nu. 31. cum sequentib. vol. j. 2 Attamen hodie in Regno † ista quæstio est sopita per hanc legem, & per c. Regis Iacobi incipi. in matrimonijs. Ideoq; indistinctè feudum potest dari in dotem, cum sit immutata natura feudorum, & in alienatione feudorum consensus Principis non requiratur. Attamen quamuis indistinctè loquatur c. in 3 matrimonijs, Regis Iacobi, † non tamen præiudicabit agnatis dicta dotatio in feudo pa-4 cti & prouidẽtiæ Principis: † quia illud cap. in matrimonijs, nil innouat, quando aliàs feudum est prohibitum alienari, quia restitutioni subiectum, vel aliter inuestitura coarctatur, quòd non possit trãsire ad alios, nisi ad vocatos per inuestituram. ita declarat Pern. in apostillis ad d. c. in matrimonijs. refert & sequitur Ioan. Alois. in hac lege. idem tenuit prius Gualter. in consil. Terrænouæ, circa finem. vbi dicit, quòd dicta constitutio non considerauit, nisi licentiam Principis non petendam, vt matrimonia liberius contrahantur; & non considerauit, nec sub-5 stulit præiudicium agnatorum, † & Gerardus Proton. in quodam consilio suo hoc idẽ tenet: verum quòd si frater non habet bona hæreditaria, & tria feuda, potest vnum de tribus dare in dotem, dummodò non det ca-6 put Baroniæ. † aliàs potest pro dote obligare partem fructuum, ut est tex. in constit. fra-7 tribus, † quæ loquitur in feudo pacti & prouidentiæ, secũdum communem opinionem: quia aliàs nil noui induceret, quia erat statutum, quòd cum cõsensu domini poterat feudum dari in dotem. Vt ergo operetur, est necesse intelligere in feudo pacti & prouidentiæ Principis, l. si quando, ff. de legat. j. c. si papa, de priuil. lib. 6. & ita tenent expresè Gerard. Proton. in consil. incip. in CHRISTI nomine, de tribus dubijs à me quæritur. & tenet etiam Ioan. Alois. in hac lege. Mouetur Proton. cuius argumenta sibi vendicat Ioan. Alois. tacito auctore, quòd dicta constitut. fratribus, prouidet quòd frater possit dare vnum feudum pro dote sorori; & certum est dictam cõstitutionem loqui in feudis, in quibus viuitur iure Francorum, secundum intellectum Andr. ibi. ex quo sequitur, quòd si pater potest compelli, igitur si dedit pater, frater non potest contradicere, argu. tex. in l. cum à matre, C. de rei vendic. & eorum, quę not. in l. fi. §. in computatione, C. de iur. deliber. istud argumentum est elumbe: nam illa auctoritas Andr. in d. constit. fratribus, qui asseritur loqui ĩ feudis sub clausula iuris Frãcorum, non inuenitur in libris modernis. & quando Andr. diceret, non bene colligitur ex hoc præiudicium agnatorum: nam de iure, seu consuetudinibus feudorum, quamuis feudum possit dari in dotem cum consensu Principis: Attamen ille consensus non præiudicat agnatis, pro ut fuit dictum circa intellectum c. in matrimonijs. & traditur per omnes in hac lege, quando tractatur de præiudicio agnatorum. nec facit aliquid l. cum à matre. & materia l. fi. §. in computatione, C. de iur. deliber. quia loquuntur, quando suc-8 ceditur vt hæres. at † in feudo sub clausula iuris Francorum, cum sit pacti & prouidentiæ, habet filius ideõq; frater sororis iure proprio. & si requiritur qualitas hæreditaria, 9 † huic vulneri medetur inuentarium, ut docet And. in c. j. an agnat. & Guliel. de Pern. in consil. 22. ideoq; istud primum enthimema Proton. nullum habet neruum. Secundò mouetur Proton. & istud latè reassumpsit Ioan. Alois. quòd mortuo patre, relicto filio & filia filiæ, competit dos de paragio: nam frater cogitur illam dotare, si vult eam excludere

dere à successione, ut in consti.in aliquibus, & ibi And.imo si soror vult, cogitur dare paragium, & consequitur etiam filia, si non nubat, ut tradit And.in d.constit.in aliquibus, & frater compellitur dare vnum de tribus feudis, si non habet hæreditagia. allegat hoc determinare expresse Andr.in constit. Comitibus. & in constitut.in aliquibus.ex quibus colligit, † quòd si ipse frater potest compelli ad dandum feudum in dotem sorori, quomodo pōt filius ipse contradicere, quia obstat regula, frustra petis, quod restituturus es, l.dolo, ff.de excep.dol. Istud motiuum, seu argumentum, quamuis illud locupletet Ioan.Aloisi.mihi non arridet: nam fundatur super falso fundamento, dum vult Proton. † quòd frater ui constitu. Fratribus, cogatur vnum de tribus feudis dare sorori in dotem; & tamen hoc totum est falsum, nam permittitur hoc fratri, sed non inducitur necessitas: nam ut patet ex verbis dictæ constitutionis, in verbo, permittitur, & in verbo, possunt, quæ sunt liberæ potestatis, † & nō quicquid alicuius potestati subiicitur, fit exinde necessitatis, l.non quicquid, ff.de iudi, & ibi Docto. Cum ergo non astringatur ad aliud, nisi ad dotem de paragio eatenus tenet alienatio feudi, & non amplius, vt militent argumenta. nec And.in d.constit. Comitibus, nec in dicta cōstit.in aliquibus, dicit aliquid quòd frater possit cogi ad dandum feudum pro dote, sed tantùm dicit, quòd potest cogi pro uita militia, & pro dote de paragio: ideo argumenta nō concludunt. Ideoq; pro resolutione considerandum est, † quòd aut dos de paragio ascendit ad valorem feudi, & tunc ex quo nō existentibus hæreditarijs bonis, feudum est obnoxium doti, pro qua potest alienari feudum: quia est onus ipsius feudi, vt tradit Andr.in c.j.§.quid ergo, de inuestit.de re alien.fact.& in constit.post litem.& isto casu tenet datio dotis in perpetuum, in præiudicium agnatorum: quia datur tanquam portio successionis paternæ ipsum paragium, vt dicit Andr.in dicta constit.in aliquibus. Sicuti ergo dictum paragiū soror transmittit ad hæredes, tanquam quid proprium, pariformiter & feudum alienatū pro ipso paragio; & in hoc non habent quid dicant agnati: & isto casu procedit absque scrupulo opinio præfatorum Docto. at si paragium consistit infra æstimationem feudi, tunc reuocabitur alienatio per agnatum, refuso pretio paragij: nam isto casu † agnatus habet intentionem fundatam ex priuilegio, & non potest repelli, nisi exceptione paragij; quòd cum non ascendat ad valorem feudi, non repellitur actor, cum habeat necesse vēdicare totum: nam feudum est indiuiduum in Regno; ideo offerendo paragium, obtinebit actor. quod firmatur ratione, nam Dō-ctor.prædicti, qui tenent per dotem fieri prę iudicium agnatis, non se fundant in alio, nisi quia debetur sorori dos de paragio, & paragium est onus feudi, & pro onere feudi alienatur feudū. Attamen si paragium non ascēdit ad æstimationem feudi, est clarum quòd feudum non potest alienari in totum, in præiudicium agnatorum. Pro dimidio etiam nequaquàm, cum sint feuda indiuidua in Regno, & hoc confirmatur per hanc legem. Cū ergo alienatio vitiatur in parte, sequitur ꝙ in totum corruit alienatio, cum in indiuiduis vtile per inutile vitiatur, l.j.§.sed si mihi, ff.de verbor. obligat. & hoc tenet Ioan. Alois.in hac lege, in fortioribus terminis, quando in totū esset facta alienatio pro causa legitima: quod an sit verum, statim discutiam. at in casu isto ē plusquàm clarum, quia nil est, quod legitimæ repugnet; & ista videtur mihi de iure. Non omittā, quòd Blasc. in causa Bilici, tenet quod constitu. Fratribus, quamuis loquatur in forma stricta, attamen vt procedat, requiritur expressa licentia Regis in matrimonio: nam ista sua opinio videtur de directo contra dictum c.in matrimonijs, & ideo non est tenendum.

## SVMMAE.

1 *Feudum alienatum pro dote de paragio, an possit reuocari per successorem, oblato precio dotis. Ioan. Alois. quod sic. & nu. 2. 3. 4. Auctor contra, nu. 5. 6. 7. 8. 9.*

SED quid si feudum fuerit alienatū pro dote in casu, quo poterat alienari, nōn existentibus hæreditagijs, & successor agat ad feudum, offerens precium dotis condignæ de paragio, an repelletur? Ioan. Alois. tam in causa Burgetti, quàm super hac lege tenet, 1 † quòd obtinebit actor, deducens hoc modo; quod feudum non potest alienari si super sunt hęreditagia, dicta constit. Fratribus. declarat And.in c.j. de inuestit. de re alien. fact.§. quid ergo, & in c.j. qui success. tenea.

† &

2 † & feudum est vassalli in uita sua, postea successoris, ut docet And. in dicto §. quid ergo. & in c. j. de eo, qui sib. & hæred. suis. meritò 3 † competit rei uendicatio agnato, si feudum fuerit alienatum. si agat ergo agnatus, non potest dici aliud, nisi dolo facis, quia petis quod restituturus es, l. dolo, ff. de dol. excep. 4 sed † inspecta prima origine, nō debetur nisi paragium; si offerat paragium, non excluditur exceptione. sic residet Ioan. Alois. Attamen contraria sententia est tenenda tanquàm vera, nam clara est resolutio Docto-5 rum, † quòd alienatio pro onere feudi, sicuti est dos de paragio, valet, ut tenet Andr. in d. c. j. §. quid ergo, de inuesti. de re alien. fact. & in constit. post litem, & fatetur ipse Ioan. Alois. & omnes, qui scribunt super hanc legē. & ideo dicebat idem Ioan. Alois. in quo-6 dam consil. † quod alienatio feudi pro uita & militia, non est temporalis, sed perpetua; si valet alienatio feudi pro causa dotis, & semel est effecta res alienabilis, semper durat 7 illa alienatio firma: nam † non consideratur, nisi persona emptoris, qui licitè, & in casu licito emit, ut est tex. in l. cū pater, §. quindecim, ff. de legat. 3. nec rescindetur ex eo, quia deuenit ad eum casum, a quo incipere non potuit, l. pluribus, in princ. ff. de verbo. oblig. ubi Docto. hoc est quod ī persona successoris non deficiunt hæreditagia: nam il-8 la † regula procedit in contractu nondum firmato, secus quando perfectus est contractus, ut est tex. ī d. l. pluribus, §. j. ff. de verbo. obligat. quamuis in isto casu non deberent considerari hæreditagia in persona successoris, cum constit. fratribus, requirat nō adesse tempore alienationis; & tamen quicquid sit, non infringitur ex hoc contractus perfectus: ideò illatio Ioan. Alois. est satis insipida, & reijcienda: & contra eum faciunt ea, quæ scribit Paris de Put. in tract. de reinteg. feudor. chart. 15. sub rubric. cum locat. & in vno casu tantùm saluari posset, ut dixi supra, 9 † quando fuisset feudum alienatum, & paragium non ascenderet ad valorem feudi: nam tunc soluto paragio, successor bene posset reuocare feudum, cum non potuerit alienari in præiudicium successoris ex pacto & prouidentia Principis, ut supra dixi, & ita est tenendum.

SUMMARIA.

*1 Feuda quæsita constante matrimonio, an communicentur.*

*2 Alienatione permissa, censetur permissa communio. & nu. 3.*

*4 Regis Alfonsi literæ, quòd communicentur feuda hæreditaria.*

*5 Feuda non ueniunt in generali dispositione.*

*6 Feuda non sunt simpliciter bona vassalli.*

*7 Tex. in c. 1. §. final. de inuestit. de re alien. fact. probat feuda nō communicari, ad idem tex. in c. 2. de duob. fratrib. & nu. 8.*

*9 Dominus non cogitur habere alium vassallum præter suam voluntatem.*

*10 Alienationem, & non communionem, quæ est diuisio, ista lex permittit. & nu. 11.*

*12 Fructus feudi communicantur.*

*13 Fructus tamē à solo separati, communicantur.*

EXPLICITIS his, expedit discutere antequàm veniam ad alia, *1* † an feuda acquisita, constante matrimonio cōmunicentur vigore consuetudinis Regni? In qua quæstione videbatur prima facie dicendum, quod sic: nam cū *2* † per legem istam non requiratur consensus Principis ī alienatione feudorum, quinimò sit immutata eorum natura, ut censeantur quasi allaudalia, quia *3* † consensus Principis solus videtur impedire, & annullare alienationem feudorum, si non præstatur. ergo eo cessante, debet & communicatio non impediri, cum non sit aliud, nisi alienatio; & ideo dicebat Ioan. Alois. in hac lege, *4* † quòd vidit literas Regis Alfonsi, declarantis quòd feuda quęsita per Ioan. de Morisco, debebāt communicari, hæreditaria scilicet. Attamē veritas est in contrarium; & primò, quia consuetudo Regni, quæ loquitur de bonis communicandis, *5* † non comprehendit feuda, nisi de feudis fiat specialis mentio, ut est tex. in c. in generali, si de feud. fuer. fact. contro. inter dom. & agnat. de cuius intellectu latè supra disserui. Cum ergo consuetudo non facit mentionem de feudis specificè, ideo non comprehenduntur in ea. Secundò consuetudo dictat, quod confundantur bona uiri & vxoris: at *6* † feuda non sunt simpliciter bona vassalli, sed proprietas est domini, ideo non veniunt feuda in dispositione dictæ consuetudinis, & pro hoc (iudicio meo) est casus apertus in c. j. §. fina. de inuestit. de re alien. fact. *7* † ubi quarta & tertia, quæ competit vxori de iure Romano, non competit in feudis, quia proprietas spectat ad aliū: & sub ista ratione

tione residet tex. ibi. Præterea de hoc est casus expressus in c. 2. de duo. fratrib. de nou. 8 benef. inuestit. ubi deciditur, † quòd feudum acquisitum per fratrem, non communicatur fratri socio, etiam si emptum esset de com- 9 muni pecunia; sub illa ratione, † ne dominus cogatur habere alium vassallum, quàm uoluerit, ut not. Bal. etiam in l. cum oportet, in j. col. C. de bon. quæ liber. & scribit Alex. in cōsil. 48. nu. 3. vol. 2. Nec obstat lex ista, quę immutat naturam feudorum, & facit ea alie- 10 nabilia, nam ista † lex loquitur de alienatione: permittit enim alienationem feudorum, sed non communionem. cum ergo non conueniunt verba legis, nec eius dispositio, l. 4. §. totiēs, ff. de dam. infect. & ibi Docto. quin- 11 imò † talis communio esset expresè contrà legem istam, quæ permittit alienationē feudi integri, & nō permittit dismembrationem; & ideo statuit, quòd fiat in vnam personā, & per cōmunionem socialem in socios fit hincinde translatio dominij, ut est tex. in l. 3. ff. pro soc. ideoq; feudum non solum non remaneret integrum, imo dissectum ac dispersum in plures personas. ideo communio esset contra istam legem, quæ nō solùm non opitulatur communioni, imo eam penitus rescindit: ideoq; remanet incorrectus tex. in d. c. 2. de duob. fratrib. de nou. benef. inuestit. & istam opinionem tenet latè Gulielm. de Pern. in suis primis notab. in 5. col. vers. item. & tenent Ioan. Alois. & cæteri, qui scribunt super hac lege. & per ista iam est responsum obiectis in contrarium, nam remanent resoluta: & stat firma conclusio, q feuda acquisita constante matrimonio, non communicantur. Sed quid de fructibus feu- 12 di, † an communicentur inter ipsos coniuges & filios socios? & dicendum est, quòd sic: nam de hoc est tex. in d. c. 2. de duob. fratrib. de nou. ben. inuestit. & ibi Bal. & cæteri scribētes: nec in isto casu potest obiici, quòd si communicarentur fructus, feudum non remaneret integrum, contra tex. huius legis; quia ista consideratio esset inepta in isto ca- 13 su: nam debet intelligi, † quòd communicari debēt fructus acquisiti à solo separati, qui fructus tunc non dicuntur amplius feudales; ut determinat Bal. in c. j. §. hoc quoque, de success. feud. in fin. ideo communicantur, cū omnia undecunque quæsita per coniuges constante matrimonio, communicentur. De 14 † precio, de quo fuit emptum feudum, non est dubium, cum fuerit pecunia communis, nam de hoc est tex. in dicto c. 2. ideoq; remanet expeditus iste articulus.

S V M M AE.

1 *Ista lex an comprehendat feuda Comitatus.*
2 *Feuda dignitatum remanent sub primæua natura.*
3 *Legislator ponit ut diuersa, Comitatus, Baronias, et feuda.*
4 *Extensio de dispositione simplici ad ea, quæ sunt diuersa natura, non fit.*
5 *Lex correctoria non debet extendi.*
6 *Verba legis ubi nō cōueniunt, nec eius dispositio.*
7 *Dispositione in generali non ueniunt ea, quæ speciali nomine appellantur.*
8 *Qualitas adiuncta enti, qualificat illud.*
9 *Locus à speciali.*
10 *Odiosa non extenduntur.*
11 *Leges pœnales non sunt correcta verbis generalibus.*
12 *Feudorum iura dum loquuntur de Comitatu, non contentantur de simplici appellatione feudi. et nu. 13. 14.*
15 *Ista lex semper fuit intellecta ut comprehendat alienationem Comitatus.*
16 *Vbertus de Marinis Archiepiscopus, summus feudista.*
17 *Doctori eximio attestanti ita fuisse practicatum, creditur.*
18 *Comitatus erat præcipua dignitas in Regno.*
19 *Præfatio dat intellectum legi.*
20 *Feudum Comitis est Comitatus. et nu. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28.*
29 *Lex corrigens, restringitur ad limites legis correcta. et nu. 30. 31.*
32 *Comitatus concessus in feudum facit esse rem feudalem.*
33 *Consuetudo illa generalis, quæ deferebat feuda primogenito, non prohibebat alienationem. et nu. 34.*

SEd nō erit inutile discutere, quia lex ista dat nouam naturam feudis, vt sint alienabilia, an comprehendat feuda Comitatus, & aliarum dignitatum? fuit olim de hoc ingens altercatio in causa Comitatus Sclafani, in qua consulens Barb. in quodam suo consilio non 1 impresso tenuit, † quòd lex ista non compre- 2 hendat feuda dignitatis, quinimò † feudum Comitatus remanebat sub antiqua sua propria natura, ut esset inalienabile; & quia di-

ctum

ctum consilium non reperitur impressum, & non est promptum cuilibet videre eius rationes, ideoq; non grauabor referre, quinimò discutere sua argumenta. Mouetur enim primò, 3 † quòd auctor istius legis ponit Comitatus, Baronias, & feuda, ut diuersa: si Comitatus & alia feuda, sunt diuersa, eorum ergo sunt diuersæ rationes: ergo ex vno non infertur ad aliud, quia diuersorum diuersæ sunt causæ, l. Papinianus exuli, ff. de minorib. l. eum actum, ff. de nego. gest. 4 Cum ergo † ista lex indispositiua disponat de feudis, non debet extendi ad feuda Comitatus, in quibus est diuersa natura & ratio. Secundò arguebat, 5 † quòd ista lex est correctoria: cum ergo corrigat legem inhibentem alienationẽ feudorum, ergo ad feuda coarctatur, non debet extendi correctio. 6 Tertiò † ad eum casum, ad quem non adaptantur verba legis, nec eius dispositio, l. 4. §. totiens, & ibi Doct. ff. de damn. infect. l. quod constitutum, ubi Angel. ff. de testam. milit. cum similib. Cum ergo verba istius legis non adaptentur ad Comitatum, pari formiter nec eius dispositio. 7 Quartò, † in generali dispositione non veniunt ea, quæ speciali nomine appellantur, maximè si ad aliquem elegantem usum sunt destinata, ut probatur in l. ligni, §. Officilius, ff. de legat. 3. ubi legatis lignis in genere, nõ veniunt ea, quę speciali nomine appellantur, sed Comitatus. ista lex appellat speciali nomine, & cõnumeratur inter maiores dignitates, §. Preterea. de prohib. feu. alien. per Freder. ergo corrigendo in feudis, non videtur corrigere in Comitatu, cum de eo non fiat specifica mentio indispositiua. 8 Quintò, † qualitas adiuncta enti, qualificat illud, & reponit in aliud esse, adeo quòd cõstitutio exorbitans, disponens de illo ente, non comprehendit illud ens qualificatum. ita decidit glo. iuncto tex. in c. statutum, de elect. lib. vj. quæ vult, quòd c. licet, de elect. lib. vj. apponens pœnam promoto ad ecclesiam parochialem, si non faciat se promoueri in sacerdotem infra annum, non comprehendit ecclesiam parochialem colligiatam, quia illa qualitas collegij facit illam censeri diuersam in materia exorbitanti in proposito: ergo qualitas Comitatus addita feudo, facit illud censeri alterius speciei, quia appellatur Comitatus. ergo sequitur, quòd loquens lex ista de feudo, non comprehendit Comitatum, & cæteras dignitates. Et subdit Barb. quòd istud argumentum indubitãter ( vt eius verbo vtar ) apponit securim ad arborem huius hæsitationis. 9 † Sextò facit (dicebat ipse) per locum à speciali tex. in c. cũ per exemptionem, de priuil. lib. vi. vbi speciale est, quòd exemptis clericis, videntur exempti canonici propter vitandum absurdum, quem tex. reputat singularem Cardin. in c. bonæ, de postul. prælat. ergo in contrarium est ius commune, vt dispositio exorbitans loquens de clerico, non habeat locum in canonicis, quia ad clericum additur illa qualitas canoniæ. ita in casu nostro, ista lex corrigens constitutiones in feudo, non habeat locum in Comitatu. Septimò adducebatur illud, 10 † quod dicebat Anchar. in consi. 144. Incip. regula cancellariæ. quæ decidit, quòd illa regula disponẽs de collatione beneficiorum odiosa & restringibili, non comprehẽdit collationem factam dominis Cardinalibus ex eo, quia talis dispositio odiosa comprehendit communia, vel quæ communiter accidunt. allegat ea, quæ not. in c. sedes, de rescript. in c. qui ad agendum, de procurato. lib. vj. & c. quia periculosum, de sen ten. excommun. lib. vj. & quod not. in c. 2. de concess. præbend. & hoc idem colligitur ex l. item apud Labeonem, §. hoc edictum, ff. de iniur. ibi tex. dicit, quòd ea, quæ specia li nota digna sunt, nisi exprimantur, videntur neglecta. 11 hinc est, † quòd constitutiones canonum pœnales, non sunt contentæ verbis generalibus, sed subiungunt cuiuscunq; gradus, status, siue dignitatis, c. j. de scisma. lib. vj. c. fœlicis. de pœn. eo. libro. Cum ergo Comitatus habeat nomen elegans, & speciale, & connumeretur inter maximas dignitates, d. §. præterea. ergo sequitur, quòd constitutio corrigens leges inhibentes alienationes feudorum, non comprehendat Comitatus. Octauò dicit, istud probari in c. j. de natu. feud. vbi dicit, si Princeps inuestierit Capitaneos suos de aliquo feudo, nõ potest eos disuestire sine culpa, idest Marchiones, & Comites, & ipsos, qui propriè appellantur Capitanei. ecce modò, quòd 12 † quando iura feudorum loquuntur de Comitatu, non contentãtur de simplici appellatione feudi, sed exprimunt Comitatum; & loquitur ille tex. in casu fauorabili, ergo fortius in casu odioso. Nonò dicit, esse casum in c. j. §. fi. de alien. feud. in verbo, in feudo Comitatus, vel Marchiæ. vbi probatur formaliter, quòd

† quando

13 † quando lex loquitur, & intendit disponere de Comitatu, de eo specificè loquitur, & expressè, & non sub generali nomine feudi, vt apparet ibi. Decimò adducit tex. in

14 c.j. de feud. Marchiæ, coniuncta rubr. † vbi non apponitur simpliciter feudum, sed dicit feudum Comitatus. facit c. j. in princ. quis dicatur Dux, vel Marchio. in verbo, qui verò de Comitatu aliquo inuestitus fuerit, Comes appellatur. vbi ponitur singulariter, quod Comitatus non propriè dicitur feudum. ita arguit Baib. & intrepidè amplectitur istam opinionem, quòd ista lex non comprehendit Comitatus, & multo minus cæteras dignitates regales, de quibus non loquitur; & istam opinionem tenet etiam Ioan. Alois. in causa Caltabillottæ.

In contrariam partem arguitur hoc modo,

15 † quòd semper ista lex fuit intellecta, ut comprehendat etiam alienationem Comitatus, & cuiuslibet feudi: nam ita semper fuit interpretata, attestante hoc Archiepiscopo

16 Vbertino de Marinis, † qui fuit magno tempore iudex magnæ curiæ, & summus Feudista, ut testatur Proton. in dicta causa Sclafani. ergo minimè mutanda sunt, quæ interpretationem certam semper habuerunt, l. cũ de interpretatione, & l. minimè, ff. de legib. & istud est fundamentum maximum, cũ

17 † Doctori eximio attestanti ita fuisse practicatum, credendum sit, ut docet Paul. de Castro in consil. 162. in j. vol. incip. in præsenti causa Maioriæ Hispalẽsis, & Iacob. Chircus, in causa Rendæ. Secundò arguitur, quòd ista

18 lex in princip. exorditur à Comitibus, † quæ tunc temporis erat præcipua dignitas in Regno; quæ narratio dat præcipuum intellectum legi: nam dispositio sequens debet intelligi secundum terminos comprehensos in

19 narratione: nam † præfatio dat toti legi intellectum. & licèt lex sit specialis, attamen si præfatio sit generalis, generaliter est intelligenda, ut est tex. in l. regula, §. si quis, ff. de iur. & fact. ignor. Tertiò probatur expressis verbis in ista lege, dũ dicit, Comites & quilibet feuda tenens, absque licentia celsitudi-

20 nis nostræ possit suum feudum. & certè † feudum Comitis est Comitatus, ideoq; ex ista lege remanet decisus iste casus. Et quòd Comitatus sit feudum, loquẽdo de proprio Co-

21 mite & non abusiuo, † quando concessio sonat in feudum, est decisio Andr. in c.j. & ibi Bal. & cęteri, quis dicatur Dux, vel Marchio, ut est tex. expressus in c.j. §. in feudo autem dignitatis, de alien. feud. & tradit Bal. in cõsil. 337. in fin. vol. j. probat etiam tex. in l.j. §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Freder. & dupliciter probat ille tex. quòd in princip. dum loquitur de prohibitione alienationis, non facit mentionem de feudo dignitatis, ergo sub illa generali prohibitione non comprehenderetur feudum Comitatus, quod est absurdissimum, & contra mentem omnium scribentium. Quod probatur ratione, nam cum Fredericus Imperator in d. l. j. in princip. loquatur, & disposuerit de

22 feudis, & non de re allaudij. † quæ quidem feuda (attentis consuetudinibus feudorum) poterant diuidi, c. si omnes filij, & ibi Doct. si de feud. fuer. contro. inter domi. & agnat. statuit Fredericus, quòd dignitates non diuidantur; quod esset reprehensibile, si loqueretur de dignitatibus non concessis in feudum, tum quia non bene continuaretur ad capita præcedentia, quæ loquuntur de feudo, ut solet continuare illa dictio, præterea, ut probat tex. in §. præterea, instit. quib. non est permissum facere testam. cũ similib. Nec enim censendum est Imperatorem in illa lege de alia re loqui, quàm de feudo: quod & ostenditur apertè in ipso §. dum subdit, aliud

23 autem feudum, † quod non potest referri nisi præcedentia essent eiusdẽ generis, ut probat tex. in l. final. §. final. ff. de vi. trit. & ole. legat. & uoluit Oldra. consi. 297. Domina Stella, col. 2. si ergo dignitates non essent feudales, non congrua fieret illatio de alio nõ feu-

24 do. ideo in illo tex. deciditur, † quòd Comitatus, & cæteræ dignitates, sint feuda illorum, qui tenent ea, si sint in feudum concessa, quod latè comprobat Soc. in consil. 77. uol. j. vbi totus est in demonstrando, quòd aliud est concedere Comitatum in feudum, & aliud in feudum Comitatus. & quod sit feudum, tenet Bar. in l. inter tutores, col. fin. ff. de administ. tuto. Loffred. consil. 39. & è nostris Blasc. Lanza in quodã consilio, quod fecit de Comitatu Mohac. Ideoque apparet euidenter, quòd Comitatus est propriũ feudum ipsius Comitis, & ista lex permittat Comiti alienare proprium feudum, non potest aliter intelligi, nisi de proprio feudo Co-

25 mitatus: nam † intelligere, ut aliqui intelligebant, imo potius diuinabant, de alio feudo, non incluso in Comitatu, est merũ somnium; ideo est casus legis clarus & apertus;

quòd

quòd Comes poteſt Comitatum ſuum vendere, & comprehenduntur tum Comitatus, tum cæteræ dignitates in hac lege; & vt magis ſit firma iſta reſolutio, reſpondeo ſigillatim oĩbus, quæ adducta fuerunt in cõtrariũ.

Non obſtat, quòd primò dicebatur, quòd in ipſa lege Comitatus, Baroniæ, & feuda, vt diuerſa ponuntur, ergo eorum ſunt diuerſæ rationes: ideo ex vno non infertur ad aliud, l. Papinianus exuli, ff. de minorib. nam reſpondetur, quòd non eſt verum, quòd ponuntur vt diuerſa: nam quamuis vocet Comitatus, & Baronias, eo ipſo ſentit Legislator, ſe loqui de Comitatibus, & Baroniis in feudum conceſſis, vt faciat ad illud, de quo tractabat, ſcilicet vt feuda poſſint alienari, ideoq; non poteſt conſiderari diuerſitas rationis; 26 † quinimò ſub vnica ratione cõcluſit iſthæç membra Rex Fredericus, videlicet vt poſſint longius ſolito gaudere dictis Comitatibus, Baroniis, & feudis, & eorum vrgentibus neceſſitatibus occurrere. Cum ergo ſub vnica ratione complexus eſt Legislator omnia hæc, fruſtra quæritur diuerſitas rationis; idcirco iſtud argumentum non valet obolum. Minus valet ſecũdum, quòd debet coarctari ad feuda ſimplicia, quia hoc modo argumẽtari eſt deſtruere tex. qui vult Comites poſſe vendere ſuum feudum, quod non aliud eſt niſi Comitatum, vt ſupra demonſtraui; & pariformiter reſpondetur ad 27 tertium argumentum, † quòd verba nõ adaptantur ad iſtum caſum, quia imò adaptantur ad iſtum caſum, & ipſum decidunt, vt ſupra latius probaui. Eadem ratione diſſoluitur quartum argumentum, nam in ipſa lege noſtra non ſit generalis diſpoſitio ſimpliciter de feudis, ſed 28 † ſpecificè permittitur Comiti vendere ſuum feudum, ꝙ non eſt aliud feudum Comitis, niſi ipſe Comitatus: nam ſi haberet aliud feudum, ſimplex eſſet feudatarius ratione illius feudi. & ſi venderet ipſum, non venderet Comes feudum ſuum, ſed nobilis feudatarius, argu. tex. in l. ſi quãdo Duciano, C. de appel. & per ea, quæ ſcribit Bar. in l. j. §. ſi quis, in final. verb. ff. de appel. Præterea non poteſt negari, quin Comitatus conceſſus in feudum non ſit feudum, prout latiſſimè ſupra demonſtratum fuit, & comprehendebatur in prohibitione alienandi 29 feudum, & hoc ſub lege Frederici. † nam nullibi ſtrictius prohibentur feuda alienari; & cum lex iſta corrigat conſtitutiones Frederici, 30 † lex corrigens complectitur limites legis correctę, vt probatur in auth. de fil. ant. inſtrum. dotal. nat. & voluit Bart. in l. nihil, de coniung. lib. cum emanci. Corn. in conſi. 199. col. 20. vol. 2. Crot. in repet. l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. obli. ſi ergo lex correcta comprehendebat ſub prohibitione Comitatus, clariſſimi Iuris eſt quòd iſta lex corrigens, Comitatus etiam comprehẽdat. Et ſi dicatur, quòd prohibitio alienãdi feuda Comitatus, nõ inducitur à lege Frederici, oporteret oſtendere à qua lege prohi31betur, & nemo oſtendet; quinimò † oſtenditur apertiſſimè prohibitio alienandi feuda Comitatus, in conſtit. Frederici, Scire volumus, dum prohibet Comites illud, quod tenent, ſiue magnum, ſiue paruum, quod pertinet ad regalia, alienare; quibus verbis nulli dubium comprehendi Comitatum. Idem probatur in conſtit. conſtitutionem diuę memoriæ. vbi ſit prohibitio non ſolùm de feudis, ſed de rebus feudalibus: quis negabit Comitatum in feudum conceſſum eſſe rem 32 feudalem, cum † res ſit generale verbum, vt habetur in l. j. in fin. ff. ſi cert. petat. Cum ergo illa ſit cõſtitutio Frederici, quam lex iſta corrigit, ideo dicendum, quòd complectitur Comitatum comprehenſum in conſtitu33tione correcta. Et ſi dicatur, † quòd imò prohibitio alienãdi feuda dignitatum, inducitur ab illa generali & antiqua conſuetudine, qua feuda deferebantur primogenito, vt habetur in c. licet, de vot. & ibi Hoſtien. Ioan. And. Collect. & cæteri, Abb. in conſil. 12. in j. vol. & conſil. 3. nitar, in 2. vol. & in c. prudẽtiam, in princ. & ibi Felin. & Dec. de off. delegat. ex qua dicunt ibidem Doctores, quòd cum totum hoc ſit legitima primogeniti, nõ poteſt auferri à patre, vt tenent Iaſ. & Rip. poſt cæteros, quos allegant, in l. nemo poteſt, in princ. ff. de legat. j. facilis eſt reſpon34ſio: nam † ex illa conſuetudine non inducitur prohibitio alienationis feudorum dignitatis, vt annullet contractus, tanquàm celebratos abſque conſenſu Principis. Sed facit; quòd alienatio nõ præiudicet primogenito. alienationẽ dico in teſtamẽto, vt quia pater non poſſet feudo primogenitũ priuare, cui feudũ debetur tanꝗ legitima, quod iſta lex non innouat, vt dicetur ſuo loco. Ideoq; redditur argumentũ inane, quia ſpecifica mẽtio ſit de Comitatu in iſta lege. Et iſtiſmet rationibus reſpondetur ad quintum eius argumentum,

mentum, quod dicit apponere gladium ad radicem quæstionis: nam illud forsan procederet, quando in ista lege fieret mentio de feudo simpliciter. Attamen cum supra 35 est demonstratum, † quòd in specie faciat mentionem de Comitatu, & quod necessariò comprehendat Comitatum, tanquam comprehensum prius in cōstitutionibus correctis, proculdubio remanet inefficax subtilissimum (vt ipse dicit) eius argumentum, & maiori ratione dissoluitur. Sextum argumentum ex his, quæ dicta sunt: nam totus est in demonstrando, quòd ista lex est exorbitans, corrigens constitutiones loquētes de feudo, ideo non comprehēdit Comitatum; & tamen secus esse supra demonstraui, tum quia ipsa specificè disponit de Comitatu, quia correctæ constitutiones comprehendunt etiam feuda Comitatus. Et eisdem respondetur mediis ad septimum. Minus etiam obstat octauum argumentum d. c. j. de 36 natu. feudor. quia iam † in ista lege fit specifica mentio de Comitatu, & non fit mentio simpliciter de feudo: quinimò sufficit, quòd constitutiones correctę comprehendant Comitatum, vt latè supra probaui. nec est ve- 37 rum, † quòd ista lex sit odiosa, imò fauorabilis, vt dicit Pern. noster in consil. 8. nam respicit fauorem Baronum, reducens ius strictum feudorum, ad ius commune, quod totum est fauore plenum, vt est gloss. not. & ibi Doctor. in c. statutum, de præben. lib. vj. & scribit Corn. consil. 199. num. 38. vol. 2. Eodem modo respondetur cæteris eius argumentis, nam ad idem tendunt; & hanc partem tenet etiam Ioan. Aloiss. in quibusdam recollectis super hac lege, à seipso dissentiens: & ita ferè tenent omnes, Proton. prius in causa Comitatus Sclafani, Blasc. super cap. Volentes, quamuis nil boni adducant, nec viderint Barba. nec eius rationes, & semper intellecta fuit isto modo ista lex. Et minimè mutanda sunt, quæ interpretationem certam semper habuerunt, l. minimè, ff. de legib. & est vera opinio, & tenenda.

S V M M A E.

1 *Ista lex nouam naturam dat feudis circa alienationem.*
2 *Inuestituræ tenor derogat omni naturæ feudorū.*
3 *Inuestituræ tenorem, formam vocant Siculi.*
4 *Inuestituræ tenor pro hæredibus cuicunque voluerit dare.*
5 *Princeps pōtest tollere positiua.*
6 *Moderator & arbiter est in re sua quilibet.*
7 *Inuestiturarum multiplex & varius tenor.*
8 *Inuestituræ præfatus tenor facit feudum alienabile.*
9 *Lex ista non præiudicat inuestituris largis. Sed an in tali tenore inuestituræ feudatarius possit diuidere feudum. num. 10.*
11 *Pars in toto continetur.*
12 *Alienandi feuda concessa potestas, est strictè intelligenda.*
13 *Alienandi licentia complectitur alienationem, & non diuisionem.*
14 *Fundus simpliciter prolatus, intelligitur de integro.*
15 *Feuda in Regno sunt indiuisibilia.*
16 *Pars in toto.*
17 *Andreæ opinio sequenda.*
18 *Partis ad totum, et e contra, eadem est ratio.*
19 *Reg. cui licet, ff. de reg. iur.*
20 *Vendere qui pōt totum vendere potest partem.*
21 *Tex. in l. pupillorum, §. fin. ff. de reb. eor. procedit in decreto iudicis.*
22 *Argumentum de toto ad partē validissimum.*
23 *§. profectò, nō loquitur, nec dispōit nisi de forma*
24 *Principis voluntas præsumitur conformis iuri communi.*

EXPLICITIS his, sunt discutienda ea, quæ magis attingunt intellectum istius legis: nam cum sit ab hominibus receptum, † ab 1 ista lege nouam esse traditam naturam feudis, nam abrogata priore natura, qua non poterant alienari, nunc possunt alienari sine li- 2 centia Principis; & † quia tenor inuestituræ derogat omni naturę feudorum, vt probatur in c. j. de duob. fratrib. à Capi. inuestit. & ibi not. Bal. & tradit Socin. in cons. 67. num. 17. vol. j. idcirco videndum est de formis feudorum, vt recepto vocabulo vtar ī hoc Regno: 3 nam † formam vocant, tenorem inuestiturę, prout vocat etiam Bal. in c. j. in fi. an mutus, cæcus, vel aliter &c. vt disquiratur de teno- 4 re inuestiturarum. † sed videndum est prius, si reperiatur tenor inuestituræ feudi concessi post hāc legem, qualē assero, nunquàm vidisse, qui specificè diceret, ꝙ feudum non possit alienari sine licentia Principis, procul omni dubio debet cēseri esse abrogatū huic 5 legi, & seruādus esset tenor īuestiturę, † quia Princeps pro libito suæ voluntatis pōt tollere hęc positiua, maxime in re sua, cū esset in sua facultate dare: iccirco rei suę quilibet est

† mo-

6 †moderator & arbiter, l. in re mãdata, C. mã dat. hoc in simili, & quasi in his terminis, decidit And. in c. j. in fi. col. de eo, qui sibi & hæred. suis. iccirco in tali tenore inuestituræ hęc lex non procederet simpliciter, sed vt infra
7 suo loco attingam. Et cum †sit multiplex, & varius tenor inuestiturarum, conabor explicare illas, quæ magis frequentãtur, & vnicuique ipsarũ annectere dispositionem istius legis, si quo pacto consentiat tenor; ne diutius immorer, occurrit primò mihi tenor ille, videlicet cõcedo tibi feudũ, & cui volueris da
8 re: nam iste † tenor facit feudum alienabile absq; consensu Principis, vt est tex. in c. j. de feu. non hab. propr. nat. feu. & ibi Bal. quem ibi oẽs sequuntur, & scribit Curt. sen. consil. 63. col. pen. Alex. cons. 228. col. 3. vol. 6. & ibi plures referuntur, qui tenent istam opinionem. & scribit Afflict. in c. ea lege, si de feud. fuer. contro. inter dom. & agnat. & Gozad. consil. 4. num. 8. iccirco in isto tenore, seu forma, non operatur hæc lex, cum ex solo tenore inuestiturę possit feudatarius alienare, & non subiicitur dispositioni istius le-
9 gis: †quia ista lex corrigit constitutiones inhibentes alienationem feudorum, & non præiudicat inuestituris permittentibus alienationẽ. & ideo aliqui dicebant in hoc casu, ꝙ nulla decima debebatur fisco, ex quo aliũde habet licentiam, quàm ab ista lege. Sed
10 operæprecium est videre, † an in tali tenore inuestiturę possit alienans diuidere & secare feudum, cum non indigeat fauore huius legis, quę prohibet diminutionem feudi, ac diuisionem. Et Andr. in c. j. in princ. de prohib. feud. alien. per Freder. videtur tenere, ꝙ sic; quem ibidem simpliciter referunt, & sequuntur Paris de Put. & Capic. ea ratione,
11 quia † in toto continetur pars, l. si quis cum totum, ff. de excep. rei iud. & quod pro parte est meum, meum est, ff. de verb. signi. l. pupilli, §. fin. & istam opinionem sequuntur Paris, & Capic. ibidem, & eandem opinionem tenet non obscurè Alber. de Rosat. in suo Dictionario, in verbo, feudum. col. 2. nihilomi
12 nus contra And. adduci potest, †quod potestas alienandi feudum, quæ resultat ex dicta forma, est strictè intelligenda, vt est glo. in d. l. j. in princ. & ibidem Andr. & cæteri, de prohib. feu. alien. per Freder. & voluit And. in c. j. col. 4. qui success. teneant. Socin. consi. 19. vol. j. Goza. conf. 46. cum ergo permittat Princeps alienare feudũ, debet intelligi de

13 toto, †cum licentia complectatur alienationem, non diuisionẽ; & non est extendenda ad alienationem, & diuisionem simul, cũ ista sint diuersa. pro hac resolutione allego tex. expressum in l. locus, ff. de verbo. signif. vbi
14 tex. dicit, † quòd fundus dicitur integer; ideoq; qui legat fundum, videtur integrum legasse. iccirco ista licentia de alienãdo feudum, intelligitur vt alienet integrum, & nõ
15 quòd diuidat. Pro qua opinione facit, †nam natura feudi in hoc Regno est, vt sit diuisibile feudum constit. incip. constitutionem, & hoc statuitur etiam per hanc legem. Sequitur ergo cum penes alienantem sit feudũ hac lege, & natura, vt sit indiuiduum, non potest vassallus nouam legem alienãdo adiicere, scilicet vt penes emptorem sit diuiduũ, per tex. in d. c. j. §. profectò, de leg. Conra. ad tex. in quo se fundat And. in l. si quis totum, ff. de excep. rei iud. potest responderi, quòd bene, ac optime ibi ratiocinatur Iurisconsultus, quòd qui totum petiit & succubuit, ꝙ submouetur exceptione rei iudic. si petat
16 partem, quia † pars est in toto, & idem ius, quod discussum fuit in toto, erit discutiendum in parte: at in ista hypothesi non potest sic argumentari, permisit dominus alienationem feudi, & intelligitur de integro, d. l. locus, ff. de verbo. signi. ergo videtur concessa alienatio partis. nam ista collectio nõ est firma, cum in alienatione partis sit diuersa ratio: nam si alienatur totum, vnum habet dominus vassallum; si alienatur pars, cogitur habere plures præter intentionem suam. Et ideo videtur verior opinio Aluaro. contra Andr. in dicta l. prima, in princip. de prohibit. feud. alienatio. per Fredericum, vt refert & sequitur Curtius iunior, in Tract. feudor. in quarta par. versic. 7. quæro. & in istam opinionem videtur inclinare Afflict. in d. l. prima, in princ. de prohib. feud. aliena. per Fredericum, dum allegat tex. pulchrum in l. pupillorum, in fin. ff. de reb. cor. & contra Andr. latissimè tenet Marin. Freccia in Tractat. de subfeud. lib. 2. quæst. vj.
17 fol. 133. quid tenendum? proculdubio † tenenda est opinio Andreæ, quem sequuntur Paris de Puteo, & Capic. ibidem, ac etiam Aluaro. & eandem opinionem tenet Alber. in suo Dictionario, in verbo, feudum, quæ opinio Andreæ satis probatur eo solo argumento, quòd eadem est ratio de toto, quo ad totum, quæ est de parte, quo

ad partem, l. quæ de tota, ff. de rei vend. l. scit, ff. de vsur. & hoc argumento vtitur Paulus de Castr. in consil. 159. in præsenti causa Maioriæ. dicens fuisse argumentum Oldra. quamuis alij dicant fuisse argumentum Andr. & refert, & sequitur Socin. in consil. 252. col. 7. versic. quintò confirmatur, vol. 2. cum ergo per dictam inuestituram permutatur alienatio feudi, vt est tex. in dicto cap. primo, de feud. non habent. propr. natu. feud. intelligitur etiam permissa alienatio partis, ratione prædicta: quia in toto

19 inest pars, l. in toto, ff. de regul. iur. quæ † opinio etiam comprobatur ex tex. in c. cui licet, de regul. iur. nam cum sit permissum feudatario vendere totum feudum, quod plus est, meritò censetur permissum minus, scilicet alienatio partis: & ideo opinio Andr. est verior, & communior; meritò ab ea nec in iudicando, nec in consulendo, ē recedendum. Non obstant obiecta in contrarium. & primò, quòd licentia alienandi est strictè interpretanda, nam esto quòd sit verum, attamen

20 non ducitur firmiter argumentum, ꝙ † qui potest vendere totum, non possit vendere partem: nam est tex. in venditione, qui hoc probat, in l. final. ff. de contrah. emptio. & in legato est tex. in l. concubinā, §. j. ff. de legat. 3. ideoq; nil concludit argumentatio, quòd in materia stricta qui potest vendere totum, non possit vendere partem. Non obstat tex. in l. pupillorum, §. final. ff. de reb. cor. nam

21 † ille tex. procedit in decreto iudicis, quod ad literam est seruandum, ut dicit Bart. in l. sicut, §. si permiserit. quib. mod. pign. uel hy pot. solu. secus quando agitur inter partes, pro ut in isto casu, quia verba debent interpretari contra proferentem, ut ibi dicit Bar. hoc etiam firmat Luc. de Pen. in d l. j. col. 5. C. de impon. lucr. descrip. Non obstat, quòd Andr. non bene probat intentionem suam ex tex. per eum allegato, in d. l. si quis cum totum. quia imo bene probat, cum sit argu-

22 mentum à toto ad partem, † quod est validissimum, l. quæ de tota, ff. de rei vendi. cum similibus. & latissimè comprobat Nicolaus Euerardus in tractat. de locis legalibus, in verbo, argumentum à toto. Nec obstat, ꝙ argumentum à toto procedit, nisi sit diuersa ratio in parte, quia dominus cogeretur habere plures vassallos, pro ut considerant Freccia, & Curt. iunior. nam illa diuersa ratio ab eis considerata cessat in hoc casu, nam in tali forma non astringitur feudatarius uendere in feudum, sed potest ut allaudium uendere, ut est tex. in d. c. j. & ibi Andr. & Doct. de feud. non habent. propr. natur. feud. & eodem modo respōdetur ad tex. in §. profectò. nam in ista inuestitura potest vassallus vendere pro ut vult, ut est tex. in d. c. j. ibi, pro

23 ut vult. quamuis † tex. in d. §. profectò, non loquatur, nisi de forma, & tenore inuestituræ, quia non potest vassallus aliter vendere, & ideo nil facit ad id, de quo agitur. Præterea illa ratio diuersitatis rationis considerata à Curt. & Freccia nō subsistit, quia totum illud, quod ipsi dicunt, depender à volunta-

24 te Principis consentientis. quæ † voluntas, talis præsumitur in Principe, ut sit conformis iuris dispositioni, l. ex facto, & ibi Doct. ff. de vulga. & pupill. substit. Cum ergo de iure sit cautum, quòd qui potest uendere totum, possit vendete & partem: meritò censendum est Principem sic voluisse in tali inuestitura per prædicta, quamuis in Regno circumscripta dicta inuestitura (cum feuda sint indiuidua) posset teneri opinio contraria, & reduci opiniones ad concordiam; & ita censeo de iure esse verum, & tenendum.

S V M M AE.

1 *Hæres quoque extraneus ab intestato, an sub dicta forma succedat.*
2 *Ex c. si aliquem, inducitur successio ab intestato primogeniti.*
*Priuilegio in quolibet cēsetur inesse forma succedendi, tradita à c. si aliquem. num. 3.*
*Succeditur, ab intestato in Regno iuxta formā c. si aliquem, ac si sic expressum esset in priuilegio. 4.*
5 *Francorū ius in Regno successit, quia feuda debēt ad vnū peruenire, et sic ad primogenitū.*
6 *Socin. opinio refellitur. & num. 7.*
8 *C. si aliquem, indistinctè debet intelligi sub quacunque forma.*
*Ab intestato in Regno per c. si aliquem, censetur abrogata dispositio c. primi, de feud. non haben. propr. natur. feud. num. 9.*
10 *Socin. contra consilium fuit iudicatum.*

1 SED † an in ista forma succedat etiam hæres extraneus ab intestato? & Curt. iun. in cons. 4. vbi latissimè insistit, circa hoc tenet, ꝙ sicq; opinio & si esset vera alibi, at in Re

2 gno isto non procederet: nā † per c. si aliquē, ab

ab intestato inducitur successio primogeniti, & dat lex illa ordinem succededi, & vult quòd dispositio eius seruetur in quibuscunque feudis tam concessis, quàm concedendis, non obstante quacunque consuetudine, seu constitutione in contrarium. Ideoque 3 † in quolibet priuilegio cēsetur inesse forma tradita succedendi ad c. si aliquem, vt tenet Pern. consil. 7. & consil. 21. & super dicto c. si aliquem. hinc dicebat Saccurafa in suo compendio, 4 super ista lege, † quòd in Regno ab intestato succeditur, ac si in priuilegio esset apposita clausula iuris Francorum, & omnes Siculi hoc tenent illa ratione, quam adducit Pern. in consil. 4. & in aliis locis, quòd ideo 5 † successitius Francorum ab intestato, quia feudum debet peruenire ad vnum. ergo ad primogenitum, argum. tex. in l. & si sunt cautiones, ff. famil. ercisc. & in l. fin. ff. de fid. instrum. de quo latissimè Tiraquell. in præfat. Tractat. de primogenit. dum tractat de prærogatiua, & honore senum. Ex his patet, quòd inaniter sudauerit Socin. in consil. 252. col. penult. & fin. dum voluit, 6 † quòd in feudo degenerante in Regno succedant plures, & quòd non habeat locum dispositio dicti cap. si aliquem, cum totum illud, quod dixit, sit contra tex. expressum d. c. si aliquem, dicentis quòd tam in feudis concessis, quàm concedendis insit forma dicti cap. si aliquem. Vt quamuis videntur prima facie, quòd nec etiam sic tollatur argumentum Socin. nam dicit ipse, 7 quòd † c. si aliquem, est exorbitans; & cum loquatur de feudo, debet intelligi de feudo proprio, & non de feudo improprio & degenerante. Et sequitur Curt. iun. in Tractat. de feud. par. j. q. vj. col. fin. nihilominus dictum argumentum adhuc est elumbe: 8 nam cum † c. si aliquem, loquatur de feudis indistinctè, debet indistinctè intelligi. & quod sit maior ratio in vno casu, quàm in alio, l. j. §. j. ff. de aleato. Et fortius, nam Princeps statuit dictum c. si aliquem, & eius dispositionem seruari in quocunq; feudo, qualibet constitutione, & consuetudine in contrarium cessante, 9 per † quæ verba ab intestato censetur abrogatum dispositioni dicti c. j. de feud. non habent. propr. natur. feud. & cæteris consuetudinibus feudorum, quod & voluit Gulielm. de Pern. in consil. 21. col. 2. dum dicit, quòd in successione transuersalium seruatur tantùm dispositio dicti c. si aliquem. meritò cum sit feudum, quam uis degenerans, non potest in eo alia constitutione, vel consuetudine succedi, nisi ex dispositione d. c. cæteris constitutionibus & consuetudinibus feudorum in successione transuersalium abrogatis. & ita semper fuit 10 practicatum † etiam in eo casu, in quo Soci. consuluit: nam contra eum fuit iudicatum per magnam Curiam.

S V M M AE.

*Discutitur de forma, pro te, hæredibus & successoribus quibuscunque. num. 1.*

2 *Quibuscunque, dictio vniuersalis, & illa verba, & cui dederis, æquiparantur.*

3 *Alienatio stante tali forma, an possit fieri in clericos.*

4 *Vniuersalis dictio, includit personas aliàs prohibitas.*

5 *Feudum sub tali forma, non recipit interpretationem à consuetudinibus feudorum.*

6 *Verba, sub tali forma, stant propriè.*

7 *Feudum sub tali forma, sortitur naturam allaudialium.*

8 *Qui non potest seruire de persona, potest seruire per substitutum.*

9 *Alienatio in clericos & ecclesiasticas personas nullatenus etiam sub tali forma fieri potest. & num. 10. 11.*

12 *Vniuersalis dictio, tunc non restringitur, quando dispositio aliter nil operaretur. & nu. 13.*

14 *Clericus penitus inhabilis, & incapax feudi.*

15 *Bald. opinio in l. maximum vitium, communiter reprobatur.*

16 *Feudum sub dicta forma, remanet feudum, excepto eo, in quo degenerat.*

17 *Feudum conditionatum nullam retinet naturam feudi.*

*Non videtur de mente concedentis sub illis verbis includere inhabiles. num. 18.*

*Non retinet tale feudum, retinet naturam allaudialium. num. 19.*

20 *Tex. in c. clericus, si de feud. fuer. contro. debet indistinctè intelligi.*

21 *Clericus non potest seruire per substitutum.*

22 *Fœmina quamuis sit habilitata, vt seruiat per substitutum, non extenditur ad clericũ.*

23 *Feudum Francum gaudet prærogatiua, vt possit dominus seruire per substitutum.*

24 *Feudorum leges & consuetudines contra clericos valent.*

25 *Feudum in clericum et ecclesiam, vel aliter inhabiles, non potest transire.*

1 Dem † videtur dicendum de illa forma, pro te, & hæredibus, & successoribus quibuscunq; . nam quamuis fuerit, & sit disceptatio inter Doctor. num tale feudum transeat ad extraneos, nam quod transeat ad extraneos, tenet Bal. in l. j. q. 34. ff. de rer. diuis. & in l. j. in princ. de prohib. feud. aliena. per Freder. quam Bald. opinionem crebriorem testatur additio ad xxx. cons. Alex. vol. j. & quod ista sit magis communis opinio, patet ex his, quæ recitat Tiraquell. in Tracta. de Retract. §. j. glo. 7. nu. 21. Et magis communem attestatur Curt. iun. cons. j. & consil. 183. & in tracta. feudorum, in tertia par. quæst. vlt. Magis communem attestatur etiam Ripa in l. ex facto, §. fin. nu. 16. ff. ad Trebel. & magis communem etiam testatur Socin. iunior in cons. 103. nu. 28. vol. 2. Alciat. in consil. 176. & est 2 vera. nam cùm † æquiparentur ista dictio vniuersalis, & illa verba, & cui dederis, certè est casus in c. j. de feud. nō habent. propr. nat. feu. vt prosequitur Ripa in d. l. ex facto, §. fin. ff. ad Trebel. & de ista æquiparatione latè Curt. iunior consil. 4. & volunt Doctores in l. Gallus, §. etiam, ff. de liber. & posthu. & scribit Paris. consil. 3. nu. 11. vol. j. Ex his ergo videtur inferri posse, quòd cum tenore talium inuestiturarum fiat alienatio, & hoc de expressa licentia Principis, & sic non repugnat constitut. Regni cōstitutionem, imò faueat. Et ista lex sileat in his, non obstante 3 dispositione istius legis, videtur † quòd possit fieri alienatio feudi in clericos, & alias prohibitas personas ex hac lege; & hoc ex doctrina glo. in clem. j. in verbo, quibuscun 4 que, de iudic. † quæ determinat dispositionem illius tex. dictantis de quibuscunq; personis comprehendere etiam clericos. quam glo. ad hoc ponderat Barba. in repet. l. cum acutissimi, C. de fideicomm. qui tenet hanc partem, & refert & sequitur Curt. iunior in dicto consil. j. & consil. 183. & illum tex. ad hoc allegat Dec. in c. in præsentia, sub num. 45. de probat. faciunt ea, quæ scribit Soc. cō- 5 sil. 257. in 2. vol. vbi tenet, quòd † feudum degenerans iuxta tex. in c. j. de feud. non habent. propr. nat. feud. non recipit interpretationem à consuetudinibus feudorum, sed verba in eo stant propriè, allegat quod in simili dicit Bald. in l. maximum vitium, C. de liber. præter. item quod in feudo conditionato verba stant propriè, prout tradit Aretin. in l. Gallus, §. etiam, ff. de liber. & posth. & probat per tex. in c. j. de feud. non habent. propr. natu. feud. inducendo hoc modo, dicens quòd circa actum concessionis, in quo 6 fit alteratio, alteratur in tantum, † vt verba stent propriè, & non recipiant interpretationem à natura feudi, vt patet in dicto tex. At (dicit ipse) circa alia bene retinent naturā feudi, vt probat ille tex. cum ergo fuerit facta concessio pro hæredibus, & successoribus quibuscunque, in isto actu, in quo est alterata natura feudi, dicta verba debent stare propriè, & nullam aliam interpretationem recipere. facit etiam, quod dicit Socin. in consi. 7 252. col. fin. vol. 2. vbi dicit, † quòd tale feudum habet naturam allaudalium. cum ergo allaudalia transeant ad clericos, pariformiter & feuda, quæ habent allaudalium naturam. pro quo facit; nam videtur, quòd magis communis opinio sit illa, quòd feudum 8 potest transire ad clericos, etsi † tenetur ad seruitium, poterit per substitutum seruire, vt latè deducit & comprobat Iacob. in suo tracta. feudo. in vers. quibuscunque. & quòd clericus succedit in feudo, dicit etiam communem Silua. consil. 3. num. 53. & tenet ex nostris Ioan. Aloisi. in causa Comitatus Caltabillottæ. cum ergo citra hanc legem ex tenore dictæ inuestituræ possit fieri alienatio citra auxilium istius legis, videtur concludēdum, quòd possit fieri alienatio feudi in clericos, & ecclesiasticas personas per prædicta, & fortius: nam videtur, quòd ista lex in hoc non valeat, tanquàm edita à laico contra ecclesias, & ecclesiasticas personas. At prædictis non obstantibus, contrariam partem de 9 iure puto esse veriorem, quòd † nullatenus possit fieri in ecclesiam, nec in clericos alienatio feudorum, etiam stante forma prædicta: nam de ecclesia est tex. in c. j. de alien. feu. quo prohibetur alienatio in ecclesiam; & ubi est casus legis, nullus relinquitur dubitationi locus, l. ancillæ, & ibi Bald. C. de 10 furt. † de clerico est tex. in c. qui clericus, si de feud. fuer. contro. int. domi. & agnat. ubi tex. clarus, & apertus, quòd qui efficitur clericus, eo ipso feudum amittit. cum ergo clericus sit adeo inhabilis, quod acquisitum feudum amittit, quanto fortius impeditur acquisitio, ut probat tex. in l. patre furioso, ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. & ibi Do 11 ctor. & cum ista † opinio habeat tex. expressos, non est opus vlterius eam comprobare,

sed

ſed reſpondebo contrarijs, ex quorum reſpõ ſione remanebit magis dilucida opinio iſta. Non obſtat ergo, quod primo dicebatur, ꝙ illa dictio, quibuſcunq;, comprehẽdit etiam clericos, ut eſt gloſ. in clem. j. de iud. † quia ideo eſt in illo caſu, quia illa dictio vniuerſalis ſi reſtringeretur, nihil operaretur diſpoſitio, ut patet in illo caſu, ſecus† quando iam illa dictio vniuerſalis operaretur extenſionẽ in aliquo: nam tunc non comprehendit, nec extenditur ad perſonas alias nõ comprehenſas, ut eſt gloſ. relata ad tex. in l. 2. §. prætor, in fin. ff. qui ſatiſdar. cogan. vbi tex. vult accipi quicunque fideiuſſor in illo caſu, & interpretatur Iuriſconſultus etiam non locupletem, & hoc ob illã dictionem vniuerſalem, quibuſcunque: & tamen glo. excipit, dummodò non ſit furioſus, vel pupillus. & ſic requirit, ꝙ perſona ſit idonea ad illum actum, & illam gloſ. ſequuntur Bar. Bal. Raphael, & omnes, maximè Iaſ. ibidem, qui eam magnopere exornat, & adducit concordantes. eandem glo. adducit, & etiam conſimiles, Aret. in l. Gallus, §. etiã, ff. de liber. & poſth. & ibi Socin. qui ſentit hoc ipſum, dum opponit contra Aretin. cum ergo in caſu noſtro ſatis operatur illa dictio, ſi comprehendat extraneum ſucceſſorem in feudo, & ideo non debet extendi ad extraneum inhabilem ad feudum per dictam doctrinam: quinimò Doctores in dictis locis apertiſſimè firmant, ꝙ etiam ſi aliàs nihil operaretur illa dictio vniuerſalis, non comprehenderet inhabilem. Cum ergo † clericus ſit penitus inhabilis, & incapax feudi, nam ſi illud habet aliquo modo, protinus ſi effectus fuerit clericus, amittit feudum. ſequitur, quòd illa dictio vniuerſalis non comprehendit clericum. & hæc eſt vera reſolutio Doctorum allegatorum, & in hoc non bene dicunt Barb. & Curt. qui non animaduerterunt ad hæc. Non obſtant quæ dicebantur ex Socin. in conſil. 257. vol. 2. quod feudum degenerans, iuxta tex. in c. j. de feud. non habens propr. natur. feud. non recipit interpretationem à conſuetudinibus feudorum, ſed verba ſtãt propriè, ut per Bal. in l. maximum vitium, C. de liber. præter. nã illa † opinio Bal. in dicta l. maximum vitiũ, communiter reprobatur, ut patet ex his, quę ſcribit Iaſ. in auth. nouiſſima col. 6. C. de in offic. teſtam. Alex. & Iacob. in l. final. §. in cõputatione, C. de iur. deliber. Dec. conſi. 445. nu. 50. Et quod ſit falſa illatio Soc. patet expreſsè, nam tex. in dicto c. j. de feud. non haben. propr. natur. feud. expreſsè vult, † quòd excepto eo, in quo degenerat, feudum in reliquis retinet naturam feudi, ut eſt tex. ibi expreſſus. cum ergo verſatur quæſtio, an poſſit tranſire ad clericum: certè ideo dicendũ, quòd non, quia etiam tranſit in parte, ut feudum, ad quod clericus ẽ inhabilis: nam ſemper inſpicitur illud, quod nocet, l. Fulcinius, §. quid ergo, ff. ex quib. cau. nec facit aliquid Aret. in l. Gallus, §. etiã, ff. de liber. & poſth. † nam loquitur de feudo cõditionato, quod verius dicitur cenſuale, & nullam retinet naturam feudi, pro ut ibidem Socin. dicit, in 2. col. in quo & clericus ſuccederet. & ideo nõ eſt extendendum ad feudum improprium, circa alienationem, quod in cæteris retinet propriam naturã feudi. Non obſtat illa ſubtilis inductio Socin. de tex. in d. c. j. de feud. non haben. propr. natur. feud. nam eius argumentum claudicat: nam verum eſt, quòd in eo, in quo degenerat feudum, verba ſtant propriè, ut tranſeat feudum per alienationem ad extraneum. Attamen in eo, in quo non degenerat, remanet feudum, & ſub diſpoſitione iuris feudorum, & idem Soci. dicit in d. l. Gallus, §. etiam, ff. de libe. & poſth. Ideoq; † videntur interpretanda dicta verba, ut comprehendãt habilem ad feudum, quia non uidetur de mente concedentis includere inhabiles, cum ſatis ſit, quod poſſint uerba illa aliquid operari, ut poſſit alienari contra naturam feudi. & idem in extraneum non debent, nec poſſunt extendi etiã ad inhabilem, quia hoc eſſet contra gloſ. & Doctor. communiter in d. l. 2. §. ait prætor, ff. qui ſatiſd. cog. & hoc tenet Bald. in conſil. 207. col. 2. ubi dicit, quòd vigore talium verborum non veniunt inhabiles à lege vel iuribus feudorum, quã Bal. nec Bar. nec Curt. viderunt. Non obſtant ea, quæ dicit etiam Soc. in dicto conſil. 252. col. final. † quòd talia feuda habẽt naturam allaudalium: nam eſt verũ circa alienationem, quia in hoc degenerant à natura feudorum: at in cæteris retinent naturam feudi, ut patet in tex. in d. c. j. de feu. non haben. propr. natur. feud. Cum ergo tractetur, an feudum, quamuis degenerans, poſſit tranſire ad clericum, eſt facienda interpretatio, quòd non tranſeat, cum ſit inhabilis ad feuda, per tex. in dicto c. j. de alienat. feud. & in c. qui clericus, ſi de feud. fuer. contro. inter domi. & agnat. † qui tex. cum

cum indistinctè loquantur, debēt indistinctè intelligi, etiam si sit maior ratio in uno casu, quàm in alio, ut est tex. & ibi glos. in l. j. §. j. ff. de aleator. quo tex. vtitur Andr. sic argumentando in constit. vt de successionibus. Non obstat vltimum, quod imò clericus est habilis; & si tenetur ad seruitium personale, 21 poterit seruire per substitutum: † nam ista opinio est expresè contra tex. prædictos; & est uera, & cōmunior opinio, quòd feudum non transeat ad clericos, nec in eis clericus succedit. quam opinionem tenet etiā Andr. in c. j. de benef. fœmi. & ibi Afflict. & infiniti, quos refert, & sequitur Curt. iunior in tra cta. de feud. in 3. part. vers. decimo: ubi hanc opinionem latè comprobat, & prosequitur & istud tenent omnes in c. in præsentia, deprobat. quando seruitium est tale, quòd non potest præstari per substitutum, cum requiratur seruitium personale ad bellum, & istā opinionem dicit veriorem, & magis communem Ruin. consil. 42. nu. 9. uol. j. & istam partem tenet Afflict. in decis. 320. ubi dicit, 22 † quòd quantumcunque sit habilitata fœmina ad seruiendum per substitutum, non reperitur hoc in clerico: idem tenet Capic. decis. 10. & decis. 33. ubi dicit, quòd ex quo potest vassallus cogi ad seruiendum personaliter, non potest succedere clericus. idem tenet Loffred. in add. ad Andr. in dicto c. qui clericus. ubi expresè reprobat opinionem contrariam. & hoc etiam voluit Afflict. in c. qui clericus, si de feu. fuer. cōtro. inter dom. & agnat. Hanc opinionem testatur esse magis cōmunem, & eam sequitur Cagnol. qui alios refert, in repetit. l. 2. C. de pact. inter emptor. & vendit. & adducta in contrarium 23 procedunt, † quando feudum esset Francum à seruitio, vel esset seruitium non personale, vel tale, quòd posset æquè explicari per substitutum, ita loquuntur decisiones contrariæ: at in regno, cum seruitium sit personale, & Rex potest compellere, ut vassallus seruiat de persona, meritò non potest succedere, & habere feudum clericus, vt Capic. dicit in dicta decis. 33. & hanc partem tenuit è nostris Blasc. dum allegabat in quæstione Caltabil-24 lottæ. Non obstat, quod dicebatur, † quòd dictæ leges, & consuetudines feudorum, nō valent contra clericum, quia est falsum, nam valent etiam contra clericos, ut tenet Felin. in c. in præsentia, deprobat. sub nu. 79. & latè Doctor. & ibi Afflict. in dicto c. qui clericus.

& in vno casu posset procedere cōtraria opinio, quando à principio fuisset concessio facta clerico per ea, quæ tradit Afflict. in dicto c. qui clericus. sicut dicitur in fœmina, quæ non succedit de iure feudorum, nisi feudum haberet exordium à fœmina, ut dicit glo. & ibi Doctor. in c. j. §. & quia vidimus, de his, qui feud. dar. poss. scribit Curt. in tracta. feudor. in 3. part. in princip. nu. 3. iccirco stat firma conclusio, quòd in isto tenore istarum inuestiturarum potest feudum alienari citra opem istius legis absque alio consensu Prin-25 cipis; † non tamen in ecclesiam, nec in clericos, nec i alios inhabiles ad feuda, esto quod ista lex in his inuestituris nihil iuuet. & hanc partem videtur tenere Bal. in dicto consilio 207. uol. 2. qui dicit talia verba non comprehendere eos, qui sunt inhabiles à lege, uel consuetudine feudorum, ut dixi supra.

## S V M M AE.

1. *Hæres verbum latum, et comprehendit quoscunque hæredes, etiam extraneos.*
   *In materia feudali accipitur pro descendenti. nu. 2. 3.*
   *Per constitutionem Regni est elargatum, ut comprehendat fœminas. num. 4.*
   *In Regno comprehendit etiam transuersales usque ad septimum gradum ex dispositione, c. si aliquem, num. 5.*
6. *Feudum nouum in Regno habet agnatos.*
7. *Cap. si aliquem, procedit ab intestato.*
8. *Inuestitura pro hæredibus, an faciat feudum pacti, & prouidentiæ Principis.*
9. *Feudum omne est ex pacto, & prouidentia Principis.*
10. *Bald. tenuit feudum sub dicta forma esse pacti & prouidentiæ Principis.*
    *Opinio contraria, quod sit merè hæreditarium, est verior, & communior. num. 11. 12. 13. 14. 15.*
16. *Card. Paris. deuiat à ueris terminis feudalibus.*
    *Feudum sub tali forma, non est mixtum, sed merè hæreditarium. num. 17.*
18. *Cardin. Paris. decipitur suo enthimemate.*
19. *Inuestitura pro hæredibus quibuscunque facit feuda degenerantia.*
20. *Vassallus quòd possit de feudo hæreditario testari, attentis consuetudinibus feudorum, quāuis sic de feudo degenerante, nunquàm fuit auditum.*
21. *Parisius confundit terminos feudi hæreditarij & degenerantis.*

Sub

*Sub tali forma quamuis non veniant nisi descẽdentes, attamen admittuntur cum qualitate hæreditaria. num. 22.*

23 *Pilei & Bulgari distinctio fuit inuenta, vt dignoscatur feudum pacti & prouidentiæ, ab hæreditario respectu succedentium. num. 23.*

24 *Cardin. Paris. pessimè intellexit istam materiã nec intellexit terminos.*

*Limitatio ad regulam, num. 25.*

26 *Hæres verbum, an ex ista lege sit elargatum vt comprehendat etiam extraneos.*

27 *Hæres verbum in Regno comprehendit descendentes in infinitum, & transuersales vsque ad septimum gradum.*

28 *Inuestitura informatur à c. si aliquem.*

29 *Fortior fit transitus ab intestato, quàm ex testamento.*

30 *Verba dubia dispositionis declarantur secundum casum successionis ab intestato.*

31 *Conditor istius legis nunquàm tractauit de formis concessionum.*

32 *Hæres verbum in inuestitura appositum, non est elargatum ex hac lege.*

33 *Feudum in extraneum non transit ex hac lege, tanquàm comprehensum in inuestitura.*

34 *Agnatus hæres nõ recuperat feudum alienatũ.*

35 *Inuentarium non proficit in feudo hæreditario. An ista lex præiudicet agnatis. nu. 36. 37. 38.*

39 *Allegationes antiquorum in causa Vicari, sunt neniæ.*

CONSEQVENTER differendum est de illa forma, quæ dictat, pro te & hæredibus simpliciter. & isto 1 casu dicendum est, quamuis † verbum, hæres, sit latum, ut comprehendat quosscunque hæredes, ut est tex. in l. sciendum, & in l. hæredes, ff. de verbor. signif. Attamen 2 † in materia feudali, attentis consuetudinibus feudorum, accipitur pro descendenti & masculo, ut est tex. in c. j. §. & si clientulus, & ibi Doctor. de alienat. feud. c. fina. si de feud. fuer. contro. inter dom. & agnat. scribit glos. & Bart. & post eum cæteri, in l. Gallus, §. etiã, ff. de liber. & posth. glos. Roma. & Alex. in l. etiam, ff. solut. matrimo. Bal. in c. in præsentia, de probat. & scribit Andr. in c. j. de alien. 3 feud. patern. & est communis opinio, † quamuis aliter tenuerint Petrus de Bellapertic. Iacob. de Are. & Cin. & malè, pro ut referunt Bal. Alex. & Roma. in dicta l. etiam. verum q; 4 † per Regni constitutionem, ut de successionibus, est elargatum vt comprehẽdat etiam 5 fœminas defectu masculorum, † & per c. si aliquem, in Regno comprehendit etiam transuersales usque ad septimum gradum inclusiuè, vt deciditur in dicto c. si aliquem. ideoq; 6 videtur, † quòd feudum nouum in Regno habeat agnatos, quod voluit Pern. in cõsilio suo 12. col. 10. in meis. quod ẽ verum, & pro7 cedit † ab intestato, prout procedit c. si aliquem. quod c. non habet locum, nisi ab intestato, ut patet in constit. constitutionem, editam per Regem Fredericum. His sic iactis, 8 operæprecium est videre, † An iste tenor inuestituræ efficiat feudum esse pacti & prouidentiæ Principis, an sit feudum hæreditarium, ut differat ab eo, quod est pacti & pro9 uidentiæ Principis, cum † omne feudum dicatur ex prouidentia Principis, vt considerat Baptista Platamonius in consil. quod fecit in quæstione Furnari, & Bart. Camerar. in repet. c. j. an agnat. & in repet c. imperialem, §. præterea ducatus, post Andr. quem allega. & in hac quæstione Bal. in c. j. de eo, qui sibi, 10 & hæred. suis, tenet † quòd sit pacti & prouidentiæ Principis absque aliqua qualitate hæreditaria, dum vult quòd descendentes masculi sub tali forma succedant citra qualitatem hæreditariam. & illud verbum, hæres, denotat qualitatem successoris, & non successionis. Idem videtur tenere Pau. de Castro in l. ex facto, §. final. ff. ad Trebell. dum dicit, quòd idem est dicere in feudis, pro te & hæredibus, quod pro te & liberis: & nemo tamẽ dicet, quòd iste tenor vltimus efficiat feudum hæreditarium. & voluit hoc etiam Bal. in l. executorem, col. 10. vers. porrò, de execut. rei iudic. dum dicit, quòd feudum concessum Titio & hæredibus, intercedit mortuo feudatario, & ideo non potest dici in eo habere hæredem, ut ibi per eum A. ttamẽ his 11 non obstantibus, † uerior & communis opinio est in contrarium, quòd concepta inuestitura pro te & hæredibus, faciat feudum hæreditarium, ut uoluit Andr. in c. j. §. hoc quoque, de success. feud. & in c. j. an agnat. & tenet Alex. in consil. 19. vol. 5. & latè Dec. in consil. 145. & latissimè Paris. consil. 23. num. 171. uol. j. & tradit Afflict. in c. j. an agnat. & in Regno indifferenter omnes tenent hanc opinionem, & est vera & communis, ut testatur Dec. consil. 445. nu. 8. & Hieron. Alban. in consil. 3. nu. 9. qui multos citat, & dicit ab ista opinione tanquam communi, non esse in iudicãdo recedendum. & adducit pulchram ratio-

rationem, quæ fuit Alex. in consil. per eum citatis: nam quamuis (dicit ipse) † uerbum, hæres, in feudo non comprehendat nisi descendentes, & non extraneos: attamen quã do sic profertur, quamuis non complectatur alios, quàm descendentes, † complectitur tamen cum sua qualitate hæreditaria, ut latè ibi prosequitur. & non recenseo eius rationes ad amussim, quia impressus est liber, & quilibet potest videre in fonte. ideoq; nõ est hæsitandum, † esse feudum hæreditariũ, nõ obstante doctrina Bald. in d. c. j. de eo, qui sib. & hæred. suis. † quia contra eum est communis opinio, ut testatur Alex. consl. 19. uol. 5. Paris. consil. 23. nu. 172. uol. j. Silua. in con sil. 30. ex quibus patet luculenter, † quantũ deuiet à veris terminis feudalibus Cardinal. Paris. consil. 65. uolum. 3. ubi dicit, feudum concessum pro se & hæredibus, nõ esse simpliciter hæreditarium, sed mixtum & hæreditarium secundum quid, & per accidens: uolens illud esse merum hæreditarium, quando post verbum, successoribus, sit additum, & quibuscunque, vel alia æquipollentia verba sint addita: & ibi latè per eum, & in hoc vltimo latè spatiatur Socin. iunior consl. 42. vol. 3. nam istud est merum somnium, & contra receptã omnium docti nam. † maximè Siculorũ, qui d cunt feudum istud sub tali tenore inuestituræ, feudũ esse merè hæreditariũ. & quod sit feudũ hæreditarium simpliciter, apparet ex dictis And. in c. j. §. hoc quoq;, col. 2. de success. feud. & in c. j. in fine, qui successor. teneant. & in c. j. de alienat. feud. pater. & in c. j. an agnat. & latissimè per ipsum Paris. qui citat alios, in consil. 2. num. 17. vol. j. & in consi. 3. nu. 8. & con sil. 106. nu. 21. eod. lib. Non obstant argumenta Cardinal. Paris. † & primò, quòd illa dicantur feuda merè hæreditaria, quando est addita dictio, quibuscunque, cum tunc transeat feudum etiam ad extraneos: nam decipitur, † cum iste talis tenor inuestituræ facit feuda degenerãtia à natura feudorum. at Iacob. & Arius Pinell. uocant ea, omnino hæreditaria, uocabulo improprio tamen, & inepto; & dicuntur feuda non habentia propriam naturam feudi, iuxta tex. in c. j. de feud. non habent. propr. natu. feud. & cum sit feudum degenerans alterius naturæ, Doctores nunquam vocarunt illud merum hæreditarium simpliciter, sed feudum degenerans, & improprium. & non potest negari, quin sit hæreditarium, imo transcendens naturam feudi hæreditarij, cum complectatur etiam hæredes extraneos; & tamen non excludit, quin sit feudũ merum hæreditarium absq; illa vniuersali dictione, quibuscunq;, feudum sub tali tenore concessum. Non obstat secundum, quod adducit, quòd si esset feudum hæreditarium, posset attenta dispositione consuetudinum feudorum vassallus de eo testari: certe hoc nunquàm fuit auditum, † cum sit contra tex. expressum in c. j. in princip. de prohib. aliena. feu. per Freder. & in c. j. in princip. de success. feud. nisi esset feudum degenerans, iuxta tex. in dicto c. j. de feud. non habent. propr. natu. feud. & videtur, † quòd iste Doctor confundat istos terminos, merum hæreditarium feudum, & feudum degenerans, cum Doctor. omnes di uidant ac secent. Non obstat tertium, † quòd sub nomine hæredum, non veniunt nisi descendentes, & non extranei: nam est verum, sed illi descendentes non aliter veniunt, nisi sint hæredes accipientis, ut supra dictũ est, & pulchrè declarat Hieronymus Alba. ĩ dicto consil. 3. Cum ergo feudum deferatur tanquã quid hæreditarium, non potest dici quòd sit in eo aliqua prouidẽtia Principis citra qualitatem hæreditariam, ut cõsiderarunt Pileus & Bulgar. ut dicit Andr. in c. j. §. hoc quoq;, de success. feud. nam ex hoc fuit facta ista distinctio, † ut cognoscatur in posteris & descendentibus pactũ accipientis, & prouidentia Principis citra qualitatem hæreditariam, cum in quocunq; tenore inuestituræ semper inest prouidentia concedentis, & pactum accipiẽtis, vt cõsiderant Baptista Platamonius in consil. de Baronia Furnarij & Camerarius, in Repet. dicti c. j. an agnat. & in Repet. l. j. §. præterea ducatus, de prohib. feud. aliena. per Frederic. Cum ergo feudum sub tali tenore concessum nullam habeat separationẽ ab hæreditate, ut dicunt Andr. & præfati Doctor. & ipsemet Paris. consi. 2. sequitur quòd nihil est in eo, quòd possit mixtum appellari, quasi segregatum ab hæreditate, & in eo operetur prouidentia Principis concedentis & pactum recipientis. & quatenus postea subdit alia, & allegat Afflict. ita tenere in c. j. an agnat. † manifestè intelligitur, quòd male ac pessimè intelligit istam materiam, confundens terminos: Afflict. allegãs Pern. loquitur ĩ tenore inuestituræ pro se & hæredi bus, & descẽdẽtibus, vel cũ adiũcta clausula iuris

iuris Francorum, in quibus non inficiabor esse feudum mixtum: iccirco remanet clara cõclusio, quod feudum sub tali tenore concessum sit merum hæreditarium. Quæ tamen 25 † cõclusio limitatur, nisi verbum, hæredibus, apponatur habito respectu ad filios, iuxta l. ex facto, §. fina. ff. ad Trebell. & de hoc constet; tunc clarum est, quod tale feudum non erit hæreditarium, sed ex pacto & prouidentia Principis, quando scilicet concedens illud, verbum hæredibus, intellexit de filijs, ut uoluit Andr. in c. j. §. & si libellus, col. 2. vers. quid sit dictum, de aliena. feud. patern. & sequitur Dec. consil. 3 t 5. col. 2. & Socin. iunior consil. 72. nu. 25. uol. j. Et hæc procedũt stante dispositione consuetudinum feudorũ, quibus verbum, hæres, intelligitur de descẽdẽtibus, & nõ de extraneis. At stãte noua di 26 spositione huius legis, † dicunt omnes Siculi tam commentantes istam legem, quàm cõsulentes & allegantes, quòd istud verbum, hæres, stat propriè, & comprehendit quemlibet hæredem etiam extraneum & successorem particularem extraneum: ideo stat propriè, iuxta tex. in l. sciendum, & l. hæredes, ff. de verbor. signif. ut latè prosequitur Pern. in cons. 6. col. 9. & in pleris que alijs consilijs. & Ioan. Aloif. & cæteri Siculi scribentes super hac lege, & nemo dissentit ab ista interpretatione, quem ego viderim. attamen ista 27 opinio nunquam mihi placuit, † quia non est vera: nam verbum, hęres, in inuestitura positum, etiam in Regno non comprehendit nisi descendentes acquisitoris, iuxta tex. in c. j. §. & si clientulus, de aliena. feud. & iuxta c. si aliquem, comprehendit etiam collaterales in feudo nouo, & inuestitura informatur 28 ab illo c. si aliquem, † cum expresse statuat, ut forma ac dispositio c. prædicti insit omnibus priuilegijs & inest ipso iure, ut prosequitur Pern. cõsil. 7. & consil. 21. facit doctrina Bart. in l. iusiuran. §. quod si liberi, ff. de opc. liber. cum concordantijs traditis per Loffred. consil. 19. cum ergo in dicto c. si aliquem, sint taxatæ personæ, quæ possunt succedere in feudo, non potest dici, quòd illud uerbum, hæres, sit ita elargatum, ut comprehendat quemlibet hæredem & successorem extraneũ. † & 29 si dicatur, quòd dispositio c. si aliquem, procedit ab intestato, prout expresse declarat constit. constitutionem, editam à Rege Frederico; respondetur quod ista purificantur, imo fortior sit transitus ab intestato, quàm ex testamẽto per ea, quę scribit Curt. iunior consi. 42. 3. col. Si ergo ab intestato verbum, hæres, non est ita largum, ut comprehendat etiam extraneos, debet ita censeri semper, eo quia vnum verbum positum in vna, & eadem inuestitura, non debet diuerso iure censeri, l. hoc iure, ff. de vulga. & pupill. substitu. 30 Præterea † uerba dubia dispositionis, declarãtur secundum casum successionis ab intestato, Bart. in l. hæredes mei, §. cum ita, & ibi Moderni, ff. ad Trebell. cum ergo ab intestato verbum, hæres, in inuestitura positum, nõ comprehendat quemlibet extraneum, sequi 31 tur quòd stat propriè, † & nunquam fuit elargatum per legem istam, nec mens condentis hanc legem fuit vnquam tractare de tenore concessionum, sed tantum cassare & annihilare constitutiones inhibentes alienationem feudorum, & in alio non se intromisit Princeps: iccirco stat uera conclusio, quòd illud uerbum, hæres, in inuestitura appositum, nõ sit elargatum, sed comprehendat eos so32 los, † quos vocant & consuetudines feudorum, & Regni constitutiones, & c. si aliquem. & dispositio istius legis stat firma, ut possit disponi de feudo tam in testamento, quàm inter viuos, seruata eius forma. Et si dicatur, quomodo transibit feudum ad extraneum per testamentum, vel per aliam dispositionem, si non est comprehensus in inuestitura? Respondetur, † quò ad hæredem extra33 neum non transit feudum, ut comprehensum in inuestitura: at quia ad feuda hæreditaria quis non potest venire citra ius, & nomen hæredis, ut tenent Iacob. de Beluis. Andr. & cæteri in c. j. de eo, qui sibi, & hæredib. scribit Alex. consil. 10. in 3. uol. consil. 19. 26. in 5. & hæres non potest contrauenire, quia testator prout potest de propria re disponere, pariformiter & de re hæredis, l. vnum ex familia, §. si rem, ff. de legat. 2. & in §. potest, Instit. de singul. reb. per fideicom34 miss. relict. cum similib. & si † feudum hæreditarium alienatur inter viuos, non potest agnatus hæres recuperare, per tex. in l. cum à matre, C. de rei vend. ex illa regula, ex qua persona, ff. de regul. iur. & ex regula, quem de euictione tenet actio. & scribit Andr. in c. j. §. si libellum, de alien. feu. patern. & ideo alienatio feudi de consensu domini introducta per istam legem, valet in præiudicium succedentium in feudo hæreditario, ex quo illud non possunt habere citra ius & nomen

hære-

hæredis, ut latissimè per Alex. in dicto consil. 19. 26. 28. 34. uol. 5. & Paris. latissimè consil. 2. nu. 45. uol. j. Curt. iunior consilio 155.
35 † & inuentarium non proficit in feudo hæreditario, prout est communis opinio, ut latè deducit And. in c. j. an agnat. Alex. consi. 19. 26. 28. vol. 5. Curt. iunior consil. 155. & est clara decisio And. in d. c. imperialem, in princip. col. final. de prohib. feud. alienat. per Frederic. quam refert & sequitur Antoni. de. Alex. in consil. vltimo, inter consil. Loffred. nu. 51. quicquid dixerit Dec. consil. 185. & Alexandri. consi. 83. sequitur Dec. futilibus rationibus. & ista opinio quod inuentarium nō prosit in feudo hæreditario, est receptissima in hoc Regno, quam tenet etiā Gozad. consil. 4. Didac. Couarr. lib. 2. varia. resolut. c. 18. Laurent. Silua. consil. 30. nu. 33. 34. & alij multi, quos longum esset referre, qui testantur hanc esse veram, & magis communē opinionem. ideoq; patet euidenter, quòd stante dispositione istius legis, verbum, hæres, non est elargatum, quia de hoc non tractat: & quod valeat alienatio feudi, ē ex eo, quia sunt correctæ constitutiones inhibentes alienationem feudorum; & quod præiudicat successoribus, quia non possunt aspirare ad feudum citra ius & nomen hæredis, & ideo non possunt contrauenire. & ista est vera, & analetica resolutio. Et per ea, quæ dicta sunt, patet quàm ociosum fuerit extra aleam disputare, an per istam legem formetur adeo alienatio, ut pręiudicet etiam agnatis, & sic corrigat c. j. de aliena. feud. patern.
36 nam † ista lex nil aliud facit, nisi quia tollit prohibitionem ipsius Principis, & non intendit alteri præiudicare: & ideo in causa Vicari non fuit præiudicium agnatis ex lege ista, quæ non validat nisi alienationem, quæ non poterat fieri citra expressam licentiam Principis; & præiudicium fuit agnatorum ex eo, quia feudum erat hæreditarium, & sic agnatus hæres non poterat contrauenire etiam confecto inuentario per ea, quæ dicta sunt. & c. j. de aliena. feud. patern. † non
37 potest intelligi, nisi in casu, in quo forma & tenor inuestituræ esset talis, qua posset agnatus repudiata hęreditate retinere feudum, iuxta tex. in c. j. an agnat. qui tex. procedit,
38 quando forma est, pro te & liberis: nam † in feudo hæreditario nō succedit agnatus, qui non fit hæres, ut latè per Alex. consi. 10. vol. 3. Curt. iunior consil. j. Paris. consil. 23. num. 172. uol. j. quicquid dixerit Chirc. in causa Vicari. & nimirum, si miserè & doloratè antiqui in causa Ciminnæ iudicarunt; & peius fecissent in causa Vicari, ni succurrisset Infans Ioannes, nam digladiabantur Andabatarum more oculis clausis, & ego vidi antiquorum allegationes in illa causa, Iacob. Chirc. & aliorum, quę sunt meræ neniæ.

## S V M M A E.

1 *Pro heredibus & descendentibus, forma qua.*
*Aliqui, quod sit feudum hereditarium. nu. 2.*
3 *Heres verbum, designat qualitatem hereditariam.*
*Opinio illa tenenda, quòd sit feudum pacti & prouidentia Principis. nu. 4.*
5 *Descendentibus ex dictione, prospectum expressè ipsis descendentibus censetur.*
*Andr. tenet sub tali forma, feudum eße hereditarium. nu. 6.*
*Formarum pro heredibus, & pro heredibus & descendentibus, distinctio ab Andrea. nu. 7.*
*Heres uerbum, stante adiuncto, immutat naturam suam. nu. 8.*
9 *Feudum ex adiuncto censetur. pacti & prouidentia Principis.*
10 *Verbi & descendentibus appositio, demonstrat mentem Principis, quid intellexit sub verbo, heredibus.*
11 *Loffred. non est tanti, ut propter eius addubitationem discedamus ab opinione Andr.*
12 *Verbum & descendentibus, immutat naturam pracedentis verbi.*
13 *Heres in inuestitura feudorum intelligitur de descendentibus masculis.*
14 *Expressio eorum, qua tacite insunt, nihil operatur.*
15 *Descendens verbum, nemo est qui dicit, quòd in inuestitura comprehendat heredem.*
16 *Andr. sub tali tenore determinat esse feudum pacti & prouidentia Principis.*
17 *Heres verbum in descendentibus, non perdit naturam propriam.*
*Ex tali adiuncto clarissimè constat de mente Principis, quòd voluit prospicere descendentibus. nu. 18.*
19 *Expreßio debet aliquid operari.*
20 *Expreßio eorum, qua tacite insunt, nihil operatur, falsa illatio.*
21 *Expressio aliter facta quàm insit, & per alium modum, benè operatur.*
22 *Tex. in l. 3. de legat. 1. cum similibus, procedit quando tacitum inest ex necessitate.*

*Expressio*

23 *Expressio in omnib. dispositionibus, si potest proficere, operatur, regula est uera,*
*In feudis quod tantum importat pro te & haeredibus & descendentibus, potest esse verum de vocatis, & non ad dignoscendum formam feudi. nu. 24.*
*Andr. distinguit istas formas in successione vterini. 25.*
*Neapolitani abnegarunt iniustè coram Andr. nu. 26.*
27 *Anton. de Alex. falsa consideratio.*
28 *Andreae mens deprehenditur ex eius verbis.*
29 *Illa alternatiua ponitur circa tenorem inuestiturarum.*
30 *Loffred. refellitur & num. 31. 32.*
33 *And. nil dicit de forma copulata & mixta. & num. 34.*
35 *And. verba corrupta.*
36 *And. ponit differētiam inter istas duas formas, & quid sentiat Cumanus. num. seq.*
38 *And. determinat in §. praeterea Ducatus, talem formam esse pacti & prouidentiae Principis.*
39 *And. opiniones conciliari debent.*
40 *Opinione à communi non est recedendum.*
41 *Opinioni eorum, qui distinguunt, standum est.*


SED quid si fuerit additum formę praedictae, de tuo corpore legitimè descendentibus, vt sit forma siue tenor, pro te & haeredibus tuis, de tuo corpore legitimè descendentibus, † an ista forma sit haereditaria, an pacti & prouidentiae Principis? & in hoc passu videtur varius Andr. nam videtur vnam & alteram opinionem tenere: nam in c. j. ex quibus caus. feud. amitt. videtur tenere, quòd sit feudum haereditarium; & idem videtur sentire in cap. j. §. hoc quoque, de success. feudo. & in c. j. de Capit. qui cur. vend. & in c. j. de alien. feud. pater. §. si libellum, col. 2. & istam opinionem, † quòd talis tenor designet, quòd sit simplex haereditarium, tenet Sebastianus Neapol. in consuetud. quae incipit, & si testator, & communiter Doctor. Neapolitani, vt testatur Afflict. in decis. 140. & decisio. 195. & decis. 240. & attestatur ita fuisse iudicatum per Sacrum Consilium Neapolitanum; & istam opinionem latissimè disputando firmat Loffred. in consil. j. vbi testatur bis in Consilio Caesareo secundum istam opinionem fuisse iudicatum; & hanc opinionem etiam tenet, & firmat Anton. de Alexand. in consilio vltimo inter consil. Loffred. num. 52. quam opinionem videtur etiam amplecti Curt. iunior in consil. 3. quam opinionem è nostris Siculis tenuit primò Baptista Platamonius, in consilio in causa Furnari, Simon Viuicitus in quaestione feudi Rabulgini. Et in eadem causa eandem opinionem tenuit Iacob. Chirc. nouissimè eandem opinionem amplexus est Ioannes Aloys. à Septimo, in causa Magazoli, qui viri obtinuerunt magnam auctoritatem in hoc Regno. Mouentur primò; 3 † quia verbum, haeres, denotat qualitatem haereditariam, quod non potest negari, ergo feudum haereditarium. & sub ista ratione dicunt, quòd Andraeas in pluribus locis tenuit istam opinionem, vt in cap. j. §. etsi libellum, colum. 2. de alienat. feud. pater. & in c. j. §. quid ergo, de inuestit. de re alien. fact. & in c. j. §. final. de feud. cognit. Et in aliis locis per Loffred. citatis in dicto consilio primo. ideoque in ista opinione Andr. quem sic intelligunt, consistit neruus eorum opinionis; ideoque si demonstrabitur And. nullibi tenuisse dictam opinionem, concidit eorum opinio, & assertio: quanto fortius, quando demonstrabitur Andraeas tenuisse contrariam opinionem. Ideoque non 4 obstantibus praedictis, † tenenda est illa opinio, quòd feudum sub tali tenore inuestiturę seu forma, sit pacti & prouidentiae Principis: nam nemo sani capitis poterit nega- 5 re; † quòd sub ipso tenore inuestiturae non sit prospectum expressissimis verbis descendentibus acceptoris, cum verba ipsa expressè hoc significent, & intendant. Si ergo specificè dicta verba prospiciunt descendentibus acceptoris, & illis est facta concessio, iam perspicuum est sub tali forma feudum esse pacti & prouidentiae Principis, argum. tex. in l. 3. in fin. ff. de interdict. & relegat. 6 † & hoc expressè voluit Andraeas in cap. j. §. hoc quoque, in 2. colum. de success. feud. vbi dicit expressissimis verbis, quòd tenor inuestiturae, qui dictat pro descendentibus, efficit feudum pacti & prouidentiae Principis, iuxta considerationem Bulgari, & Pilei. Ergo tantus Doctor decidit hanc haesitationem. Et mirandum est, cur allegetur in contrarium, cum ipse Andraeas sub ipsis verbis, & descendentibus, intelligat formam feudi esse pacti & prouidentię Principis. Non obstat, si dicatur quod Andr. loquitur in d. §. hoc

quoque, de success. feud. quando in inuestitura est appositum verbum, descendentibus simpliciter, secus quando præcedit, vel sub sequitur verbum, hæredibus: nam tunc dicit Andr. in dicto §. hoc quoque, quòd verbum, hæredibus, facit feudum hæreditariũ; 7 nam respondetur, † quòd Andr. in dicto loco, distinguendo formas, dicit quòd verbũ, hæredibus, simpliciter prolatum in inuestitura, facit feudum hæreditarium; & verbũ, descendentibus, parimodo facit feudum pacti & prouidentiæ Principis; & nihil dicit, quando coniunguntur: sed satis est, quòd dicat illud verbum, descendentibus, facere feudum pacti & prouidentię Principis. ideo 8 que stante hoc, † dictum verbum, hæredibus, præcedens immutat naturam suam, cũ appareat de mente Principis, quòd intellexit de filiis, dum dixit, hæredibus & descendentibus de tuo corpore, & in isto casu Andreas decidit in cap. j. col. 2. vers. quid ergo, de alien. feud. pater. quòd tunc erit feudum pacti & prouidentiæ Principis, & hanc decisionem Andr. refert, & sequitur Dec. in con sil. 185. & consil. 365. Dec. refert, & sequitur Socin. nepos, consil. 72. num. 25. vol. j. & consil. 112. num. 9. vol. 2. & in consil. 42. vol. 3. vbi decidir istum casum, dum vult, 9 † quòd si post verbum, hæredibus, adiungitur aliquid, quo comprehendi possit, quòd concedens intellexerit de liberis, semper feudum est pacti & prouidentiæ Principis, per dictam decisionem And. & quid clarius potest poni in inuestitura, quo possit demonstrari mens Principis concedentis, quòd sub illo verbo, hæredibus, voluerit intelligere de filiis, quàm appositio dicti verbi, & descendentibus de tuo corpore? Quod 10 † verbum clarissimè demonstrat mentem Principis, quid intellexerit sub illo verbo, hæredibus, scilicet vt intelligatur de filiis descendentibus, iuxta doctrinam Andr. in loco superius allegato, quam tanquam veram, & Iuri consonam, sequuntur præfati 11 Doctores, † quamuis de ea cespitet, ac dubitet Loffred. in dicto consilio primo, qui non est tanti, vt propter eius addubitationem discedatur ab opinione Andreæ, qui coniuncto vno, & altero loco, decidit istam quæstionem, quem Andr. in dicto cap. j. §. si libellum, in terminis nostris ita interpretatur, & sequitur Afflict. in cap. j. de inuestitura, quam Titius accepit à Sempronio.

12 Et ratio est, quia illud verbum, † & descendentibus, adiunctum immutat naturam pręcedentis verbi, per ea quæ Andr. dicit in c. j. col. 4. qualit. olim feud. alien. poter. quem in terminis nostris adducit Afflict. in cap. j. §. hoc quoque, de success. feud. & in cap. j. an agnat. & in c. j. de inuestitura, quam Titius accepit à Sempronio. nec ista opinio potest conuelli, si dicatur quòd illa verba, & descendentibus, nil operantur: nam il-13 lud verbum, † hæres, in inuestitnra feudorum, intelligitur de descendentibus masculis, cap. j. §. & si clientulus, de alienat. feudo. & paria sunt attentis consuetudinibus feudorum, concedere pro te & hæredibus, vel concedere pro te & hæredibus de tuo corpore legitimè descendentibus, vt dicit Pern. consil. 14. ideo cum exprimantur ea, 14 quæ tacitè insunt, eorum expressio † nihil operatur, l. 3. ff. de legat. j. l. 3. C. de fideiuss. Ad hæc respondetur, quòd in hoc est fallacia: nam si verum est, quòd verbum, hæres, intelligitur de filio hærede, vel descendente, & non de extraneo, cap. j. §. & si clientulus, de alien. feud. c. fin. si de feud. fuer. contro. inter domi. & agnat. vt quàm optimè explicant Loffred. in dicto consilio primo, & Hieronymus Alban. consil. 3. At-15 tamen non inuenitur, qui dicat, † si tenor inuestituræ dictet, pro descendentibus, quòd è conuerso intelligatnr descendens hęres, vt feudum sit merum hæreditarium: quinimò Andr. in dicto c. j. §. hoc quoque, 16 de success. feud. determinat, † tale feudum esse pacti & prouidentiæ Principis. sic determinat Andr. in dicto c. j. §. hoc quoque. cur diuersum, si apponitur illud verbum, & descendentibus, post verbum, hæredibus? nam dato quòd verbum, hæres, de se latum, restringatur ad hæredes descendentes, vt Loffred. in d. consil. j. & Hieron. Alban. in d. consil. 3. bene explicant: attamen verbum, 17 † hæres, eo casu non perdit naturam propriã in ipsis descendentibus. nam descendentes, qui comprehenduntur sub illo verbo, hęredes, nõ vocãtur ex pacto & prouidẽtia Principis specifica, sed ĩ genere vocãtur hęredes, quia ex dispositione, & natura feudorũ, non vocãtur alij hęredes, nisi descẽdẽtes, ideo dicitur feudũ merũ hęreditariũ. at qñ tenor inuestituræ non contentatur de verbo, hæredibus, sed expresse disponit de descẽdẽtibus, clarissimè cõstat mentẽ Principis fuisse pro-

spicere

18 spicere descendentibus, † tanquam generi & posteris, & ampliare illam dispositionem in fauorem descendentium, ut expressè censeantur vocati ad feudum, qui in primo tenore inuestituræ non vocabantur, nisi quatenus verbum, hæres, restringebatur ad hæredem sanguinis ex natura feudorum, & ideo illa
19 † expressio debet aliquid operari, prout cõsiderat Afflict. in d.c.1. de inuestit. quam Titius accepit a Sempronio. & ex his redditur
20 falsa illatio illa, † quòd expressio eorũ, quæ tacitè insunt, nihil operatur: nam (vt ex de-
21 ductis superius patet) † ista expressio cum sit aliter facta, quàm insit, & per alium modum, bene operatur, vt tradunt omnes in d. l.3. ff. de leg.1. & uoluit Loffred. in d. consil. 1. Præterea regula desumpta ex tex. in d.l.3.
22 procedit, † quando inest tacitum ex necessitate, secus si inesset ex voluntate disponẽtis, etiam præsumpta à lege: nam tunc expressum facit cessare tacitum. sic Bar. declarat in d.l.3. vers. oppono de l.fi. ff. de lega.1. quę in specie nostra bene quadrãt, nam ex præsumpta mente concedeutis, sub verbo, hæredibus, comprehenduntur solùm hæredes descendentes, quæ mens informatur a consuetudinibus, & lege feudorum: & ideo si Princeps exprimat in concessione, illa expressio operatur, & facit cessare tacitũ, quod nõ erat ex necessitate, sed totum pendebat à uoluntate cõcedentis per dictam doctrinam Bar. in d.l.3. quem sequuntur ibi Doct. & eandẽ opinionem etiam tenet Alber. in l. si arroga
23 tor. ff. de adopt. † quinimò ista est vera regula tam in conditionibus, quàm in dispositionibus, quòd si expressio & adiectio põt proficere, tũc non est paruis taciti, & expressi, prout eleganter docet Emil. Ferret. in d.l. 3. col.19. ff. de leg.1. cum ergo illa expressio proficiat tã descẽdẽtibus acceptoris, quàm ipsi concedenti, meritò dicta expressio operatur per prædicta. & quatenus verum esset, quòd tantum importat concedere pro hæredibus simpliciter, quãtũ pro hęredibus & descendentibus, potest esse verum, intelligen-
24 do de vocatis: nam sub verbo, † hæredibus, non intelliguntur alii uocati, nisi hæredes descendentes, secus ad dignoscendum, quid nam sit feudum hæreditarium, uel pacti & prouidentiæ Principis: nam & in alio
25 circa successionem uterini, † inter istas duas formas constituit expressam differentiam Andr. in constit. ut de successionibus, quem sequuntur omnes, ideoque apparet euidenter, quòd ista opinio est verè firmata rationibus ueris, & inconuincibilibus. & ne desint auctoritates, istam opinionem clarissimis uerbis tenet And. in d.c.1. §. præterea Ducatus, de prohib. feu. alien. per Fre-
26 der. Et mirãdum est, † quòd Neapolitani abnegarunt eorum Andream, quem soliti sunt venerari, & iure optimo: nam Andr. in dicto loco expressissimis verbis, vt dixi, tenet hanc opinionem. & quatenus excellens Doctor Antonius de Alexand. in dicto consilio ult. sub num.54. respondit, quòd And. in dicto §. præterea Ducatus, loquitur in tenore inuestituræ disiunctiuè pro te & liberis, uel hæredibus: nam tunc sufficit unam partem esse ueram, secus quando copulatiuè, cum requiratur concursus in copulatis, l.& si hæredi plures, ff. de condi. instit. nam isto casu,
27 dicit ipse, procedit altera opinio Andr. † attamen ista consideratio Antonij de Alexand. processit ex falsa imaginatione: nam præsupponit ipse, quòd Andr. senserit, quòd in vnico tenore inuestituræ fuerint apposita omnia illa uerba, quod est multum alienum a mente, & consideratione Andr. quæ
28 mens Andr. eius deprehenditur uerbis: † nã Andr. uolens ostendere tenorem inuestituræ pacti & prouidẽtiæ Principis, dicit quòd si feudum est concessum liberis uel hæredibus de suo corpore legitimè descẽdẽtibus, quòd tunc erit feudum pacti & prouidentiæ Principis, prout considerarunt Pileus & Bulgarus. quasi dicat, si sit concessum feudum liberis, nulla facta mentione hæredũ, erit feudum pacti & prouidẽtiæ Principis, ut sępius dixit; & idem si esset concessum feudũ hęredibus, cũ illo adiuncto, de tuo corpore legitimè descendentibus. tunc etiam erit idem in hoc casu, ut sit feudum pacti & prouidẽtię
29 Principis. ideoque illa † alternatiua ponitur circa tenorem inuestiturarũ, & non quod sit posita in vno & eodẽ tenore inuestituræ, ut considerauit Anton. de Alex. de quo mirandum est, quòd uoluerit in apertissimis uerbis Andr. nõ dico philosophari, sed nugari; & ideo melius, ac rectius sensit Loffed. in dicto con
30 sil. 1. † qui quærens, nec inueniens, nec quidem rimulam, qua posset elabi ab expressa opinione Andr. dixit audacter, magis quàm
31 verè, † quòd Andr. in dicto §. præterea, errauit: sed oportebat demonstrare errorẽ, quod non fecit. ideoque remanet inconcussa opi-

niæ Andr. pro ista parte. Non obstat quatenus asserunt, quòd And. in pluribus locis tenet contrariam opinionem, quòd sit feudũ hæreditarium: nam hoc nõ est verum, quia
32 An dr. nullibi tenet, quòd † feudum sub dicta forma cum illo adiuncto, & descendentibus de tuo corpore, sit feudum merum hæreditarium: nam Andr. nil aliud facit in dictis locis, nisi quod distinguit feudum hę reditariũ à feudo pacti, & prouidentiæ Principis. ad quæ cognoscẽdum dicit, quòd tũc hæreditarium, quando feudum conceditur hæredibus; & tunc dicitur pacti, & prouidẽtiæ Principis, quando datur liberis, vel descendentibus. ita determinat in dicto c. 1. §. hoc quoque, de successſ. feud. & sic Andr. loquitur in dicto loco de dictis duabus formis separatis, & nihil dicit, nec quærit, nec determinat, si ambæ dictæ formæ coniũgantur, videlicet si dicatur in concessione, pro hæredibus de tuo corpore legitimè de-
33 dentibus: nam † de hac forma copulata seu mixta, nil dicit ibi Andr. sed bene determinat in dicto §. præterea Ducatus, & pariformiter nil dicit in c. 1. in fin. qui succe. teneant. de isto tenore inuestituræ, quãdo copulantur ambæ formæ, nec etiam in c. 1. §. huius generis, col. 2. ex quib. cauſ. feud. amitt. nam ibi solùm dicit, quòd tenor inuestituræ, quæ dicit, pro liberis, & descendẽtibus ex corpore, facit feudum pacti & prouidentiæ, quod non negatur: sed non quærit, nec disputat, nec decidit, quandò, & verbum, hæredibus & descendentibus, copulãtur, & ideò dictæ auctoritates Andr. nil faciunt ad id, de quo quæritur, cum loquatur de simplicibus formis, & non de copulatis, & mixtis, sic respondetur etiam & in alijs
34 locis citatis per Loffred. † solum pungit aliquid And. in c. 1. §. & si libellum, col. 2. de alien. feud. pater. vbi videtur dicere, quòd talis forma, siue tenor inuestiturę, pro te, & hæredibus de tuo corpore legitimè descendentibus, sit feudum hæreditarium: tamen si bene considerantur ibi verba Andr. ponit quæstionem sub illis terminis, videlicet si est concessum feudum pro hæredibus, expressis verbis, cum in superiori quæstione determinauerit in feudo informi, quod ẽt intelligitur cõcessum pro hæredibus. ideo
35 que illa verba, † quæ subsequuntur, sicut est forma communis priuilegiorum in regnò, pro te & hæredibus tuis de tuo corpore legitimè descendentibus, non sunt verba And. sed sciolus quidam apposuit in margine, & inde vitio, & errore imprimentis fuerunt relata in cõtextum. & quod hoc sit verum, demonstratur apertissimè: nam cum Andr. ponat quæstionem sub illis simplicibus terminis, pro te & hæredibus, certę nõ erat consonum addere, sicut est communis forma, pro te & hæredibus tuis de tuo cor-
36 pore legitimè descendentibus. † nam Andr. inter istas duas formas ponit specificam differentiam in constit. ut de successionibus. vbi determinat, quòd in feudo, pro te & hę redibus, succedat frater uterinus fratri: Et nihilominus in illa forma, pro te & hæredibus de tuo corpore legitimè descendentibus, hoc negat; ponens expressam differentiam inter vnam & alteram formam. ideo apparet manifestè, quòd illa non sunt uerba Andr. Præterea Andr. ibi præsupponit quæstionem sub illa hipothesi, pro te & hæredibus, & illam determinat, & asserit esse feudum hæreditarium: quatenus verò incidenter dicit, sicut & communis forma priuilegiorum in Regno, pro te & hæredibus de tuo corpore, &c. de illa non tractat, nec etiã determinat: ideoq; quamuis possit apparere de eius mente, quòd hoc significaret, nihilominus ex quo illam quæstionem sub illis terminis specificè nõ determinat, & examinat, non potest habere pro auctoritate,
37 † ut determinat Cuman. in consil. 101. col. 3. Abb. in c. boue, lo secondo, de postul. prælat. Socin. nepos, in consi. 1. in pen. col. ideoque cùm in dicto c. 1. §. & si libellum, col. 2. Andr. nihil expresè dicat de dicta forma, & in d. §. præterea Ducatus, hoc expressissimis verbis determinat, igitur stãdum est determinationi Andr. in d. §. præterea Ducatus, quem sequitur relictis suis Neapolitanis, & comprobat Afflic. in c. 1. §. hoc quoque, de successſ. feud. & in c. 1. de inuest. quam Titius acceperat à Sempronio, & in c. 1. an agnat. & quando aliquis instaret, ꝙ And. in d. c. 1. §. & si libellum, determinat,
38 † quòd sit feudum hęreditarium, non potest negari, quin in d. §. præterea Ducatus, determinauerit esse feudum pacti & prouidentię Principis: oportet enim vt istę auctoritates
39 concilietur, † ut in vtroq; loco verum dicat, vt sit simul feudum hęreditarium & pacti & prouidentiæ Principis, scilicet sit feudũ hæreditarium: quia non potest etiam agnatus

aspirare

aſpirare ad feudum citra ius, & nomen hęredis. ſit feudum pacti, & prouidentiæ, quia ſi lius vel agnatus hæres confecto inuentatio recuperabit feudum alienatum à patre vel agnato, & ſic erit feudum formæ mixtæ. Ita determinat Gulielm. de Pern. in conſi. 7. & 22. feudalium, quem ſequuntur omnes noſtri Siculi tam in lectura ſuper c. Volentes, quàm in conſilijs, & allegationibus, & dictam opinionem Guliel. de Pern. etiam refert & ſequitur Afflic. in c. 1. an agnat. & Afflic. refert, & ſequitur Card. Pariſ. conſi. 63. vol. 3. quem refert, & ſequitur Soc. nepos conſi. 42. vol. 3. idem ſequitur & firmat ipſe met Soc. nepos, conſ. 109. & cõſ. 114. vol. 1. vbi allegãdo Affl. in d. c. 1. an agna. ſubiũgit poſtea, hanc eſſe cõem opinio. ideoq; cũ iſta 40 ſit cõis opinio, & vera, † nimirũ ſi ab ea nec ĩ iudicãdo nec cõſulẽdo eſt recedẽdũ, pro ut annotant Io. And. & Doctor. in c. 1. de conſtit. pro qua opinione facit, quia adhærendum 41 eſt † opinio. Doctoris diſtinguentis, & reducentis opiniones ad cõcordias, ut probat tex. in l. ſi finita. §. illud, ff. de dam. infec. & in l. adeo, §. cum quis, ff. de acq. rer. domi. tradunt Imo. & Paul. de Caſtro in d. §. illud. Soc. nepos, conſi. 121, nu. 36. vol. 2. Hieron. Grat. conſi. 34. nu. 8. vol. 2. & fortius procedit iſta opinio, nã ſic declarauit Rex Alfonſus in priuilegio Mazarra, conceſſo Conrado Spatafora, Ideoq; apparet hanc opinionem eſſe veram, & communem, & ab ea nõ eſt diſcedendum, nec in iudicando, nec in conſulendo, per prædicta.

## S V M M AE.

1 *Inueſtitura tenor pro hæredibus, itaq; viuatur iure Francorum, an faciat feudum pacti & prouidentiæ Principis.*
2 *Blaſc. de S. Angelo, ſolemnis Doctor, tenuit eſſe feudum hæreditarium, & nu. 3.*
4 *Sententia Principis facit ius.*
5 *C. volentes, aliter intellectus, ſeruiret de vento.*
6 *Regis Iacobi, & Frederici tempore viuebatur in Regno iure Francorum.*
7 *Fredericus Rex ſic interpretatus eſt in donatione Riccardi de Paſſanito, 7.*
8 *Interpretatio legis ſpectat ad Principem.*
9 *And. aſſerit tenere ſub tali clauſula, eſſe feudũ hæreditarium.*
10 *Feudum pro ſe & hæredibus, eſt hæreditarium.*
11 *Clauſula ſi adijciatur poſt uerbum, hæredibus, iuris Francorum, non fit interpretatio, ut corrigantur præcedentia.*
12 *Principem vnico verbo tantam diſpoſitionem præcedentem velle ſubuertere, non eſt veriſimile.*
*Clauſula illa non debet referri ad diſpoſita. nume. 13.*
*Feudum ſub tali clauſula eſt hæreditarium, & poteſt alienari ſecundum And. nu. 14.*
15 *Deſcendentes niſi ſint hæredes, non poſſunt aſpirare ad dictum feudum, & non poſſũt cõtrauenire.*
16 *Clauſula iuris Francorum, quò ad primogenitũ idem operatur, quod clauſula deſcẽdẽtes ad agnatos.*
17 *Clauſula iuris Francorum deſignat ordinem ſuccedendi.*
*Clauſula dicta non ſtringit formam, nu. 18.*
*Clauſula dicta deſignat ordinem ſuccedendi, ut inquem tranſit feudum, ſeruet talem ordinem. nu. 19. 20.*
*Clauſula talis non immutat naturam feudi hæreditarij, nu. 21.*
*Nec reſtringit tenorem inueſtituræ, ſed dat modum uiuendi, & circa ſucceſſionem, nume. 22. 23.*
24 *Comitatus habet annexam clauſulam iuris Francorum.*
25 *Legitimam pater poteſt diſſipare.*
26 *Feudum pacti et prouidentia Principis non poteſt dici omni reſpectu.*
27 *Succeſſio delata primogenito, refertur ei, ut hæredi.*
28 *Opinio in regno eſt recepta, quòd feudum ſub tali tenore, ſit pacti & prouidentiæ Principis.*
29 *Clauſula iuris Francorum nil aliud importat, niſi quod feudum referatur primogenito.*
*Et comprehendit deſcendentes, et in Regno etiã tranſuerſales. nu. 30.*
31 *Concedens quòd intellexerit de alijs primogenitis, quàm deſcendentibus eſſet abſurdum cõſiderare.*
32 *Primogenitus ſuccedit ex Principali prouidentia, et ex contractu Principis.*
33 *Pater nõ põt priuare filiũ iure primogenituræ.*
34 *Primogeniti habent à Principis prouidentia, iõ feudum pacti et prouidentiæ Principis.*
35 *Hæredibus verbum, ſubiecta dicta clauſula, intelligitur de liberis, et nu. 36.*
37 *Guliel. de Pern. multoties tractauit hanc quæſtionem.*
38 *And. tenet, quòd feudum ſub tali tenore, ſit pacti et prouidentiæ Principis.*
39 *Primogenitura iure ſine cauſa non poteſt quis priuari.*

40 *Clausula iuris Francorum, stringit in tantum, quòd complectitur solos hæredes sanguinis.*
*Nemo audet in Regno disputare contrariū.n.41.*
42 *Opinio communis seruata in Regno.*
*In causa Vicari dictabat inuestitura, pro te & heredibus.nu.43.*
44 *Hæres non potest contrauenire facto defuncti.*
45 *Cap.si aliquem, procedit ab intestato.*
46 *Inuestitura omnes si essent sub dicta clausula, non seruiret de vētō ista lex, imò operaretur.*
47 *Riccardus de Passanito erat primus acquisitor, qui non ligatur forma.*
48 *Inuestitura tenor derogat omni naturæ feudorum.*
49 *Fredericus Rex confirmauit donationem validam.*
50 *Vincendi desiderium, & calor pugnæ, faciūt homines insanire.*
51 *Intellectus ad tex.in l.nam & ea, ff.de condit. & demonstra.*
*Tex.ille probat opinionem Gulie.de Peru.n.52.*
53 *Feudum hæreditarium simpliciter, quamuis in eo comprehendantur hæredis sanguinis, non possunt tamen contrauenire facto defuncti.*
54 *Concedens quando intellexit deliberis, intelligitur uerbum, hæredibus.et nu.55.*
56 *Causa originalis non attenditur, sed accidentalis & subnixa.*
57 *Feudum pro hæredibus & descendentibus quod sit hæreditarium simpliciter, falsum est.*
58 *Clausula iuris Francorum quòd procedat ab intestato, est merum somnium.*
59 *Iuris Francorum sub clausula sunt taxata persona.*
60 *Argumentum extra id, de quo quæritur.*
*Ista lex procedit indistinctè sub quacunq; forma sit feudum.nu.61.62.*
63 *Pater dissipando bona, per quandam consequentiam dissipat legitimam, quia consideratur tempore mortis.& nu.64.*
65 *Legitima quando in specie determinata datur filio, non inuenitur hoc iure cautum.*
*Intellectus ad consiliū Oldr.94.et n.66.67.68.*
69 *Veritas est, quod sub tali tenore dicitur feudum mixtum.*
70 *Interpretatio Sigismundi Loffred.de verbis Andr.nil valet.& nu.71.*
72 *Doctor perfunctoriè loquens, non est allegandus.*
73 *Opinionis communis, & vera limitatio.& nume.74.*
75 *Clausula iuris Francorum restringit generalitatem verbi, hæredibus.& nu.76.*
77 *Dispositio qualibet debet interpretari, ne contineat repugnantia.*

SED magna fuit olim dubitatio, an si tenor inuestituræ sit pro hæredibus & successoribus, † ita q̄ viuatur iure Francorum, vtrum talis forma faciat feudum istud pacti & prouidentiæ Principis, ita quòd non possit alienari in extraneum, in præiudicium agnatorum? & in hac hypothesi intendo latius immorari, & recitare opiniones antiquorum, ac modernorum.& † primò Blasc.de Sanct. Angelo, qui fuit solemnis Doctor, tenuit in quodam consil.suo incipiente, viso præsenti. & in alio consilio, quod est potius additio primi, per hanc legem posse alienari feudū sub tali tenore inuestituræ in præiudicium agnatorum, tāquam feudum hęreditarium. motus, † quia sic fuit iudicatum in causa Vicari per Infantem Ioannem, quam sententiam comprobarunt postea omnes, & sępe ita fuit exinde iudicatū. Inquit ipse, ideoq; ita tenendum, cum † sententia Principis sit lex, l.final.C.de legib.& sit lex extrauagans, vt dicunt Bartol.& Angel.in l.cum prolatis, ff.de re iud. Adducit secundò, † quòd c.Volentes, si aliter intelligeretur, esset inutile, cum omnia priuilegia in isto Regno habeāt clausulam iuris Francorum, dicens nullum vnquam priuilegium vidisse absq; dicta clausula, quod minimè dicendum est: quia esset contra tex.in l.si quando, ff.de legat.j. eo maximè, † quia tempore Regis Iacobi, & Frederici conditoris huius legis, viuebatur in Regno iure Francorum, ut patet in c.si aliquem, & in constit.constitutionem. Tertiò, † quia Rex Fredericus, conditor capituli, sic interpretatus est in confirmatione donationis, à Riccardo de Passanito factæ, quam fecit Gulielmo secundo genito de Casali Palagoniæ, & † interpretatio legis ad Principē spectat, l.leges sacratissimæ, C.de legib. & sententia Principis, maximè in feudis, habet vim legis generalis, l.final.C.de legib.cum sua glos. subdens † tale feudum cum dicta clausula, esse hæreditarium secundum And. in c.j.§.hoc quoq;, de success.feud.& in c.j. §.si libellum.vers.sed nunquid, de alien.feu. pater.Blasc.refert, & sequitur Gerardus Aliata Proton.in causa Comitatus Sclafani, & vocat ipsum Blasc.excellentem Doctorem. & mouetur primò ipse Gerardus, confirmando

do opinionem Blasc. quòd non potest nega-
10 ri, † quin feudum concessum pro te & hæredibus vel successoribus, sit feudum hæreditarium, & auctoritate huius legis, possit alienari in præiudicium agnatorum, secundum veram & receptam sententiam in hoc Regno à tempore, quo iudicauit Infans Ioannes in causa Vicari. Si † ergo post dictum largũ tenorem inuestituræ adijcitur clausula iuris Francorum, non debet fieri interpretatio, qua corrigantur præcedentia: nam istud esset contra tex. in l. nam ad ea, ff. de condit. & demonstr. quæ licèt loquatur in vltimis voluntatibus, tamen glos. in l. pacta nouissima, C. de pact. transfert ad contractus. & idẽ facit Barr. in l. fin. §. idem quæsijt, ff. de condict. in debit. & Paul. de Castro scribit in cõsil. 159. incip. in præsenti causa Maioriæ Hispaniensis, in antiquis. nam † non est verisimile, dicit ipse, Principem totam præcedentem dispositionem voluisse vno verbo subuertere, l. si quando, C. de inoffic. testam. Secundò dicebat, † quòd illa clausula post verba, per quæ poterat feudatarius disponere alienando, non debent referri ad dictum casum dispositum, c. ecclesia, & ibi Abb. annotat, de elect. ideo dicta clausula non debet referri ad illud, quod erat prius dispositum, sed seruari debet non facta alienatione. Tertiò. quia † istud feudum est hæreditarium, & potest alienari secundum And. in c. 1. in fin. qui succes. tenean. & in c. 1. de aliena. feud. patern. in quibus locis And. determinat feudum concessum Titio, & hæredibus de suo corpore legitimè descendentibus, posse alienari in præiudicium descendentium: nam cum † descendentes non possint aspirare ad dictum feudum citra ius, & nomen hæredis, sequitur quòd facta alienatione per defunctum, ipsi qui sunt hæredes, tenentur stare facto defuncti. l. cum à matre, C. de rei vendic. cum similibus. sed idem operatur clausula, de tuo corpore legitimè descendentibus, quò ad omnes filios, † quod operatur clausula iuris Francorum quò ad primogenitum; sed feudum sub tali tenore inuestituræ, potest alienari in præiudicium descendentium, ergo & in præiudicium primogeniti, & ita residet dicens hanc opinionem esse verissimam. eandem opinionem tenet Iacob. Bonan. in allegationibus dictæ causæ Sclafani ex mente Bal. in cons. incip. Sanctissima Regina, dicẽs † quòd dicta clausula iuris Francorum, designat ordinem succedendi, & quod isto modo intelligitur Andr. in locis, in quibus loquitur de dicta clausula, non quod non possit alienari tanquàm illa clausula stringat feudum, † nam stringit, dicit ipse, circa ordinem successionis, nõ quòd non possit in extraneum alienari auctoritate huius legis, verum † quòd extraneus ille debet seruare talem ordinem primogenituræ ab intestato: & subiũgit, quòd ista est veritas, sicut cœlum est cœlum, & addit rationem illam, ne videatur concedens incontinenti se corrigere. l. nam ad ea. ff. de condit. & demon. qua ratione vsus est Proton. etiam istam opinionem tenuit Iacob. Chircus in dicta causa. vbi dicit, † quòd dicta clausula nõ stringit præcedentia, sed dat modum viuendi, & idem latius tenet ipse Iacob. Chirc. in causa feudi Rabulgini. ubi dicit, quòd nullatenus dicta clausula stringit tenorem inuestituræ: nam ex quo patet de intentione Principis, quòd voluerit in forma hæreditaria concedere, illa verba nõ stringunt, ne videatur Princeps in continẽti se corrigere per tex. in d. l. nam ad ea, ff. de condit. & demons. & hanc opinionem tenuit etiam Simon Viuicitus per easdem rationes in causa feudi Rabulgini. Hanc eandem opinionem tenuit Baptista Platamonius in cõsilio Furnari. ubi dicit, † quòd ista clausula non immutat naturam feudi hæreditarij, cum tale feudum propter præcedentem clausulam non possit haberi præter ius, & nomen heredis. & quamuis aliquo respectu possit dici feudum pacti, & prouidentiæ Principis eo ipso, quòd est antiquum, ut habetur in c. item si vasallus, si de feud. fuer. cõtro. inter dom. & agnat. & in c. Titius. attamen non desinit esse hæreditarium ob uerba præcedentia, & istam opinionem tenet etiam Iacob. Bonan. in consil. Furnari, dicens ita tenuisse Blasc. de Sanct. Angel. quẽ appellat clarum Doctorem, & dominum Adamum de Asmundo, dicens dictos Doctores tenere, † quod dicta clausula non restringat tenorem inuestituræ, sed modum viuendi, quòd dicit tantum vidisse apud Andr. semel in d. l. 1. §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Fred. & considerat ipse, quòd hoc acceperunt maiores nostri, quia iure cõmuni feudorum omnes filij succedebant in feudum. c. omnis filij, si de feud. fuer. cõtro. inter dom. & agnat. cum ergo ius Francorũ, intro-

Marginal numbers: 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17 (left column); 18, 19, 20, 21, 22 (right column).

introducit, quòd masculus fœminæ præferatur, & maior minori, in duobus corrigit ius commune feudorum, quod admittit fœminas, & vnus & primogenitus succedit; ergo patet, quòd iste modus non restringit, sed ordinat, quia seruat modum circa successionem. & alia dicit, † quę tendunt ad idē, quod tamen limitat, nisi aliqua addantur, per quæ appareat mentem Principis fuisse restringere velle; veluti si diceret, quòd viuant inde iure Francorum, quod maior natu ipsius acceptoris præferatur: nam ex his uerbis apparet expreßè, quòd concedens uoluit restringere ad descendentes acceptoris. Addebant aliqui, quòd hoc deciditur per tex. huius legis, † dum comprehendit Comitatus, & tamen est apertissimi iuris, quòd Comitatus habet annexam clausulam iuris Francorū: nā pręfertur primogenitus, ut habetur in c.licet, de vot. & scribit ibi Host. Io. And. Collectar. Anch. & cæteri, Abb. in cōsi. 3. uol. 2. & consil. 12. uol. j. Felin. & Dec. in c. prudentiam, in princip. de offic. deleg. confirmabant hoc etiam, quòd feuda dignitatum in totū sunt legitima filij primogeniti, vt dicunt omnes ī dicto c. licèt, de vot. And. & ibi Afflict. in constit. sicut dignum. ideoq; pater non potest filium primogenitum priuare feudo dignitatis, ut dicunt Doctores in locis præallegatis, Iaſ. Ripa, & Moderni, in l. nemo potest, ff. de legat. j. † at bene inter viuos posset alienare: nam † legitimam dissipare potest, dissipando bona. ideo non potest dici omni respectu feudum pacti & prouidentiæ Principis, ut non possit præiudicare agnatis in vita alienando. quæ opinio formatur ex eo, quòd dicit Oldrad. in cō sil. 94. ubi per plura argumenta concludit, † quòd successio delata primogenito ex consuetudine, ut in Regno & cæteris, & sic ubi viuitur iure Francorum, defertur tanquam hæredi & iure hæreditario. & hanc opinionem Oldrad. sequitur Anchara. in c. licèt, de vot. & Alber. in procem. ff. §. discipuli: Martin. Laudens. in tracta. primogenit. Iaſ. in §. si libertus, ff. de condic. indeb. Soc. in cōsil. 47. facti narratione, col. j. vol. 3. etiam refert & sequitur Ioan. Aloiſ. in causa Palazoli. & Loffred. in consil. j. nu. 93. ubi latè tenet hanc partem per alias quoq; rationes. & idem facit Ioan. Licier. in tracta. de primogenit. in 5. q. lib. 2. ubi allegans Oldra. & sequaces, in dicto consil. 92. & per alias rationes, tenet etiam istam partem: & istam opinionem tenet Andr. Tiraquell. in tracta. primogenit. q. 35. & ista sunt in effectu, quæ reddunt istam quæstionem difficilem. Attamen, his non obstantibus, † contraria opinio est verior & cōmunior, & in Regno isto adeo est recepta, quod nemo audet in contrarium disputare, ut testatur Blasc. Lanz. in repet. istius legis. & primo probatur ista opinio, † quòd nil aliud importat ista clausula iuris Francorū, nisi quod feudum deferatur primogenitis accipientis & descendentium. hoc probatur in constit. ut de successionibus. scribit And. in c. j. §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Freder. & in c. omnes, si de feud. fuer. contro. inter dom. & agnat. & comprehendit tantùm descendentes primogenitos acceptoris, & illius, † ad quem transitum fecit feudum, & cæteri intelliguntur exclusi, ut tenet Andr. in ca. j. §. hoc quoq;, de success. feud. sequitur Anton. de Alex. in dicto consil. vltimo, inter consil. Loffred. nu. 52. † & absurdum videtur & ineptissimum, considerare quòd concedens, & accipiens intellexerint de alijs primogenitis, quàm acceptoris, & eius descendentium: & argumentum ab absurdo vitando est validissimum, vt arguit Iurisconsultus in l. nam & absurdum, ff. de bon. libert. & latissimè Nicol. Euerard. de loc. legal. sub verbo, argumentum ab absurdo. patet ergo clarissimè, quòd tam concedens, quam accipiens, intellexerint & uocauerint primogenitum acceptoris, & eius primogenitorum primogenitum: ideo sequitur, † quòd ex Principali prouidentia primogenitis defertur feudum non vi successionis, sed ex contractu Principis inito cum acceptore pro se & primogenitis per ea, quæ uoluit And. in c. j. §. donare, col. 4. per quos fiat inuestit. & uoluit Calderin. consil. 13. Bar. in auct. post fratres, C. de legitim. hæred. Socin. in consil. 252. col. 9. uol. 2. & idem And. in pręludijs, & in §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. quamuis Archidia. in c. cum illis, de præbend. lib. 6. dicat, quòd sit collatio. & ideo durissimum est negare tale feudum esse pacti, & prouidentiæ Principis, cū vndiq; demonstretur contrarium. vnde sequitur, † quòd pater non potest primogenitū priuare tali iure primogenituræ, quia lex & prouidentia Principis, illud defert, argu. tex. in l. si arrogator, ff. de adopt. ita tenet in indiuiduo Bald. in consil. 360. in 2. uolu. hoc

idem

idem tenet And.in c.j.§.hoc quoq;,col.2.de succeff.feu. ubi dicit, & admonet emptores vt caueant, tanquàm ab igne,ab emptione talium feudorum;& clarius Afflict. ibidem, nu.85.in terminis noftris, quando tenor in veftituræ eft conceptus pro te & hæredibus, ita quòd viuatur iure Francorum, dicit ipfe,quòd quamuis nullum inuenerit fcribentem,qui tangat hãc opinionem, attamen tenet ipfe, quòd dictus tenor inueftituræ defignet feudum pacti & prouidentiæ: nã patet (dicit ipfe)quòd ex confuetudine iuris Francorum feudum defertur primogenitis,& ex conftitutione Regni, vt de fucceffionibus. Ideo eft pacti & prouidentiæ,cum défignantur primogeniti fucceffuri a Principe, quibus etiam lex defert ab initio conceffionis. 34 † Ideoque dicitur pacti & prouidentiæ Principis, quia illud habet primogenitus ab ipfa principali prouidentia,tam ex inueftitura, quàm a conftitutione Regni, a qua inueftitura informatur, & non ab ultimo moriente,ideoque eft pacti & prouidentiæ Principis.l.fi arrogator. ff. de adoptio.l. 3.in fi.ff.de interd. & relega. & quatenus in 35 princip.inueftituræ dicitur,†pro hæredibus, intelligitur de filijs,& tunc verbum, hæredibus,non importat qualitatem, ut fit hæres, fed propter verba fequentia, Itaque viuatur iure Francorum, quæ intelliguntur adiecta fuper generali lege,& obferuantia iuris Frãcorum:nimirum hoc, 36 † quia uerba propter adiunctum immutant propriam naturam, vt dicit And.in c.1.col.5.qualiter olim feu. aliena.poter.argum.tex.in l. qui lancem,ff. de aur.& argent.legat.ita dicit Afflict. paucis à me additis ad eius declaratione in d.§. hoc quoque.Et mirandum eft, quòd dixit a nemine videri tactam iftam quæftionem, 37 †cum in c. 1.an agna.alleget Pern.noftrum, qui totiens tractauit hanc quæftionem, fed forfan quando fcripfit fuper d.§. nondum viderat Pern.Iftud idem tenet And.in d.c.omnes filij, col. 2. fi de feud.fuer. contró.inter dom.& agna.vbi dicit,quòd vaffallus poteft affignare feudum vni ex hæredibus,ficut affignat patronus libertis. fubiungit,nifi pactio uel lex dicti feudi,aliud dicat,ubi uiuitur iure Francorum:nam tunc non poteft dare fecundo genito poftergato primo. Clariffimè 38 ergo tenet, † quòd ubi uiuitur iure Francorum, pactum uel lex defert feudum primogenitis, quo cafu nulli eft dubium,quin dicatur feudum ex prouidentia Principis, ut eft tex.in l.fi arrogator.ff.de adopt.& in d.l. 3.in fi.de interd.& Relegat.at in tali tenore eft pactum Principis informatum a conftitutione Regni,vt de fucceffionibus.ideo dicitur pacti & prouidentię Principis.Iftam opinionem tenet etiam And.in l.1.§.præterea Ducatus,& ibidem Afflic.nu.34.de prohib. feud.alien.per Freder.& in c.1.§.his autem deficientibus,de grad.fucceff.in feud. iftam opinionem tenet etiam Dec.confi.445.nu. 8.vbi latè eam comprobat;& non refero rationes,quia uideri poffunt,cum fit liber impreffus.Idem tenet Cardi.Alex. in c. per venerabilẽ,§. quod autem,nu. 45.qui filij fint legit.dicens, 39 † quòd nullatenus poteft quis priuari iure primogenituræ fine caufa,ut latè ibi per eum.iftam opinionem tenet Pern. in confil.4.6.7.22.vbi dicit,quòd 40 † illa claufula iuris Francorum, ftringit illa uerba in tantum, quod non comprehendit nifi illos, qui continentur in illa claufula, fcilicet hæredes fanguinis, attentis conftitutionibus Regni,& in Regno illos quos comprehẽdit c. fi aliquem. iftam etiam opinionem tenẽt Ioan.Alios.& Blafc.Lanz.fuper ifta lege. & dicit Blafc. 41 † quòd adeo eft recepta ifta opinio in Regno, quòd nemo audet in contrarium difputare, & Ioan. Alios. in fuo tracta. de forma feudorum dicit, quòd ifta opinio eft communis in Regno, & feruatur in magna Curia. 42 †& ita tenent omnes Siculi tam in lectura iftius legis, quàm in confiliis & allegationibus, & eft uera & indubitata opinio,& amplectenda in iudicijs,& fcholis,nõ obftantibus adductis in contrarium, ex quorum refponfionibus apparebit magis dilucidata veritas. Non obftant ergo rationes Blafci de Sanc.Angelo,& primò 43 † quòd ita fuit iudicatum in caufa Vicari, quia forma & tenor inueftituræ dictabat ibi, pro te & hæredibus, & antiqui allucinabantur circa hoc,credentes c.1.de aliena.feud.patern. procedere in quacunque forma, non aduertentes, 44 † quòd hæres non poteft contrauenire facto defuncti,l.cum à matre,C.de rei uẽdic.& inuentarium non proficit in feudo hæreditario,ut fupra differui, verùm quòd fundabant eorumintentionem in c. fi aliquem, per quod erat introductũ in Regno ius Francorum,in hoc immorabantur:nam uidi allegationes in illa caufa Vicari, & tamen hoc 45 erat penitus falfum:nam difpofitio c. fi aliquem

quem, procedit ab inteſtato, ut declarat con ſtit. conſtitutionem, Regis Frederic. & magis friuolum eſt iſtud, quod ſecundò adducebat, quòd lex iſta ſeruiret de vento, cum omnia priuilegia in Regno ſint cū clauſula iuris Francorum, quia totum iſtud eſt falsū: quinimò ſunt infinita priuilegia antiqua & moderna, in quibus nón ſolùm non eſt affixa dicta clauſula, imo ſunt feuda mera hæreditaria, & degenerantia: & ſi hoc, quòd dicit, uerum eſſet, † non ſeruiret etiam de vento, nam operaretur validitatem, ut valeret alienatio in vita alienantis, correcta con ſtit. conſtitutionem Diuæ memoriæ, quæ annullabat alienationē feudorum, & dabat facultatem alienanti, iure proprio capere rem alienatam, validaret contractum, ut teneatur de euictione contra ea, quæ diſponuntur in l.j. in princip. & ibi Docto. poſt glo. de prohib. feud. alien. per Freder. ideoq; ſeruiret. at non eſt in hoc ſudandum, cum illud, quod aſſerit, ſit falſum. Non obſtat vltimum de confirmatione donationis Riccardi de Paſſanito, quam fecit Gulielmo ſecundo genito de Caſali Palagoniæ, facta per Regem Fredericum conditorem huius legis: † nam ad hoc reſpondit Iacob. Bonan. in cauſa Furnari, quod Riccardus erat primus acquiſitor, & primus acquiſitor non ligatur aliqua forma, quin poſſit de feudo nouo diſponere pro ut tenetur iſta opinio in Regno, de qua inferius loco ſuo latius diſputabitur: nimirum ſi fuit confirmata illa donatio. Secundò reſpondetur, quòd in illa confirmatione nil dicitur de præiudicio primogeniti, ſed tantum quòd donatio valet, attenta diſpoſitione iſtius legis, quod concedendum eſt: nam ex antiquis conſtitutionibus non valebat alienatio feudi, l. imperialem, in princip. de prohib. feud. alien. per Freder. & in conſtit. conſtitutionem, quæ ſunt correctæ per iſtam legem in hoc Regno, ideo in præiudicium alienantis, & quò ad firmitatem contractus, valet alienatio feudi, ſed † quò ad prę- iudicium agnatorum non conſideratur natura feudi, ſed tenor inueſtiturę, qui derogat omni naturæ feudorum, c.j. de duob. fratrib. de nou. benef. inueſtit. & ibi Bal. & ſequuntur omnes, qui ſcribunt de hac materia: nam ſi Tiraquell. more vellem adducere eos, qui recitant hanc opinionem, occuparem inutiliter multas chartas. ſufficit ergo dicere, quòd ita tenetur ab omnibus: nimirùm, † ſi Rex Fredericus confirmauit dictam donationem tanquam validam, nam in ſe valida fuit, cum nil tractauerit ibi de præiudicio primogeniti; & quatenus ipſe Blaſc. de Sanct. Angel. ſubdit, quòd feudum iſtud eſt hæreditarium, & non pacti & prouidentiæ: dixit, ſed non probauit. Non obſtat etiam primum argumentum Gerardi Alliatę Proton. dicentis, quòd negari non poteſt, quòd ille tenor inueſtituræ, pro te & hæredibus, non ſit hæreditarium, ergo clauſula iuris Frācorum non debet corrigere præcedentia, l. nam ad ea, ff. de condit. & demonſtrat. nam aduertendum eſt, † quid faciat calor pugnæ & deſiderium vincendi: facit enim inſanire homines, nam quid ineptius poterat adduci in hac quæſtione? & nihilominus tantus vir non erubuit hoc dicere: nam † ille tex. in l. non ad ea, ff. de condit. & demonſtr. ſi pilum faceret ad hanc quæſtionem, potius probaret contrarium: nam decidit Iuriſconſultus, quòd ſi purè legatum eſt, & in continenti hæres ſub conditione damnatus, aut rogatus dare, perinde eſt ac ſi iuncta ſubiecta ſcriptura, idem eſſet legatum, uelut præſens vendicari, ſi hoc uoluerit legatarius, vel cum conditio extiterit. ecce tex. apertum, ꝙ legatum valet vtroq; modo, & tanquam purum, & tanquam conditionale ad electionem legatarij. ſic ergo colligendo; in caſu noſtro cum Princeps concedendo pro te & hę- redibus, in iſta clauſula ſtatuerit feudum hę reditarium, ſubiciiendo poſtea, itaq; viuatur iure Francorum, cum velit illud feudum eſſe primogenitorum, ſubiecta utraq; ſcriptura efficietur hęreditarium, & pacti & prouidentiæ Principis, & ſic ille tex. probat opinionem Gulielmi de Perno, affirmantis feudum eſſe mixtum. ſed ut dixi, ineptiſſimum ac nugaciſſimum eſt hoc modo argumentari. nā tex. in dicta l. non ad ea, loquitur quādo illud, quod ſubijcitur, repugnat præcedenti ſcripturæ, ut de legato puro & conditionali: nam poſita conditione, ceſſat eſſe purum. & ideo Iuriſconſultus uoluit utroq; modo valere: at in caſu noſtro verbum, hæres, quamuis ſui natura ſit largum, ut comprehendat omnes hęredes, etiam extraneos, l. ſciendum, l. hæres, ff. de verbor. ſignificat. † attamen ſecundum ſubiectam materiam, aliquando accipitur pro liberis & deſcendētibus, ut in fideicommiſſo, l. ex facto, §. fin. ff. ad Trebell. & in feudis, c.j. §. & ſi clientulus,

lus, de alien. feud.& scribunt Doctor.in l. Gallus, §.etiam,ff.de liber.& posth.& in d. §.fin.ff.ad Trebell.† & quamuis isto casu feudũ sit simpliciter hæreditarium, quia quamuis uerbum, hæres, restringatur ad hæredes sanguinis, attamen non desinit esse hæreditarium, cum oporteat vt sit hæres, & hæres non potest contrauenire facto defuncti, l.cũ à matre,C.de rei uendic.at quando constat, †quòd cõcedẽs intellexit de liberis,intelligitur verbum,hęres,de liberis,ut dixit And. in c.j.§. si libellum, col.2.de alien. feud.pater.& scribit Socin.iunior in dicto consi.72. uol.j.& consil.42. uol.3.cum ergo post verbum, hæredibus, adiecit concedens clausulam iuris Francorum , satis constat de eius mente, † quòd intellexit sub illo verbo,hæredibus, scilicet ut comprehendat solos primogenitos, & illos quos complectitur illa clausula tantum, cum illa clausula taxet personas vocatas, ut scribit idem Andr.in c.j.§. his autem deficientibus,de gradi. success?. in feud.ideo dicta clausula est interpretanda, ut restringat illud verbum, hæres, ut intelligatur de liberis.& ita respondit Afflict.in d. c.j.§.hoc quoq;, de success. feud.& in c.j.de inuestit.quam Tit.accep.à Sempro. pro qua opinione facit,nã quamuis à principio fuerit de hæredibus dictum, attamẽ postea per illam clausulam fuit restrictum verbum,hæres, ad primogenitos acquirentis, ut † non attendatur illa primæua & originalis causa, sed ista accidentalis & subnexa, argu. tex. & ibi glos.in l.si eidem, ff.de offic. Assessor. Ideoq; non tractatur de correctione in continenti,iuxta tex.in l.non ad ea, ff.de condi. & demonstr. sed de interpretatione verbi, hæredibus, multipliciter intelligibilis, & secundum subiectam materiam, & secundũ mentem proferentis per prædicta: ideirco verè dicitur, quod tali modo non est efficaciter argumentari,sed nugari. & ex hoc etiã refutatur illud, quod specificè erat dispositum, ut scilicet sit feudum hæreditarium, per tex.& ibi Abb.in c.ecclesia, de electio. quia nil erat ante specificè dispositum: nam quamuis appareret ex illis verbis Principẽ uoluisse dare feudum sub tenore inuestiturę hæreditariæ. Attamen ex illa adiectione declarauit mentem suam, quòd intellexit de liberis, & illis, qui comprehenduntur sub illa clausula ex dispositione constit. & c.Regni.facilè etiam refellitur quod tertio loco dicebat,quòd istud feudum est hæreditariũ, & quod idem operatur feudũ acceptum pro hęredibus de suo corpore legitimè descendentibus,quò ad omnes,quod operatur clausula iuris Frãcorum quò ad primogenitum. & cum illud potest alienari in præiudicium agnatorum, ergo istud: nam malè probatur per ipsum, † ꝙ feudum pro te & hæredibus de tuo corpore legitimè descendentibus, sit hæreditarium: imò latè supra conclusi secundum veram & communem opinionem,& in Regno receptam,quòd est pacti & prouidentiæ. ideo concidit tota eius argumentatio, quia fundamentum eius totum est falsum,& quia Iacob.Chirc.& Simon Viuicitus, vtuntur his fundamentis, iam eis est responsum. Non obstat illa lõga series,quasi tela, Iacob. de Bonan.quod ista clausula dat modum viuendi, & procedit ab intestato; nam totum istud est merum somnium, † cum ex ipsa inuestitura, & contractu Principis, deferatur feudum primogenitis, & sic ex speciali prouidentia: ideo dicitur pacti & prouidentiæ Principis, & non possunt agnati priuari vel primogenitus delato feudo ex Prĩcipali prouidentia, iuxta textum in l.si arrogator, ff. de adoption.& in terminis scribit Bal.d.consil.360.uol.2.quem non vidit Bonan.& cæteri etiam, quos citaui supra.ideo non est fundandum super eius opinione: nam ipsemet postquàm fabricauit super ista materia, vnico verbo totum eius ædificium subuertit.nã volens limitare dictam eius opinionem, dixit quòd si exprimeretur, quòd maior natu succedat, iam tunc constaret de mente Principis, & tunc esset feudum pacti & prouidentiæ Principis,† quasi sub illa clausula hoc nõ comprehendatur,ac si expressim essent taxatæ personæ, ut dicit Andr. in d.c.j.§. sin autem his deficientibus, de grad.succ.in feud. Non obstat, quòd ista lex loquitur de Comitatu, & nihilominus Comitatus habet annexam clausulam iuris Francorum, cum deferat illud primogenitis, c.licet, de vot.& ibi Doctor. nam istud † argumentum est nugacissimum: nos etenim quærimus,an clausula iuris Francorum stringat tenorem inuestituræ,ut efficiat pacti & prouidentiæ Principis, & ad istam quæstionem nil facit ista lex,etiã quòd loquatur de Comitatu: † nam vt dictũ est, ista lex procedit in quolibet feudo, sub quocunq; tenore inuestituræ, ut valeat contractus alienationis. & in hoc ista lex bene procedit

62 procedit etiam in Comitatu. † at quando, est tenor inuestituræ pacti & prouidentiæ Principis, quamuis valeat alienatio in vita alienantis, post mortem autem agnatus reuocat, & iste est verus intellectus istius legis: nam dicere, quòd ista lex non procedit forma repugnante, ni intelligatur ut infra declarabo; & credo quod fuerit mens vera ita loquentium, est plusquàm falsum. Non obstat, quòd ius primogenituræ totum est legitima primogeniti, & pater in vita potest dissipare legitimam filij, quamuis in morte non posset sine causa priuare filium legitima: nam totum hoc est falsum, quod infer-
63 tur. nam verum est, † quòd pater dissipando bona, per quandam consequentiam dissipat
64 legitimam filij, † cum quantum sit legitima inspiciuntur facultates tempore mortis, l. quæritur, C. de inoffic. testam. at quando le-
65 gitima determinata datur filio † vita patris restituenda post mortem, quòd pater possit ipsam dissipare, non reperitur iure cautum: imò in his terminis contrarium decidit Bal. in dicto consi. 360. uol. 2. & omnes alij à me citati, dum firmaui hanc partem veram. ideoq; male cohæret istud argumentum. Non obstat decisio Oldrad. in dicto consil. 94. quem sequuntur Doctor. superius citati,
66 in qua consistit tota vis istius quæstionis, † & ideo uberiori doctrina est declarāda ista sententia Oldra. quem sequuntur omnes: nam Oldra. totus est in dicto consil. ad demonstrandum, quòd istud ius primogenituræ delatum filio primogenito, non extinguat ius naturæ, quo filius est hæres patris, ideoq; nō potest haberi per filium citra ius, & nomen hæredis. & rationes suæ non concludunt in agnato. & quamuis sit summè vera sententia
67 Oldra. † attamē sua opinio procederet, quando ius primogenituræ defertur lege vel consuetudine, prout ipse loquitur: secus quando ius primogenituræ competeret ex prouidentia Principis infeudantis, nam tunc non dicitur habere à patre, sed à Principe, vt dicit Abb. consil. 85. col. j. vol. j. & sequitur Tiraquell. in tractat. de primogen. q. 21. nu. 7. Præterea etiam in casu, in quo loquitur Oldra. non potest negari, quin illud ius primogenituræ nō sit pacti & prouidentiæ Principis, ut tenet ipse Oldra. consil. 224. Bald. in consil. 121. 3. vol. & Cardin. Alex. in c. j.
68 de feu. March. & alij, quos supra citaui. † nec contradicit Oldra. d. consil. 94. vt videatur negare, quòd istud ius primogeniti in feudis non faciat feudum pacti & prouidentiæ Principis, cum illud non habeat à patre, sed ex pacto & Principali prouidentia, quamuis oporteat esse hæredem patris, sicuti accidit filio, qui non potest habere feudum, etiam pacti & prouidentiæ, nisi vt hæres patris, c. j. an agnat. quod etiam allegat Oldra. in dicto consil. & ita declaratur, & procedit Ol-
69 dra. Meritò potest dici, † quòd sit feudum mixtum, ut dicit Pern. in dicto consil. 7. & 22. quem sequuntur communiter Docto. ut supra latius explicaui, q filius in hoc grauatur, & non possit habere talem feudum citra ius & nomen hæredis, iuxta tex. in cap. j. an agnati. quem citat Oldra. Non obstant rationes Loffred. in d. consil. 1. nam totus est in demonstrando, quòd Andr. tenet suam opinionem, dum vult feudum esse hæreditarium, quando facit mentionem de hæredibus, cum supra demonstraui And. tenere opinionem contrariam in pluribus locis, quòd quādo fit mentio de hęredibus subiecta clausula iuris Francorum, demonstraui ex communi sententia feudum esse tenoris mixti.
70 † nec illa interpretatio de verbis Andr. in c. j, §. hoc quoq;, de success. feu. valet obolum, nam Andr. ibi directè dicit, quòd vbi uiuitur iure Francorum, est feudum primogenitorum, & pacti & prouidentiæ Principis; nec disputat quando præcedit illam clausulam verbum, hæredibus, sed & declaratur eius mens ex his, quæ dixit in c. j. §. si libellum, col. 2. de alien. feud. patern. quod quando cōstat de mente concedentis verbum, hæredibus, accipitur pro liberis, & erit feudum pacti & prouidentiæ Principis, & magis constare non potest de mente concedentis, quàm per illā clausulam juris Francorum, per quā concedens vult feudum peruenire ad primogenitos & comprehensos in constit. Regni, ut de successionibus, & c. Regni, si aliquem, pro ut in simili considerat, & determinat So-
71 cin. nepos, in dicto consil. 42, col. 3. vol. 3. quamuis † tota illa consideratio Loffred. super dictis And. in dicto §. hoc quoq; sit nugatoria: nam totum illud uoluit, ac reuoluit, vt
72 habeat auctoritatem Andr. pro se; † & tamen si Andr. decideret perfunctoriè, non examinans quæstionem, nō posset allegari eius auctoritas, ut determinat Cuman. consil. 101. & Abb. in c. bonæ, 2. de postul. prælat. Socin. nepos, consil. j. col. pen. vol. j. nimirum si iste

Doctor

Doctor consumpsit operam & oleum, vt extorqueat ab And. illud, qđ nunquã cogitauit And. nec dixit, nec si cogitasset, dixisset: quia pessimè diceret, & contra seipsum in eodem loco, & aliis, non esset tenenda eius opinio. Non obstant auctoritates Io. Cirier. in d. tractã. de primog. lib. 2. q. 5. nã illi tex. quos ipse allegat, nil prorsus faciunt ad hanc materiã, cons. Oldr. 94. iam responsum fuit. Non obst. etiã rationes Tiraq. in loco superius citato, cum iam sint cõfutata. & ideo remanet firma, & resoluta ista quæstio, ꝙ feudum sub tali tenore inuestituræ, dicitur pacti & prouidentiæ Principis. In uno tamen casu posset procedere opinio contraria, quando esset cõceptus tenor inuestituræ pro te & hęredib. & successoribus quibuscunq; vel cui volueris dare, ita ꝙ viuatur iure Francorũ: nam † cũ prima pars inuestituræ designet feudũ degenerans, c. j. de feu. non hab. propr. feu. nat. illa clausula operabitur ab intestato, vel nõ facta dispositione inter viuos, sicut operatur ĩ Regno sub quacũq; forma ab intestato, pro vt tenet Gerardus Proto. & Iac. Bonan. in d. causa Sclafani. & hãc opin. teneo esse verissimã: nam tunc † dicta clausula non restringit, sed dat modum viuendi; pariformiter si daretur per inuestiturã potestas alienandi, & adiiciatur illa clausula iuris Francorum, isto etiam casu daret modũ viuendi, & nõ impediret alienationẽ, ne videatur Princeps loqui repugnantia. & hoc tenet etiã Io. Aloys. in d. tracta. de form. feud. sed contra istam vltimã opi. seu limitationẽ, potius insurgit Io. Aloys. sibi contrarius, in interpretatione huius legis, dicẽs ꝙ cõtraria opinio est verior. Mouetur primò ex dictis Guliel. de Pern. in cons. 7. vbi vult, † ꝙ clausula iuris Francorũ restringat generalitatem verbi hęredibus, vt intelligatur dę filiis. & ex verbis Pern. sumit argumentum, † ꝙ illa potestas alienandi operetur in vita alienantis, quia nõ est curandũ de dictis, nisi de cõclusione, l. si volũtate, C. de rescin. vend. Bar. in l. Aurelius, §. Sticho, ff. de lib. lega. Bald. in l. fin. C. de compensa. Paul. cons. 6. col. 2. & in hoc solo fundamento residet tantus vir, & impugnat supradictã veram opinionem.

73

74

75

76

Quibus tamẽ non obstantibus, tenẽda est ista limitatio tanquã vera, & melioribus rationibus fundata: nam † quælibet dispositio debet sic interpretari, ne contineat repugnãtia, vt voluit Bar. in l. fi. §. idem quæsijt, ff. de cond. indeb. & latè scribit Dec. in l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur. Cum ergo per d. verba detur plena potestas alienãdi in extraneos, si illa clausula restringeret, contineret dispositio repugnantia, ꝙ vt euitetur debet distinguendo intelligi, vt operetur dicta clausula ab intestato, nulla facta dispositione inter viuos, vt det modum viuendi, & non aliter; & sic concordabitur inuestitura, vt non contineat repugnantia. Non obstat argumentum Io. Aloys. nã illud sumit ex dictis Guliel. de Perno, in d. cons. 7. qui non adiuuat ipsum. loquitur enim Pern. in alio casu, nã dicit verbũ, hęres, esse elargatũ per istam legem: sed quando adiicitur clausula iuris Francorũ, restringitur, vt operetur secundum præcedentem naturam suam. Quid ad rombum, dicit ne Pern. quod si est data facultas alienandi, vel sunt apposita verba, per quæ datur talis facultas, ꝙ illa clausula tollat illam cõcessionem? certe Pern. nõ dicit. Ideò malè arguit Io. Aloys. nec faciunt iura, quæ allegat, ꝙ attẽditur conclusio, & non pręcedentia dicta: nam tex. in l. si voluntate, C. de rescin. vend. procedit, quando tractatur aliquid. nã illud, quod tractatur, non inducit dispositionem, nec attenditur, sed tantum attenditur cõclusio. Quòd quantum sit remotũ ab hypothesi nostra, cæcus est qui nõ videt. Pariformiter non obstat Bar. in l. Aurelius, §. Sticho, ff. de lib. lega. quia ibi disputat, ꝙ libellus declaratur ex conclusione. at isto casu non esset declarare, sed corrigere, quòd non præsumitur Princeps incontinẽti hoc velle, l. non ad ea, ff. de cond. & dem. nec facit aliquid Bal. in l. fin. C. de compens. nec Pau. de Cast. cons. 6. quia nil aliud dicunt, nisi ꝙ actio intẽtata cognoscitur per medium concludendi, non obstante narratione: quę decisio ne pilum quidem facit contra verã opinionem. Ideo tenẽda est prima opinio fulcita auctoritate tantorum virorum, & ipsiusmet Ioan. Aloys.

77

S V M M AE

1 *Comitatus, & cætera Regales dignitates, habẽt ab ipsa natura annexam clausulam iuris Francorum.*

*Doctores antiqui inuolutè, & indistinctè, tractant hanc materiam. nu. 2.*

*Auctor explicitè examinat. nu. 3.*

4 *Hæres, verbum, in inuestitura, designat feudũ hæreditarium, etiã si sit feudum dignitatis.*

5 *Hæres, verbũ, in inuestitura feudi dignitatis,*

F degenerat

*degenerat ipsum feudum.*

6 *Ius Francorum in Regno non præsumitur.*

7 *Comitatus & cætera dignitates Regales in Regno non sunt vt dignitates Regales.*

8 *Comitatus, & cætera dignitates Regales, non diuiduntur.*

9 *In Comitatibus & Regalibus dignitatibus ipsa natura viuitur iure Francorum.*

10 *Doctor censetur tenere primam opinionem, quãuis postea dicat, alij dicunt.*

11 *Afflict. opinio contra communem.*

12 *Clausula iuris Francorum censetur annexa in dignitatibus feudalibus etiam quod non sit expressũ.*

13 *Feudi natura explicatur.*

14 *Taciti & expressi est eadem vis.*

15 *Hæres in feudis dignitatis, accipitur pro primo genito. & num. 16. 17.*

18 *Doctor, qui perfunctoriè loquitur, non est allegandus.*

19 *Naturalia insunt, etiamsi non exprimantur.*

20 *Primogenituræ ius in feudis dignitatũ nõ est ex illo speciali iure Francorum, sed ex vetusta consuetudine. & num. 21.*

22 *Feuda dignitatis, & simplicia, manifestè differunt.*

23 *Iure cõi qui vtitur, habet intentionẽ fundatã.*

24 *Pern. quid senserit de forma larga, ipse videat.*

25 *Feuda dignitatum non transeunt, nisi ad primogenitos.*

26 *Pern. non est tãti faciẽdus, vt præferatur alijs.*

27 *Paris de Puteo loquitur sine ratione.*

28 *Boniornus doctissimus.*

29 *Hæredis appellatione in feudis, quæ alienãtur, veniunt hæredes extranei.*

30 *Cap. volentes, fauorabile, & latè debet interpretari. & num. 31.*

32 *Lex pœnalis debet latè interpretari, quatenus patitur proprietas verborum.*

33 *Tex. c. Volentes, comprehendit Comites.*

34 *Legis casus vbi est, nullus relinquitur dubitationi locus.*

35 *Baronia indiuidua, & inalienabilis.*

36 *Lex corrigens, coarctatur in terminis legis correctæ.*

37 *Neapolitani vtuntur constitutionibus Regni in quibuslibet feudis.*

38 *Ratio vbi eadem est ibidem ius.*

*Antiqui tenuerũt esse feudũ hæreditariũ. n. 39.*

40 *Clausula iuris Francorum efficit feudum pacti & prouidentiæ Principis.*

41 *Siculorũ opinio nõ vera, quòd elargetur verbũ, hæres.*

*Boniornus intellexit, quòd possit alienari in præiudicium agnatorum. num. 42.*

*Quomodo intelligatur, quòd forma non repugnante procedit, num. 43.*

*Quæstio tractat, an possint alienari feuda dignitatum in præiudicium agnatorũ. nu. 44.*

45 *Constitutiones Regni quamuis loquantur de Comitatu, et §. præterea Ducatus, attamen et si censentur correcta, non tamen in præiudicium agnatorum, et num. 46.*

47 *Feudorum natura datur circa successionem.*

48 *Argumentum ab æquiparatis non valet, si æquiparatio non sit generalis.*

49 *Feudum quando dismembratur, requiritur dispensatio, quia non operatur ista lex.*

50 *Obstantia quando sint plura, oportet de singulis exprimere.*

*Vbertus Proton. et Gualte. nunquàm tenuerunt talem opinionem. num. 51.*

*Nunquàm locuti fuerunt præfati Doctores, an feudum dignitatis sit pacti et prouidentiæ Principis. num. 52.*

53 *Blascus Lanza decipitur auctoritate Protonotarij malè intellecta.*

54 *Doctoribus credendum, qui auctoritate vel ratione certant.*

SED operęprecium est videre de Comitatu, & cæteris Regalibus dignitatibus, quę nõ diuidũtur, & sunt feuda primogenitorum: 1 †ideoq; ab ipsa primęua natura ipsorũ habẽt annexã clausulam iuris Francorum, prout in Comitatu, & cæteris dignitatibus, dicit Affl. in constit. specialem, col. 2. an cõcessio facta de Comitatu ꝑ te & hęredibus, denotet feudum hæreditariũ, an pacti & prouidẽtię, seu 2 verius mixtę formę, †& Doct. nostri, qui hãc tractarũt materiã, inuolutè tractarunt, miscẽtes duas qõnes prorsus separatas, videlicet illã primã; an ista lex cõprehẽdat feuda dignitatis, de qua latè supra tractaui: alterã an sit pacti & prouidẽtię Principis, & istas duas qõnes insimul, ac si esset vna, tractarũt: ideo reddiderũt eã difficilẽ. 3 †Iccirco eã intẽdo explicitè examinare; & primo videtur dicendum, 4 † ꝙ dictus tenor ĩuestiturę sit, & faciat feudũ etiã dignitatis hęreditariũ. nam vbicunq; fit mẽtio hr̃dis in inuestitura, semper designat̃ feudũ hęreditariũ secundũ cõmunem opin. 5 vt latius s̃. tractaui. †Quinimò mẽtio hęredũ in inuestitura feudorũ dignitatis degenerat illud, & facit illud diuisibile; ideoq; non potest cõsiderari illa tacita clausula iuris Frãcorum, vt sit feudum primogenitorum. hoc tenet Curt. senior consil. 68. quem sequitur Ruin. consi... lib. j. Afflict. in l. Imperialem, §. præterea Ducatus. Ideoque procul ab omni

omni dubitatione censendum est, feudum Comitatus sub tali forma esse hęreditariũ, cum non retineat propriam naturam; imò efficiatur diuisibile. Ideoque tanquam feudum in forma larga poterit auctoritate huius legis alienari, etiam in extraneos, seruata tamen forma legis. Præterea † ius Francorum in Regno non præsumitur, nisi probetur, cum sit ius speciale, vt dicit And. in d. cõstit. vt de successionibus, in verbo, specialiter & in d. §. prętерea Ducatus. cum ergo per priuilegium non probetur dicta clausula, nec alio modo, non est de hoc disputandum. Et hoc videtur tenere Guliel. de Pern. in commento suo, super hac lege, in verbo, Comitatus. vbi postquàm explicauit, ꝙ Comitatus habent annexam clausulam iuris Francorũ, & ꝙ non possunt alienari in præiudiciũ primogenitorum, subdit; nisi sit concessum sub expressa forma larga. cum ergo talis tenor inuestituræ contineat formam expressè largam, clarissimè apparet, quòd iste Doctor decidit istum casum. tãto fortius, † quòd in Regno non sunt Comitatus, & cæteræ Regales dignitates, vt dignitates Regales, vt tenet Paris de Put. in tractat. de reintegra. feudor. Ideoque videtur concludendum esse Comitatus sub tali tenore inuestituræ feudum hæreditarium. Tamen his non obstantibus, cõtrariam opinionem cẽseo de iure veriorem, quę probatur manifestissimè: nam negari nõ potest, † quòd natura talia feuda nõ sint indiuisibilia, d. l. Imperialem, §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Frederic. & scribunt Doctor. in c. licet, de vot. & sunt feuda primogenitorum, vt scribit And. in dicto §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Freder. & in c. omnes filij, si de feud. fue. contro. inter dom. & agnat. Doctor. in c. licet, de vot. Ideoque ex natura ipsorum feudorum dignitatis viuitur in eis iure Francorum, † quia nõ diuiduntur. & in specie hoc tenet And. in constit. vt de successionibus, in verbo, specialiter iure Francorum. & in c. j. de feud. Marchiæ. in fine. vbi dicit, quòd successio Comitatus est elargata ad hæredes, vt succedat primogenitus, vel maior natu, qđ idem est quo ad effectum. Idem tenet And. in c. j. §. item si duo. quib. mod. feud. amit. & sequitur ibi Afflict. idem Andr. in dicto §. præterea Ducatus. † & quamuis subdat, alij dicunt; ex hoc apparet, quòd ipse tenet primam opinionem, iuxta doctrinã Decij post glos. & Doctor. quos allegat, in c. j. in fine de constit. idem tenet ipse Andr. in c. j. §. præterea, col. 4. quæ sit prima causa benefic. amitt. & in c. 2. col. 2. Imperator Lothar. Idem tenet Martin. Laudens. in c. j. §. quia vidimus. qui feud. dar. poss. & hoc ex vetustissima cõsuetudine approbata iure diuino, naturali, & canonico, ac ciuili, vt dicunt Hostiens. Ioan. Andr. in c. licet, de vot. post Oldrad. in consil. 94. quem allegant, & scribunt Dec. & Felin. in c. prudentiam, in princ. de offic. delegat. & voluit etiam Afflict. in constitu. speciale, col. 2. idem cõsulendo voluit Abb. in consil. 3. vol. 2. & consil. 12. vol. j. Cardin. consil. 64. circa finem. Barba. consil. 66. nu. 9. inter consilia Curt. senioris. vbi testatur hanc esse communem opinionem. Idem voluit Loffred. consil. j. num. 39. & Dec. consil. 389. col. 3. & è nostris voluerunt hoc expressè Blasc. de Sancto Angelo in consilio, quod fecit pro Comite Augustæ, & Pern. consi. 4. col. 7. & in c. volentes, in verbo, Comitatus. † & quatenus videtur discrepare Afflict. in dicto §. præterea Ducatus. attamen pugnaret contra communem, & semetipsum, quamuis non videatur in illa opinione persistere, dum allegat paulo inferius Abb. in dicto cõsil. 3. & multos alios, cum quibus videtur ipse transire. Cum ergo ista sit communis opinio, non est ab ea recedendum, nec in iudicio, nec respondendo, iuxta doctrinam Ioannis Andr. & Doctor. in c. j. de constit. cum ergo ista sit natura ipsa feudorum dignitatis, sequitur † quòd etiam si non sit annexa in inuestitura clausula Iuris Francorum, ꝙ tacite intelligitur, ac si esset expressa, cum sit hoc de natura talium feudorũ, iuxta tex. in l. cum quid, ff. si cert. pet. † nam natura in feudis nil aliud est, nisi qualitas innata contractui à principio generationis, quæ censetur inesse, nisi per pactum alteretur, vt voluit Bald. in præludiis feudorum, in 4. diuis. & ibidem hoc scribunt Aluarot. & Præposit. Cum ergo Comitatus, & cæteræ dignitates Regales, deferantur primogenitis, & sortiantur talem naturam, sequitur quòd etiam quòd non sit expressum hoc in inuestitura, censetur inesse, per doctrinam Bald. & aliorum in dicta quarta diuis. per tex. in d. l. cum quid, ff. si cert. petat. † & taciti & expressi eadem est vis, vt scribunt Doctor. in d. l. cũ quid, maximè Dec. Curt. & Alcia. post Aret. at supra conclusum est, feudum primogenitorum

torum, quod importat illa clausula iuris Frã corum, facere feudum pacti & prouidentiæ Principis, pariformiter & feudum Comitatus sub dicta forma, erit pacti & prouidentiæ Principis, cum sit feudum primogenitorum; & hoc iudicio meo decidit Andr. in c. j.col.2. de feud. Marchiæ. vbi dicit, † quòd licet successio Comitatus deferatur hæredibus, attamen hæredes non erunt,nisi primogeniti: ideoque Andr. claris verbis decidit hanc quæstionem. & Andr. refert & sequitur Iacob. in sua inuestitura, in verbo, Dux. in 2.col. & Loffred.consil. j. num.39. & hoc clarius, & lucidius Zabarell.consil.64.in fine col. Abb. in dicto consil.3. col.4. motus eo fundamento, † quòd verbum, hæres, in materia non transeunte ad extraneos hæredes, intelligitur de eo hærede, ad quem trã sit ipsa res. Cum ergo Comitatus sui natura non transeat, nisi ad primogenitum, ergo verbum, hæres, intelligitur de primogenito, & Cardin. & Abb. in dicto consil.refert & sequitur Dec. consil. 385. in 2. col. Idem voluit Alex.. consil. 87. vol. 6. idem voluit Dec. consil. 389. vbi clarè loquitur & allegat pulchram doctrinam Andr. in c.j.§. sunt duo, quibus mod. feud. amitt. qui dicit esse paria, deferri feudum primogenitis, vel inuestitura, vel lege, aut consuetudine: ideoque clarè conspicitur,quòd quamuis inuestitura dictet de hæredibus, intelligitur ex natura ipsius feudi de primogenitis, quibus accedit Afflict.clarius hoc ipsum determinans in c.j.num.10.an agnat. dicens, quòd stante consuetudine, quòd in feudis viuatur iure Francorum, & inuestitura dictaret pro se & hæredibus, quòd in isto casu feudum nõ erit hæreditarium, sed pacti & prouidentiæ Principis: & inuestitura, quæ denotat feudum hæreditarium, recipit interpretationem à consuetudine, vt intelligatur pro hæredibus, idest primogenitis. Quid clarius potuit dici in hac materia ab isto Doctore? ideo censendum est, feudum dignitatis esse pacti & prouidentiæ, quamuis inuestitura dictaret pro hæredibus, cum suppleatur à consuetudine vetustissima, quæ defert feuda talia primogenitis, & secundum eam interpretatur verbum, hæredibus, idest primogenitis: & iudicio meo ista opinio est vera, & qui tentant contrarium, caligant lucente Sole. Non obstant adducta in contrarium. & primò, quòd verbum, hæres, designet feudum hæreditarium: nam istud est verum, nisi restringatur per annexam clausulam iuris Francorum, quæ restringit illud verbum, hęredibus, vt intelligatur de primogenitis, vt latè in præcedenti quæstione fuit disputatum. Idem, & pariformiter, in isto casu, cum feudum hoc habeat ex sui natura, vt & insit ei à principio generationis per ea, quæ dicta sunt; & par virtus est taciti, & expressi, vt latius probatum est. Non obstat quòd secundò dicebatur ex Curt. seniore in consil. 68. quòd verbum, hæredibus, positum in inuestitura Comitatus, facit feudum degenerare, vt non sit primogenitorum, sed diuisibile. motus eo argumento solo, quòd tenor inuestituræ derogat omni naturæ feudorum. & ex hoc infert, quòd verbum, hærédibus, appositum in inuestitura feudi dignitatis, derogat eius naturæ, nam hoc est falsum: † nam illud verbum, hæredibus, secundum naturam ipsius feudi intelligitur, idest primogenitis, vt dixerunt And. Iacob. Loff. Zabarel.& Abb. Alex. Dec. & Afflict. in locis superius allegatis, quos Curt. non vidit, vel dissimulauit videre. Ideo pessimè etiam Afflict. Ruin. & cæteri, qui sequuti sunt eum, qui nec disputarunt, nec considerarunt, sed simpliciter referunt eum: iccirco non est attendenda eorum auctoritas, sicuti dicitur de Doctore, † qui perfunctoriè aliquid asserit, non disputans, vt per Cuman. in consil. 101. & per Abb. in c. bonę, de postulat. prælat. quos refert, & sequitur Socin. nepos, cons. j. col. pe. vol. j. Minus etiã obstat, quod dicebatur, q ex inspectione inuestituræ nõ constat de iure Francorũ, quod non præsumitur, nisi probetur, cum sit ius speciale, vt Andr. dicit in dicto §. præterea Ducatus, & in dicta constitu. vt de successionibus, in verbo, specialiter iure Francorum. quia totum hoc est falsum, nam probatur inspecto priuilegio, & inuestitura eo ipso, † quòd conceditur in feudum Comitatus, statim censentur inesse ea, quæ sunt naturalia Comitatus, per tex. in d. l. cum quid, ff. si cert. pet. & de naturalibus Comitatus præcipuum est, quod deferatur primogenitis, ergo inuestitura hoc probat: nam illud speciale ius Francorum intro ductum ex consuetudinibus Francorũ, bene est speciale, quia generaliter nõ seruatur, nisi exprimatur, vt dicit And. in locis præallegatis. † Attamen istud ius primogenituræ ĩ feudis dignitatum, non est ex illo speciali iure

Fran-

Frācorum, sed ab illa cōsuetudine generali praecedente consuetudines feudorum, roborata iure naturali, diuino, canonico, & ciuili, ut supra ostensum est; & hoc expressis verbis dicit Andr. in dicto c.j.§. praeterea. quae sit prima causa benefic. amitt. col. 4. dum dicit, more Francorum, pro ut isto iure sunt Marchionatus Ducatus: nam ponderandū est, dum dicit, isto iure, scilicet feudorum, & non illo iure Francorum: nam per legem Frederici, imperialem, §. praeterea Ducatus. est confirmata illa generalis consue-

21 tudo, † quae defert feuda dignitatis primogenitis, ut dicunt Doct. in d. c. licet, de vot. nec censentur esse feuda primogenitorum ex speciali iure Francorum, sed ex dicta consuetudine generali approbata, & confirmata per legem Frederici, & hoc etiam expressius dicit Andr. in c.j.§. item sunt duo, quib. mod. feud. amitt. ubi dicit, quòd feuda diuiduntur, nisi sint Ducatus Marchionatus, vel nisi sint concessa iure Francorum. ecce manifestum discrimen inter feuda dignitatis,

22 & simplicia: † nam illa eo ipso sunt primogenitorum, cum sint concessa in Ducatum, vel Comitatum. caetera, nisi expressè concedens dixerit de iure Francorum, secus reputabitur: ecce apertam differentiam inter vnum casum & alterum, nam illud ius Francorum tanquam speciale non praesumitur, nisi probetur, ut dicit Andr. istud autem cum sit ius nostrum & generale, dicto §. praeterea Ducatus, non est probandum, sed allegandum:

23 † nam qui utitur iure communi, habet intentionem fundatam, ut dicit ipse Andr. in dicto §. praeterea Ducatus, col. 2. examinans dictam quaestionem, & proprijs verbis sequitur ibidem Paris de Puteo. Non obstat auctoritas Pern. in glossis super ista lege, in verbo, Comitatus. quia Pern. tenet hanc partem, dum examinat quòd Comitatus habet annexam clausulam iuris Francorum, & non subijcitur huic legi. & quatenus subdit, nisi sit expressa forma larga: ex quibus verbis aliqui argumentantur, quòd expressa forma larga est illa, quae dictat pro te & haeredibus. ergo colligitur, quòd Pern. voluerit intelligere, quòd in ista inuestitura etiam

24 Comitatus sit feudum haereditarium, † nam istę sunt potius nugae, quàm argumenta: nā quid senserit Pern. de expressa forma larga, ipse videat. nam Doctores nostri bene dicunt, quòd feudum concessum pro te & haeredibus, est feudum haereditarium, sed non dicūt quod ista sit expressa forma larga, imò sentiunt oppositum, dum dicunt, quòd recipit intellectum ab ista lege, ut transeat ad extraneos. & ideo Pern. est intelligendus,

25 † quòd feuda dignitatis nullatenus trāseunt ad alios, quàm ad primogenitos. excipit, nisi sit expressa forma larga, hoc est, quòd expressè dicatur, quòd possit alienari ī alios quàm in primogenitum, & etiam extraneos. & ita est intelligendus Pern. & ita intelligit Blasc. de Sanct. Angel. in glossis istius legis. sed quicquid sit, quando Pern. hoc expressè

26 dixerit, † non est tanti faciendus, vt praeferatur vnus tot rationibus, & tot auctoritatibus praestantissimorum Doctorum, & ipse sine auctoritate & ratione loquens. Non obstat, quod dixit Paris de Puteo de feudis di-

27 gnitatum, in regno; † quia loquitur sine lege & ratione. erubescere enim debuerat, cū sic loqueretur, l. illam, C. de collat. & contra tex. in dicto §. praeterea Ducatus, qui seruatur in vtroq; Regno, & non reperitur correctus: ideo tenendum est feudum Comitatus sub tali tenore inuestiturae esse pacti & prouidentiae Principis sub illa mixta forma, de qua in praecedenti quaestione. at cum casus iste contingeret in magna Curia, in causa reluitionis castri ad mare de gulfo, exercitatus uir in legibus, & praecipuè in scientia feudorum, Ferrandus Boniornus, mea quidem sententia, teste mihi conscientia, apprimè do-

28 ctus, sed sua perquàm doctissimus: † multū enim sibi tribuebat, acriter insurrexit contra hanc meam opinionem; & dum allegaret primò presupponebat, dicens quòd feudum concessum pro te & haeredibus, est haereditarium: & est elargata huius verbi natura, ut comprehendat etiam extraneum haeredem per istam legem. ideoq; hodie non habet locum, quod libro feudorum cauebatur in c.j.§. & si clientulus, de aliena. feud. quod tantum filius masculus comprehendebatur, ut dicit Gualt. in literis missis Nicolao Speciali, & omnes Siculi scribentes super ista lege, & Pern. in omnibus ferè consilijs. Itaq; nec dubitare, nec disputare liceat, quid alij sentierunt: nam in patria, ubi feudum ē alie-

29 nabile, † appellatione haeredis in feudis venit quicunq; haeres, etiam extraneus, Guid. Pap. consil. 230. Cassan. consil. 8. num. 19. & quia hęc conclusio est indubitata in Regno, vlterius non prosequar. Dicebat ipse, & sub

dit, quod c.Volentes, permittit alienationem feudorum, ergo alienari potest Comitatus, quia feudi appellatione etiam Comitatus comprehenditur, c.j.§.final. de alien. feud.& in rubric.de feud.Marchiæ. præsertim † quia c. Volentes, est fauorabile: ergo latè interpretandum, ut probat tex.ibi, longius solito posse gaudere,& sic vassalli fauore.& infra dicit, intuitu seruitiorum.ergo in remunerationem,& non in odium. aliàs esset sicut mus in pera, & in c.præcedenti ponitur procemium ad totum tertium librum: nunc autem ad nobilium compendia se benignè conuertens, beneuolam prouisionem constituit. & infra, in nostrorum argumentum fidelium.ergo debet latè interpretari, c.odia, de regul.iur.in vj.& cum esset fauorabile,†deberet latè ĩterpretari,dicit Corn. consi.199.col.18.vers.restat,lib.2.quod edidit in causa Sclafani Gualter.senior in dicto tracta.vers.5.loco.Pern.consil.8.Gualter.& Ioan.Aloif.Septim.in d.c.Volentes. † quinimò etiã lex pœnalis latè interpretatur, quatenus proprietas verborum requirit,ut comprehendat omnia, quæ sublata significatione vocabuli continentur,l.j.§. quod autem, ff. de aleæ lusu, & aleat. Secundò dicebat posse feudum Comitatus alienari: nam hoc (dicebat ipse) expresè dicit tex.in dicto c. Volentes, dum dicit, † Comites, Barones, & nobiles Comitatus, Baronias, & feuda tenentes Comitatibus, Baronijs, & feudis ipsis longius solito posse gaudere, & c. quę verba sunt clara.ad quid enim loquutus fuisset de Comite, & Comitatum tenente, nisi voluisset de ipso Comitatu disponere, & de alienatione, quam fecit vt Comes de ipso Comitatu, arg.l.fin.ff.de instit? sed clarius de illis verbis longius solito Comitatibus posse gaudere,quod idem est,quod possit alienare: nam sic dicit, & sub eadem determinatione de feudis, & in quo consistat illud gaudere longius solito, declarant verba sequentia, scilicet in potestate alienandi. †& cum verba sint clara,& sit casus legis;nulla est dubitatio, l.ancillæ, C.de furt.& cum verba sint clara, omnis interpretatio est calumniosa,glo.& Doct.in l. quicquid astringendę, ff.de verbor.obligat. & Curt.senior consil.29.in Regno, col.pen.& dicit Bal.in c.j.de cõst.quod ubi habemus sonum verborum, non egemus interprete. nec refert, ꝗ infra non repetierit,quia posuit feudũ,quod est genus,nec oportuit singulas species semper repetere, & satis est dixisse in principio, l.regula, §.final.ff.de iur. & fact.ignor. & in l.cum hi, in princ.ff.de transact.item si non repetijt de Baronia, tamen clarum est, quòd de ea etiam intellexit, & disposuit, quia infra dicit, quòd recipiet iuramentum ab emptore, tanquam à Barone, seu feudatario; †& tamen Baronia erat indiuidua, & inalienabilis, & in ea succedebat primogenitus, sicut in Comitatu, nam l. imperialem,§.præterea Ducatus, habebat locum in Baronia. Oldrad.consil.237.perspectis,col.j.Barb.cõsil.67.nu.36.inter consilia Curt.seni.Pern. consil.12.col.3.Iacob.in tracta.feudor.in 1. glo. col.3.& dixit Rex Martinus in priuilegio Gagliani. Tertiò arguebat, † quòd lex corrigens, intelligitur ĩ terminis l.correctę. sed constit.scire volumus, constit. constitutionem, & constitut.hac editali, loquuntur etiam in Comitatu, ut patet in dicta constitut.scire volumus.ubi Comites, Barones,& intra magnũ vel parum,& l.hac edictali,ubi nullus Comes, & infra res, & qualitercunq; seruitutibus esse obligatas, de quibus redditus & seruitia, &c.in quibus verbis satis cõprehenduntur ipsi Comitatus, & in constit. constitutionem, in generalitate verbi, feudum, & Neapolitani † hodie illis constitutionibus vtuntur in quibuslibet feudis,& sic intelligendum est c.Volentes. etiam in quibuscunq; feudis. Quartò, † ubi est eadem ratio, eadem debet esse iuris dispositio, l.illud, ff.ad leg.Aquil.& ubi diuersa ratio reddi non potest; l.à Titio, ff.de verbor.oblig. sed tempore c.Volentes, Comitatus & feuda simplicia erant adæquata,& omnium feudorum eademmet erat natura, quia omnia inalienabilia per dictas constitutiones, omnia indiuidua ex testamento uel contractu, eisdem constitutionibus, quibus prohibetur partis alienatio, & diminutio, per constitut.constitutionem, & per c.Volentes, & per c.statuimus, in omnibus succedebat primogenitus, & vnus tantùm, & viuebatur iure Francorum, c.si aliquem, secundum verum intellectum, & vsum receptum. ergo idem ius debet esse in omnibus.Quintò hoc ostendit praxis,dicebat ipse.semper enim in venditionibus Comitatuum,seu partium,& membrorum illorum, & feudorum,qui sunt pars Comitatus, dispensatur, c. Volentes, quod ineptissimum esset, si in eo non comprehen-

prehenderentur. Sextò auctoritate maiorum, † nam ita tenuerunt, dicebat ipse, & interpretati sunt semper antiqui, ut dicebant domi. Vbertinus de Marinis, Archiep. Panorm. & Gualter. de Patern. pro ut refert & sequitur Gerard. Alliata Proto. in causa Sclafani, in qua obtinuit, & Ioan. Aloif. Septim. in quadam quæstione, quæ incipit, vtrum c. Volentes, habeat locum in Comitatibus. in qua quęstione nō affectione ductus, sed pro indagine veritatis, & vt retractaret ea, quæ vt aduocatus inseruiens causę dixerat, in causa Caltabillottę firmat Comitatum comprehendi in c. Volentes, & esse alienabilem, sicut cætera feuda. idem tenet dom. Blasc. Lanz. in consil. incip. in causa vertente inter Illustriss dom. Marchionem Hyraci, & Don Ioannem de viginti milijs. ubi dicit etiam Marchiam esse alienabilem per c. Volentes, & idem tenet Blasc. sectator veritatis, in c. Volentes, in 2. not. vers. sed an istud habeat locum, char. mihi 3. & hæc procedunt tam si apparet forma larga, quàm etiam si non appareret forma, sed esset Comitatus informis, vel simpliciter præscriptus. & bene dicunt, dicit ipse, quia prædicta fundamenta pariformiter militant in vtroq; casu. Pern. in c. Volentes, in verbo, Comitatus, tenet posse alienari, ubi est concessum forma larga, aliàs non posse. & hæc opinio facit etiam pro me, dicebat ipse: quia ita apparet forma larga. idem Pern. consil. 4. col. 7. negat posse alienari totum integrum Comitatum, & hoc est falsum, sed nihil ad nos: sed dicit posse alienari feuda, quæ sunt de Comitatu, & hoc nobis sufficit, quia hic est casus noster, dicebat ipse. & sic patet, quòd auctoritates Doctorum sunt pro nobis, & istis fundamentis tantus Doctor conatus fuit reijcere veram, ac dilucidam opinionem.

Quibus tamen non obstantibus, tenenda est prior sententia tanquàm vera, & firmata super solidis fundamētis, & quia iam est fundata iure, rationibus, & auctoritatibus, non restat aliud, nisi his obiectis respondere: quę quamuis sint repulsa ex his, quæ fuerunt dicta, attamen eis sigillatim respondebo. & capiendo primum motiuum, quatenus dicebat, quòd tenor talis inuestituræ designat feudum hæreditarium, † hoc non negatur simpliciter, sed quando adijcitur clausula iuris Francorum, efficitur pacti & prouidentiæ Principis, vt latè supra in præcedenti quæstione probaui. sed feuda Comitatus habent sui natura annexam illā clausulam virtualiter iuris Francorum, quia sunt feuda primogenitorum, ideo erunt feuda pacti & prouidentiæ Principis, cum sit par vis taciti & expressi, l. cum quid, si cert. petat. & ibi Doct. maximè moderniores. nec verum est, quod complectitur per istam legem etiam extraneos, secundum opinionem Siculorum. † nam quamuis opinio Siculorum nō sit vera, & eam supra reprobaui: attamen quando esset vera, non procedit, quando post verbum, hæredibus, est affixa clausula iuris Frācorum, sed stat illud verbum, hæres, in primæua natura pro descendentibus, ut tenet Guliel. de Pern. in consil. 7. & in consil. 22. quinimò pro primogenitis, ut supra latius deduxi ex Andr. Iacob. Loffred. Card. Abb. Dec. Alex. & Afflict. iccirco præsuppositum istud in inuestitura feudorum dignitatis, est falsum, & consequenter falsa & illatio, quatenus dicit quod lex ista tanquam fauorabilis comprehendit feuda dignitatis: nam quāuis verum sit, quòd comprehendat talia feuda, ut in sua quæstione contra Barb. tenui: † attamē ipse aliter intellexit, ut scilicet cōprehendat, ut possint alienari in præiudiciū primogeniti, quod est falsum, & contra expressam decisionem Andr. in l. imperialem, §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Freder. & in c. omnes, si de feud. fuer. cōtro. inter dom. & agnat. ut tenent omnes nostri in īterpretatione huius legis: quod ubi ē clausula iuris Francornm, non alienatur feudum in præiudicium primogeniti, quia lex ista procedit forma non repugnante. † quod qualiter intelligatur, inferius explanabo. ex quibus apparet, quàm fuerit ineptum philosophari in hac hypothesi de lege fauorabili: quinimò ex his diluitur, quod secundo dicebatur, quòd ipsamet lex statuit, Comitatus posse alienari. quis negat hoc? sed quæstio nostra est, † an posit stante dicto tenore inuestituræ alienari in præiudicium primogeniti? Et Doctores nostri dicunt, quòd non, in feudo in forma stricta, & maximè cum clausula iuris Francorum, sicuti Andr. in d. §. præterea. in d. c. omnes filij, vt supra latissimè probaui, contra Neapolitanos. Ideoque præposterum fuit interpretari verba istius legis, ibi, & iuramentum recipiat à Barone, quod Baronia designet Comitatum: nam quicquid disponitur in d. l. respi-

l. respicit validitatem alienationis, & non aliud, de quo non cõtendimus. Non obstat quatenus tertiò dicebat, † quòd lex corrigens intelligitur in terminis legis correctæ, sed constit. scire volumus,& constit. constitutionem,& §. præterea Ducatus. quæ sunt omnes leges Frederici, loquuntur etiam in Comitatu, vt patet in dicta constit. scire volumus.ergo lex ista corrigẽs, intelligitur de Comitatu, quia hoc non negatur; sed negatur, † quòd ista lex firmet alienationem Comitatus in præiudicium primogeniti, cum habeat annexam clausulam iuris Frãcorum ex vetustissima consuetudine; & quòd lex, seu consuetudo dat,priuatus auferre non potest,vt dicit Andr.in d.§. præterea Ducatus, & in d.c.omnes filij, & de hoc est ista quæstio,& non de illo,quod tractat iste Doctor, an ista lex comprehendat Comitatum: nam vt præfatus sum in principio quęstionis,sunt duæ quęstiones separatæ, quas confudit iste Doctor, sicuti fecerunt alij nostri. Respondetur etiam ad quartum, quatenus dicebat, ꝙ tempore istius legis erant adęquata feuda dignitatis, & feuda simplicia: nam omnia erãt indiuidua per constit. constitutionem,& c.si aliquem. meritò vbi eadem ratio, idem ius statui debet, l.illud,ff.ad legem Aquil. nam nullibi appatet de ista æquiparatione, nec de idemptitate rationis. & oportebat demõstrare, ac probare, quòd assumpsit pro certo ac determinato, quod non fecit,sed tantum dixit, quòd omnia feuda erant indiuidua, ergo æquiparata feuda dignitatis.Certe non cohæret ista consequentia, nec quòd ex hoc solo sint æquiparata. nam quamuis feuda sint indiuidua, vt succedat in Regno primogenitus, & sic quodammodo viuatur iure Francorum ab intestato, vt scribit Saccurasa in interpretatione istius legis, quem omnes sequuntur: attamen istud procedit circa successionem ab intestato,& in hoc tãtùm sortiuntur talem naturam, vt succedat primogenitus ab intestato † Nam datur natura feudi circa successionem, ut scribit Afflict.in c.j. de natur.feudor.at in reliquis retinent feuda propriam naturam,quæ in Regno est, ut possint alienari, etiam in præiudicium agnatorum, nisi forma & tenor inuestituræ repugnent, ut tenent omnes in interpretatione istius legis, & Pern.melius consil.4. col.3. ideo non sunt exæquata feuda simplicia feudis Comitatus, & cæterarum dignitatum, cum illa sint semper, & vniformiter feuda primogenitorum ,& quacunq; dispositione,vel inter viuos,vel testamento non potest pater, vel alius, priuare primogenitum, ut scribit Bal.in d.consil.360.vol. 2.Ideo potest dici, † quòd ęquiparatio non sit generaliter. & ideo non valet argumentũ per tex.in l. quid ergo, §.ex compromisso, ff.de arb.& scribunt Doct. ĩ l.j.ff. de legat. j.& hoc quando fuisset facta æquiparatio.at hic nulla est ęquiparatio, & ratio non solum non eadem, sed prorsus dissimilis. Non obstat quintum de praxi, nam istud nihil est: nam quamuis de iure cõmuni feuda dignitatum sint indiuisibilia, attamen & per istã legem fuit additum alterum vinculum, ut non possint etiam alienari in præiudicium ipsius alienantis, † nisi vendatur integrum feudum Comitatus, vel alterius dignitatis regalis. Ideo quando fit alienatio dismembrando,oportet ut tollant omnes leges,quæ obstant fieri dispensatio.† nam quando sunt plura obstantia,oportet de singulis exprimere, iuxta doctrinam Bald.in l.j.nu.22.C.de furt.quamuis etiam nil inducit, quod malefactum esset,nam non quod fit,sed quod fieri debet, inspiciendum est, c.cum causam, de electio.& meritò dicendum est,quod nõ solum ineptum fuit argumentum,sed etiam nugacissimum. Non obstat ultimum de auctoritate maiorum,nam respondetur,†quòd illi primi, Vbertinus de Marinis,& Gualter. de Patern.& Proton.nunquam quid tale tenuerunt, cum tantum disputarent, num ista lex comprehendat Comitatus in sui dispositione, quod & ego firmaui contra Barb.at nunquam quæsierunt, † an feudum Comitatus sit pacti,& prouidentię Principis,de quo est nostra quęstio imò tenuerunt expressam clausulam iuris Frãcorum hoc non operari, iccirco non sunt trahendæ istæ auctoritates ad casum, de quo nunquam cogitarunt auctores per ea, quæ dicit Cuman.in d.consil. 101.& Ioan.Aloys.in dicta quæstio. quæ incipit, verum Comitatus.nil aliud tangit,nisi an comprehendatur Comitatus in dispositione istius legis, & minimè tangit quęstionem istam. † Blasc. autem tam in dicto consilio,quàm in interpretatione istius legis decipitur auctoritate Proton.qui non loquitur in ista quęstione, & suo loco oppugnabitur. ideo nulla auctoritas Doctor. adest in contrarium: quinimò sunt plures,qui fauent veritati,

ritati, quos supra citaui, & è nostris tenet Blasc. de Sanct. Angel. in consil. quod fecit pro Comite Augustæ. idem tenet quidam apostillator ad hanc legem. nam opponit, quod lex ista loquitur de Comitatu, qui habet annexam clausulam iuris Francorum, ergo dicebat ille, statuit ut præiudicet agnatis, etiã in feudis pacti & prouidentiæ Principis. Respondet dupliciter, vel quod clausula iuris Francorum nõ stringat feudum, vel melius, quòd valet alienatio in vita alienantis tantum, & non præiudicet primogenito. expressissimis ergo verbis iste Doctor tenet istam partem. eandem opinionẽ tenet Ioan. Aloys. in causa Caltabillottæ, quamuis confusè loquatur. sed quid certandum auctoritatibus, 54 cum † illis solis scriptorum generibus deferendum sit, qui certa ratione vtuntur, & non qui vacillant, nec quid sit firmum, ac stabile discernunt. cum ergo ista opinio sit fundata solidissimis fundamentis, ei adhærendum est, & maximè quòd pro se habet quasi totam scholam Feudistarum.

### S V M M AE.

1 *Feuda dignitatis præscripta censentur, iuxta naturam ipsorum feudorum.*
2 *Feuda dignitatum, sui natura sunt indiuidua & primogenitorum.*
3 *Præscriptio inducit illud, quod lex vult.*
4 *Præscriptio recipit fomentum ab ista lege.*
5 *Lex ista comprehendit feuda dignitatis quo ad dispositionem, vt valeat alienatio in vita alienantis.*
6 *Blasc. Lanz. argumentum, futile.*
7 *Ioannis Aloysij opinio, quòd feudum informe, vel simpliciter præscriptum, censetur sub clausula iuris Francorum.*
8 *Regnum viuit hodie iure Francorum, quod an sit verum, infra.*
9 *Forma alia non debet præsumi, cum sit hoc inductum generaliter.*
10 *Præscriptio continet illud, quod est diffinitum à iure, vel consuetudine.*
11 *Dispositio dubia debet secundum dispositionem successionis ab intestato interpretari.*
12 *Principis condentis legem mens, optima probatio est.*
13 *Rex Martinus declarauit in priuilegio concesso Sanchio Rois de Comitatu Gagliani.*
14 *Vsus loquendi Doctorum communis attendi debet, & secundum illum debent interpretari verba Principis. & nu. 15.*
16 *Consuetudo vnius familiæ operatur clausulam iuris Francorum.*
*Ista est vnica forma in Regno. nu. 17.*
18 *Forma consueta præsumitur.*
19 *Præscriptio non continet quid diffinitum ab homine, sed à iure.*
20 *Præscriptio æquiparatur pacto simpliciter.*
21 *Feudum informe et simpliciter præscriptum, pacificantur.*
22 *Communi ab opinione non est recedendum.*
23 *Iure Francorum non viuitur in Regno, sed Longobardo. & nu. 24.*
25 *Cap. si aliquem, procedit ab intestato.*
26 *Cap. si aliquem tempore, non erat cognita successio feudorum ex testamento.*
27 *Cap. si aliquem, non alterat formas.*
28 *Formæ variæ feudorum in Regno.*
29 *Ius Francorum non est modus viuendi.*
30 *Bar. opinio in l. hæredes, §. cum ita, ad Trebell. procedit ex presumpta voluntate defuncti.*
31 *Leges distinguuntur, ne mutuò se impediant.*
32 *Leges dant formam futuris, non præteritis.*
33 *Regis Martini de declaratione non apparet in parlamento & Andaciensi.*
34 *Gagliani priuilegium loquitur de Comitatu, quod habet clausulam iuris Francorum.*
35 *Baroniæ magnæ intelliguntur illæ, quæ comprehenduntur in §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Frederic.*
36 *Præscriptio recipit diffinitionẽ à consuetudine.*
37 *Expressum non operatur idem, quod tacitum.*
38 *Hæres verbum, facit feudum hæreditarium, quamuis capiatur pro filio.*
39 *Hæres verbum, quando non exprimitur, nõ erit feudum hæreditarium, est tamen falsum.*
40 *Afflictus decipitur.*
41 *Regulæ adhærendum est, donec demonstretur fallentia.*
42 *Afflict. malè intelligit Andr.*
43 *Andr. verba sunt clara, & non indigent interpretatione.*
44 *Afflicti interpretatio destruit verba, & mentem Andr.*
45 *Ius quæ intelligit, censentur inesse.*
46 *Verba debent aliquid operari.*
*Andr. dum subtexerat illa verba, loquebatur extra terminos quæstionis. nu. 47.*
48 *Bolognett. opinio non vera. & nu. 49.*
50 *Hæres verbum in feudo, intelligitur de filio.*
51 *Pauli de Castro opinio reprobata.*
52 *Angeli opinio non fauet Afflicto, & in casu suo communiter tenetur. & nu. 53.*

Et

ET pariformiter dicendum est, q feudum dignitatis censeatur pacti & prouidentiæ Principis, quando nulla apparet forma, vel simpliciter præscriptum sit: † nam censetur concessum, vel præscriptum, iuxta propriam naturam ipsius feudi. de hoc pulchra est decisio Bal. in l. liberti, libertæq; C. de oper. libert. scribit Pern. consil. 14. Cum ergo † feuda dignitatum sui natura sunt indiuidua & primogenitorum, d. §. præterea Ducatus, & ibi Andr. de prohib. feu. alienat. per Freder. & in c. licet, de vot. & ibi Docto. ideo alio non apparente censentur esse feuda primogenitorum, & sic pacti & prouidentiæ Principis; & hoc tenet expresse Guliel. de Pern. vir magnæ auctoritatis apud Siculos, in iustificatione sententiæ Conuicini, quam posuit in 4. not. idem tenet Afflict. in præludijs feudorum, in pen. col. nu. 183. & tenet Blasc. in causa feudi di li Grutti. idē tenuit ipse Blasc. Lanz. in iustificatione voti, in causa Gamitrici, vnà cum socijs: nam ipse scribens super hac lege dicit, quòd fuit vnus ex decidentibus in ipsa causa, & non potest dici quòd in dicta causa di li Grutti, inseruiebat causæ, nam nil faciebat pro se dicta opinio: nam cū vrgeretur, quòd quodlibet feudum in Regno simpliciter præscriptum deberet censeri esse pacti & prouidentiæ Principis, hoc grauiter refutabat admittens solùm hoc in feudis dignitatis, & hoc affirmat etiā in plerisq; consilijs. at in interpretatione huius legis tenet contrariam partem, motus † quòd illud inducit præscriptio, quod lex, & est verum, nam est doctrina Bal. communiter approbata in d. l. liberti libertæq; C. de ope. libert. & ex hoc infert, † quòd recipit fomentum ab ista lege, vt Comitatus sit alienabilis, & adducit Andr. in c. j. de eo, qui sibi, & hæred. suis. col. 2. dum dicit, quòd inuestitura recipit interpretationem à constit. Regni, & exinde adducit auctoritatem Gerardi Alliatæ Protono. in causa Sclafani. & ita residet tantus vir, & sequutus est Boniornus, vt supra retuli, in causa Castri ad mare, vbi appellat ipsum Blasc. Doctorem veritatis, quā opinionem tenuit prius Iacob. de Pilaia, in causa Sclafani, ubi dicit de hoc esse tex. in hac lege. at istis rationibus penitus reiectis, ut pote falsis, amplectenda est prior opinio, tanquam verissima: & ideo nil superest, nisi diluere adducta in contrarium, quæ sunt inefficacia: nam quantumcunq; sit verum, q præscriptio statuat illud, quod lex, quod est etiam fundamentū nostræ partis: item quod informetur ab ista lege, ut sit alienabile, est verum in casu, quo disponit lex & non vltra. sed lex ista comprehendit feuda dignitatis, † vt possint alienari absq; pæna caducitatis: quinimo correcta constitu. constitutionem, vt valeat in vita alienantis. at ista lex non procedit, neq; operatur aliquid in præiudicium agnatorum, quando forma est pacti & prouidentiæ Principis, sicuti est feudum dignitatis: nam est feudum primogenitorum, vt in præcedenti quæstione. Meritò argumētum Blasci non valet obolum ad illud, de quo tractamus: nam non quæritur, an lex ista comprehendat Comitatus in sui dispositione, quia contra Barb. determinaui, quòd cōprehendat. at quæritur, an sit pacti & prouidentiæ, vt alienatio quantumuis valida auctoritate huius legis, præiudicet agnatis, cū sit receptum in feudis tenoris stricti non prę iudicare, & hoc quæritur ad hoc argumentum Blasci, † ne pilum quidem facit, nec motiuū Iacobi de Pilaia, dicentis quòd hoc deciditur in hac lege. Nec etiā facit aliquid auctoritas Protono. nam, vt dictum & respōsum est supra, non tractat materiam istam, sed aliud agit: iccirco mirandum est, quomodo illudantur isti patres, tenentes feudum dignitatis simpliciter præscriptum, esse hæreditarium, & posse alienari auctoritate huius legis, etiam in præiudicium primogeniti, quod est ex toto falsum. ideoq; remanet clara, & firma iuris resolutio, quòd feudum informe & simpliciter præscriptum; feudum dico dignitatis, censetur pacti & prouidentiæ Principis, nō obstante auctoritate Blasc. quia ipse in pluribus locis tenuit contrariū, quamuis non esset etiam ei adhærendum cōtra veritatem, vt habetur Exodi c. 23. Quinimo præstantissimus Doctor, Ioan. Alois. exercitatissimus in scientia legali, & pręcipue in feudis, † tenuit tam in causa feudi di li Grutti, quàm in interpretatione huius legis, quòd feudum, vel informe, vel simpliciter præscriptum, etiam simplex, pręsumatur sub clausula iuris Francorum: ideoq; non posse alienari auctoritate istius legis in præiudicium primogeniti, & agnatorum, tanquam feudum pacti & prouidentiæ Principis. motus primò ex dictis Andr. in d. §. præterea Ducatus, de feud. alien. per Freder. ubi dicit,

dicit, quòd in Regno non viuitur iure Francorum, sed Longobardo. ideo non præsumitur ius Francorum, sed oportet probari, quod secus esset, si in Regno viueretur iure Francorum. & ex hoc infert, † quòd cum hodie in Regno viuatur iure Francorum per c. si aliquem, & constit. constitutionem, ut habetur per Saccurafam ī interpretatione dictę clausulæ, in compendio super ista lege, quod succedit semper primogenitus, & ex hoc inducta est quodamodo clausula iuris Francorum, & sequuntur omnes: meritò † cum hoc sit generaliter inductum, non debet alia forma præsumi. & dicit, quòd istud tenet Blasc. de Sanct. Angel. in d. consil. quod fecit pro Comite Augustæ. at dicit ipse, quòd Blasc. non ponderauit verba Andr. in dicto §. præterea Ducatus. Secundò adducit Bal. in c. quæ in ecclesiarum, col. 6. vers. in pensionibus dicendum est, de constit. ubi vult, † quod præscriptio licèt contineat illud, quod non est diffinitum ab homine, continet tamen illud, quod est diffinitum à consuetudine, vel à iure. cum ergo ubi non est diffinitio succedit consuetudo, meritò ubi non est dispositio hominis in feudo, succedit ius Francorũ, tanquam modus viuendi ordinarius non est specialis, ergo ab eo determinatum & diffinitum. item ex eo, quia † dispositio dubia interpretari debet secundum dispositionē successionis ab intestato, secundum doctrinam Bar. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. & hanc doctrinam sequũtur omnes ibi, & Paul. de Castro in consil. 77. incip. casus iste frequenter contingit. & in l. final. C. de verbor. signif. ubi vult, quòd si vocantur fratres in substitutione, præfertur frater vtrinque coniunctus, qui à lege præfertur in successione ab intestato. idem voluit Bar. in contractu ī l. iurisiurãdi, §. quod si liberi, ff. de oper. libert. Petrus de Ancha. in clem. 2. de iur. patrona. Imol. in c. potuit, de locat. Petrus de Anchar. consil. 412. incip. postquàm ista. & in concessione feudi probatur in c. j. §. quin etiam Episcop. vel Abbat. ubi deciditur, quod inuestitura facta pro masculis & fœminis, licèt copula, &, soleat pariter copulare: attamen solus masculus succedit, & fœmina excluditur, quia regulatur illa inuestitura à dispositione successionis ab intestato, vt dicũt etiam Præposit. & Martin. Laudens. in c. j. de eo, qui sib. & hæred. suis. si ergo hæc procedunt in dispositione expressa clara, vel aliquo respectu dubia, quòd sit interpretatio secundum dispositionem successionis ab intestato, quia illa est lex ordinaria & regularis, quanto magis hoc debemus dicere, vbi nulla apparet dispositio. † Tertiò probatur à mente Principis. dicebat ipse, dum disposuit, quòd non apparente forma intelligatur concessum sub clausula iuris Francorum, ergo hæc est hodie forma ordinaria in Regno. dicit etiam, † quòd hoc etiam declarauit Rex Martinus in priuilegio concesso Sanchio Rois de Liori de terra Gagliani. vbi dicit, quòd communis forma in Regno est in Comitatibus, & magnis Baronijs, quòd viuatur iure Francorum: meritò ista est forma ordinaria in Regno. & quatenus aliàs dicebatur in quæstione facti, quòd intelligi debebat de Baronijs, hoc est de locis habitatis, respondet quòd Baronia est nomen vniuersitatis, & comprehendit suum territorium in vniuersitatem prædiorum, ut docet Andr. in c. j. in fin. de Capit. qui cur. vendi. vers. Baronia non est castrum. & probatur in c. si aliquem, iũcta rubrica, ubi dicitur, de legiti. success. Comit. & Baron. & tamen nigrum non loquitur, nisi de feudatarijs, & hoc demonstrat etiam † communis usus loquendi in Regno Doctorum, nam Saccurafa semper loquitur de Barone in sua interpretatione, ergo non haberent locum in feudo dict. sua. quod est plusquàm futile, & † secundum dictum peritorũ debēt verba Principis interpretari, subdens quòd scriptum vidit manu Iacobi de Bonanno, quòd aliàs ita interpretatus ē inclytus Rex Ioannes in parlamento Randacij. Confirmabat hæc etiam dicens, † nam si consuetudo vnius familiæ, vel vicinię, hoc operatur, vt docet Andr. in dicto §. præterea Ducatus, quanto magis debet operari hoc consuetudo Principis. ex inde hanc opinionē confirmat auctoritate Doctorum. & in primis Andr. in dicto §. præterea Ducatus, declarans vt supra, hanc partem asserit tenuisse Gualter. de Pater. in consil. quod fecit pro Scalona, dum dicit quòd præsumitur forma solita, & quod Gualter. fuerit istius opinionis, refert Gulielm. de Pern. in consil. 8. & affirmat Ioann. Alois. & dicit hanc opinionem etiam tenere Blasc. de Sanct. Angelo in d. consil. quod fecit pro Comite Augustę. et idem dicit tenere Pern. consil. j. & consil. 8. dum dicit, quòd si tempore concessionis sit aliqua forma consueta

vnica, quia illa est quædam natura, illa præ-
17 sumitur. at † quòd in Regno sit ista vnica forma,& regularis, est supra demonstratum.
18 Et † quòd forma consueta præsumatur, tenet Alex.consil.124.vol.5. & ita tenet ipse, tam in lectura istius legis,quàm in causa feu di.di li Grutti. Hanc opinionem latè tenet Afflict.in c.j. nu. 14. cum pluribus sequent. an agnat.motus pluribus fundamentis, quæ non curo referre nunc, quia referam respondendo. & idem tenet Afflict.in c.j. nu: 265. ex quibus caus. feud. amitt. & eandem opinionem tenet Camerar.in repet.l. Imperialem, §.præterea Ducatus,in litera S,de prohib.feud.alien.per Freder.Loffred. consil.j. num. 128.188. & nouissimè Excellens Doctor inter Modernos Thomas de Marinis.in suo Tracta.de Generi.qualit.feud.lib.j. fol. 10.nu.53.cum sequentib.qui mouetur præter alia adducta prius per Docto.noua consideratione ab eo considerata, quòd in dubio feudum debet iudicari proprium & rectum, & non improprium. Ex hoc infert,quòd feudum pacti & prouidentię Principis, cẽsetur rectum & proprium,& hæreditarium improprium: meritò debet in dubio iudicari pacti & prouidentiæ Principis. Attamen his non obstantibus,contraria opinio est de iure verior,& communior in Regno: nam basis & fundamentum istius opinionis, est fundata
19 super adamantino fundamento. nam † præscriptio non continet quid diffinitum ab homine, sed illud, quod est diffinitum à iure,
20 vel consuetudine, † quia æquiparatur pacto facto simpliciter,vt not.in l.j.C.de seruit. & aqua,vt scribit Bal.in l.liberti libertæq;.nu. 31.C.de oper.liber.at ius intelligit,quòd sit receptum feudum pro hæredibus, vt probat tex.& ibi glo.& Doctor.in c.2.de duob.fratrib. à Capit.inuest.meritò Bald. tenet aperto ore feudum præscriptum simpliciter vel informe,esse hæreditarium. Idem clarius tenet Andr.in c.j.§.j.col.2.ex quib.caus. feud. amitt.Et istam opinionem tenet etiam Bal. in c.j.an agnat. loquens in feudo simpliciter accepto, quod idem est quod in præscriptio
21 ne. † & ideo semper à nostris hæc duo parificantur,feudum informe, vel simpliciter præscriptum; & eandem opinionẽ tenet Alex. consil.26.vol.5.Curt.iunior consi.3. nu.14. Alexandrinus consil.84.col.2. Cardi.Paris. qui alios refert,consil.11.nu. 18. vol.j. eandem opinionem tenet Carol.Rui.consil.17. vol.j.Brun.consil.8. Afflict. in c.j.nu.24. de alien.feud.patern.& in præludiis,nu.99.vbi dicit pro ista parte fuisse decisum. Goza.con sil.4.Couar.in lib.2.variar.resol.nu.3.chart. 635.et è nostris tenuit Adam de Asmundo in suo consilio incipiente, Quia dictus dominus suo iuramẽto firmauit. & idem tenet Guliel.de Pern.in suis quatuor not. in vltima chart.vbi refert consilium domini Adami. & idem Guliel.de Pern.latius tenet,cõsil.15.ubi dicit,hanc esse cõmunem opinionem. Idem tenet Paulus Mazonus Netinus, qui floruit tempore Guliel.de Pern. vir non parum exercitatus in sciẽtia legali, maximè feudorum,vt sua scripta testantur, in consil. suo incip.ad primum dubium,de quo quæritur.hanc opinionem tenuit etiam Gerardus Proton.in consil. incip. Maziotta, in vltimo dubio. eandem opinionem tenuit Io. Aloy. à seipso dissentiens, dicẽs eam communem in consil.quod fecit in causa Fornariæ di lo capo passaro,& Blasc.ĩ causa feudi di li Grutti.& omnes scribentes super hac lege: merito ab ista opinione, tanquàm vera & communi non est, neq; in iudicando,neq; in cõsulendo, recedendum secundum Ioan.And.
22 & Doctor.in c.j.de constit.†quæ opinio redditur magis clara ex responsione ad contraria. nam primò auctoritas And.in §. præterea Ducatus, declarata ad suum ipsius Ioan. Aloys. sensum, nil facit; quia non est ve-
23 rum, † quod in Regno viuatur iure Francorum, vt sit lex vniuersalis in Regno: quin-
24 imò † viuitur iure Longobardo, vt est tex. in constit. puritatem, & tenet Pernus dicto consil.15.& omnes Siculi in interpretatio-
25 ne huius legis. Non obstat † c. si aliquem; & constit.constitutionem, nam ipsamet constit.constitutionem, declarat quòd dispositio c.si aliquem,procedit ab intestato,ut determinat Gulielm.de Pern.in dicto c.si aliquem, in princ. ubi refert sic consuluisse cũ
26 Archiepiscopo Vbertino,ea ratione, † quia tempore c.si aliquem,successio ex testamento in feudis,non erat cognita,ideo superueniente c. Volentes, fuit necessaria declaratio per eundem Fredericum, prout in dicta constit.constitutionem,quod dispositio d.c. si aliquem, procedit ab intestato. & idem Pern.hoc idem scribit in consil.j. & in cons.
27 4.† & non alterat formas,siue expressas,siue subintellectas à iure communi, quia de hoc nil disponit,vt elegãter prosequitur Guliel.

de

28 de Pern. in dicto consil. 4. col. 3. icciro † fal sum est dicere, quòd communis forma in Regno est sub clausula Iuris Francorum, cum sint variæ formæ in Regno, & illud tacitum ius Francorum in Regno procedit ab intestato. Non obstat auctoritas Bal. in c. quæ in ecclesiarum, de constit. quia probat oppositum, cum consuetudo feudorum, quæ diffinit præscriptionem, præsumat feudum acceptum pro accipiente & hæredibus, c. duo fratres, de duobus fratrib. de benefic. inuestit. in quo fundamento maximè fulcitur com-
29 munis opinio, † cum illud sit falsum, quod ius Francorum sit modus viuẽdi ordinarius in Regno, vt supra probaui. & minus obstat, quatenus dicebatur, quòd dispositio hominis debet regulari secundum dispositionem successionis ab intestato secundum Bar. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellian.
30 cum aliis adductis. † quia illud procedit ex præsumpta voluntate disponentis, qui præsumitur velle illud, quod ius disponit, prout traditur in dictis locis per Doctores. Quę ratio non potest habere locum in hac hypothesi: nam clarum est, quòd in dispositione expressa, & receptione feudi pro hęredibus, censentur disponentes voluisse illud, quod lex, vt scilicet ab intestato succedat primogenitus, secundum ordinem traditum à c. si aliquem. at inter viuos habeat locum dispo
31 sitio huius legis, † quæ non minus est lex, quàm altera, & ita distinguitur à Legislatoribus, ne mutuò se impediant. pariformiter ita censendum est in forma præsumpta à lege, vt conformetur vtrique dispositioni, vt facta dispositione seruetur hæc lex, & censeatur feudum hæreditarium, vt Ius, & consuetudines feudorum disponunt, & ab intestato seruetur c. si aliquem. ideo tale argumentum magis fauet, quàm destruit hanc opinionem. Non obstat illud, quòd hoc probatur à mente Principis, quia sic statuit per eius capitulum, quia potius apparet de contrario: nam si ita intelligeretur, frustratoria esset eius dispositio, cũ statueret illud, quod iam erat constitutum. nam cum dicat se paratum confirmare, & de nouo dare sub clausula iuris Francorum, loquens de feudo simpliciter pręscripto, clarè sentit, ꝙ ante capitulũ, & suam confirmationem aliter intelligebatur præscriptio, & sub alia forma, argu. tex.
32 in l. cum lex, ff. de legib. † cum leges dant formam futuris, & non præteritis, l. leges & cõstitutiones, C. de legib. c. fi. de constit. ideoq; apparet de contraria mente Principis, vel saltem de nulla circa hoc. Ex quibus corruit etiã illatio, quæ fiebat, ꝙ dispositio c. trahebatur retro per ea, quæ annotat Bal. in l. ex persona, C. de probatio. & in l. hi, qui. C. de adul. nam tales decisiones nil faciunt. loquuntur enim de præsumptione inspecto præsenti statu an præsumatur in præteritum status ille, quæ nullum simbolum habent cum ista hypothesi: nam quod mens Principis statuẽtis legem, quæ est tempore legis conditæ, quòd præsumatur fuisse ante conditam legem, vt censeantur etiam præterita comprehensa, est hoc contra tex. in c. fin. & ibi Doctor. de constit. ideo non est amplius immorandum super tàm inutili ac nugaci funda-
33 mento. Et minus obstat, † quatenus dicebatur, quod hoc declarauit Rex Martinus ĩ parlamẽto Randaciensi, quia de hoc nullũ est dignũ testimoniũ. Nec facit aliqd priuilegiũ Gagliani cõcessum Sanchio Rois, q̃a loquit̃
34 de Comitatu, † qui hẽt annexã clausulam iuris Frãcorũ, & ĩ Comitatu supra firmauimus hanc opin. esse veram. & quatenus subdit, & ĩ magnis Baroniis, nõ põt intelligi de feudo simplici, nec simplici Baronia, sed de illis Ba
35 roniis, † q̃ cõprehẽdunt̃ in §. pterea Ducatus. q̃ sũt Marchionatus, Ducatus, & Comitatus, & sunt ĩdiuisibiles, & primogenitorũ, vt elegãter de his loqtur Oldr. cõs. 237. quẽ refert & sequitur Barb. cons. 47. nu. 12. inter consi. Curt. seni. & ideo non simpliciter dixit Rex Martinus, de Baroniis: quapropter non oportebat philosophari, quòd feuda dicuntur Baroniæ. nam si esset verum, non essent tamen magnæ Baroniæ, de quibus loqtur Rex Martinus. Non obstant auctoritates allegatæ, q̃a non dicunt illud, ad quod detorquet ipse Ioã. Aloy. maximè And. in d. §. præterea Ducatus. & quando dicerent contra eos, est maior copia, & numerus Doctor. & auctoritatẽ pręstantium, qui faciunt hanc opin. esse communem, vt supra demõstratũ est. ideo tenenda tanq̃ vera, & cõmunis. Nõ obstat auctoritas Afflict. nam in hoc fuit varius, & tamen
36 ipse primò confitetur, † ꝙ præscriptio recipit diffinitionem à consuetudine, & iuribus feudorũ, & ꝙ intelligitur de hęredib. acceptoris, prout allegat And. pluries hoc dixisse. at
37 tamen dicit ipse, † ꝙ non expressum nõ operatur idem, quod expressum; quinimò aliq̃n noceat, l. nonnunquam, ff. de cond. & dem.

G quinimò

quinimò expressa debent aliquid operari, ff. de legat. j. l. si quando. iccirco infert ipse, † quòd quando exprimitur verbum, hæres, tunc dicitur feudum hęreditarium, cum verbum, hęres, in materia feudali capiatur pro filio, c. j. §. etsi clientulus, de alien. feu. Attamen † quãdo non exprimitur, non erit feudum hæreditarium, quia intelligitur acceptum pro filiis, vt expressa noceant. & ita dicit tenere And. in d. c. j. §. j. col. 2. versi. si ergo non probatur, de alienatione feud. patern. & dicit quod vehementer errã, qui tenent contrarium. Ad quod breuiter respondetur, quòd iste Doctor decipitur, † nam statuitur regula iuris, qua par vis est taciti & expressi, vt est tex. in l. cum quid, ff. si cert. pet. & ibi docent Doctores, præcipuè Modern. Dec. Curt. Alcia. post Aret. † Cum ergo ista regula stet firma, ei adhærendum est, donec demonstret quis in illa specie casum legis, vel auctoritatem Doctorum in contrarium, vt dicunt Bart. & Iaf. in l. ex quacunque, col. 2. ff. si quis in ius voc. non ier. scribit Marc. Mant. in rubr. ff. de reg. iur. & nulla lex est, quę probat, quod isto casu declinet ista regula, vel fallat. nec tex. est, nec doctrina Doctorum, quæ hoc dicat: quinimò omnes Doctores, qui tenent verã, & communem doctrinam, fundantur in hac regula, † ideo ab ea non est recedẽdum. Nec est verum, quòd Andr. in d. c. j. col. 2. versic. si ergo, de alienat. feud. patern. tenet opinionem, quam recitat Afflict. quia imò totum contrarium. & pro opinione vera, & communi, citant omnes eum in dicto loco, tanquã athletam, & antesignanum veræ & communis opinionis. & † verba Andr. sunt clara, & aperta, & non indigent interpretatione. nã † interpretari And. vt facit Afflict. est destruere & mentem, & verba And. quæ sunt clara, quamuis eius stilus sit perturbatus, ac impeditus hiulcis & hiperbatis repletus. dicit enim ipse Andr. quòd si non apparet, qualiter fuit concessum feudum, præsumitur prout ius intelligit, scilicet sibi & hęredibus, c. duo fratres, de duobus fratrib. à Capit. inuestit. Quid clarius potuit dicere? subdit, & hoc iuris interpretatione, non ex transmissione in hæredem; quod cum esset obscurum, ipsemet interpretatus est dicens, quasi hoc donator expresse dixerit, scilicet vt transmittatur ad hæredem, ab intellectu iuris est, scilicet vt intelligatur, sibi & hæredibus ex præscriptione acquisitum, l. pactum, de proba.

Quid clarius potuit dicere ad interpretationem dictorum verborum? Et hoc ex iuris interpretatione, & non transmissione ad hęredem adiicit, vt confirmet: † quia illa, quę ius intelligit in concessione vel contractu, tacitè in eis videntur intelligi. Hactenus de hac materia And. in cuius verbis non potest fieri aliqua interpretatio, quin sit ridicula, cum satis sint clara eius verba. Exinde ceu quædam emblemata, interserit aliqua de expresso & tacito, & dicit, hæc si exprimantur, aliquid operantur; interdum plerunque expressa nocent, l. nonnunquam, de condit. & demonstrat. l. expressa, ff. de regu. iur. inde redit ad id, quod cœpit, & intermiserat, † quòd exprese verba debent aliquid operari, l. si quando, ff. de legat. j. pro quibus est, quod dicitur de solemnitate intrinseca, quæ inest, & sine qua non dicitur illud esse, cum sit, ff. de verborum obligat. l. sciendum. Secus de extrinseca, vt ff. de Public. quæcunque, in fine. hæc (vt dixi) sunt ceu parerga ad quæstionem præcedentem, nam eam non tangunt: quod demonstrat idem Andræas, dum dicit, hæc prosunt scire ad multa, & non dicit ad præcedentem quæstionem. quinimò omissis dictis verbis, redit ad id, de quo principaliter agitabat, dicens, sed in quæstione præmissa &c. † & quod Andræas dum subtexeret dicta verba, loquebatur extra terminos dictæ quæstionis, quam finierat, demonstratur euidentissimè: nam pessimè argueret de tex. in l. expressa, ff. de regulis iuris, & in l. nonnunquam, ff. de condit. & demonstrat. cum illa iura pręsupponant regulam in contrarium, vt apertissimè Ioannes Ferr. firmat in dicta l. expressa. & patet in dictione, plerunque. & scribunt Moderni, præsertim Alciat. in dicta l. cum quid, ff. si cert. petat. & casus dictarum legum non faciunt ad istam quæstionem, & sufficit habere Regulam, vt dixi ex Barto. & Iaf. in dicta l. ex quacunque, ff. si quis in ius voca. † & quamuis Bolognett. in dicta l. cum quid, conetur ponere regulam in contrarium, attamen loquitur contra communem opinionem, & omnia sua argumenta tẽdunt ad demonstrandum, † quòd potentius, & firmius operatur expressum, quàm tacitum: nam id probat ex quibusdam legibus, quę sunt speciales, cum sint aliqui casus, in quibus potentius operatur tacitum, quàm expressum: ergo extra illos casus

regulariter

regulariter est par potentia taciti, & expressi; ideo reliquit ipse cogitandū, & ideo non bene Afflict. argumentatur de verbis Andr. dicens, And. tenere & firmare feudum, nō apparente forma esse pacti & prouidentię Principis, cum And. expressis verbis tenuerit contrarium, & nunquàm talia somniauerit. † & quamuis verbum, hæres, intelligatur de filio, attamen dicitur feudum hæreditarium, vt supradictum est; nec valet obolum argumentum, quod verbum, hæres, comprehensum à iure in feudo, in quo non apparet forma, intelligatur de filio citra qualitatem hęreditariam, quia est qualitas extrinseca, quæ non pręsumitur. istud nā exquisitum enthymema nil valet, nam quamuis pro hoc adducat Paul. de Cast. in l. ex facto, §. fin. ff. ad Trebell. tamen Paul. non dicit aliud ibi, nisi ꝙ quando præfertur in concessione feudi verbum, hæredibus, sine alio, intelligitur de liberis, & tunc non requiritur qualitas hęreditaria, & tamen in hoc communiter reprehēditur, vt patet ex deductis per Crauetr. consi. 131. col. 2. † nihilominus Paul. non dicit aliquid de his, quæ deducit Afflict. ꝙ qualitas hæreditaria est quid extrinsecum, ideo non præsumitur: nam non tractatur de qualitate in isto casu præsumēda, sed quia præsumitur concessio pro hæredibus, l. pactum, ff. de probat. c. 2. & ibi glo. de duob. fratr. de nou. benef. inuestit. Et quamuis secundum subiectā materiam verbum, hæredibus, intelligatur de filijs, attamen illi filij censentur vocati cū qualitate hæreditaria, & ita loquuntur Doctor. supra relati; & semper est solitus loqui And. & pulchrè declarat Hierony. Alban. in d. consil. 3. ideo non est iudicandum, nisi feudum hæreditarium. Non obstat † doctrina Angel. in l. si tibi, §. si pactus, ff. de pact. adducta per Afflict. nam loquitur Angel. in casu quæstionis glo. quando est factum pactum à contrahente pro se & filio, an intelligatur de filio, vti hærede? & glo. tenet, quòd in dubio, alio non apparente, intelligatur vt hærede. Quod Angel. intelligit, nisi sit super re non transeunte ad quemlibet hæredem, sed ad filios: nam tunc intelligitur de liberis absque qualitate hæreditaria, & sic Angel. expresè loquitur, quando est facta mentio de filio, & non quando est informis promissio; & tali casu idem concludit And. semper, tam in c. j. an agna. quàm in c. j. §. hoc quoque, de success. feud. & in d. c. j. col. 2. ex quibus caus. feud. amitt. ideo Angel. nō loquitur de feudo informi, sed de feudo cōcesso recipienti & filio. † Et quæritur, an intelligatur vt hæredi? & dicit, quòd non. quæ opinio communiter tenetur, sed nil facit ad istam quæstionem. nec facit aliquid c. primum, de success. feud. in princ. nam ille tex. loquitur sub quacunque forma sit feudum, cum prohibea feudi dispositionem in testamento, & decisio Bald. quam adducit in c. j. de eo, qui sibi & hæred. suis, est communiter reprobata, vt supra plenius tetigi, allegans nouissimè Cardinal. Paris. consil. 23. num. 172. vol. j. Non obstat motiuum Thomæ de Marinis ab eo consideratum, quia eius assumptum falsum, quod solum feudum pacti & prouidentiæ Principis sit feudum rectum & proprium, cum omne feudum, quod retinet naturam feudi, siue sit hæreditarium, siue pacti & prouidentiæ Principis, dicatur & proprium & rectum feudum. probatur in c. j. in princ. de success. feud. in quo tex. deciditur, nō valere dispositionem defuncti in feudis, qui tex. procedit in feudo etiam hæreditario, cum indistinctè loquatur. & tenent ibi Bal. & Docto. quamuis valeat dispositio testatoris, si disponat in eos, qui vocantur ex inuestitura, vel ex lege, & nō aliter, vt tenet ibi Afflict. & latè prosequitur Frec. in tracta. de subin. feud. different. vicesima. quamuis nulla sit in hoc differentia feudi hæreditarij & pacti & prouidentię Principis, cum in proximum successurum semper teneat dispositio, c. j. §. si libellum dat, de alien. feu. pater. quinimò dispositio testatoris semper irritatur, quę fit in proximum successurum, vt scribit Bal. consi. 170. ad euidentiam, vol. 2. & in quęstione probat idem tex. in c. j. §. & si clientulus, de alien. feud. qui tex. loquitur de feudo hæreditario, quamuis verbum, hæres, intelligatur de filio: nam si esset feudum improprium & conditionatum, comprehenderet etiam hæredes extraneos, vt scribit Soc. in consi. 257. col. 3. vol. 2. idem probat tex. in c. 1. de feud. non habēt. propr. natur. feud. in quo tex. distinguitur feudum proprium & improprium, & ideo Socin. in consi. 252. penul. col. vol. 2. dat pulchram doctrinā ad cognoscendū feudum simpliciter rectū & proprium, scilicet vt conditionatum, & non rectum sit illud, & improprium, quod conceditur contra naturam feudi, videlicet pro annuo censu, qꝫ succedāt fœminę, & similia. &

 idem

idem latius replicat & comprobat in d.conſ. 257.vol.2. Et de feudo recto & proprio ſcribit etiam Bal.in c.j.de conſuet.rect.feud.Aluaro.in prælud.& Iaſ.ibid. col.24. num. 82. & ideo nullo iure cauetur, quòd feudum hæreditarium non ſit rectum, & feudum proprium, imò in contrarium eſt ueritas. Non obſtat Camerar.in repetit. l.Imperialem, §. præterea Ducatus, allegatus per Cumiam. quia Andr.allegatus per Camerarium,& Afflict.allegatus per Cumiam. non dicunt aliquid de hoc, vt teſtatur idẽ Thomas de Marinis in eodem Tracta.lib.j.fol.8. nu.45. Et quamuis dicat reperiſſe Iacob. de Beluiſ. in c.j.in fin.de eo,qui ſibi & hęred.ſuis,dixiſſe, tamen Iacob.nil dicit,quòd faueat eius intẽtioni: diſtinguit enim de feudo recto & conditionato, ſed eo modo,quo diſtinguit Socin.in d. conſil. qui & ipſum Iacob. allegat. ideo tenenda eſt vera,& communis opinio, quòd feudum informe & ſimpliciter pręſcriptum, cenſetur hæreditarium: ideoq; tenenda eſt hęc opinio,tanquàm vera,quòd in feudo informi & ſimpliciter præſcriptio, quia cenſetur hæreditarium, ſicuti & in hæreditario procedat diſpoſitio iſtius legis,& non iuuat inuentarium in feudo hæreditario, prout latè fuit dictum,& explicatum ſupra, ſecundum communem opinionem, quicquid dixerit Dec.in conſil. 185. & ante eum Bal. in quodam conſil.quod refert Afflict.in prælud. feudo.in vj. diuiſ.

*S V M M AE.*

*1 Feudum nouum ſtantè diſpoſitione iſtius legis, alienatur in praiudicium agnatorum, ſub quacunque ſit forma.*

*Procedit etiam lex iſta indiſtinctè in feudo nouo, ſub quacunque forma ſit feudum; quia feudum nouum non habet agnatos, vt omnes dicunt in commento iſtius legis: nam feudũ nouum, ſub quacunque ſit forma, cenſetur hereditarium, vt dicunt Camerar.& Frecci a, & infra latius tractabo.*

*Iſta lex operatur etiam in feudis antiquis etiã pacti & prouidentia Principis. nu.2.*

*Iſta lex dat nouam naturam feudis, ſtante hac lege non operatur conſtit.conſtitutionem, nec c.Titius. num.3. & 4.*

*Errant qui dicunt legem iſtam non procedere forma repugnante, nec eo caſu eſſet correcta conſtit.conſtitutionem. num. 5.6.*

*Fuit receptum communiter in Regno, à ſententia lata in cauſa Vicari, poſſe fieri alienationẽ feudi in praiudicium agnatorum, in feudo informi & ſimpliciter praſcripto, in feudo nouo & hereditario. num.7.8.*

*Non eſt illa ratio vera, quòd per iſtam legem ſit elargatum verbum, hares, ſed militant alia rationes. num.9.10.*

*11 Iaſ. diſcedit à vera opinione.*

*12 Iaſ.opinio ſaluari poteſt in vno caſu.*

*Hares verbum, quod ſit elargatum per iſtam legem, nunquàm ſomniauit legiſlator. nu.13.*

*Conſtitutio, conſtitutionem, correcta per iſtam legem. num.14.*

*15 Beneficia Principum debent intelligi ſine alterius iniuria.*

*16 Pacti & prouidentia Principis in feudis, agnati non adingrediuntur locum pradeceſſoris, nec veniunt ex perſona.*

*17 Alienante mortuo admittitur ſequens in gradu proximior. & num.18.19.*

*20 Feudum pacti & prouidentia Principis cenſetur reſtitutioni ſubiectum.*

*21 Feudum ſit datum, cenſetur ſub conditione datum; & ea purificata, nunquàm cenſetur fuiſſe illius. & num.22.*

*Procedunt hac etiam in allaudijs. nu.23.*

PRocedit etiam iſta lex in feudis pacti & prouidentiæ Principis antiquis vel paternis; 1 † nam ſub quacunque forma, vel tenore inueſtituræ ſtrictæ ſit feudum, valet alienatio feudi, dummodò ſeruetur forma iſtius legis, 2 † quia iſta lex dat nouam naturam feudis, vt ſint alienabilia, vt ſcribit Gulielm. de Pern.in conſ.8.& corrigit cõſtitutiones Frederici Imperatoris, inhibentes alienationẽ feudi: 3 † ideoque alienans feudum in forma ſtricta, vt loquuntur Doctor. non reuocabit feudũ ipſemet vigore conſtit. cõſtitutionẽ, vt tenent ſcribentes ſuper hac lege: 4 † nec reuocabunt agnati viuo alienante ex diſpoſitione c. Titius, ſi de feud.defunct.milit.fuer. contr.ſed valebit alienatio in vita alienãtis. 5 & ideo illi, qui dicunt, † ꝙ iſta lex non procedit forma, ſeu tenore inueſtituræ repugnante, errãt: nam ſi non procederet in tali ſpecie, eſſet nullus contractus alienationis,& reuocaret ipſemet ex diſpoſitione dictę cõſtit. 6 conſtitutionẽ, † quæ nõ reperiretur correcta in caſu, in quo non procedit iſta lex. Ideoq; apparet illud, quod in ore oĩum verſatur, nõ eſſe verum, quia iſta lex in omni caſu procedit ſi ſeruatur eius forma. verũ non negabo, † quòd

quando fieret alienatio irreuocabilis, etiam in præiudicium agnatorum, quod à tempore sententiæ latæ in causa Vicari † per Infantem Ioannem fuit receptum communiter in feudo nouo, & informi, vel simpliciter præscripto, & feudo mero hæreditario. at in feudo pacti & prouidentiæ Principis non fit alienatio in præiudicium agnatorum, & ex hac causa cœperunt dicere, quòd ista lex nõ procedit forma repugnante, quod simpliciter acceptum, est falsum, nisi addatur in præiudicium agnatorum. † Et ratio, cur valeat alienatio in præiudicium agnatorum in feudo hæreditario, non est illa, quæ communiter assignatur, quod est elargatum verbum, hæres, per istam legem, vt comprehendat etiam hæredem extraneum, nam nunquàm Legislator talia somniauit: sed ideo est, quia per istam legem annihilantur constitutiones inhibentes alienationem feudorum, ideoque in alienatione feudi nõ requiritur aliquis consensus, aut licẽtia Principis, & ideo legitimè alienatur feudũ; † & hæres non potest reuocare, quia in feudo hęreditario filius, vel agnatus, adingreditur locũ patris, vt Bal. docet in cons. 261. vol. j. & efficitur vna & eadem persona cum defuncto, vt And. docet in c. j. in fin. qui success. tenean. & in c. j. an agna. & in c. j. de success. feud. §. hoc quoque. & in hoc Doctores triplicem assignant rationem. Primam, quia hæres cum defuncto reputatur vna & eadem persona, vt in Auth. de iureiur, à mori. pręstito. ideoque sicuti ipsemet non reuocaret, quia non posset cõtrauenire facto proprio, sic nec eius hęres, l. cum à matre, C. de rei vendic. Secunda ratio ex regula legis, ex qua persona, de reg. iur. nam si lucrum sentit, non potest eius factum impugnare, à quo lucrum sentit. Tertia ratio est ex illa regula, Quem de euictione tenet actio, eundem agentem, &c. prout latius scribunt Docto. in d. l. cum à matre, & in l. fin. §. in computatione, C. de iur. delibe. & maximè Pau. de Cast. & sequuntur omnes hanc doctrinam. & si vellem referre Docto. implerem chartas plurimas: sed quia esset potius laboriosum, quàm subtile, dimitto his, qui delectãtur auctoritatibus Doctorũ, à quo studio semper abhorrui. attamen quãuis ista opinio sit vera, & receptissima, tamẽ ne sit aliquid non controuersum in iure nostro prę nimia turba interpretum, ab ista opinione vera discessit Ias. in consil. 56. col. 6. vol. 3. † in quo consil. firmat, quòd in feudo antiquo hæreditario filius, vel agnatus, possunt contrauenire facto defuncti, & idem cõsuluit consil. 168. vol. 4. motus futilibus fundamentis, quibus ex se patet responsio. ideo Aymon Crauett. consil. 200. num. 7. noluit approbare ex toto dicta Ias. in dictis consiliis: † nam possent procedere eius motiua, quando fieret alienatio nulliter, contra legis prohibitionem, & ita loquitur Bald. per eum citatus. & in hoc limitatur regula l. cũ à matre, vt tradit Grammatic. decis. 93. qui ita intelligit Ias. in dictis consiliis. Ideoque remanet firma prædicta conclusio, quòd auctoritate huius legis alienatio feudi præiudicat hæredibus descendentibus, etiam si conficiant inuentarium, quia in feudo hæreditario, secundum communem opinionem inuentarium non prodest, & ista est vera ratio, & non illa, quòd sit per istam legem elargatum verbum, hæres, vt etiam hæredem extraneum comprehẽdat, quod nunquàm, ne per somnium quidem, venit hoc in mentem Legislatori. at in feudo pacti, & prouidentiæ Principis, † quamuis valeat alienatio in vita alienantis, & non possint nec alienans, nec hęres eius reuocare alienationem ex constitut. constitutionem, † quia est correcta per istam legem: attamen talis alienatio non præiudicat agnatis, nam ista lex nil tractat de præiudicio agnatorum, ergo videtur omne ius eis remissum. nam quod nõ corrigitur, cur stare prohibetur, l. pręcipimus, in princ. C. de appell.? ita determinat Bal. in c. j. §. porro, vers. quæro, qualiter hodie feudũ alienari possit. & idem tenet Bal. in c. j. §. hoc quoque, col. j. & probat tex. in c. Titius, si de feud. fuer. contro. inter dom. & agnat. † quia beneficia Principum debent intelligi sine alterius iniuria, l. 2. §. merito, ne quid in loco public. at iura filiorum, & agnatorum, sunt in feudo pacti & prouidentiæ Principis, † qđ ipsi non ingrediuntur locum defuncti, sed tenent proprium locum in feudo, & non habent ex persona defuncti, quia ius ipsius defuncti per mortem eius extinguitur, l. vxor patrui, C. de legat. ideoque cum alienatur tale feudum de assensu Domini, tunc manebit penes emptorem, quandiu mansisset apud venditorem, si non alienasset, argumento tex. in l. Statius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de iur. fisc. & in l. cum pater, §. hęreditatem, ff. de legat. 2. quia resoluto iure

datoris, resoluitur ius acceptoris, l. lex vecti-
17 gali, ff. de pignor. cum simil. † ideo mortuo alienante, admittitur sequens, & proximior in gradu ex descendentibus, argum. tex. in l. cum pater, §. à te, & l. peto, §. à fratre, ff. de le
18 ga. 2. Et ratio est, † quia hęc deferuntur à genere, & non ab ipso moriente: ideo remanent incolumia, argum. tex. in l. 3. in fin. ff. de interdict. & relegat. & videtur facta con-
19 cessio, † vt post mortem vnius perueniat ad alium proximiorem, & post mortem quò ad illum, qui succedit, erit donatio separata à prima, quasi tot sint personæ, quot sunt donationes, & dabitur vtilis rei vendicatiò succedenti, argu. tex. in l. 2. & 3. de donatio. quę
20 sub modo. † nam feudum hoc tenore datum, censetur restitutioni subiectum, in quo clatum est, quod alienatio non valet in præiudicium fideicommissarij, adueniente die fideicommissi resoluitur alienatio, l. 3. §. si sub conditione, C. communia de legat. sic differit And. in c. j. §. hoc quoque, j. & 2. col. de success. feud. & quod videatur feudum sub tali tenore pacti & prouidentiæ datum gradatim, tenuit idem And. in c. j. col. 4. Impera
21 tor Loth. Eugen. Pap. nam † feudum sic datum, censetur datum sub conditione, iuxta terminos tex. in d. l. 3. §. si sub cōditione, C.
22 commun. de legat. † & illud, quod quis habet sub conditione, ea existente nunquàm videtur fuisse illius, qui prius habebat: ideo non potest alienare in præiudicium agnati. ita dicit etiam And. in c. j. col. 4. de eo, qui si bi, & hæred. suis. idem tenet And. in c. j. col. 2. si vasall. feud. priuat. idem latius docet And. in l. j. §. præterea Ducatus, in prima ac etiam 2. addit. de prohib. feud. alien. per Freder. vbi dicit esse plures concessiones, & quod occultatur vnus actus, & quòd non potest ille, qui tenet feudum, de eo disponere sine voluntate agnatorum, quia feudum non habent à patre, sed ex munificentia concedentis, l. si arrogator, ff. de adop. & subdit postea, quòd enim lex dat, priuatus auferre non potest, allegat tex. in Auth. de nupt. §. sin autem in dote, & d. l. si arrogator, ff. de adopt. & ista dicta Andr. sequuntur communiter Doctor. tractantes hāc materiam. & quia dicit vera, à nemine impugnatur; ideoque apparet clarissimè, quòd alienatio feudi facta auctoritate istius legis in feudis pacti & prouidentiæ Principis, valent tantum in vita alienantis, & non præiudicat agnatis, & hæc sunt vera,
23 non ex eo, † quia sunt feuda, sed idem in aliis bonis, quæ tenerentur simili prouidentia Principis: nam tex. in l. si arrogator, & similes, non loquuntur de feudis, cum illo tempore feuda essent incognita, ideo satis est declaratum quomodo oporteat intelligere, quòd ista lex non procedit forma repugnante, scilicet in præiudicium agnatorum.

*SVMMAE.*

1 *Feudi pacti & prouidentia Principis primus acquisitor, an illud in praiudicium successorum alienare possit.*
*In præfata quæstione vbique tenuit And. quòd sic. num. 2.*
3 *Feudum acquisitum per patrem, quàmuis nominentur filij, non tamen censentur cognitià concedente*
4 *Filij admittuntur ad feudum, demum patre mortuo.*
5 *Feudo in nouo principaliter dominus respicit merita patris.*
6 *Pater acquirendo filijs, videtur eis donare causa mortis.*
*Recensetur catalogus Doctorum tenentium opinionem Andr. num. 7.*
*Econtra recensetur catalogus Doctorum tenentium contrariam opinionem. num. 8.*
9 *Feudum pro se & filijs cum pater recipit, censentur diuersæ concessiones.*
10 *Ius quæsitum filijs ex stipulatione patris.*
*Non accipit à patre, sed propter mortem patris à concedente. num. 11.*
12 *Auctor tenet opinionem contra And. tanquàm veriorem, & receptiorem.*
13 *Leges allegatæ per And. non probant eius intentionem.*
14 *Legatū factū ciuibus, censetur factū ciuitati.*
15 *Intellectus legis, quòd fauore, C. de ll. & nu. 16.*
17 *Feudum si pater prohibeatur alienare, nullum odium considerari potest.*
18 *Illatio non sit bona ex diuersis.*
19 *Contractus quamuis respiciat seruitia patris, non ex hoc redditur reuocabilis.*
20 *Pater non donat filijs, sed Princeps propter patrem.*
21 *Bart. doctrina in §. Flauius, est controuersi iuris, & non procedit in isto casu. et num. 22.*
23 *Ius nō est statuendū opinionibus, sed ueritate, quia dixit dominus, Ego sum veritas. & nume. 24.*
25 *Interpretationem quæ certam semper habuerunt, minimè mutanda sunt.*

QVIAVI

VISVS explicitis, non erit ociosum tractare,† an primus acquisitor feudi sub tenore, seu forma in uestituræ, quam strictam vocant, possit auctoritate huius legis disponere de feudo in præiudicium agnatorum,† & in hac specie Andr. in c.j.§. & si libellum, de alien. feud. patern. tenet, quòd possit: nam dicit ipse,† quòd feudum nouum acquisitum per patrem, quamuis etiam filij nominentur in inuestitura, nisi exprimantur proprijs nominibus, non videntur cogniti per concedentem, sed ipsius contemplatione patris videtur feudum datum, argu. tex. in l. ciuibus, ff. de reb. dub. & in l. annua, §. à Titio, ff. de an. legat. & per not. in l. qui proprio, §. ut in cæteris, ff. de procurat. Si ergo contemplatione patris filijs datur, patri tantum datur, l. dedit, ff. de collat. dot. Doctor. l. sed si plures, §. in arrogato, ff. de vulga. & pupill. substit. & ex hoc, quòd contemplatione patris videtur facta acquisitio, elicitur quòd non obstante, quòd sit facta concessio coniunctim pro patre & filijs, & sic ambo simul admitti deberent; tamen secundum opinionem cōmunem,† filij tantum admittuntur patre mortuo, pro ut tenet Andr. in c.j. de inuestit. de re alien. fact. in princip. 4. col. Bar. in l. si non sortem, §. si libertus, col. 12. ff. de condic. indebit. cum alijs concordan. per Doct. in l. Gallus, §. j. ff. de liber. & posth. & per istā rationem tenet etiam Gulielm. de Pern. cōsil. 11. dicens, quòd si filij habent patris contemplatione, ergo in eius potestate est disponere, & alienare, sicut vult. idem tenet etiam Andr. in constit. constitutionem, & in c.j. in princip. ī 1. col. de success. feud. & in c.j. si vassal. feu. priuat. cui deferat. Adducitur etiam alia ratio,† quia in feudo nouo principaliter dominus respicit seruitia & personā patris, & eius merita: ad personam autem filiorum nullum respectum habent, nec ita sunt grata seruitia eorum, sicut patris, ut declarat Andr. in c. j. Episcop. vel abbat. idem vult Bal. in c.j. §. hoc quoq;, in princip. de successio. feud. ubi dicit, quòd agnati in feudo nouo non possunt contradicere. idem tenet etiam Bal. in c.j. de vassal. decrep. ætat. & latè Imol. in l. apud Iulianum, §. si quis alicui, ff. de legat. j. & in l. filiusfamilias, §. cum pater, ff. eod. titul. Pro qua conclusione adducuntur viuæ rationes,† nam pater acquirendo filijs, videtur eis donare, & sic causa mortis, cum post mortem patris vocentur secundum doctrinam Bart. in d. l. si mihi & Titio, ff. de verbo. obligat. & in d. l. si non sortem, §. si libertus, ff. de condic. indebit. & voluit Bal. in l. j. C. per quas personas nob. acquir. potuit ergo per patrem reuocari, l. qui morte, ff. de donat. caus. mort. l. non omnis, ff. si cert. petat. quod confirmatur hac ratione, nā istud ius filiorum est acquisitum spe, re, & opera patris,† ergo eius facto tolli potest, l. 3. ubi Bart. ff. de seru. export. l. j. & ibi Bal. C. si mancip. fuer. alien. & ita tenet Bart. in l. qui Romæ, §. Flauius, & ibi sequuntur Angel. Imol. Raphael, & omnes. vbi Ias. testatur hanc esse communem, ff. de verb. obliga. & idem per easdem rationes tenet Anchar. in consil. 142. pro domina, col. j. idem tenet Raphael Cuman. in consil. 226. in fine, & Alex. consi. 28. incipient. in causa & lite, col. j. vol. j. & istam opinionem latè tenet Ioan. Alois. in commento huius legis, in 8. effectu, pro ut loquitur ipse, dicens hanc partem tenere omnes Siculos, tam in glossis huius legis, quàm in consilijs, secundum quam declarat magna Curia nulla in hoc admissa disputatione, asserens etiam dixisse idem Adamum de Asmundo in quæstione Roccellæ, ita iudicasse Regem Alfonsum, & ego nunquam vidi de hoc dubitari in magna Curia: quinimò omnes tenere hāc opinionem. nouissimè postquam hæc scripseram, reperi hāc opinionem tenere Thomam de Marinis in suo tractat. de gener. & qualit. feudor. lib. j. titul. 3. fol. 7. adducens ex Mar. & Camer. in locis per eum citatis, quòd feudum nouum etiam pacti & prouidentiæ Principis, omnino æquiparatur feudo hæreditario.

Contrariam tamen opinionem, quòd pater primus acquisitor non possit alienare feudum acquisitum sub tenore inuestituræ, seu forma, quàm uocant strictam, in præiudicium agnatorum,† tenent Bal. Angel. Paul. de Castr. post Din. in l. apud Iulianum, §. si quis alicui, ff. de legat. j. & hanc partem tenent etiam ibi Salic. Floria. Raphael, & Aretin. quos refert & sequitur ibidem Ias. hanc eandem opinionem ī feudo tenet ibi Alex. dicens eam opinionem esse communem, & istam opinionem tenet etiam ipse Alex. dicens eam communem in consil. 8. uol. 3. idē tenet in consi. 106. & in consil. sequenti, vol. 4. hanc etiam opinionem tenet Curt. senior, dicens eam communem in consil. 25. istam opinio-

opinionem tenet etiam Dec.consil.239.& Iaſ.conſil.213. uol.2.ubi in 2. col.atteſtatur hanc eſſe communem opinionem.eandem opinionem tenet etiam Ruin.conſil.8.& cõ ſil.25.& conſil.213. uol.j.& ubiq; teſtatur hanc eſſe communem opinionem.eandem opinionem tenet Oldemdorpius de actione iuris,claſſe 4.in actione emphytheutica,c.7. in fin.eandem opinionem tenet etiam Soc. iunior conſil. 160.nu.44.vol.2. vbi teſtatur hanc eſſe communem opinionem.iſtam opinionem tenet etiam Barb.in rubric.de feud. qui tenentes hanc partem, referunt multos alios tenere hãc opinionem,ſed ſatis eſt hãc eſſe communem,vt patet ex relatis Doctoribus,& ex his, qui conteſtantur hanc eſſe cõmunem,cum ipſi ſoli facerent communem.

9 † Mouetur iſti patres primò, quia cum pater recipit feudum pro ſe & filiis, ſunt diuerſæ conceſſiones; vna in perſona patris,& altera & noua in perſona filij,argum.tex.& ibi glo. & Doctor. in l.ſtipulatio, §.ſi quis ita, ff.de

10 verbor. obligat.ideoq; † ius quæſitum filio per ſtipulationem patris,quod poteſt,l.quod cunque, §.j.ff.de verbor.oblig.tale ius quæſitum filiis ex contractu patris, eis inuitis auferri non poteſt, l.final.ff.de pact.ita Angel. Bal.& Paul.de Caſtro in d.l.idem Iulianus, §.ſi alicui, ff.de legat.j.& Angel.In l.item ve niunt, §.item videndum, ff.de pet.hæredit. idem Aretin.in d.l.apud Iulianum, §.ſi alicui, adducit doctrinam Bart. in l.ſi mihi &

11 Titio, ff.de verbor.obligat.quia † filius non capit feudum à patre iſto caſu, ſed propter mortem patris mortis cauſa capione, ut ipſe loquitur: ideoque à concedente & non à patre capit, meritò non poteſt eis præiudicare, & ita reſidet Aret.

12 Quid dicendũ?†ego,quãuis articulus ſit dubius & anceps, teneo iſtã ſecũdã opinionẽ,quã iudico eſſe veriorẽ,& magis communẽ,quę magis apparebit vera ex reſponſione ad rationes cõtrarias.Et primò leges,quas allegat Andr.in cap.j.§.ſi libellum, colu.4.de

13 alien.feud.patern. † quod videatur datum filiis contemplatione patris,nil probant.&primò tex.in l.annua,§.à Titia,ff.de ann.legat. nam ille tex. nil protinus facit, nam vis argumenti Iuriſconſulti conſiſtit in illa ſpecie, quòd relictum Ierofilaci & libertis, ex veri ſimili mente teſtantis nõ erat cõprehendere viuos ſolos, quia miniſterium videtur deſignaſſe,quod argumentum quomodo põt detorqueri ad hypotheſim noſtram, nõ video: nam in conceſſione nominantur & pater & filij,ſit ambobus acquiſitio,quamuis ordine ſucceſſiuo, quod miniſterium videtur deſignaſſe in patre concedens, & quod in filijs non video quomodo poſſet cohærere argumentatio Andr. quod argumento dictæ legis videatur datum filijs contemplatione patris, cum ſcintilla quidem de hoc in illa lege. Minus facit tex.in l. filiofamiliàs, ff.de condit.& demonſtr.cum loquatur ibi Iuriſconſultus, quando relinquitur filio in poteſtate ſub commemoratione patriæ poteſtatis, & tempore quo defertur, eſſet in patria poteſtate, nam tunc clarum eſt, quòd legatum acquiritur patri: at cum legatur patri & filio, quod intelligitur ordine ſucceſſiuo, ut demum filij habeant poſt mortem patris, ut declarat Andr.in d. §.& ſi libellum,col.4.5. & in c.j.col.4.de inueſtit.de re alien.fact.ceſſat ratio dicti tex. cũ quęratur filio poſt mortem patris ex ſtipulatione paterna, & eo tẽpore, quo non poteſt quæri patri, cum ipſe habuerit in vita, & in perſona filij ſit altera & noua conceſſio, per ea, quæ habentur in d.l.ſtipulatio,§.ſi quæſita,ff.de verbo.oblig. ideo dicta l.filiofamilias,adducta per Andr. nil protinus facit. Minus etiã facit tex.in l. ciuibus,ff.de reb.dub.nam reſpondet ibi Iu

14 riſconſultus, † quòd legatum factum ciuibus, cenſetur factum ciuitati non alia ratione, niſi quia ciues ſunt ipſa ciuitas, ut declarat ibidem Socin.& dicit Ariſtotel.3.Polit. quod ciuitas eſt ciuium multitudo quędam. Quod reſponſum non iuuat in aliquo intentionem And.ut de ſe patet.Minus etiam probat tex.in l. cum aliquis, C. de iur. deliber. nam eſt eadem ratio, quæ in l.filiofamilias, ff.de condit.& demonſtr.nam quando relinquitur ſeruo ſub cõmemoratione domini, videtur domino relictum, cum ſeruus capere non poſſit.at iſto caſu non poteſt dici acquiſitum filijs, quod acquiſierit pro ſe, cum & ordine ſucceſſiuo ex ſua ſtipulatione ipſius patris fuerit acquiſitum filijs poſt eius mortem. meritò dictæ leges inutiliter allegantur ad hoc,quòd videatur acquiſitum patri relictũ factum filio poſt mortem patris, cum filio quæratur eo tempore, quo eſt ſui iuris, ut eſt tex.& ibi Doctor.in l.quodcunque,§.j.ff.de verbor. obligat.quod in dubio voluit, ut ſemper intelligatur Bar. in l.cum filiofamilias, in 2,oppoſitione, ff.de legat.j. ideoq;

ideoq; vanè argumentatur de contemplatione patris de eo, quod est datum filijs, cum eis acquiratur eo tempore, quo pater non est in rerum natura. dicere quòd totum acquiritur patri in eius vita, hoc est verum, & de hoc non quæritur, sed quòd ipse posset auferre filijs, quod eis sua stipulatione fuit acquisitum, de hoc quæritur, & non potest fieri à patre, l. fina. ff. de pact. & quatenus Pern. consil. 12. in 4. col. declarando Andr. dicebat, quòd illud, quod fauore patris introductum est, non debet in eius odium retorqueri, l. quod fauore, C. de ll. quod esset si non posset alienare, nam istud argumentum non cohæret. & primò, quia illa lex non 15 procedit, † quando non solùm est fauor vnius, sed etiam aliorum, ut declarat Bald. in dicta l. quod fauore, col. 2. vers. ego dico. & non potest negari, quòd quamuis respiciat fauorem patris, quod datur filijs eius contemplatione, quòd non magis principaliter 16 respiciat fauorem filiorum. Præterea † illa regula nō habet locum, quotiens illud odiū perueniat ex natura ipsius rei, & ex quadam consequentia, ut vult Bal. in d. l. quod fauore, in 7. oppos. & sequuntur Alex. Ias. Dec. post alios, quos allegant, in l. si Ruffinus, C. de testam. milit. at isto casu ex necessaria cōsequentia venit, quòd semel acquisitum filijs auferri non possit, per tex. in l. final. ff. de pact. & in l. ius nostrum, ff. de reg. iur. Præte 17 rea † nullum odium potest considerari, si pater prohibeatur auferre filijs: quinimò per istam prohibitionem conseruatur votum parentum, quòd bona parentum vadant ad filios, l. nam & si patentibus, ff. de inoffic. testam. ideoq; malè cohærēt rationes Guliel. de Pern. & pariformiter argumenta And. in ista specie nil valent, cum argumenta tendant ad probandum, quòd datum contemplatione patris acquiritur patri, & in ista specie est datum patri & filijs ordine successiuo, & filijs non acquiritur nisi post mortem patris ex patris stipulatione. ex quibus patet, 18 quàm diuersa sint, † & ex diuersis non fit bona illatio, l. Papinianus exuli, in fine, ff. de minor. nec facit aliquid illa consideratio, q Princeps donans patri & filijs, magis respicit merita patris, quàm filiorum, maximè cum non sint nati tempore concessionis, vt considerat And. in c. j. Episcop. vel abb. nam hoc nil refert, si princeps voluerit prouidere patri & successiue filijs ob seruitia patris.

19 † nam ex hoc non redditur minus contractus irreuocabilis, cum fuerit perfecta donatio, l. perfecta, C. de reuocan. donat. nam in hoc casu etiam militat ratio Doctorum dicentium quòd illud, quod est acquisitum filijs stipulatione paterna, non potest per patrem auferri, quomodocunq; acquisierit pater per stipulationem, d. l. fin. ff. de pact. Non obstat, quòd pater acquirendo filijs, videtur eis donare post eius mortem, cum post mortem patris uocentur, iuxta doctrinam Bart. in d. l. si mihi & Titio, ff. de verbo. obligat. & in l. si non sortem, §. si libertis, ff. de cō dit. indeb. voluit Bal. in l. j. c. per quas perso. nobil. acquir. ergo potest per patrem reuocari, l. qui morte, ff. de donat. caus. mort. nam dicta ratio Bart. vrget in oppositum: nam nō dicitur acquiri à patre quasi donatum à patre, sed propter mortem patris, tanquàm donatum à concedente, vt considerat Aretin. in d. §. si quis alicui, & superius adduxi, & patet hoc manifestè: nam patet ipse non donat filijs, sed Princeps, & filijs acquiritur ex donatione Principis, subsequuta patris stipulatione, quo casu est irreuocabilis contractus. 21 Non obstat † doctrina Bart. in l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de verbor. obligat. quia vltra q illa quæstio & decisio Bar. est adeo perplexa & controuersi iuris, quòd facile non perspici potest quænam sit verior, & magis communis opinio: attamen quando esset vera, procederet in terminis, in quibus loquitur, quando resultat contractus innominatus. ideoq; dicunt communiter Doctor. in d. §. Flauius, quòd si esset adiecta stipulatio Notarij pro absentibus, quia esset firmior, contractus esset irreuocabilis, & non procederet doctrina Bart. at isto casu pater recipiens pro se & filijs, censetur pro filijs stipulari, l. quodcunq;, ff. de verbor. oblig. merito & cō tractus, & concessio irreuocabilis, tanquam 22 firmata stipulatione patris. Præterea † doctrina Bart. in d. §. Flauius, non procedit, quando pactum adiuuatur legis dispositione, vt dicunt Doctor. in dicto §. Flauius, per tex. in l. si constante, in fi. C. de dona. ante nupt. inferentes ex hoc ad terminos nostros: nam cum istud pactum in feudis sit approbatum à consuetudinibus feudorum, vt feuda transeant ad filios, sit irreuocabilis contractus, & hoc prius voluit Bal. in d. l. si constante, in fine, C. de donat. ante nupt. qui allegat etiā Bar. hoc voluisse in l. iusiurandum, §. quod si liberi,

liberi, ff. de oper. libert. & quamuis Alex. in d. §. Flauius, reprehendat; quatenus allegat tex. in c. j. de success. feud. quia est ius consuetudinarium in feudis, quod non seruatur in aliis: attamen quæstio nostra, cum sit de feudis expressis verbis, videtur istam opinionē approbare in feudis, prout Ias. in specie ibi approbat. ideoq; dicta doctrina Bart. in d. §. Flauius, non obstat. Non obstat, quòd feudum nouum etiā pacti & prouidentiæ Principis æquiparatur hæreditario, quia hoc nullo iure probatur, & est falsum nulla ratione subnixum. Non obstat, quòd omnes Siculi tenēt illam primam opinionem, quia nos certamus de veritate, & nō de opinionibus: nam opinio (teste Platone) obtinet medium inter veritatem & mendacium, nisi opinio sit fulcita optima ratione, ac naturali: & ideo dicebat Augustinus Hieronymo, in quadam epistola, cum eum oneraret & vrgeret auctoritatibus, quòd illis solis scriptorum generibus deferre solebat, qui canonici appellantur: cæteris autem, quantum ratione & auctoritate niterentur; & habetur hoc di-23 ctum Augustini in c. ego solis, 9. distin. † & ius non est statuendum opinionibus, sed veritate, l. j, §. sane, C. de veter. iur. enuclea. ut habetur Exodi c. 23. vbi Dominus dicit Mosi, In iudicio non acquiesces plurimorum sententiæ, vt à veritate deuies. & quamuis inter tenentes primam partem sit Andr. vir summæ auctoritatis, attamen nunquam au-24 ctoritas præualuit veritati: † nam dixit Dominus, Ego sum veritas. Non dixit sum auctoritas, vel sententia, vel consuetudo, ut habetur in c. si cōsuetudinem, 8. dist. ideoq; cū ista opinio sit veritate, & rationibus fundata, & opinione etiam communi roborata, tenenda esset, ni hactenus aliter fuisset 25 creditum & obseruatum, † quia minimè mutanda sunt, quæ interpretationem certam semper habuerunt, l. minimè, & l. si de interpretatione, ff. de ll. & ideo dicebat Dec. in c. at si clerici, col. 17. de iudic. in quo loco Dec. asserit, quòd illa opinio est tenenda, secundum quam sępe sæpius fuit obseruatum, quamuis constet alteram opinionem, & appareat esse veriorem, & communem; & ideo ista opinio tanquam recepta, & obseruata, est tenenda, quamuis altera sit verior, & receptior. & quod fuerit recepta testatur Ioan. Aloys. in repetit. istius legis, in 28. effectu, & Doctori excellenti ut attestanti, est credendum, Paul. de Castr. consi. 162. in præsenti causa Maioriæ Hyspalensis. col. j. vol. j. Ioan. de Ansatono in causa reinte.

S V M M AE.

1 *Feudi sub clausula iuris Francorum, primus acquisitor an possit illud alienare in praeiudicium primogeniti.*
2 *Primogenitus sub illa clausula, censetur vocatus specificè.*
3 *Doctorum catalogus, tenentium quòd etiam primus acquisitor non potest alienare in praeiudicium primogeniti.*
4 *Clausula iuris Francorum uocat specificè primogenitos, quia operatur ac si specificè fuissent taxata persona.*
5 *Nomine proprio non refert vocari, vel appellatiuo certo.*
6 *Andr. mens dum tractat, quando concedens respicit merita patris, vel filiorum.*
7 *Opinio ista est verior de iure.*
*Catalogus tenentium opinionem contrariam. num. 8.*
9 *Opinione à recepta non est recedendum.*

SED quid si fuerit adiecta clausula iuris Francorū? & Ioan. Aloys. cæpit tractare de ista quæstione, & præuentus morte, eam non ab-1 soluit: † & prima facie videtur dicendum, quòd non possit etiam primus acquisitor pri-2 mogenito præiudicare: † nam cum in ista specie sit specificè vocatus primogenitus, non poterit pater eo postergato aliis dare contra formam concessionis, vt est expressa decisio Andr. in c. omnes filij, si de feud. fuer. contro. inter dom. & agnat. & loquitur Andr. ibi retentis terminis illius tex. qui loquitur in feudo nouo, quem Andr. in d. c. omnes filij, sequuntur omnes. Et per istam decisio-3 nem, & alias rationes, † hanc opinionem tenuit Pern. in consil. 12. & idem Pern. consil. 18. vbi dicit ita fuisse determinatum in illa causa Terrænouæ, pro qua consuluit in dicto consil. 12. idem tenuit Gualter. in quodam consil. quod fecit pro eadem causa. eandem opinionem tenuit Francus de Franco 4 in causa Pictinei, & firmatur ratione: † nam ista clausula iuris Francorum est, ac si fuisset dictum, pro te & primogenitis, cū illa clausula vocet primogenitos, Andr. in l. j. §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Freder. & alibi sæpe. & quando est adiecta

dicta

dicta clausula, censentur taxatæ & limitatæ personæ, quæ vocantur ad successionem, ut dicit idem Andr. in c. j. §. his autem deficientibus, de grad. success. in feu. Cum ergo primogeniti sint expresse vocati, cessat ratio Andr. in dicto c. j. §. & si libellum, de alien. feud. & in aliis locis, cum expressis verbis sit vocatus primogenitus, quod Andr. etiam admittit, quando filius vocatur nomine pro5prio: † quod tamen non refert, si appellatiuum est ita certum, sicuti & nomen proprium, ut habetur per glos. in l. hac consultissima, & ibi Doctor. C. de testam. & in l. j. ff. de liber. & posth. Nec potest considerari, quòd Andr. voluerit, quòd expresso proprio nomine filij, quòd Princeps respexerit tūc ad me6rita filij, † quia non est hæc mens And. nam idem Andr. in dicto loco distinguit, quòd si apparet, quòd concedens respexit ad filios, tunc censeatur contemplatione filii. at quando nominatim fit mentio de filiis, tunc contemplatione nominatorum censetur facta concessio, ut expresse dicit Andr. in d. §. & si libellum, de alien. feud. pater. at quando vocantur primogeniti, nominatim censentur vocati, ergo eorum contemplatione cense7tur facta concessio, † & ista opinio uidetur 8 verior de iure. Attamen † idem Gulielm. de Pern. consi. 11. sibimet contrarius, dicit contrariam opinionem æquiorem & veriorem, quòd primus acquisitor etiam sub clausula iuris Francorum possit alienare in præiudicium primogeniti; quam opinionem tenent omnes Siculi. Iacob. Bonan. in causa Furnari, dicebat eādem opinionem semper tenuisse compatrem suum Gerardū Alliatā; & dicit Ioan. Aloys. in causa Pictinei, quòd dictā opinionem amplectitur magna Curia, sicuti euangelium; & quod non audiuntur disputationes in contrariū, & Iacob. Chirc. in causa fluminis Dionysij, dicit quòd totus mundus miratus fuit de illa sententia, lata in causa Terrenouę, inuehens contra iudices, quòd malè iudicarunt, & Antonius Compagna in causa Roccellæ dicit, quòd ista est communis opinio, & opinio recepta per magnam Curiam, & eandem opinionem prius tenuit Andr. in constit. constitutionem Diuæ me9moriæ. † quæ opinio cum sit recepta hodie, & contra eam nemo audet disputare, ab ea non est recedendum in iudicando, quia minimè mutanda sunt, quæ interpretationem certam semper habuerunt, l. minimè, l. si de interpretatione, ff. de ll. & scribit Dec. in dicto c. at si clerici, col. 17. ut supra scripsi. ideo que tenenda est in iudicando opinio ista, cū fuerit sic recepta & obseruata, quamuis altera opinio in puncto iuris sit verior, ut supra demonstraui, cui ego adhæreo quoque.

*SVMMAE*

1 *An primus qui restrinxit formam largam feudi antiqui possit alienare in præiudicium agnatorum, tanquam primus acquisitor feudi noui. & nu. 2.*

*Opinio contraria, quòd non possit alienare in præiudicium agnatorum, verior et tenenda. num. 3.*

4 *Pater quod acquisiuit filijs semel, eis inuitis nō potest auferri.*

*Non potest considerari fauor patris, sed filiorum tantùm. nu. 5.*

*In isto casu cessant rationes Andreæ & Doctorum, dum loquuntur de feudo nouo. nu. 6.*

7 *Feudo in hæreditario, stante dispositione istius legis, valet semper alienatio, etiam in præiudicium agnatorum.*

8 *Feudo in antiquo pacti & prouidentia Principis, valet in vita alienantis tantùm.*

9 *Lex procedit in feudo informi, vel simpliciter præscripto, ut fiat alienatio irreuocabilis, exceptis feudis dignitatum.*

At retenta opinione diu obseruata, q primus acquisitor sub quacunq; forma sit feudum, possit illud alienare in præiudicium vel primogeniti, vel agnatorum, non erit ociosum quærere in feudo antiquo in forma, seu tenore inuestituræ hęreditariæ, qui tenor per feudatarium fuerit restrictus ad ius Franco1rum; † an ipse primus, qui restrinxit formam, possit alienare in præiudicium primogenitorum, vel agnatorum? & videtur primò dicendum, quòd possit, cum ipse sic restringens cē2seatur primus acquisitor respectu formæ, † & ista alteratio & restrictio formæ faciat feudū esse nouum respectu istius nouæ formæ, arg. tex. in l. ius ciuile, ff. de iusti. & iur. & latè scribit Afflic. decis. 112. & hāc opinionem in terminis tenuit Blasi. de Sanct. Angel. in quodam consil. & Blas. Lanz. in consil. feudi Barchini, & ubiq;, ubi tractat hanc materiam. At tamen contraria opinio est verior, & tenen3da: † nam non potest negari, quin feudum sit antiquum, & quatenus illa alteratio facit feudum

dum nouum, quo ad ipsam alterationem; attamen ius quæsitum primogenitis per illam
4 restrictionem paternam, † non potest per patrem primogenitis inuitis auferri, d.l.fin.ff. de pact. & in isto casu cessant rationes Andr. quòd videatur datum feudum filiis contemplatione patris, ergo ipsi patri datum videtur, quia isto casu nō tractatur de datione feudi facta patri, in qua posset considerari fauor patris, & eius contemplatio. sed tractatur de restrictione formæ, quam ipsemet pater uoluit restringere,
5 † in qua non consideratur fauor patris, nec potest considerari: sed tantum fauor agnatorum, ut considerat Gualt. in consi. Furnari. ideo cessante ratione And. & Doctor. cessat eorum decisio, l. adigere, §. quamuis, ff. de iu. patron.
6 † & ita tenebat Anton. Manicellus in quodam suo cōsilio, quod habeo non impressum, & Ioan. Aloysius illum referens, & est vera opinio & tenenda, & maximè cum isto casu non appareat esse receptam illam opinionem Andreæ, secundum quam iudicat magna Curia.

Ex his apparet enucleatus intellectus istius legis,
7 † nam in feudo hæreditario alienatio semper est firma, etiam in præiudicium
8 agnatorum, † & in feudis pacti & prouidentiæ Principis valet alienatio in vita alienantis, & non in præiudicium agnatorum. & isto modo intelligitur, quòd ista lex non procedit forma repugnante; nisi sint feuda noua, secundum receptam opinionem: nam tunc fit alienatio etiam in præiudicium agnatorum, quod semper iudicaui falsum, vt latè superius disserui. sed tamen tenendum est in iudicādo, ex quo fuit recepta illa opinio per ea, quæ supra dixi. procedit etiam ista lex in feudo informi, vel simpliciter præscripto, exceptis feudis dignitatum secundum opinionem, quæ est verissima, vt latè supra disserui.

S V M M AE.

1 *Alienatio in proximum successurum, citra istā legem valet, quia constit. constitutionem, nō corrigit cap. 1. §. etsi libellum, de alie. feud. pater.*

2 *Quæstio difficillima, si moriatur ille, in quem fuit facta refutatio, quis succedat.*

3 *Blascus Lanz. in ea quæstione varius. & nu. 4. 5.*

6 *Blasci Lanz. rationes recitantur, quamuis respōdeatur eis. et nu. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14*

*Rationes contrariæ partis, scilicet nu. 15. 16. 17. 18. 19.*

*Catalogus tenentium opinionem Petri de Monte, & Gualteri. nu. 20.*

21 *Auctor comprobat opinionem Blasci Lanz. & nu. 22.*

23 *Intellectus tex. in l. si filiusfamilias, §. Diui, ff. de legat. 1.*

24 *Tex. in l. cum pater, §. à filia, ff. de legat. ij. coniuncto tex. in c. 1. §. & si libellum, determinat quæstionem.*

*Catalogus tenentium istam opinionem. nu. 25.*

*Auctor non determinat. nu. 26.*

ET quatenus est dictum, quòd feuda pacti & prouidentiæ Principis, non possunt alienari in præiudicium agnatorum,
1 † primò restringendum est, nisi fieret alienatio per refutationem in proximum successurum, iuxta tex. in c. j. §. & si libellum, de alienat. feud. pater. & est adeo firmum hoc, quòd constitut. constitutionem, quæ inhibet alienationem & diminutionem feudorum, non inhibet refutationem, nec corrigit dispositionem d. c. j. §. & si libellum, de alien. feud. pater. vt voluit And. qui non habet contradictorem, in dicta constit. constitutionem. ideóq; licitè, ac iure optimo, fit alienatio in proximum successurum, quia non est qui cōqueri possit, cum ei post mortem refutantis deuoluitur successio feudi, & hoc est clarissimi iuris.
2 Sed † ex hoc claro, & non controuerso iure, pullulat quæstio difficillima sub hac hypothesi, quæ est, si moriatur in vita refutantis ille, in quem facta fuit refutatio, relicta sobole, quis succedit in tali feudo, an filij morientis, cui facta fuit refutatio, tanquā illa refutatio fuerit firmissima in præiudiciū etiā cuiusuis agnati, qui reperitur astrictior tempore mortis refutantis, an ipse agnatus astrictior refutanti tempore mortis eius, qua si dicta refutatio non tenuerit in præiudicium agnati, qui reperitur proximior tempore mortis?
3 † Et in hac difficillima quæstione Blasc. Lanz. primò tenuit sequutus Petrum de Monte, & Gualter. de Patern. quòd proximior refutanti succederet, quasi illa refutatio, subducto de medio illò, cui facta fuit refutatio, euanuerit: quia non poterat fieri in præiudicium illius, qui reperiebatur astrictior tempore mortis,
4 † quod tempus consideratur in successione,
5 † & hanc opinionem ipse Blasc. posuit in prima lectura super ista lege.

lege. at postea cum accideret casus Castaniç mutauit opinionem dicens, refutationem esse semper adeo firmam, quòd etiam mortuo illo, cui facta est refutatio in vita refutātis, non resoluitur: quia non tractatur amplius de successione refutantis, cum fuerit per refutationem subductus de medio, & hābitus quasi pro mortuo sequutus Bernard. de Medico, dictus Saccuraía, in compendio super ista lege, & hāc opinionem tenuit in secunda lectura istius legis, & in allegationibus Castaniæ, & in allegationibus Palazoli. Quia ista quæstio est fructuosa, & quotidie accidit, intendo eam pro viribus examinare. Incipiam ab ista secunda opinione Blasci, 6 † in qua ipse figit pedes, pro qua opinione primò mouetur per tex. in cap. j. de alien. feu. pat. ex ea ratione sui, quod alienatio feudi potest fieri in proximè successurum, in præiudicium aliorum agnatorum. ergo clarum est, quòd aliàs non fit præiudicium, si superuiuat donatarios, quia proximior. præiudi-7 cium † ergo erit, si donatarius moriatur ante donantem. Ista prima ratio Blasci nil valet, nam fingit rationem tex. ex capite suo, cum nec tex. nec Doctor. in c. j. talia dicant, quinimò nec per somnium quidem considerant interesse agnatorum remotiorum, quando 8 fit alienatio in proximè successurum. † & ratio tex. in d. c. j. de alien. feud. pater. elicitur à tex. in l. cum pater, §. à filia, ff. de legat. 2. quod ex quo habiturus est ab intestato, potest ante mortem habere, si feudatarius refutauerit, & in c. j. de alienat. feud. probatur contrariū: nam ibi cauetur, quòd nunquam fit præiudicium agnatis, qui non censentur exclusi, vt declarant ibi Aluaro. & Præposit. ideoque malè cohæret ista prima ratio Bla-9 sci. Secundo mouetur, † quòd refutatio est resolutio iuris refutantis, & translatio in donatarium proximiorem, secundum Andr. in c. j. per quos fit inuestit. & per ea, quæ dicit And. in d. cap. 1. de alienat. feud. pater. dum declarat, quid sit refutatio, & sic per successorium edictum, sicut feudum deuolueretur per mortem, ita per refutationem, toto titulo ff. & C. de success. edict. quia non sine ministerio lex vocat alienationem, refutationē: quia sicut hæreditas refutata a proximiore transit ad sequentem, & non considerat amplius superuiuentiam refutantis, ita & 10 in feudis. † Potest responderi, quòd omnia sunt vera & procedunt, quò ad præiudicium refutātis, & hoc sentit Bal. in l. in personam. C. de fideicom. & in consil. 215. quod proponitur, col. 2. vol. 2. & nec And. nec quispiā alius, qui dicunt refutantem haberi pro mortuo, aperiūt quod hoc intelligatur etiam in præiudicium agnatorum subsequentium in gradu, meritò ab eorum auctoritate non potest argumentari, cum non quærant, nec de-11 cidant hoc. † Nec consideratio successorij edicti potest habere locum in isto casu, cum illa iura habeāt locum in successorio edicto legis, secus in successorio edicto conuentionis, sicut in feudis: quia in feudis refutatio non potest præiudicare agnatis, qui reperiūtur proximiores tempore mortis. ita distinguit Bal. in d. l. in personam, C. de fideicom. ideoq; ista secunda ratio Blasci est potius fucata, quàm vera. Tertiò allegat tex. pro casu 12 in c. j. de eo, qui finem fecit agnat. † qui tex. nil facit, nam ibi erant tres agnati, & vnus refutauerat feudum agnato & filijs, fuit mortuus donatarius absq; filijs: erat quæstio inter refutantem, & alterum agnatum de successione, quia dicebat alter agnatus, quia semel refutasti non potes amplius habere regressum ad feudum refutantem. Sed replicabatur, quòd erat refutatio personalis, & sic nō præiudicabat. & quatenus ibi fit mentio, quòd donatarius fuit mortuus sine filijs, & pōderatur quòd si esset mortuus cū filijs, nulla erat quæstio: verum quia refutans non potuisset mouere quæstionē filijs, quibus et refutauit, & refutatio semper tenet in præiudiciū refutantis, & sic videtur ꝙ ille tex. nil faciat, nec in sua decisione, nec in ratione decidendi, quia termini sunt valde diuersi & separati. quia in illo tex. nec quæritur, nec determinatur, si moritur donatarius in vita refutantis cū filijs, & exinde moriatur refutās, quis succedat in feudo, an proximior refutāti tēpore mortis, an filij donatarij, meritò nō pōt fieri fundamentū in illo tex. Quartò adducebat And. in c. 1. §. sed & si plures, ꝑ quos fit inuestit. qui And. decidit, ꝙ si moritur filius nō relicto filio, quo casu feudum reuertitur ad patrē refutātē: nā pater succedit filio, tūc pater, vel alius frater, soluet pro sua successione ius releuij. Sed quid faciat ad hanc quæstionē And. in d. iure releuij, & non aperit, nec quærit Andr. quādo frater succedat, an mortuo donatario cū filijs, vel sine. Ideoque non potest fieri fundamentū in eius verbis, cum nec per somnium quidem cogitaue

rit de ista quæstione, & nihilominus non est alleganda auctoritas Doctor. illius, qui perfunctoriè loquitur, & principaliter non tractat illam quæstionem, vt voluit Abb. in c. bonæ, il secondo, de postul. præla. Cuman. consil. 101. quos refert, & sequitur Socin. nepos consil. j. col. pen. vol. j. & sæpe sæpius dixi: quanto magis non est auctoritas adducenda illius Doctoris, qui nè per somnium quidem tractat illam opinionem. Ideoq; nō erat allegandus Andr. in dicto loco pro auctoritate. & eodem modo responderi potest Præposito in c. Titius, col. pen. si de feu. fuer. contro. inter dom. & agna. dicenti quòd nulli fit alienatio irreuocabiliter, nisi proximiori. Quam auctoritatem quinto loco adducebat Blasc. nam Præposit. nō tractat ibi quęstionem istam, quando moritur donatarius in vita refutantis, & in morte reperitur alius proximior. & illud, quod dicit Præposit. qđ fit irreuocabiliter alienatio in proximiorē, videtur intelligere, quòd fit irreuocabilis respectu refutantis & domini. at nil dicit, nec aperit de pręiudicio illius, qui tempore mortis reperitur proximior. Ideoq; nil facit Pręposit. ad istam quæstionem, de qua nec somniauit quidem. Vltimo adducebat auctoritatem Bernard. de Medico in compendio huius legis, qui determinat istam quæstionem. cui tamen potest responderi, † quòd loquitur in feudo hæreditario, in quo valet alienatio, non solum in primogenitum, sed in quēlibet etiam extraneum in pręiudicium agnatorum. at quæstio nostra loquitur in feudis pacti & prouidentiæ Principis, in quibus alia ratio reformat pactum. & ita respondent Blasc. in prima lectura huius legis, & prius Goffred. Zizari in quodam cons. suo, & Christophorus de Benedictis, quæ consil. habeo manuscripta. idem respondit Philipp. Perdicar. in causa Sclafani, & Ioan. Aloys. in causa Caltabillottæ; & magna Curia in iustificatione votorum in causa feudi dili Miri, ideo que aliàs ego in causa feudi Gristiæ, confutatis rationibus Blasc. † confirmabam opinionem Gualterij, & Petri de Mōte. Primo per tex. in l. si filiusfamiliàs, §. diui, il primo, ff. de legat. j. vbi deciditur, q̃ hæres grauatus restituere per fideicommissum hæreditatem ad tempus filiis fratris, non potest restituere ante tempus in præiudicium illorum, qui expectabant fideicommissum, & præiudicium considerat tex. quia posset esse, q̃ aliqui ex filiis, quibus debebat restitui, morirentur ante euentum conditionis, & non potuit restituendo hæres ante tempus præiudicare superstitibus, vt est ibi tex. clarus, quamuis in præiudicium ipsius hæredis valeret restitutio, vt declarat Paul. de Cast. ibidem, col. 3. & ideo apparet ibi tex. pro ista parte: † nam cum feudatarius teneatur restituere feudū post mortem sequētibus in gradu proximioribus, & † valeat argumentum de fideicommissis ad feuda, vt declarat And. in c. j. §. hoc quoque. de success. feud. col. 2. 3. & scribit Dec. cons. 445. sequitur, quòd ante mortem non potest restituere in præiudicium illius, qui reperitur proximior tempore mortis, quamuis possit in præiudicium ipsius refutātis, per text. ibidem, & doctrinam Paul. de Cast. pro qua facit doctrina Bald. & Imol. in d. §. diui, per illum tex. dicentes, † q̃ quando euentus conditionis potest mutare formam restitutionis, nō potest grauatus ante existētiam conditionis restituere, quia posset accidere, quòd alius haberet fideicommissum, q̃ ille, quem voluit defunctus: pariformiter in isto casu, cum per formam inuestituræ & c. si aliquē, succedat defuncto proximior, si posset feudatarius disponere, posset accidere, q̃ alius succederet, qui non esset proximior defuncti, contra tenorem inuestituræ, quod est absurdissimū. Ad idem ponderabam tex. in l. cum pater, §. à filia, ff. de legat. 2. vbi Iurisconsultus decidit, q̃ filia grauata fideicommisso, restituēdo hęreditatem filiis post mortem eius, non potest vni filiorum restituere ante mortem propter incertam diem fideicommissi; & adducit rationem Iurisconsultus, quia in eum destinatio matrisfamiliàs dirigi potest, qui fideicommissum inter cæteros habiturus est citra matris electionem. quæ ratio ponderanda est, † nā infert necessariò, q̃ refutatio non præstat nisi emolumentum medij temporis: ideo si mortuo donatario ab intestato non succederet filius refutāti, q̃ nil prodesset refutatio. † & istā opin. tenet Petrus de Monte, quem refert & sequitur Gualter. de Pater. super ista lege. idem tenet Blasc. in j. lectu. istius legis, Philip. Perdic. in allegat. in caus. Sclafani, Io. Aloy. in allegat. in causa Caltabillottę, magna Curia ī iustificatione votorum, in causa feudi dili Miri, Goffred. Zizari in cons. quod fecit pro Iacobo de Ansalono secundogenito, vbi dicit hanc esse communem opinionem, & Christophorus

ftophorus de Benedictis cōsulens in eadem causa, & istam opinionem aliàs tenui, allegans in causa Cristiæ, & †tamen teneri potest contraria opinio, nam fundatur, & roboratur prima opinio in tex. in c.j.de feud. aliena.ubi permittitur fieri alienatio in proximè successurum, ergo est ibi casus legis: & ideo nullus relinquitur dubitationi locus, l. ancillæ, & ibi Bald. C.de furt. & magna vis fit illi l.si restringatur, † cum indistinctè loquatur, ergo indistinctè debet intelligi, etiā si esset maior ratio in vno casu, quàm ī alio, l.j.§.j. ff.de aleator. nam iudicis est sequi legem, & non restringere, & interpretari, ut docet Cicero in 2.Rethori. de inuentio.41. c.quem refert Lucas de Penn.in l.j.col.2.C. de imponend.lucrat. descrip.lib.10.& in l.final.col.6.7.C.de his, qui sponte muner. suscip.si enim conditor dicti c.voluisset remouere prçiudicium agnatorum, sciuisset bene explicare, sicut in cæteris explicauit: ergo cū omisit, signanter omisit, l.j. §. sin autem ad deficientis, C. de caduc. tollend. & ibi eleganter Bald.docet.ideoq; in illo tex.tanquā super firmam petram fundatur ista opinio, quæ magis apparebit vera ex responsis ad cōtraria. Et primò † non obstat tex.in l.si filius familias, §.diui, ff.de legat.j.quia ibi fuit collatà dispositio post mortem in filios, qui incerti erant, qui superuiuerent hæredi.ideo hæres ante mortem non poterat eligere & restituere alicui filiorum, quia hoc non permittebatur ei, cum posset contingere quòd nō superessent illi tempore mortis hçredis, pro ut considerat tex. at isto casu est plenè prouisum, quòd Baro possit disponere in proximè successurum, & sic disponit ex potestate sibi attributa à lege, quæ statuit & disposuit super certo, meritò talis dispositio redditur firmissima & irretractabilis, argumen. tex.in l.cum pater, §.quindecim, ff.de legat. 2.& eadem responsione respondetur doctrinç Imol.& Bal.in d.§.diui.nam dicta eorum doctrina fundatur in illo tex.† & pariformiter respondetur ad tex.in l.cum pater, §.à filia, ff.de legat.2.nam ille tex. coniuncto c.j. §.& si libellū, de alien. feud.patern.determinat istam quæstionem. dicit enim Iuriconsultus, quòd in eum destinatio matrisfamilias dirigi potest, qui inter cæteros fideicommissum esset citra matris electionem habiturus, meritò in eum potuit dirigi dispositio in vita. Quod confirmatur per tex.in d.cap.j. de feud. alien .quæ non vrget in oppositum in casu dicti §. à filia, ut eam adducit iuris consultus, quinimò in isto casu rectè quadrat.& dicere, quòd hoc intelligatur in præiudicium refutantis, & nimis hoc coactum, & extortū, cum leges est rationes sint generales, & nullam patiantur restrictionem.& hoc videtur voluisse Paul.de Castr.in d.§.à filia, dum dicit, quòd ideo sic in dicto §.statuitur, quòd dicta dispositio erat retractabilis: at refutatio in primogenitum est iure tractabilis, meritò non obstat ille tex.imò in ratione sui decidit hunc casum.

Non obstant auctoritates in contrarium allegatæ, † quia pro ista parte sunt etiam auctoritates, & numero non impares: nam istam opinionem tenet Ioa.de Ansalono in consil.super feudo Furmicæ.idem tenet Anton.Mantellus in consil.super feudo Cadiumi, Blasc.scribens super hac lege, & in allegationibus in causa Castaniæ, in qua obtinuit.idem tenet in causa Palazoli, & in causa Linguæ grossæ.idem tenuerunt multi alij in causa Palazoli, & Hyeron. Fimia in consil. quod fecit pro Andreotta Corbera, & Boniornus in causa Bucheri. istam opinionem tenuit prius Saccurafa in compendio super hac lege, ut adducit Blasc. & Ioan.Aloys.in causa Palazoli dicit, quòd omnes sequuntur Saccurafam. nec est verum, quòd loquitur in tenore feudi hæreditarij, quia loquitur de filia primogeniti, & secundo geniti, ut apertè testantur eius verba, quæ quæstio in feudo hæreditario esset ridicula. & ista opinio cū fulciatur maioribus & inconuincibilibus rationibus, esset tenenda, vt scribunt Doctor. in c.j.de constit.& ita vidi iudicare in causa feudi di la Cristia, in qua ipse tenui cōtrariam partem, & succubui: nihilominus anceps, & dubia est quæstio. Attamen ego consulendo quandoq; tenui opinionem Petri de Monte, & Gualter. quandoq; contrariam.† nunc verò non determino, quia opus esset decisione Cæsarea.

*SVMMAE.*

1 *Dotis restitutio sit ne feudi onus.*
2 *Dotis restitutio non apparet determinatum aliqua lege, quod sit onus feudi.*
3 *Iacobus Pilaia tenuit restitutionem dotis non esse onus feudi.*
4 *Dotis restitutionē esse feudi onus nec de iure feudorū, nec p Regni cōstitutiones apparuit vnq̄.*
5 *Sufficit dicere, non est lex, quæ hoc dicat.*

H 2 Dotis

6 *Dotis restitutio quòd sit onus feudi, communiter tenetur in Regno.*
7 *Dotis restitutio quòd tā in magna Curia, quàm in consistorio, Nic. Sollima asserebat obtinuisse quòd sit feudi onus, nec Andr. nec aliquis Feudista dicit.*
8 *Auth. res quæ, C. commun. de legat. probat restitutionem dotis esse onus feudi.*
9 *Dotis restitutionem esse onus feudi, nec Andr. nec aliquis Feudista dicit.*
10 *Dotis restitutionem esset onus feudi, nec glo. nec Doctor in d. auth. res quæ, probant.*
11 *Iustinianus addidit per auth. res quæ, vt extendatur dispositio legis ad restitutionem dotis.*
12 *Lex feudalis, & constit. Regni, non loquuntur, nisi de dote constituenda.*
13 *Dos de paragio, ratio cur sit onus feudi.*
14 *Dotis restitutio si sit onus feudi, absurdū quod resultet.*
15 *Argumentum ab absurdo validissimum.*
16 *Argumenta Blasci Lanz. non cohærent.*
17 *Dote de constituenda et restituenda, in iure nulla apparet æquiparatio.*
18 *Doctorum catalogus tenētium opinionem, quod dotis restitutio non sit onus feudi. & nu. 19.*

ET cum superius fuerit firmatum in feudis pacti, & prouidentiæ Principis, auctoritate istius legis non fieri præiudicium agnatis, nisi in primo acquisitore, & refutante, secundum vnam opinionem: modò videndū est de causis, quæ afficiunt feudum, & sunt onus feudi, an in his possit præiudicari agnatis? Et in primis se offert restitutio dotis, quia de dote disserui supra, ideo non repeto hic. quocirca deuenio prius ad dotis restitutionem, & consequenter ad cæteras quęstiones explicandas. 1 † & quò ad dotis restitutionem, videtur dicendum, quòd feudum pacti & prouidentiæ Principis non possit obligari, nec alienari feudum vt perpetuò valeat alienatio: 2 † quia nō apparet decisum aliqua lege, quòd dotis restitutio sit onus feudi, quamuis dotis constitutio sit onus feudi. nam And. in constit. si quis post litem, §. feudalia, vbi enumerat ea, quę sunt onus feudi. dicit tantùm de dote sororis, & non de restitutione dotis, quod non tacuisset, si restitutio dotis esset onus feudi. idem fecit And. in c. j. §. quid ergo, de inuestit. de re alien. fact. & per istas auctoritates, & alias rationes, hoc tenuit Iacob. Pilaia in consilio, quod fecit in 3 causa Castaniæ, † vbi intrepidè tenet hanc opin. quæ opinio confirmari potest, nam cōstit. fratribus, loquitur de dote constituenda: 4 sic etiam constitut. in aliquibus. † & nunquàm reperitur constitutum de iure feudorum, nec per constit. Regni feudū esse obnoxiū pro restitutione dotis, sicuti pro cōstitutione, ut etiam scribit Ioan. Aloys. in consi. quod fecit pro Donna Lucretia Valguarnera. extendere ergo iura feudalia, & constit. Regni, loquentes de constit. dotis, ad restitutionem, est nimis coactum, cum ratio nō sit vna in feudis in constituenda & restituenda dote. Ideoque potest dici, quòd non est 5 lex, quæ hoc dicat. quod sufficit, † vt patet ex his, quæ tradit Ias. in l. illam, in 3. col. C. de collat. nimirum si potest dici alienationem feudi pacti & prouidentiæ Principis pro dote restituenda, non tenere in præiudicium 6 agnatorum. † Contrariam opinionem tenent omnes communiter in Regno, vt testatur Ioan. Aloys. in dicto consil. & Hierony. Caprona in suo consil. in eadem causa. & dicit Nicolaus Sollima in quadam apostilla 7 ad dictum consilium Iacobi Pila. † quòd tam in magna Curia, quàm in consistorio sacræ Regiæ conscientiæ, obtinuit quòd feuda pacti & prouidentiæ Principis, pro dotis restitutione obligantur, quicquid dicat Iacob. Pilaia. & ista cōclusio fundatur in auth. res quæ, C. commun. de legat. quæ loquitur in dotis constitutione, & nihilominus glo. & Doctor. extendunt ad dotis restitutionem in dicta auth. res quæ. & Paul. de Castro, & cæteri in l. mulier, §. cum proponeretur, ff. 8 ad Trebell. quinimò Blasc. hic dicit, † quòd dos, & restitutio dotium, per dictam auth. res quæ, æquiparantur. Lex igitur noua loquens in vno ex æquiparatis, extenditur ad aliud æquiparatum, & dicitur extensio passiua, l. si quis seruo, C. de furt. & hoc fauore dotium, & in his solis fundamentis consistit hæc opinio, quæ opinio videtur mihi non esse vera. nam constitut. fratribus, non loquitur, nisi de dote constituenda; constit. in aliquibus, loquitur de dote de paragio; & nul9 libi cauetur, † quòd dos restituenda sit onus feudi, nec Andr. nec aliquis Feudista hoc di10 cit. † Non obstat glo. & Docto. in auth. res quæ, C. commun. de legat. quia d. auth. & in corpore, vnde sumitur, probant contrarium: nam de iure communi iam erat statutum, quod fideicommissum poterat minui ob dotem constituen-

constituendam, vt probatur in l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebel. & nihilominus dispositio prædicta non comprehendebat restitutionem dotis, quia hoc fuit postea additum per dictam auth. per Iustinianum, 11 † qui fuit motus pietate, vt declarat Paul. de Castro in dicto §. cum proponeretur, & ibidem Alex. & Curt. iunior in dicta auth. res quæ, col. 3. Ideoque apparet expressè, quòd tex. illius §. cum proponeretur, qui loquitur de dote constituenda, non vendicat sibi locum in dote restituenda: aliàs dicta auth. non adderet dictum casum, & maledicerent Paul. & Alex. & cæteri Doctor. in d. §. cum proponeretur, quod non est dicendum. ideoque argumentatio, quæ fit de dictis gloss. & Doctor. in d. auth. res quæ, ad istum casum, est vana, cũ ibi specificè prouisum sit in tex. 12 † at leges feudales, & Regni constitutiones non loquuntur, nisi de dote constituenda, vt sit onus feudi: iccirco non extendendæ ad dotis restitutionem. Quod probatur & alia 13 ratione, † nam ideo dos de paragio est onus feudi, quia datur pro portione legitimæ, ex quo excluditur à feudi successione filia existente fratre, vt habetur per Andr. in dicta constit. in aliquibus; & in tantum est onus feudi, in quantum ascendit ad legitimam, & non plus, vt per Andr. in locis præallegatis per Blasc. Lanz. hic iure optimo. ergo censetur onus feudi, quia frater aliter non potest habere feudum, nisi dotet de paragio, 14 vt per And. in dicta constit. in aliquibus. † At pro restitutione dotis, nil tale reperitur, imo resultat absurdum, quod Baro posset præiudicare agnatis in feudo pacti & prouidentię Principis, recipiendo amplissimas dotes, & sic tollere ius quæsitum agnatis ex tenore concessionis, & transferre in extraneos. & quantum sit absurdum nemo est, qui non vi 15 deat: † & argumentum ab absurdo vitando, nemo est qui nesciat, quantum valeat, vt est tex. in l. nam & absurdum, ff. de oper. libert. & scribit Nicolaus Euerard. in sua Centuria de loc. legalib. in verbo, argumentum ab ab 16 surdo. Ex quibus infertur, † quòd malè arguit Blasc. dum pręsupponit, quòd per illam auth. res quæ, dos & constitutio dotis, sint 17 æquiparata, quia nõ est verum: † nam nullibi apparet de dicta ęquiparatione in iure nostro, & in illa auth. fuit facta illa extensio per Imperatorem pietatis causa, vt dicit Pau. in dicto §. cum proponeretur, & non per modum æquiparationis: iccirco malè cohæret illatio, quòd lex noua disponens super vno ex æquiparatis, extenditur ad aliud æquiparatum, cum nullibi in dote, & restitutione dotis, reperiatur æquiparatio. & fortius, quia dos de paragio taxatur, quantum debetur, in tantum est onus feudi, & restitutio dotis nullis cancellis concluditur, sed expatiatur etiam vsque ad internitionem feudi: quidnam absurdius, vt plus oneret feudum 18 restitutio dotis, quàm constitutio? † & hanc partem tenet in indiuiduo Bald. in c. j. §. rursus, num. 8. de contro. inuestit. in 3. col. versic. iuxta prædicta. quam adducit Iacob. Pilaia in dicto consil. & quidam apostillator super c. Regni Neapolitani. & quamuis Bal. dicat in præiudicium domini, idem censendum in præiudicium agnatorum, cum sit eadem ratio ex iuribus per eum allegatis. & ista opinio est verior & tenenda, & eam sequitur Petr. Pitrol. non contemnendus Doctor, in repeti. huius legis. vbi attestatur hãc esse communem opinionem; motus vnico fundamento, quod auth. res quæ, non vendicat sibi locum in feudis, quod argumentum facilè euitari potest: nam si est statutum in dote, vt sit onus feudi constit. fratribus, & constit. in aliquibus. ideoque est permissum arguere ab ęquiparatis per legem antiquã, l. si quis seruo, & ibi glo. C. de furt. sed ille 19 Doctor intellexit, quòd illa declaratio, † quę fit in dicta auth. res quæ, seu æquiparatio de dote, & restitutione dotis, non comprehendat feuda: sic est intelligendus, quamuis fuerit balbus, nõ valẽs exprimere, quod sentiebat. Et quod dispositio dictę auth. res quę, non habet locum in feudis, tenent Bald. Aluaro. & Afflict. in c. j. §. donare. qualit. feud. alien. poss. idem Bal. in c. j. col. 3. de prohib. feud. alien. quem sequitur Ias. in d. auth. res quæ, C. commun. de legat. & latissimè prosequitur Ioan. Crot. in repet. l. j. ff. solut. matr. & ideo vera est ista opinio, vt dixi, quam dixit communem idem Petr. Pitro. qui tamen nullum citat, qui teneat hanc opinionem. at tamen durum esset obtinere contra receptã, & inueteratam opinionem, quamuis falsam, vt dicit Andr. in c. j. §. delator. quæ fuer. pri. caus. benef. amit. Attamen posset seruari ista opinio, vt reducatur saltim ad æqualitatem dotis de paragio, quod est æquum, iustum, ac sanctum.

SVMMAE.

1 *Feudum an remaneat obligatum pro restituenda dote, quam habuit filius primogenitus, qui moritur viuente patre.*
2 *Feudum potest obligari directè pro dotis restitutione, meritò omisso circuitu potest obligari.*
3 *Feudum potest refutari primogenito, multo magis obligari.*
4 *Feudum si frater potest obligare pro sorore, multo magis pater pro dote filij primogeniti.*
5 *Pater solam filiam potest maritare, & agnatus tenetur ad dotem.*
6 *Pater recipiens dotes, obligat feudum.*
7 *Dos soluta filiofamilias non iussu patris, non obligat patrem, nisi de peculio.*
8 *Primogenitus recipiens dotem, non obligat Baroniam, cuius viuente patre non habet dominium.*

EST videndum inde de pulchra, & vtili quæstione: præsupposito, quòd restitutio dotis obliget feudum pacti, & prouidentiæ Principis, an si pater Baro maritat primogenitũ, qui moritur viuo patre, & feudum transit ad secundum genitum, ipsum feudum censeatur obligatum pro dotis restitutione prædi-1 ctæ? Blasc.† hic refert fuisse determinatum per magnam Curiam inter Baronem Militelli, quòd feudum sit obligatum pro tali dote restituenda, quam sententiam confirmat his mediis. Primò, quia pater poterat totum feudum refutare filio primogenito in præiudicium secundo geniti, secundum eius opinionem, de qua ego supra disserui. ex hoc infert, quòd quando pater refutasset, iam filius potuisset feudum obligare ĩdirectè pro 2 dotis restitutione, † ergo directè potuit pa-3 ter omisso circuitu. Secundo, † si potuit totum feudum filio dare, quanto magis pro eo feudum obligare, auth. multo magis, C. 4 de sacrosanct. eccles. Tertiò, † si pater pro sorore maritanda hoc potest facere, & dare vnum ex tribus feudis pro dote, vt habetur in constitut. fratribus, ergo multo magis licebit patri pro filio primogenito, argu. tex. in d. auth. multo magis, C. de sacrosanct. ec-5 cles. Quartò, † si pater habet solam filiam successuram in feudo, est clarum quòd in vita potest eam dotare, ne sit deterioris conditionis, si moritur talis filia viuo patre, agnatus teneretur ad dotes talis filiæ, ergo & similiter debet esse feudum pro dote restituẽda à filio primogenito. Vltimò adducit rationem, quam facit And. in constit. Comitibus. vbi dicit, quòd si primogenitus viueret, feudum esset suum, & non esset quæstio. at mortuo primogenito secundogenitus, qui ex morte primi lucrum sentit, nõ potest hoc allegare; & subdit, quod hæc pars est æquior, quæ fauet doti, l. j. ff. solut. matr. Ista quęstio, præsupposito quòd constitutiones Regni extendantur ad dotis restitutionem, nullam habet difficultatem, posita hypothesi, 6 † quòd pater receperit dotem, & obligauit feudum: nam cum ipse teneatur ad dotis restitutionem, iuxta tex. in l. si cum dotem, §. transgrediamur, ff. solut. matrim. Ideo cum ipse sit Baro, poterit obligare suam Baroniã, & erit onus feudi, & hoc videtur decidere Bart. in auth. res quæ, quem sequuntur cæteri Doctor. C. commun. de legat. Sed quan-7 do dos esset soluta filio, non iussu patris, † intelligas tamen de filiofamiliàs, tunc esset dicendum, quòd feudum non afficiatur onere restitutionis dotium: nam cum in tali casu pater nõ teneatur nisi de peculio, nisi adesset fraus patris, vt est tex. in dicto §. transgrediamur. Ideo nec ipse pater, nec Baronia 8 obligatur ad restitutionem dotis; † & filius, qui recipit dotem, non poterat Baroniam, nec feudum obligare, quia non habebat dominium ipsius, viuente patre; & res aliena nec obligari, nec hypothecari potest, l. res aliena, ff. de pigno. acti. & ibi Doctor. ideoq; in isto casu nulla esset obligatio, & per consequens nec onus feudi per prædicta. Et hoc casu non procederet opinio Blasci. & re vera Blasc. videtur loqui eo casu, quo pater obligauit feudum pro dotis restitutione.

SVMMAE.

1 *Pater Baro an possit cogi, vt se obliget pro restitutione dotium nurus vxoris primogeniti.*
2 *Pater quòd cogatur pro dotis restitutione, nulla lege cauetur.*
3 *Regulæ standum est, donec non demonstretur fallentia.*
4 *Tex. in l. honores, C. de Decurio. lib. 10. nil facit ad hanc hypothesim.*

SED non esset ociosum quærere 1 in isto casu, † an pater Baro possit cogi, vt se obliget pro restitutione dotis nurus vxoris primogeniti? In ista qõne Bart. in d. §. trasgrediamur, distinguit

distinguit, quòd si aliter filius non potest matrimonium contrahere commodè, quòd cogendus est pater, & ita dicit ibi Alex. nu. 15. esse, & comprehendi ex verbis omnium: attamen, iudicio meo, veritas est in contrariũ. 2 † nam nulla lege cauetur, quòd pater cogatur pro filio in hoc casu, nisi ex certis causis, quæ legibus expresse comprehenduntur, vt patet C. ne filius pro patre. iccirco, cũ in hoc casu non sit lex, quæ expresse hoc dicat, stabimus regulæ: 3 † nam regulæ adhærendum est, quousq; non ostenditur tex. vel ratio vrgens, quæ contrarium dictet, ut tenent Barr. & Iaf. in l. ex hac, col. 2. ff. si quis in ius vocat. & scribit Marc. Mant. in rubr. ff. de regul. iur. cum ergo in hac hypothesi nec sit lex, nec ratio vrgens, qua pater cogatur pro filio, ideo 4 standum est regulæ. † nec tex. in l. honores, C. de Decurio. li. 10. qui citatur ex aduerso, ad rem pertinet, quia tex. ille nil dicit de coactione patris, vt caueat pro filiis, quia iam tex. reputat id inciuile: sed quod pater insimul cum filio detur tutor. Quid faceret tale argumentum in hac specie, nisi vt pater & filius simul ducerent vxorem, quo nihil absurdius? & ideo tenenda est opinio indistinctè, quòd pater non cogatur. quam opinionem tenuit Iacob. de Are. vt refert, & sequitur Alber. in d. §. transgrediamur. ubi dicit pluries obtinuisse in facto, & in hanc opinionem inclinat Raphael ibidem, & sequitur Curt. in addit. ad Alex. & latè defendit Franc. Duaren. in d. §. transgrediamur, & est vera opinio, & tenenda.

S V M M AE.

1 *Dos filiæ primogeniti dotata, an viuente patre sit onus feudi.*

2 *Dos de paragio est portio in bonis patris, & primogenitus non habebat Baroniam viuente patre.*

3 *Nepotes nullum ius legitimæ habent in bonis aui viuente patre.*

4 *Andreæ opinio in constit. Comitibus, male intellecta à Petro Gregorio. & nu. 5. 6.*

SED pulchra & notabilis est quæstio in hac specie, quando primogenitus maritat filiam suam viuo 1 patre, † an dos talis sit onus feudi? Et Ioan. Aloys. in consil. quod fecit pro Marchione Giraci Philippo, tenuit quòd talis dos non obliget feudum; motus primò, quia onus dotandi neptem ex filio, quando filius habet in bonis, non spectat ad auum, sed ad patrem, vt tenet Bal. in auct. res quæ, C. commun. de legat. ut prosequitur Alex. in l. j. nu. 19. ff. solut. matrimo. & ibidem Repetentes, quod confirmat (ut dicit ipse) viua ra- 2 tione: † nam istud paragium, vt dicit And. in constit. in aliquibus, est portio in bonis patris decedentis si tempore dotationis pater non erat Marchio, ergo nulla legitima, nec portio competebat filiæ; si non competebat, ergo istud debitum dotis non respiciebat, nec onerabat, ut est tunc feudum, nec erat 3 onus feudi. Confirmabat, † quod minus etiã ex persona aui competebat, quia existente filio in medio, nepotes nullum ius legitimæ, nec aliquid aliud ius habent in bonis aui, l. si quis filio exhæredato, in princip. ff. de iniusto, rup. & irri. testam. ergo nullum onus dotis: & in his residet tantus Doctor, qui indistinctè loquitur. est etenim necesse, vt intelligatur id, de quo tractatur, aliqua vti distinctione. & primò, quid si primogenitus moriatur viuo auo, & procederet illa opinio, quod secundo genitus præfertur, an secundo genitus teneatur maritare istam filiam primoge- 4 niti fratris sui suã neptem ex fratre. † & And. in constit. Comitibus, in pen. col. in 2. lectura, arguit ad partes, & nihil firmat: sed dicit, quòd recurrendum esset ad Cæsaream inter- 5 pretationem. † Et quamuis Petrus Gregorius in tracta. dotis de paragio, in 4. q. vers. quartò infero. & in tractat. de concessio. feudor. in q. 7. 9. princip. vers. secundus casus, dicat quòd Andr. in d. constit. Comitibus, teneat quòd frater secũdo genitus tenetur dotare filiam primogeniti præmortui, & ipse sic intelligens sequatur Andr. quòd si verum esset decisio Ioann. Aloys. protinus redderetur falsa. Attamen ego non video Andre. aliquid determinasse in d. constit. imò reliquisse eam dubiam. Quinimò, si rectè inspiciuntur verba eius, adhæret magis illi opinioni, 6 † quòd secundo genitus non tenetur neptẽ suã ex fratre primogenito dotare, nam pro ista parte adducit argumenta fortiora, quibus non respondet. Et quamuis adducat aliqua in contrarium, attamen illis respondet: iccirco videtur, quòd sentiat opinionem, quam ego puto veram per argumenta Andr. & in isto casu posset procedere opinio Ioannis Aloys. nam in altero casu, cum moritur auus viuo primogenito cum filia, omnino

debet

debet habere ſuum paragium, dicta conſtit. in aliquibus.iam eſt perſpicuum, quòd pro portione paragij dos ſit onus feudi.& in hoc caſu protinus redditur falſa opinio Ioannis Aloyſ.quamuis poſſet eſſe vera in primo caſu, non tamen ſine ſcrupulo, cum onus dotandi neptem etiam diuitem,ſpectet ad auũ, l.fin.C.de dot. promiſſ.& ſcribit Socin.in d. l.j.& ibidem Repetentes,ff.ſolut.matrim.

*S V M M AE.*

*1 Interuſuria an in caſu, quo debentur, ſint onus feudi, ſicuti dos de paragio.*

*Ioannes Aloyſ.tenuit, quod non.nu.2.*

*3 Interuſurium non poteſt eſſe onus feudi, quia eſt proprium debitum Baronis.*

*4 Vſura debentur ex mora, & ſic ex delicto; meritò non habent priuilegium, quod habet principale.*

*5 Potius debet feudum vendi pro vrgenti debito, quàm ſupponi ad vſuras.*

*6 Soror quod conſequitur vltra paragium, conſequitur ex contractu, & diſpoſitione fratris.*

*7 Conſtit.in aliquibus, introducta in fauorem ſexus maſculini.*

*Andr.intellectus in d.conſtit.nu.8.*

*Blaſcus Lanza tenuit oppoſitum, & aſſerit ita communiter teneri, & ita fuiſſe iudicatum. num.9.*

*10 Dos de paragio debetur vt portio in bonis patris.*

*11 Erubeſcimus cum ſine lege loquimur.*

*12 Intellectus l.Lucius, ff.qui pot.in pigno.habea.*

*13 Initium in contractibus ſemper ſpectatur.*

*14 Vſura non debetur ex primaua obligatione, ſed ex mora.*

*15 Interuſuria debentur viro, & non vxori.*

*16 Dos de paragio cenſetur ſatisfacta ex promiſſione.*

*17 Baro non poteſt diſponere de feudo pacti & prouidentiæ Principis, etiam ad valorem vnius candelæ.*

*18 Bart. doctrina in §.ſin autem in ſæuiſſimo, ſoluto matrimo.communiter reprobatur.*

*19 Blaſci opinio non eſt vera.*

*20 Blaſci opinio poſſet ſubſtineri in caſu, in quo nõ loquitur ipſe.*

*21 Opinio uera abſq; ſcrupulo procedit in vſuris iuxta formam bullæ.*

1 AT non erit ocioſa quæſtio, † quid cẽſendum de interuſuriis ſiue dotis de paragio non ſolutæ ob moram Baronis, ſiue dotis reſtituendæ in caſu, quo de iure debentur interuſuria, ſiue de alimentis anni luctus, an iſta ſint etiam onus feudi, ſicuti & dos, & reſtitutio dotis? Et in hac ſpecie Ioan.Aloyſ.in d.conſil.quod fecit pro Marchione Philippo, te-
2 net † quòd non ſunt onus feudi. Mouetur, quia Baro non poteſt in feudo pacti & prouidentię Principis aliquid diſponere ſuper feudo in prȩiudicium ſucceſſorũ, vt uoluit And. in c.j.an agna.etiam ſi eſſet valoris vnius cã-
3 delæ ſebaceæ. Et quamuis † dotis conſtitutio, & reſtitutio, ſint onus feudi, attamen interuſurium non poteſt, nec debet eſſe onus feudi, quia eſt debitum proprium ipſius Baronis, debitum ex ſua mora, & ſic ex delicto
4 proprio. † ideoq; non habebit priuilegium, quod habet principale debitum. & adducit tex.in l.ideo.& ibi clarè Paul.de Caſtro, ff. de compẽſat.ubi probatur, quòd ſi ſors principalis habet aliquod priuilegium, quòd illud priuilegium non tranſit, nec extenditur ad illud, quod debetur reſpectu illius ſortis priuilegiatæ ex mora ſoluentis.per quẽ tex. decidit ibi Paul.de Caſtro, quod quando aliquis habet priuilegiũ, vel actionem, vel hypothecam priuilegiatam in certo caſu, ſi tamen debitor in illo caſu priuilegiato tenetur ad aliquã pœnam, in illa pœna creditor non habebit aliquod priuilegium; ideoq; decisio Pauli videtur decidere iſtum caſum. nã quantumcunq; dos, vel reſtitutio dotis, habeant priuilegium, vt ſint onus feudi: attamen non habebunt interuſuria, quæ debentur ex mora non ſoluentis. Secundò moue-
5 tur hac ratione, † quòd ſi vna res prohibetur alienari, & permittitur tantùm alienatio pro vrgenti debito & neceſſario, potius debet vẽdi, quàm ſupponi ad vſuras.tex.eſt formalis in l.magis puto, §.ne paſſim, verſ.item prætor, ff.de reb.eor.cum ergo feudum ſit prohibitum alienari, niſi vrgeat æs alienum neceſſarium. ergo magis expedit vẽdi, quàm onerari pro interuſurio. Confirmat hoc ratione abſurdi, quia aliàs ſequeretur, quòd pro modica portione pretij dotis de paragio, quæ dos reſpicit certam partem, totum feudum alienaretur, ſiue maior pars, quod permitti nõ debet res magna vendi, auth.hoc ius porrectum, C.de ſacroſanct. eccleſ.nam ſoror vltra paragium excluditur conſtit. in aliquibus, quia prȩfertur frater.Si ergo illud, quod eſt vltra paragium, conſequitur frater ex di-
6 ſpoſitione legis feudi, † quod ergo conſequitur

tur vltra paragium ſoror,conſequitur ex con tractu, & diſpoſitione fratris, non ex lege: ſed talis contractus, & diſpoſitio fratris non poteſt operari in præiudicium agnatorum,c.j. vbi Andr.an agnat.Et ſubdit, quòd hoc apertè decidit Andr.in d.conſtit.in aliquibus,in vltima col.ubi vult,quòd licèt paragium ſit tertia,tamen vt æquali nubat,poteſt aſcendere ad totum, quod habitura eſſet, quando ſuccederet in totum: vltra tamẽ nihil poteſt percipere,etiam ſi non poſſet æquali nubere.& aſſignat rationem,† quia cõſtitutio illa eſt introducta in fauorem ſexus maſculini: ergo clarè patet,quòd vltra paragium, etiam vt æquali nuberet, non poteſt feudatarius pro ſorore ſexum maſculinum grauare.quæ deciſio apertè probat hanc partem,vt ipſe dicit, ſecũdum eius iudicium.Et quatenus in contrariũ poſſet ponderari And. in dicta conſtit.circa medium, verſ.ſed ſi marito datum ſit in dotem ius illud, vel in perſonam mariti data ſit ex.pro ſorore illa, ſcilicet vxore ſua,quia onera matrimonij ſubit, fructus lucrabitur vir poſt eius mortem,non lucratur mulier, quæ pignus tenet.ergo videtur inferre, quòd ſi vir ſubſtinet onera matrimonij,quòd obligat feudum.† Ad quã obiectionem reſpondit, quòd Andr.ibi decidit quòd maritus lucratur fructus, & non tenetur ſoluto matrimonio vxori reſtituere,& non aliter.Secundo dicit ipſe, dico clarius ꝙ ſi maritus percipit interuſurium, licitè percipit, & non tenetur reſtituere,& in hoc loquitur Andr.At caſus noſter eſt,an Baro non ſoluens, poſſet præiudicare ſucceſſori ex mora ſua, vt illa interuſuria ſint onus feudi,in quo caſu non loquitur Andr.ibi,ſed in contrariũ ſunt rationes ſuperius allegatę,& ita reſidet.

† Contrariam opinionem tenet Blaſc.Lanz. hic,& in dicta cauſa cõtra Marchionẽ Philippũ pro Comite Goliſani, & dicit hic Blaſc. quòd ita fuit in dicta cauſa iudicatum, & ꝙ ita communiter tenetur in Regno,& ſæpeſæpius pro hac parte ſententiatum; & hoc per tex.in l.Lucius,ff.qui po.in pignor.habeant. & l.pignoribus,C.de vſur.ubi Cin.& non reſpondit ſigillatim rationibus, & argumentis adductis per Ioann.Aloyſ. Mihi autem nunquam placuit opinio Blaſci, quamuis ut dicit ipſe,fuerit ſæpeſæpius pro ea pronunciatum, & quod ita communiter tenetur.& moueor his rationibus, nam quamuis ſit verum pro dote de paragio,ſiue pro reſtitutione dotis induci onus feudi:quia illud,quod debetur filiæ pro dote de paragio, competit tanquam portio, & legitima,† quæ debetur ex ſucceſſione,ut per Andr.in conſtit.in aliquibus, & in conſtit.ſi quis poſt litem, & in c.j. §.quid ergo, de inueſt.de re alien. fact.& ad reſtitutionem dotis extenditur propter ęquiparationem. Attamen quod idem priuilegium ſit in vſuris debitis viro per dotem nõ ſolutam, non reperio hoc iure cautum: ideo † erubeſcendum eſt,cum loquimur ſine lege decidente. Et ideo dicebat Iaſ.poſt alios, quos allegat ĩ l.illã,col.3.C.de collat. quòd ſufficit dicere, non eſt lex, quæ hoc dicat. & eſt tex.in §. optimum, in Auth.de nupt.non enim eſt ſuperſtitioſis adinuentionibus inducendum, quod legibus non reperitur expreſſum, c.inter corporalia, de tranſlat.prælat.eſt tex.etiam in l.3.ff.de præuar. & hæc ſufficerẽt ad conuincendam opinionem Blaſci, non eſſe veram.

Sed vt apertius conuincatur, reſpondebo omnibus eius rationibus.& primò non obſtat tex.in l.Lucius,ff.qui potio.in pignor.habea.Cin.in l.pignoribus,C.de vſur.† quia dictæ leges nil faciunt ad propoſitum: nã ideo procedunt, quia in illis ſpectatur initium cõtractus, in quo fuerunt & pro ſorte, & vſuris obligata, & oppignorata bona, ut latiſſimè proſequitur Socin.in conſil.41.col.2.vol.4. nimirum ſi etiam pro vſuris, quæ deſcendũt ex eadem ſtipulatione, conſiderato principio contractus & ſtipulationis,ſtatuatur idẽ, † cum initium contractus ſemper ſpectetur, l.cum filiusfamilias, in principio, & ibi Doctor.ff.de verbor. obligat.& a primordio tituli poſterior firmetur euentus,l.j.C.de impon.lucrat.deſcript. C.& ibi Doctor.lib.11. † At vſura non eſt debita ex primæua obligatione, qua frater aſtringebatur ſoluere dotem de paragio, ſed debetur ex mora non ſoluentis, vt eſt tex.in l.mora, §.in bonæfidei,ff.de vſur.& eſt tex.in l.cum quidam,§.ſi pupillo.ibi,uſuræ enim non propter lucrum petendum, ſed ob moram non ſoluentium infliguntur, ff.eodem titul.cum ergo iſtę uſuræ non debeantur ex primæua obligatione, ſed ex mora, & ſic poteſt dici nouus contractus:iccirco non habebit priuilegium dotis de paragio; quod & probat tex.allegatus per Ioa.Aloyſ.in d.l.ideo,& ibi Paul.de Caſtro, ff.de compenſ. cui Blaſc.non reſpondit.Pro quo facit,†nam interuſuria debentur viro,& non

non mulieri in hoc casu, ideo mutatione personæ, mutatur & extinguitur priuilegiū, l.Paulus, & ibi Docto.ff.de acquir.hæred.& tanto fortius hæc procedunt, considerato fauore, quem tribuit constitutio Regni primogenitis: nam cæteros,& fratres & sorores excludit, & includit tantummodò sorores ad dotes de paragio,& fratres ad vitam & mili-
16 tiam, quæ sunt onera feudi. Cum ergo † dos sit satisfacta ex promissione, nam hoc modo dicitur satisfieri, ut est tex. ĩ l.si necessarias, §.omnis pecunia, ff.de pignor.actio.& probat Cicero in quadam Epistola ad Atticum dicens, Qui de residuis CCCHS.CC. præsentia soluerimus, reliqua præscribamus. idest non præsenti quidem pecunia numerata,sed per scripturam satisfaciemus, ut interpretatur elegans Doctor, Franc.Ottoman. in tractat.de vsur. par.j. c.vj. ideoq; cum per promissionem & scripturam dicatur satisfacta dos, & pro illa satisfactione habeat obligationem talem, ut possit in subsidium uenundari feudum, quia onus feudi quodammodo poterit imaginari, quod ob alium contractum, hoc est ob moram non soluentis,si infligantur vsuræ, quod sit onus feudi, cum nec à feudo, nec obligatione ob feudum veniant, sed tantum ob moram non soluentis,certè nimis durum esset hoc statuere contra successorem, nam esset quodammodo in potestatę patris, vel fratris, per indirectum perdere, & alienare totum feudum,grauando feudum vsuris prouenientibus ex proprio contractu, contra omnes, qui dicunt,
17 & maximè And.in cap.j.an agnat.† quòd in feudis pacti & prouidentiæ Principis non potest feudatarius in præiudicium agnatorum ad valorem candelę sebaceæ disponere super feudo.ideoque patet hanc opinionem esse veriorem, cum fulciatur melioribus rationibus; & iura allegata ex aduerso non faciant contra, cum habeant specialem ratio-
18 nem, ut supra dictum est. † Non obstat doctrina Barto. in l.si cum dotem, §.fin autem in sæuissimo, ff. solut. matrimo. vbi tenet, quòd bona mariti sint obligata pro alimentis debitis vxori, & allegat tex.in dicta l.Lucius, ff. qui potio. in pigno. habean. in qua doctrina Bart. sunt duo. vnum, quod tex. in l.Lucius,procedat in tacita hypotheca; alterum, quod consequitur, quod accessorium habeat idem priuilegium,quod & principale. & Bart.sequitur Paul.de Castro in d. §. fin autem in sæuissimo. vbi dicit per tres sententias obtinuisse. idem tenet Raphael ibidem, & Bald. in §. vt plenius, C. de rei vxor. actio. quam opinionem dicit veriorem Alexand. in dicto §. finautem in sæuissimo. & eam tenet Arctin. in §.fuerat, Instit. de action. Attamen contraria opinio est verior & communior,quàm post antiquos per eum relatos, tenet Ioan. Andræas in addit. ad Speculat. in titul. de donationib.inter virum & vxor. §. firmatur, versic. nunquid bona. ex eo, quia non reperitur hoc iure expressum. idem tenet Bar. sibi contrarius, in l. Lucius, ff. de aliment. & ciba. legat.idem Imol. in dicta l. si cum dotem,§.item pater. & Ludou. Roman. in dicto §. finautem in sęuissimo.vbi attestatur hanc esse communem opinionem. idem tenet ipse Ludou.in consilio 454. in final. verb. ideoque patet istam opinionem esse veriorem, & communem: tamen quicquid sit de ista opinione in casu nostro, Alexand. in dicto §. finautem in sæuissimo, dum in vno casu vult saluare opinionem Ioannis Andreæ,respondendo ad l. Lucius, ff.qui potio. in pignor. habean. dicit, quòd illa procedit, quando bona sunt obligata simpliciter, secus quando pro forte, quia non extenditur ad vsuras, vt patet ex not. per glos. in l. quæro, ff. de locatio. quam ibi sequuntur Doctores. cum ergo cōstitutio Regni relinquat paragium tantùm fœminæ exclusæ, quod paragium est onus feudi, non debet extendi ad vsuras debitas viro, quæ non causatur à primæua obligatione, sed à mora non soluentis, & debentur alteri quàm mulieri. Per prædicta apparet opinionem Blasci non esse veram,
19 † contra quam opinionem tenet etiam Afflict. in l.Imperialem, 12.no.quæst.8.de prohibit.feud.aliena. per Frederic. vbi dicit ità fuisse iudicatum in sacro Consilio Neapolitano. & hanc opinionem latè defendit Frecia in secundo lib. de subfeud. quæst. 20. fol. 149. quamuis non adducat ea, quę ego adduxi. iccirco tanquàm verior, & magis communis, est tenenda. posset tamen opinio Blasci in vno solo casu procedere (iudi-
20 cio meo) de quo non loquitur ipse, †videlicet in fructibus dotis de paragio, perceptis per fratrem anteq̃ assignaretur dos sorori: nā cum talis dos sit portio & legitima, vt tenet And.in d.cōstit.In aliquibus,& dos q̃ succedit loco legitimę,augetur ex fructibus,sicuti & le-

& legitima, vt in terminis consuluit Socin. consi. 57. col. 18. nu. 40. vol. 4. Alex. consi. 69. vol. j. & consil. 88. nu. 15. vol. v. & cum sit aucta dos ex fructibus, dicitur quoddam vniuersale sub eodem priuilegio, vt determinat Bal. i l. vnica, §. sed vt plenius, C. de rei vxor. actio. quamuis ista quæstio non potest contingere: nam ut dicit Socin. in dicto consil. 57. q. 3. pro dictis fructibus dantur alimenta, & ita taxâtur in Regno usq; quo nubat. ideo non potest tractari si sint onus feudi, nisi non soluâtur mulieri: nam tũc fructus dotis sunt onus feudi, vt dixi. & in isto casu tantum posset procedere opinio Blasci. Et Multo minus 21 sunt onus feudi vsuræ, † quæ debentur ex sorte dotis de paragio conuersæ in emptionem reddituum, iuxta formam bullæ: nam ex dispositione iuris cum occultetur vnus actus celeritate coniungendarum actionum, & fingatur dos de paragio soluta mulieri vel viro, & inde illa pecunia soluta tradita emptori, ut probat tex. in l. 3. §. final. ff. de donat. inter vir. & vxor. & scribunt Docto. in l. singularia, ff. si cert. petat. quomodo potest imaginari, quòd pecunia propria mulieris, quæ fuerit ei soluta pro dote de paragio, postea conuersa in precium emptionis redditũum, quod illi redditus, vel precium, vel vsuræ sint feudi onus? certè hæc aliquo iure non cauentur, quinimò aduersantur omnibus legibus; & est veritas, quicquid dicant alij, qui minus cogitant, quàm oporteat, & facilè decipiuntur similitudine rerum, ut supra dictum est.

S V M M AE.

1 *Dos confessata, an sit onus feudi in praeiudicium agnati.*
2 *Hypotheca anterioris preuilegium, an habeat locum in dote confessata. et nu. seq.*
3 *Feudatarius in vita dicitur habere liberam administrationem.*
4 *Baro pro oneribus feudi potest feudum alienare.*
5 *Confessio tutoris praeiudicat pupillo, at contra. num. 21.*
6 *Confessio mariti pracedente instrumento promissionis, censetur bonafidei, maximè quando fit ab alio, quàm ab vxore. et nu. 7.*
8 *Confessio procuratoris cum libera, praeiudicat domino.*
*Articulus de dote cõfessata valde dubius. nu. 9.*
10 *Confessio facta de dote ab vxore constante matrimonio, non praeiudicat.*
11 *Instrumentum si praecessit, non praesumitur confessio animo donandi.*
*Est articulus iuris controuersi. nu. 12.*
*Quaestio nostra est separata ab illa, de qua per glos. et Doctor. in l. assiduis, C. qui pot. in pignor. habeant. nu. 13.*
*Tenendum est in ista quaestione, quod dos confessata non afficiat feudum. nu. 14.*
15 *Feudum est debitum agnato.*
16 *Feudum agnato debetur ex priuilegio, et tempus priuilegij inspicitur.*
*Angeli opinio diuersa ab opinione glos. in l. assiduis. nu. 17.*
*Altera opinio non procederet indistinctè. n. 18.*
*Blasci opinio nõ vera, saltem indistinctè. n. 19.*
20 *Baro nil potest in praeiudicium agnati.*
21 *Tutoris confessio non praeiudicat pupillo.*

CVm dos ipsa de paragio sit onus feudi, & negari non potest; non erit ociosũm quærere, an dos cõfessata habeat idem priuilegium, vt sit onus feudi in præiudicium agnatorum, quãdo maritus Baro confitetur recepisse do1 tem à sua vxore, vel tertio, † an tunc esset onus feudi? & in ista quęstione Ang. in Auth. de restitu. & ea, quæ parit. tenet per glo. ibi, quòd dos confessata non minuat fideicommissum, & Angel. sequitur Aret. in l. j. ff. solut. matrim. & videtur sequi Ias. in auth. res quæ, C. commun. de lega. sub aliquali dubio, pro quo facit glo. in l. assiduis, quam pleriq; sequuntur Docto. C. qui potio. in pigno. ha2 bea. † quod priuilegium dotis, de quo in illa lege, non extenditur ad dotem confessatam. pro quo facit, quod voluit Signorol. in consil. 255. in facto quæstionis dom. Guid. determinans, quòd præcesserat in casu suo instrumentum, in quo maritus confessus fuit ab extraneo dotante, recepisse dotem, quod non præiudicat vxori. Contrarium tenet Blasc. 3 hic indistinctè. motus, † quod feudatarius in vita dicitur habere liberam administrationem, sicut hæres ante aduentum conditionis grauaminis, ut habetur in l. cum hæreditas, maximè per Angel. ff. ad Trebell. & l. restitutam, ff. solut. matrim. & hoc maximè proce4 dit in casibus concernentibus onus feudi, † cum pro illis posset feudũ alienare & obli5 gare: ideo poterit confiteri, † cum & hoc permittatur tutori in præiudicium pupilli, l. quotiens, §. non tantum, ff. de administrat. tutor. & ita decidit Andr. dicit ipse in c. si vassallus,

si de feudo fuer.contro.inter dom.& agnat.
6 † sed quando vir confitetur recepisse dotem præcedente contractu promissionis dotis, tūc dicitur bonam fidem agnoscere,& verita tem confiteri, ut tenet Ioan. And.in add.ad Specul.in titul.de donat.inter vir.& vxor.in rubr.& Bald. in rubric.de priuileg.dotis. & in terminis Angel.de Periglis in l.j.ff. solut. matrimo.qui allegat Pet.& Cin.in l.in contractibus, C.de non num. pecun.& ita dicit fuisse consultum Paduæ per existentes Doctores.& idem tenet Roman.in l.si constante, in 4.q.4.part. princip. ff.solu. matrim.&
7 hoc fortius, † quando promissio est facta ab alio, quàm à muliere,vt not.voluit Bal.in l.
8 j.de priuileg.dot.col.3.Facit,† quia procura tor cum libera potest confiteri in præiudicium domini,vt habetur in l.2.§.mutui, per Bart.& alios,ff.si cert.petat.& Canonistæ po nunt in c.si cautio, de fide instrum.Moderni in l.à diuo Pio, §.si emptor, ff.de re iudic.cū concord.& sic isto casu confessio mariti probat veram remunerationem, l.Publia.§.fin. ff.depo.& l.si ita stipulatus, §. Crisogonus, de verbor. obligatio. & ita residet respondens ad contraria, & exinde pro ista parte adducit Andr.in §.donare,in vlti.col.qualiter olim feud.aliena. poter. & vltra adducta per Blasc. hanc opinionem tenent Domini de sacro consilio Neapolitano, vt patet in decis.recollectis per Afflict.decis.402.idem latius tenet, & comprobat Aimon Crauet. consi.41.vol.j.& latius Anton.Rub.in consi.
9 78.† nihilominus iste passus est valde dubius,vt dicunt Alex.& Doctor.in d.l.j.solu. matr.& Soc.ibi procedit per casus distinctionem.idem facit Claudius ibi, & Alciat.ideo que in præsenti quæstione dicendum videtur, quod si dicta confessio fuerit facta, † ꝙ
10 receperit ab vxore constante matrimonio, talis confessio non præiudicat Baroni, qui successit in feudum ex pacto & prouidentia Principis, quia tunc præsumitur potius animo donandi, cum sint suspectæ personæ,pro ut tenet Bart.& communiter Docto.in l.si diuortio, ff.de verbor.oblig.quam opinionem communem dicit Claudius in d.l. si diuortio, & communem testatur etiam Anton.Rubeus in dicto consil.78.& in ista opinione resident Soc. Bulgar.& Alciat.in d.l.j. ff.solu. matrimo.ubi Socin.attestatur etiam esse cōmunem opinionem, & in isto casu ni aliud appareret, quod excluderet istam præsumptionē donationis,res esset clarissima, quòd non teneret confessio, & consequenter non afficeret feudum. & in isto casu procederet opinio Angel.in d.Auct.de restit.& ea, quæ parit. quia tunc non agitur de restitutione dotis, sed de donatione facta à marito, quæ nullum potuit afferre præiudicium agnato. quod tamen limitat Alciat. in d.l.j. ff.solu. matrimo.sub nu.16.nisi præcesserit conuentio & confessio,& confessio fuerit facta ante
11 traductionem ad domum propriam.† quinimò & Paul.de Castro in d.l.j.ff.solut.matri. tenet, quòd si præcesserit promissio, etiam constante matrimonio, confessio non præsumitur animo donandi.sed ex causa pręteritæ obligationis, quod & voluit Socin.in d. l.j.& Docto.ibi, ff.solu. matimo.& in isto casu, & in casu, quo essent elapsa tempora opponendi exceptioem non num.pec.iuxta doctrinam Bart.in dicta l.assiduis,C.qui potio. in pigno. habean.sunt multæ controuersiæ,
12 † & est articulus iuris controuersi, de quo latè remissiue per Tiraquell. in tract. de retra. conuentio.§.4.glo.vj.nu.14.cum sequent.& per Doctor.in l.j.ff.solu. matrimo. Attamen
13 † quæstio nostra est separata ab illa, de qua tractat.glos.in d.l.assiduis, C.qui pot.in pigno. habeant.nam glos. iuxta terminos il-
14 lius tex.tractat de prælatione, † & casus noster tractat, an dos confessata afficiat feudū, sicuti dos vera.& in hoc dicendum est,quòd non argu. tex.in auct.sed iam necesse, C.de donat.ant.nupt.quæ confessio dotis ræceptę non præiudicat creditoribus præteritis,quia præsumitur in fraudem, & est præsumptio iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium,ut determinat Bart. in l.si constante, in 4.q.4.par.principalis, ff. solu. matrimo.& per Cin. & Salic.in d.auct. sed iam necesse, & per Aret.in §.fuerat, nu.
15 13.Instit. de actio.† at feudum est debitum agnato mortuo Barone, ut per Andr.in c.j. §.hoc quoq;, de success.feu.iccirco illa confessio agnato creditori in feudo non potest præiudicare, quia prȩsumitur simulata, & in fraudem eius facta per prædicta; & satis dicitur creditor præteritus agnatus vel filius Ba
16 ronis, † nam ei debetur feudum vigore priuilegij, ideoq; inspicitur tempus priuilegij, & sic contractus, l.si filiusfamilias, in princ. & ibi Docto.ff.de verbor.obligat. iccirco illa confessio non præiudicat.& stat firma opinio Angel.in dicta Auct.de restit.& ea, quæ parit.

parit. quam sequitur Aretin. in d. l. j. & ibi Soci. & Iaf. in dicta auth. res, quę. Et non obstat quod Blasc. & Anto. Rub. in d. consil. 78. dicunt, quòd opinio Ang. quam defendunt Aretin. & dicti Docto. est contra communē, quia non est verum: quia vltra quòd opinio, quam ipsi defendunt, non est communis, nihilominus quicquid sit, † opinio Angel. est diuersa, & altera ab opinione glo. in d. l. assiduis. & ideo Angel. non habet alios contradictores nisi Blasc. & Anto. Rub. qui miscēt vtranque opinionem, & Curt. iun. in d. auth. res, quæ. qui vult, vt opinio Angel. intelligatur secundum distinctionem Doctorum in l. j. ff. solut. matrim. & maximè Socin. & tamen vna quæstio non contingit aliam. Præterea † quando esset vera altera opinio, non indistinctè procederet: nam quando adesset aliqua suspicio, corrueret in totum confessio, vt eleganter voluit Cuman. in consi. 30. in secundo dubio. Item quicquid sit, etiam si sint elapsa tempora, attamen creditor si ignorat contractum confessionis, restituitur saltem via restitutionis in integrū. ita Alex. & omnes post eum in dicta l. j, ff. solut. matr. ideoque patet † opinionem Blasci non esse veram saltem indistinctè.

17

18

19

Non obstant argumenta Blasci, & primò illud, quod Baro habet amplam administrationem feudi, maximè in concernentibus onus feudi, nam hoc & tutori permittitur: nam totum hoc est falsum, cum Baro nil potest in præiudicium agnatorum. † Quinimo quicquid facit eo mortuo, deuocatur in irritum, vt est tex. in l. 3. §. sed quia, C. commu. de leg. & est etiam falsum, † quod adducit de tutore, cuius confessio non præiudicat pupillo, vt tenent Bart. Bald. Fulg. Pau. de Castro, Roma. Alex. & Iaf. in l. 2. §. fin. ff. si cert. petat. & alij, quos adducit And. Tiraquel. in Tractat. de retract. conuent. §. 4. glo. 6. num. 12. vbi testatur hanc esse communem opinionem. Non obstat quod præcedente contractu promissionis dotis, confessio præiudicat, quia verum inter ipsos contrahentes: sed hæsitatio est quo ad tertium, nam in eo simplex suspitio conuellit cōfessionem, vt dicit Cuman. in dicto consil. 30. In 2. dubio. Non obstat decisio Andr. in c. j. §. donare, col. fin. qualit. olim feud. alien. poter. quia Andr. ibi tenet contrarium illius, ad quod allegatur per Blasc. quo ad tertium. ideoque apparet opin. Blasci saltem indistinctè nō esse verā.

20

21

## S V M M AE.

1 *Doherium an sit onus feudi, & deciditur quòd non.*

2 *Doherium, quod constituitur in Regno non est illud, de quo disponunt Regni constitutiones.*

1 SED † an doherium, quod constituitur hodie in Regno, sit onus feudi; & certè censendum est, quòd non, cum nullo iure feudi permittatur, sed debetur ex quadam obseruantia & pactis priuatis, quæ non possunt conuellere dispositionem iuris, nec tertio præiudicare, l. fin. ff. de pact. Nec istud doheriū 2 † quod constituitur in Regno, est illud, de quo tractant constitut. Licentiam, & constitut. Mulier, quæ doherium: nam illud est tertia de facultate mariti, in qua mulier est tantùm vsufructuaria post mortem mariti in viuentibus iure Francorum, & non debetur nisi constituta dote, vt latè scribit Andr. in dicta constit. at istud non datur, nec permittitur pro modo facultatum, sed datur à sponso sponsæ in præmium virginitatis amissæ, vt est tex. in l. res vxoris, C. de donat. inter vir. & vxor. & ibi Bald. in fin. verb. & scribit Depalat. Ruueos in repet. rub. de donat. inter vir. & vxor. col. 11. & hanc partem tenet hic Blasc. quę opinio procedit sine scrupulo.

## S V M M AE.

1 *Doherium constitutum, & dos promissa & non soluta, an debeatur. & determinatur quòd sic.*

SED quid si fuerit cōstitutum doherium, & promissa dos & nō soluta, † vtrum debeatur pro parte dotis non solutæ? Et in hoc passu quamuis fuerit in materia propria doherij contentio inter Doctores, & fuerit iuris controuersi, vt patet ex not. per Afflict. in decis. 242. & per Nicolaum Boer. in decis. 22. vbi latè examinat, & dicit communem opinionem esse, quòd siue fuerit dos soluta, siue non, debetur doherium promissum. & hanc partem tenet etiam Blasc. hic, qui latissimè examinat, & in terminis nostris, cum detur & promittatur doherium

ob pudorem virginitatis amissæ. & est quædam donatio inter sponsum & sponsam, vt supra dixi, & non regulatur terminis dohærij, de quo loquuntur Doctor. clarum est, quòd in totum debetur, & ita vidi sæpesæpius seruari.

## SVMMAE.

1 *Filia si moritur antequàm nubat, an transmittat ad hæredes dotem de paragio.*
2 *Legitima est pars illius, quod filia habitura esset ab intestato.*
3 *Filiæ non excluduntur à successione feudi simpliciter, sed sub conditione, si dotentur.*
4 *Dos de paragio est loco legitimæ.*
5 *Bart. tenet, quòd dos in hoc non sit pura. nume. 5.*
6 *Bart. opinio falsa, & contra communem. nu. 6.*
7 *Legum correctio non fit per subauditos intellectus.*
8 *Pœna priuationis non inducitur, nisi lege exprimatur.*
9 *Exceptio regulatur à materia regulæ.*
10 *Dotis nomen in statuto non consideratur respectu matrimonij, sed respectu portionis.*

NON esset ociosum quærere, cum sit firmum † dotem de paragio esse onus feudi, an talis dos, si moritur soror, antequàm nubat, trãsmittatur ad hæredes suos? In quo passu Pau. de Castro consil. 6. quęst. 16. vol. 2. distinguit hoc modo, quòd aut statutum, siue lex simpliciter excludit filiam propter existentiam masculi, & mandat eam dotari, & eo casu dicit ipse, quòd procedit opinio Bart. in l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de condit. & demonstr. quia tunc filia excluditur ob solã existentiam masculi. & quod subditur, quòd debeat dotari, intelligi debet si maritabitur, aliàs dotatio non est necessaria, & ab intestato non successerit. Ideoque ei non debetur legitima etiam si pater ei nihil reliquisset, † cum legitima sit pars illius, quod habitura esset ab intestato. Si verò statutum diceret, filia dotata non succedat cum filio, & ista specie relictum dotis dicitur purum, aliàs non diceretur dotata, ideoque non exclusa à statuto: & isto casu potest peti dos antequàm maritetur, & si moriatur transmittit ad hæredes. Idem tenet ipse Paul. in l. Titio centum, §. Titio, ff. de condit. & demonstrat. & istam distinctionem Pauli sequuntur Alex. consil. 13. vol. 3. Socin. consil. 92. vol. 3. Ideoque perscrutandum est in quo capite distinctionis Pauli de Castro collocetur constitutio Regni, in aliquibus. & certè in secundo capite, † cum per constitut. in aliquibus, simpliciter non excludantur fœminæ, sed sub ea conditione, si dotantur de paragio. Ideoque si frater recusat dotare, iam soror succedit, quia sub conditione vel modo præfertur, & non simpliciter, vt determinat Andr. in dicta constitut. in aliquibus, col. 5. cum sequenti. Non repellitur ergo simpliciter à successione ab intestato, sed ita demum, si dotetur. Ideoque † illa dos erit loco legitimæ, quod negat Pau. in primo capite. & quod ista dos de paragio sit loco legitimæ, tenet Andr. in pluribus locis in dicta constit. ibi Afflict. & Sigismun. Loffred. consil. 16. Dec. consil. 276. & 379. Idem tenet Corn. consil. 162. num. 10. cum sequent. vol. 2. vbi refert Paul. de Castro, & Ancharan. idem tenere, & alias auctoritates refert in dicto consil. & idem ipse Corn. consil. 48. col. j. vol. 2. & hanc opinionem tenent Bart. & cæteri in dicta l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de condit. & demonstr. & Doctor. in l. sancimus, C. de nupt. & in hoc nulla est controuersia, quicquid dixerit Corn. consil. 100. vol. 3. & consil. 32. vol. 4. sed tamen Barto. in dicto §. Titio genero, obstrepit in vno, quòd tali casu dos non censeatur pura sub hoc fundamento, † quod sicuti potest minui legitima in quantitate, pariformiter in tempore: ideoque non reiicitur illud onus ab ipsa dote, quod differt vsque ad tempus nuptiarum, & non sit purum, sed conditionale, quia tex. in l. quoniam in prioribus, non vendicat sibi locum in isto casu: nam salua eius pace, † contra eum tenent Riccard. Malumbr. Salic. & Bald. in dicta l. sancimus. C. de nupt. vbi Bald. respondet, & confutat rationem Bar. dicens, quod ratio Bart. est plusquàm falsa, quando in totum differret, quia in totum tolleret: vt puta si decederet infans vel pupillus, si non transmitteret, censeretur semper priuatus legitima, contra rationem Bar. & eius mentem. Ideoque tenendum simpliciter, quòd reiicitur in ea omnis conditio & onus, vt dicebat Riccar. Malum. & hanc opinionem tenet etiã Abb. consi. 192. per totũ, vol. 2. & prius Ioan. Andr. in addit. ad Speculat.

culat.in Rubric.de testam. vers. scire debes. Idem tenet Alberi.de Rosat.in tracta.stat.in 2.part. quæst.104. Idem tenet Iacob. & Ias. in l.si pater, C.de instit.& substit. vbi Ias.dicit,quòd fortè opinio & ratio Bart. procederet, quãdo statutum expressè disponeret circa dilationem temporis: sed quando nil disponit de grauamine,sufficit quòd operetur, quòd soli masculi succedant, contra tex. in l. maximum vitium, in reliquis remanet in dispositione iuris cõmunis, l. commodissimè,ff.de liber. & posth. sed per ius commune tollitur omnis conditio, & onus à legitima,ideoque Bar.ratio malè cohæret.Et quatenus postea ipse declarando inductionem Bart. dicat, quòd disponens statutum, quod dotetur; ista dotatio non potest fieri sine matrimonio, l. 2. ff. de iur.dot.per consequens statutum voluit inducere dilationem in tẽpus maioris ætatis, quàmuis ipse non respõdeat:tamen Bal.in d.l.sancimus, C.de nupt. respondet,vt supra dixi, & retuli responsionem,quæ responsio cõfirmari potest.† quòd per subauditos intellectus non debet induci correctio legum, vt tenet gl.in c.cupientes, §.quod si per viginti,de electio.lib.6.& maximè vbi tractatur de priuatione filiarum à legitima, quæ debetur sine onere & conditione,d.l.quoniam in prioribus, C. de inof. testam.† nam pœna priuationis nunquam inducitur, nisi lex expressè hoc dicat,vt tenet Bal.in auth.ex testamento,col.final. C.de secund.nup.& ita arguit etiam Alex.in l.etiã, §.licet,col.2.ff.solut.matrim. & Ias.in l.illã, col.4.C.de collat.& in l.quod te, col. 13.ff. si cert.petat. & in l. j. col. pen. de transac. & istam opinionem tenet etiam Alex. consil. 55.vol.2.Idem tenet Bal.latè disputans in l. generaliter,C.de episcop.& cleric.Secundũ hanc opinionem consuluit Anch. cons.232. incipi.subtilissimè,& consil.323.ista omnia. Quæ opinio corroboratur ex doctrina Iaco. Butrig.in l.quoniam in prioribus,& ibi Bal. C.de inoffic.testam.qui dicunt, quòd si statutum dictat,quòd filia sit contẽta dote,quã sibi pater reliquit, non potest tali doti pater adiicere onus & conditionem, quia statutũ loquitur de quantitate,& in hoc corrigit ius commune: sed respectu oneris statutum nõ loquitur: ideoque remanet in dispositione iuris communis, quo omne onus & conditio reiicitur à legitima, d.l.quoniam in prioribus. Ideoque ista doctrina videtur decidere hanc quæstionem,cum constitutio Regni disponat filium præferri filiæ, dum tamen debeat dotari secundum paragium, & per consequens in ipsa legitima, & in hoc corrigat ius commune,in alio remanet in dispositione iuris cõmunis, vt tollatur omne onus, & omnis conditio, secundum præallegatam doctrinam, quam sequitur etiam ibi Paul. de Cast. & Alex.in d.cons.55.vol.2.Aretin. cons.43.Dec.cons. 106. col.2. Ideoq; patet istam esse communem opinionem, secundũ quam in terminis nostris latè consuluit Sigismund.Loffred.in cons.26. & latissimè tractat Grãma.decis.57.quę opinio roboratur, nam patet ex tex.in l.maximum vitium, C. de libe. præter. quæ dispositio confirmatur per dictam constit.in aliquibus. quæ vult filios succedere patri nullo discrimine sexus. verum in feudis,in quibus viuitur iure Francorum,si concurrit masculus, præfertur cum exceptione dotis de paragio. cum ergo fœminæ, existente masculo in eodem gradu, repellantur à successione ab intestato, ergo exceptio paragij fit à via, a qua excluditur, † ne exceptio sit diuersa à materia,qua fit exceptio. Si ergo excluditur à successione ab intestato à feudo, & includitur in paragio, intelligitur per viam successionis ab intestato, vt succedat pleno iure,sicut si succederet in totum. ita determinat Anto. de Butri. in consil. 39. in quæst. col. 2.3.& Anton. refert & sequitur Socin. consil.289.col.8.vol. 2.Et Dec.consil.106.col.2. qui dicit in casu suo, † quòd nomen illud, dotis, positum in statuto, non consideratur respectu matrimonij, sed vt demonstretur illa pars, in quã partem voluit statutum filiam succedere existentibus masculis:sic constitutio Regni per illud verbum,maritare, considerauit frequẽtiam facti,quia mulieres appetunt maritari, vt etiam considerat Andr. in dicta constitu. in aliquibus, col.10. & addit, secundum paragium, vt possit pari nubere, vt dicit And. in dicta constitu.in aliquibus, in fin.verbis. Ideoq; apparet casus iste determinatus per dictas decisiones, quòd dicta dos censeatur pleno iure, & transmittitur ad hæredes, quãdocunque illa soror moriatur antequàm nubat.

*SVMMAE.*

1 *Francorum ius tacitum in Regno est inductum in successione ab intestato.*

I 2 *Et*

*Et etiam in successione transuersalium. num. 2.*

3 *Vita & militia debetur fratribus, sicuti dos de paragio sororibus.*

4 *Vitæ & militiæ debitum est onus feudi, sicut dotis de paragio.*

5 *Feudum pacti & prouidentiæ Principis pro debito vitæ & militiæ etiam in perpetuum potest alienari, & num. 6.*

7 *Feudum pacti & prouidentiæ potest pro debito vitæ & militiæ in solutum dari, tamen pro debito præterito. & num. 8.*

*Blasci friuola ratio. num. 9.*

10 *Vitæ & militiæ onus, an transeat ad emptorem.*

EST etiam onus feudi illud, quod debetur pro vita & militia fratrũ natorum post primogenitũ, quã do viuitur iure Francorum, qui excluduntur à primogenito, quod est regulare hodie in Regno, quoniam feuda indiuisibilia, ergo debent ad vnum peruenire; si 1 ad vnum, ergo ad primogenitum. †Ideoque est inductum tacitum ius Francorum in successione ab intestato sub qualibet forma feudum sit, vt Saccurasa dicit in compendio su-2 per ista lege, quem omnes sequuntur, † & in successione transuersalium est etiam tacitè inductum ius Francorum ex c. si aliquem. Ideoque in successione ab intestato debetur vita & militia cæteris fratribus, sicuti sorori-3 bus dos de paragio, † vt est expressum in cõ-4 stit. Comitibus, † & est debitum pro vita & 5 militia, sicuti pro dote onus feudi, † pro qua etiam feudum pacti & prouidentiæ Principis potest alienari, And. in d. constit. Comitibus, in repet. & in consti. si quis post litem, & in c. j. §. quid ergo, de inuestit. de re alie. fact. & hoc est clarum, & apertum, & non cõ-6 trouertitur. Et ideo † pro debito vitæ & militiæ potest alienari feudum in perpetuum, quia dicit Bald. in l. 2. C. commun. de legat. quod feudũ potest alienari pro causa ipsum feudum concernente, quia est ipsius onus, & tenet expresse And. in d. c. j. §. quid ergo. 7 † & consequenter potest fratri insolutum dari, quia datio insolutum sortitur vicem emptionis & venditionis, l. eleganter, ff. de pigno. actio. & l. si prędium, C. de euict. dum 8 modò cesset dolus & fraus; † quod intelligẽdum est pro debito vitæ & militiæ de præterito. & hanc partem tenet Blasc. hic, & attestatur aliàs obtinuisse, & idẽ tenet Io. Aloys. in quodam cons suo, quod incipit, dubitatur 9 an frater minor. quamuis illud, † quod adducit Blasc. hic de constitut. fratribus, qua cauetur, quod frater potest dare vnum ex tribus feudis sorori pro dote, ita & pariformiter pro militia fratris propter æquiparationem dotis, & vitæ & militiæ, non videtur benedictum, quia in hoc non procedit æquiparatio, cum dos taxetur à principio, & debetur & transmittitur ad hæredes, & pro vita & militia taxatur ius, quod extinguitur mortuo fratre, vt dicit And. in dicta constit. Comitibus. Ideoque nõ potest dari à principio feudum in perpetuum in solutum pro alimẽtis futuris, sed bene pro præteritis, vt hoc su-10 perius annotaui. † Et si vendatur feudum, in quo fratres habent vitam & militiam, an tale onus transeat ad emptorem, vide Afflict. in l. j. §. præterea Ducatus, nu. 52. & ibi de aliis quæstionibus, de prohib. feud. alien. per Freder. Est etiam onus feudi seruitium Regis, quod debetur pro feudo, vt habetur per And. in locis præallegatis, ideo feudum etiã pacti & prouidentiæ Principis legitimè alienatur, & non potest per agnatum reuocari.

### SVMMAE.

1 *Hæres indiscretus num possit reuocare alienationem feudi pacti, et prouidentiæ Principis.*

2 *Hæres est vna & eadem persona cum defuncto.*

3 *Regni constitutione stante, videtur quod hæres possit alienat. reuocare.*

4 *Consensus præstitus per hanc legem, resoluitur mortuo alienante in feudis pacti & prouidentiæ Principis.*

5 *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*

6 *Cõsensus Principis resoluitur mortuo alienãte.*

7 *Stipulatio euictionis accessoria, & sicut non valet principale, non valet accessorium.*

8 *Alienãte mortuo resoluitur contractus cum omnibus accessorijs.*

9 *Alienatio reuocatur, ex qua fraudatur, qui debebat succedere.*

10 *Legis, cum à matre, intellectus.*

11 *Curtij, & aliorum opinio contra communem, nisi alienatio fieret in fraudem. et num. 12.*

13 *Constitut. constitutionem, correcta et reuocat hæres, si venit cum beneficio inuentarij.*

14 *Hæreditatis per aditionem non confunditur actio rei vendicatoria.*

Non

1 NOn † potest reuocari alienatio etiam feudi pacti & prouidentiæ Principis, si filius, uel agnatus simpliciter adierit hæreditatem alienatus, quia si vellet reuocare, seu reuendicare feudum, repellitur exceptione, per text. not. quamuis vulgatum, in l. cum à matre, C. de rei uendic. & in fundo alienato per defunctum, ꝙ non possit reuocari per hæredem alienantis, quamuis fuerit proprium hęredis, scribunt gl. & Doct. præcipuè Paul. de Cast. in l. fi. §. in computatione, C. de iur. delib. in feudo scribit And. in ca. 1. an agna. & ibi cæteri. 2 † Rationes sunt, quia hæres est una & eadem persona cũ defuncto, ut est text. in Auct. de iureiur. a mor. præstito, in princip. scribunt Angel. & cœteri, in l. postulante, ff. ad Trebell. & in l. 1. ff. de his, quæ in testam. de. & hæc est prima ratio. Sed ista ratio potest euitari hodie in Regno, stante constitutione Regni, 3 † quę permittit alienanti reuocare feudum iure proprio, cum venditur absq; licentia Principis, quod beneficium habet hęres, ut dicunt ibi Doc. cũ ergo communiter concludatur, ꝙ ista lex non porrigit vires suas in feudis pacti & prouidentiæ in præiudicium agnatorum, hinc dicũt, ꝙ procedit hæc lex forma non repugnante. 4 † Sequitur quod mortuo alienante resoluitur cõsensus Principis introductus ab hac lege, argu. tex. in c. 1. de alien. feudi pater. Ideoq; agnatus, siue filius, cuius est proprium feudum, cum resideat penes emptorẽ absq; aliquo cõsensu Principis, poterat illud iure proprio reuocare, nõ obstãte ꝙ sit hæres: nã cum vendẽs sine cõsensu posset reuocare, sic hæres eius pariformiter deberet reuocare beneficio dictę constitutionis, cui nõ obstat regula dictæ l. cũ à matre, cum per istã legẽ in isto casu non censetur correcta dicta cõstit. Secunda ratio adducitur ex tex. in l. uendicantẽ, ff. de euict. 5 † vt quem de euictione tenet actio, eundem agentẽ repellit excepto. quę ratio potest etiã euitari: nam quando venditur feudũ contra prohibitionem legis, stante beneficio dictæ constitutionis, idem reuocat & pariformiter eius hæres, ut habetur in dicta const. 6 † at mortuo alienante resoluitur licentia introducta ab hac lege. remanet ergo hæres in dispositione dictæ constitutionis, quia si ipse venderet, non repelleretur dicta exceptione, pariformiter nec eius hęres: ideoq; in regno stante beneficio dictæ cõstitutionis in feudis pacti & prouidẽtię Principis, dictę rationes nõ procedunt, maximè cũ stipulatio euictionis sit accessoria. 7 † Sicuti non valet principale, sic nec accessorium, ut tenet gl. Bal. & cęteri, in l. 1. in princip. de prohib. feud. alien. per Freder. nam contractus alienationis feudi, quãuis valuerit in uita alienantis, resoluitur eo mortuo, & stat cõsensus, quatenus uiuit alienans. 8 † Ideo eo alienante mortuo, resoluitur cõtractus cũ omnibus eius accessoriis, per p̃dicta. Tertia ratio sumitur ex regula, ex qua persona quis lucrum sentit, ff. de reg. iur. quę regula procederet, quãdo esset hæres in amplo patrimonio transcendẽte valorẽ feudi, aliter nõ procederet; itẽ est argumẽtum a remotis. Quid dicendũ in isto passu? Reperio, ꝙ Franc. Curt. senior cõs. 1. tenet, ꝙ quotiẽscunq; sit alienatio, ex qua fraudatur ille, qui successurus est ex primo acquirente, cum sit fraudatus ab alienatore, quod possit reuocare non obstante ꝙ sit hæres: quã decisionem sequuntur omnes Domini de sacro consilio Neapolitano dec. 93. ex recollectis per Grãma. Idem scribit Paul. de Cas. cons. 449. uol. 2. 10 † ubi dicit, ꝙ regula l. cum à matre, nõ procedit, quãdo ille, qui alienauit, tenebatur de necessitate relinquere hæredi. & sequuntur dicti Domini in eadem decis. cum ergo Baro feudum pacti & prouidentiæ necessitetur relinquere ei, qui vocatur ex prouidẽtia Principis, sequitur ꝙ quantũcunq; sit hæres, poterit vendicare: nihilominus, quamuis ista opinio mulceat animum, 11 † attamen est contra Andr. & communiter Doct. in c. 1. an agnat. qui tenent, ꝙ huic morbo nõ potest mederi, nisi beneficio inuentarij, de quo per Dec. cõsil. 145. Et Paris. cons. 33. & ita tenetur communiter, & decisiones contrariæ procederent pro ut loquuntur, quando alienatio esset facta in fraudem agnati: 12 † nam tunc reuocaret non obstante, quòd sit hæres, ut uoluit glo. in c. 1. per quos fiat inuestit. & tenet etiam Blas. hic, & ita est tenendum; & maximè quia minimè mutanda sunt, quæ interpretationem semper habuerunt certam. Et respondetur constitut. constitutionem, quod per istam legem est correcta expressè. 13 Et quatenus dicitur, † quòd non procedit isto tenore inuestituræ repugnante, est uerum si ueniat hæres beneficio inuentarii, nam si sine beneficio cum ualeat alienatio, sicuti non potuisset ipse alienans reuocare beneficio dictæ constitutionis, pari iure

ti iure nec eius hæres indiscretus. Non obstaret si diceretur, quòd per aditionem hæreditatis non confunditur actio rei vendicatoria, etiam nullo confecto inuentario, ut tenet Bald. in l. vxor patrui, C. de bon. auct. iudic. possid. & scribunt Alex. & Dec. in l. debitori, C. de pact. quæ decisio turbauit spiritū Ioan. Aloys. scribentis super hac lege. nihilominus facillima est responsio, quia quamuis non confundatur actio, & non repellatur ipso iure, repellitur tamen ope exceptionis, & ita loquitur tex. in d. l. cum à matre, & in l. emptrici, C. de reb. alien. non alien. ideoq; remanet clara conclusio, quòd non contrauenit hæres facto defuncti, & non potest feudum per defunctum alienatum vendicare, quin repellatur exceptione, nisi fecerit inuētarium in feudo pacti & prouidentiæ Principis.

## SVMMAE.

1 *Hæres an confecto inuentario possit reuocare feudum pacti & prouidentiæ alienatum, si est æquiualens in hæreditate.*
2 *Specialitas nulla in feudis in inuentario.*
3 *Filius de iure feudorum necessitatur adire hæreditatem patris, vt consequatur feudum.*
4 *Inuentarij beneficium non est inductum à lege feudorum.*
5 *Inuentarium prodest, quando hæreditas non est soluendo.*
6 *Inuentarij beneficium facit, ne hæres sentiat neque lucrum, neque damnum.*
7 *Amittere feuda, & habere res abiectas, nemo iudicabit non esse interesse.*
8 *Amittere res maiorū propter affectionem, damnum est.*
9 *Restitutio in integrum non datur, nisi ob magnam læsionem.*
10 *Amittere feudum ob res mobiles, forsan & abiectas, non est leue damnum.*
11 *Blasci motiua vnica ratione tolluntur.*
12 *Doctoris loquentis perfunctoriè decisio, non est habenda pro auctoritate.*
13 *Iudicari debet contra communem, si conuincitur tex. vel ratione probabili.*

SED occurrit quæstio non ociosa, 1 † an facto inuentario possit filius, vel agnatus hæres reuocare feudum pacti & prouidentiæ Principis alienatum, si hæreditas est æquiualens precio feudi? Et in isto passu fuit determinatum in causa feudi Gamitrici, quòd non; & vnus Iudicum magnę Curiæ tunc fuit Blasc. Lanz. motus ut ipse Blasc. testatur in hac le- 2 ge, † quòd in feudis nulla datur specialitas in his, sed per leges Romanas deciditur in 3 feudis casus præpositus: † nam cū de iure feudorum filius necessitetur adire hæreditatem patris, ut possit consequi feudum per tex. in c. j. an agnat. attamen Doctor. dant cautelam, ut faciat inuentarium, & vtatur beneficio legis final. C. de iur. deliber. nam hoc faciens poterit vendicare feuda pacti & proui- 4 dentiæ Principis. † Cum ergo beneficium inuentarij nō sit introductum à lege feudorū, sed à lege communi, & trahatur ad alteram materiam feudorum, non est dicendum, quòd istud ius potentius agat in materia aliena, ad quam trahitur, quàm in propria. clarum 5 est, † quòd inuentarium tunc prodest, quando hæreditas non est soluendo, vt tradunt Doctor. in l. final. §. in computatione, C. de iur. deliber. pariformiter non debet operari in feudis, quando hæreditas est locuples, ne plus operetur in materia extranea, quàm in propria, & ad hęc tendunt omnes rationes, quas scripsit magna Curia in iustificatione voti, in causa Gamitrici, quas reassumpsit, & posuit Blasc. in lectura istius legis, & hanc partem sequitur Imol. quamuis ipse Blasc. non allegat, in cap. ex parte, col. 9. de feud. & Imol. refert, & sequitur Dec. in l. debitori, col. 3. C. de pact. & in l. ex qua persona, ff. de regul. iur. Attamen ista opinio nunquam mihi placuit, non rationibus, quibus mouebantur aliqui, quibus respondet Blasc. sed eadē decisione, qua mouetur Blasc. videlicet l. fi. §. in cōputatione, & §. licentia, C. de iur. deli- 6 ber. † vult enim, & statuit Imperator, in d. l. quòd hæres, ex aditione hæreditatis beneficio illius legis neq; lucrum, neq; damnum sentiat. si ergo hæres non posset vendicare feudum paternum, quantumcunq; hæreditas sit soluendo, iam damnum vtiq; sentiret: nam propter res hæreditarias, forsan mobiles & abiectas, amitteret feudum primoge- 7 nitorum, † quod amittere nullus iudicabit non esse damnum, cum amittere res maiorū simpliciter sit interesse, & læsio enormis, ut probat tex. & ibi glo. in l. si in emptione, ff. de minorib. ubi minor restituitur, si superetur adiectione ab alio iure maiorum suorū, & dicit ibi Bald. quòd est enormis læsio perdere

dere rem maiorum suorum, & hoc propter
8 affectionem, † quod probatur ex illo text.
9 ex eo, quia restituitur: † nam si non esset enor mis læsio, non restitueretur, l. scio, ff. de in integr. restit. & sequitur Alex. consil. 67. col. j. lib. 5. sequuntur etiam & alii, quos enumerando citat Tiraquell. in tractat. de retract. in pręfatio. nu. 34. in quo loco maximè exornat illum tex. & determinat Alber. in d. l. fi. §. in computatione, col. 2. C. de iur. deliber. & Alberic. Refert & sequitur Tiraquel. in loco præallegato. ideoq; ista doctrina pessundat determinationem Blasci, & magnę Curiæ: nam in hoc deficit eorum ingenium, & fortius in feudo nobili, per quod contrahitur paradochium, ut determinat Andr. in c. in generali, si de feud. fuer. conrro. int. dom.
10 & agnat. & in pluribus aliis locis. † & non esset leue damnũ amittere res immobiles maiorum, in quibus inest nobilitas familię pro rebus hęreditariis, forsan vilibus & abiectis, quamuis consideratę ut singulæ, & coaceruatæ, ascenderent ad valorem, & precium feudi, quæ non sunt tanti æstimanda, ut tollant interesse affectionis, d. l. si in emptione, & nobilitatis familiæ. & ideo dicebat Imperator in l. lex, quæ rutores, C. de admin. tutor. quòd maxima habenda est eius domus ratio, in qua pater defecit, filij creuerũt, in qua maiorum imagines non videre, aut videre reuulsas, satis est lugubre. si hæc in domo, quę parui momenti est ad conseruandam dignitatem, & nobilitatem, expendit Imperator: quanto magis in feudis, quæ nobilitant totam familiam. ideoq; dicta decisio nullatenus potest procedere, nisi essent in hæreditate & alia feuda nobilia, quæ superarent, excederent precium feudi alienati, adeoq; eneruaretur totaliter interesse affectionis, q raro accidit. & ista videtur mihi veritas, &
11 ita iudicarem, si casus accideret. † Non obstant motiua Blasci, nam ista vnica ratione tolluntur, cum de iure communi hęres cum beneficio inuentarij, etiam si hæreditas sit soluendo, non prohibetur vendicare rem, in qua ē interesse affectionis per doctrinas prę allegatas. Non obstat doctrina Imol. in dicto c. ex parte, in 8. col. de feudis. quia Imol. non examinat præcisè istud, de quo quæritur, quando feudum est primogenitorum, in quo datur interesse affectionis, sed per-
12 functoriè loquitur, † quo casu non est eius decisio habenda pro auctoritate per ea, quæ tradit Abb. in c. bonæ, il 2. de supplen. neglig. prælar. Cuman. consil. 10 t. Soc. iunior cõs. j. col. pen. vol. j. Præterea illis Scriptorũ generibus deferre soleo, qui canonici appellantur. Cæteris, quantum ratione nitanrur, ut docet Augustin. in c. ego solis. 9. dist. Cum ergo Imol. nec ratione, nec auctoritate alicuius tex. nitatur, & conuincitur rationibus insolubilibus, non est ei deferẽdum,
13 † quia etiam contra communem opinionem iudicari debet, si conuincitur aliquo tex. vel ratione probabili, ut habetur in c. capellanus, & ibi Abb. de feri. scribunt Docto. in c. j. de constit. quia veritate, & non opinionibus statuendum est ius, l. 2. §. sane, C. de vete. iur. enucle. & est tex. Exodi, c. 23. vbi dominus præcipit Moysi, Non acquiescas sententiæ multorum, ut à veritate deuies. quanto magis iudicandum esset contra opinionẽ singularis Doctoris perfunctoriè loquentis, qui conuincitur ratione incõuincibili: ideoque tenendum est hæredem cum beneficio inuentarij indistinctè posse reuocare feudũ alienatum per defunctum quantumcunque fuerit hæreditas locuples, verum quòd quatenus suppetunt vires hæreditarię, respondebit de precio & interesse.

S V M M. AE.

1 *Intellectus c. 1. an agnatus examinatur.*
*Recitatur distinctio Bal. nu. 2.*
*Bal. tenet dispositionem dicti c. non procedere in forma, pro te & liberis. nu. 3.*
*Baldi contra opinionẽ obstrepit, quod ille tex. attenta Bal. opinione nunquã procederet. nu. 4.*
5 *Feudum hæreditarium quis habere non potest, nisi sit hæres, siue filius, siue agnatus.*
*Blasci Lanz. recitatur distinctio. nu. 6.*
*Blasci distinctio falsa. nu. 7. 8.*
*Bald. distinctio conuincitur. nu. 9.*
*Dispositio c. 1. an agnatus, non procedit, nisi in tenore inuestitura merè pacti & prouidentia. nu. 10.*
11 *Iura constituuntur ad ea, quæ frequenter accidunt. & num. 12.*
13 *Andr. opinio communis, & secundum eam est iudicandum.*

ET quia in superiori quæstione est facta mentio de hærede, qui si nõ fecerit inuentarium, non poterit
1 cõtrauenire facto defuncti, † non esset ociosum quærere de intellectu c. j. an agnatus,

an agnatus, quod astringit filium ad vtrunque, scilicet feudum, & hæreditatem, vel agnoscere vel repudiare, & agnatio permittit vt agnoscat vel retineat feudum repudiata hæreditate, & facit in hoc deteriorem cōditionem filiorum, sub quo tenore inuestituræ loquatur. & Bald. in dicto c.j.col.3. distinguit tres casus, videlicet, † si tenor inuestituræ dictet pro te, & hæredibus, vel pro te simpliciter, quo casu cum sit feudum informe, intelligitur pro hæredibus. & istis casibus procedit dispositio c.j. an agnatus. sed si tenor inuestituræ dictet pro filiis, & descendentibus, vel pro liberis simpliciter, nulla facta mentione de hęrede, isto casu dicit Bald.
3 non procedere dispositionem illius tex. † nā filius potest repudiata hæreditate retinere feudum, & cum Bal. videtur consentire Pau. de Cast. quamuis Bald. non alleget, in consi. 461. col.4. vol.j. vbi dicit dictum c.j. nō procedere, quando tenor inuestituræ dictat, pro liberis & descendentibus. eandem opinionem latè firmat Dec. consil.445. nu.51. eandem opinionē amplectitur Salic. in l.2. col. 3. C. de liber. & eor. liberis, dicens dispositionem dicti c.j. procedere, quando tenor inuestituræ dictaret pro liberis, vt sint hæredes. & testatur hāc esse communem opinionem, & Salic. refert, & sequitur Imol. in c. ex parte, in 7. col. de feud. & hāc partē tenet Alex.
4 consil.19. col.2. vol.5. † Sed huic opinioni obstrepit, ꝙ si talis intellectus procederet,
5 ille tex. nunquàm procederet: † nam cum sit communiter receptum, quòd ad feudum hæreditarium nemo potest aspirare, nisi sit hæres mediatè, vel immediatè primi inuestiti, quo casu comprehenditur etiam agnatus, vt voluerunt Iacob. de Beluis. And. & cæteri, in c.j. de eo, qui sibi & hęred. suis. Alex. in dicto consil.19. vol.j. & alios recenset, qui tenent hanc partem & ipsam sequitur, & testatur cōmunem Cardin. Paris. consil.33. num.167. vol.j. Ideoque cum sit ista opinio recepta cōmuniter, nō potest procedere distinctio Bal. circa intellectū dicti c.j. quia nunquàm procederet, & nulla esset differentia inter agnatum, & filium, ꝙ esset contra verba expressa,
6 & mentē illius cap. † huic morbo cum vellet mederi Blasc. Lanza, in oppugnatione iustificationis voti, in causa Palazoli, distinguebat tres casus aliter, quàm Bal. facit, videlicet quòd si inuestitura dictet pro liberis, & descendentibus, in isto casu veniunt filij citra qualitatem hæreditariam, & nulla est inter eos differentia, & pariformiter in illa inuestitura, pro te & hæredibus. at quando dicitur, pro te & hęredibus de tuo corpore legitimè descendentibus, vel subiiciatur clausula iuris Francorum, in ista forma media, seu mixta, seruabitur solùm distinctio dicti c.j. motus ad hæc dicendum solùm ea ratione, quòd ni dispositio dicti c. seruetur in hoc casu, iam seruiret de vento, cum in primo & vltimo casu non procedat distinctio cap. & in effectu in ista opinione residet Salic. in d. l.2. col.3. C. de liber. & eo. liber. si bene perpendantur verba eius, dum dicit quando est feudum concessum liberis, vt sint hæredes, quem sequitur Imol. in d. c. ex parte, col.7. de feud. & ambo attestantur hanc esse communem opinionem, quam doctrinam aliàs dum allegarem in causa Magazoli, adducebam pro opinione Blasc. quam opinionē idē Blasc. etiam firmat in allegationibus feudi
7 Gasbę. † Attamē ista opinio Blasc. confunditur per communem opinionem receptam, ꝙ etiam in dicta forma, quę mixta vocatur, nec filius, nec agnatus, nec quiuis successor, potest aspirare ad feudum citra qualitatem hæreditariam, verùm quòd inuentarium conseruabit iura illęsa. ita determinat Guliel. de Pern. consil.7. & consil.22. Pern. refert, & sequitur Afflict. in c.j. an agnatus. Afflic. refert & sequitur Paris. consi.65. vol.3. & Paris. refert, & sequitur Soc. iun. consi.65. vol.3. idē Socin. iunior consil.109. consil.112. consil. 113. vol.j. vbi testatur hanc esse communem opinionem. idem latè prosequitur, & comprobat Ioan. Aloys. in allegatio. in causa Palazoli, tam primis, quàm secundis. idem Io. Aloys. in lectura istius legis, & magna Curia in iustificatione voti in causa feudi di li Miri. Et cum hęc sit vera, & communis opinio,
8 malè quadrat opinio Blasci, † quia subuertitur eius ratio, cum etiā isto casu nulla sit dif-
9 ferentia inter filium & agnatum, † & ideo cēsendum est opinionem Bald. & sequacium tenentium distinctionem d. c. non procedere, quando tenor inuestituræ est meri pacti & prouidentię Principis, esse falsam. quin-
10 imo † tenendum decisionem dicti c. procedere solùm in illo solo tenore inuestiturę meri pacti & prouidētię Principis, cum in aliis formis hęreditariis meris, vel mixtis, non posset habere locum secundum receptam, veram, & communem opinionem. Et talis

interpretatio

interpretatio est facienda, ne reddatur dispositio d.cap.elusoria, † quia iura cōstituuntur ad ea, quæ frequenter, & non ad ea, quæ raro accidunt, l.iura, cum duabus sequentibus, ff.de legib. Quinimo absurdum esset si fingeretur lex, quæ nunquam seruiret: ideo que tenendum est intrepidè, † distinctionem dicti cap. non procedere, nisi in tenore inuestituræ meri pacti & prouidentiæ Principis. & hunc intellectum ad illum tex. scribit And. expressis verbis in c.j.§. hoc quoq;, col. 2. de success. feud. vers. si feudum datum est tibi, & hæredibus. dicit ipse, oportet ut sit hæres, qui vult feudum habere, & talia feuda veniunt in petitione hæreditatis, & tunc etiam si propria res hæredis esset vēdita per defunctum, hęres non reuocaret, l.cum à matre, C.de rei uendic. & tenebitur filius ad id, quod tenetur pater, cuius filius est hæres. & in ista parte loquitur de feudo hæreditario, ad quod nemo potest aspirare, nisi sit hæres. Postea subdit, si verò sit datum liberis, & descendentibus, hoc est ex pacto & prouidentia, vt dicunt Pile. & Bulgar. sicuti dicitur in summa, habent illud agnati etiam si non sint hæredes; non filius, qui in hoc est deterioris conditionis, c.j. an agnatus. ecce And. summus Feudista, tenet expressissimis verbis distinctionē dicti cap. procedere tantum in feudo meri pacti & prouidentię. idē tenet And. in d.c.j. an agnat. in tribus locis, in 2.col. & in medio 3.col. idem tenet Andr. in c.j. in fi. qui success. teneant. quamuis eius verba sint aliqualiter obscura: attamen quid sentit se ipsum declarat, dum dicit, pro ut dixi in c.j. an agnatus. ideoq; apertè sentit non aliter sentire, quàm dixit in d.c.j. an agnatus, in quo claris verbis tenet istam opinionem. eādem opinionem tenet Iacob. de Beluis. in d.c.j. an agnat. idem tenet Bart. apertissimè in l. iusiurandum, §. quod si liberi, ff. de oper. libert. ubi dicit, quòd de rigore consuetudinis seruatur dispositio dicti cap. I inuestitura dictā te, pro te & liberis, licèt secus esset in emphytheusi, quia seruaretur ius commune. hanc opinionem tenet idem Bart. in l. quod dicitur, ff. de verbor. obligat. & dicta Bart. sequitur Paul. de Castro ibi. sed in indiuiduo in ista quæstione cum refert, & sequitur Imol. ibi, in 5.col. istam opinionem tenet Aretin. consi. 14. col. 8. & hanc partem tenet Afflict. in dicto c.j. an agnatus. & idem tenet in dicto c.j. Sigismund. Loffred. in suis additionibus paraphrasticis. & eandem opinionem cōsulendo tenuit Curt. iunior in consil. 138. † ubi attestatur, hanc esse veram & communem opinionem. & certè est vera, & secundū eam iudicandum, quia pro ea est tex. in dicto c.j. qui non potest cauillari. & quando etiam contra communem esset tex. aliquid non esset pro communi iudicandum, quia cōperta veritate receditur ab opinionibus, ut est text. Exodi c.23. ut probat tex. etiam in c.capellanus, & ibi Abb. de feri. concordantes referunt Moderni in c.j. de constit. quanto magis in isto casu, in quo concurrit communis opinio, suffulta tex. d.c.j. ex supradictis remanent resoluta ea, quæ in contrarium dicebantur.

SVMMAE.

1 *C.Titius, si de feud. fuer. contro. int. dom. & agnat. an habeat locum in Regno.*
2 *Dispositio c.Titius, odiosa, & irrationabilis.*
3 *Alienationem rerum suarum non esse liberam iniquum est.*
4 *Dispositio c.Titius, si de feud. fuer. contro. in Regno nunquàm recepta.*
5 *C.Titius, in Regno correctus.*
6 *Decisio C.Titius, tenenda est.*
*Andr. non contradicit. nu.7.*
8 *Lex est omne, quod ratione continetur.*
9 *Andr. opinio est, quòd consuetudines feudorum non ligant, nisi sint rationabiles, & est communiter damnata. & nu.10.*
*Quæ in Sicilia sunt recepta. nu.11.*
*Andr. opinio in Sicilia non aduersatur, imò fauet. nu.12.*
13 *Dispositio c.Titius, si de feud. fue. contro. fauorabilis, & rationabilis. & nu.14.15.16.*
17 *Pater magis diligit filium, quàm seipsum.*
18 *L.2. ff. si a parente, quis fuerit manumiss. intellectus.*
19 *Filium post mortem litibus non est æquum, nec iustum, implicare.*
20 *Tex. l. dudum, C. de contrah. emptio. intellectus.*
21 *Tex. in dicta l. dudum, & eius dispositio fauorabilis.*
22 *Legem fauorabilem ad cognoscendam, inspicitur principale propositum.*
23 *Fauor & odium si concurrunt, debet censeri fauorabile.*
24 *Dispositio c.Titius, non est contra l. dudum.*
25 *Tex. l. dudum, loquitur de rebus, at feuda non sunt Baronis simpliciter.*
26 *Iniuria grauis est, permittere quòd quis dispo-*

nat

*nat de re aliena inuito domino.*

27 *Res aliena est, de qua quis tantùm habet vsum fructum.*

28 *Alienante Barone mortuo, irritatur alienatio.*

29 *Legis principalis scopus respicit, ne quis lędatur.*

30 *Filius læditur, si pater alienat feudum antiquum pacti & prouidentiæ Principis.*

31 *Veritati & non Doctori credendum est.*

32 *Intellectus c. 1. §. porrò, qualit. olim feud. alien.*

33 *Pugnæ calor facit insanire.*

*Gulielm. de Pern. tenet istam opinionem. n. 34.*

*Enucleatur, & elicitur verus sensus verborum Gulielm. de Pern. nu. 35.*

36 *Legum correctio non præsumitur, nisi verbis exprimatur.*

ET quia stat firma regula, quòd dispositio istius legis non præiudicat, nisi vẽdatur feudum pro causis concernentibus onus feudi, secundum ea, quæ dicta sunt supra; quærendũ 1 est, † quid esset in casu, quo Baro alienaret feudũ pro causa non concernente onus feudi, an filius admittatur ad reuocandum iuxta dispositionem c. Titius, si de feudo fuer. contro. inter dom. & agnat. de quo fuit longa controuersia in magna Curia in causa Baroniæ Taui, quæ remansit indecisa & sopita. Et quòd non habeat locum c. Titius, in Re- 2 gno, demonstratur primò, † quòd dispositio d. c. Titius, est odiosa in sui materia, & strictè intelligenda: & ideo non est seruanda, nisi ubi de consuetudine est receptum. ita punctualiter Andr. qui est magister, in d. §. Titius. quod comprobatur per tex. in c. j. §. porrò, qualiter olim feuda alie. poter. vbi tex. dicit, siue de bona consuetudine, siue de praua, concessa erat domino pro æquali portione redemptio. cum ergo domino, qui habet fortius ius in feudo, cum sit dominus directus, c. j. in fine, de inuestit. de re alie. fact. hoc permittatur ex praua consuetudine, quã to magis videtur concessum agnatis ex illa praua consuetudine. Et quòd sit iniqua con- 3 suetudo, patet ex tex. in l. 2. ff. si quis à parent. fuer. manumis. ubi dicitur, † quòd iniquum est ingenuis hominibus non esse liberam rerum suarum alienationem, qui tex. loquitur In patre, & concludenter probat de- 4 cisionem Andr. Cum ergo † in Regno nunquam fuerit recepta dispositio d. c. Titius, meritò non est seruanda, & ita tenet Ioan. Aloys. in allegat. in caus. Baroniæ Taui. idẽ Ioan. Aloys. in allegatio. in causa Salæ. Praeterea decisio d. c. Titius, videtur correcta hodie per dispositionem istius legis, quæ immutat omnem naturam feudorum circa alienationem, ut in forma larga & hæreditaria præiudicet in perpetuum agnatis, ut latè cõclusum est supra, pariformiter & in feudo pacti & prouidentiæ Principis præiudicat in vita alienantis, & ita videtur tenere Gulielm. de Pern. consi. vj. col. 7. quem refert, & sequitur Ioan. Aloys. in causa Pictinei. Attamen prædictis non obstantibus, tenenda est deci- 6 sio dicti c. Titius. † nam cum sit casus clarus, & apertus legis, nullus relinquitur dubitationi locus, l. ancillæ, C. de furt. ubi Bal. an- 7 notat. Non obstat decisio Andr. † quia non facit contra, imò adiuuat hanc partem: nam cum ipse teneat in constit. ut de successionibus, vers. sed quomodo allegantur, quod cõsuetudines feudorum non ligant, cum sint consuetudines locales, nisi quatenus sunt 8 rationabiles: † nam lex est omne, quod ratione continetur, c. consuetudo, j. distinct. & idem in effectu tenet in pręlud. feudor. in. 2. q. attenta ista sua opinione dicit ipse, quòd cum dispositio, & mos introductus per dictum c. Titius, sit irrationabilis, seruabitur in loco, ubi est receptus talis vsus, & non alibi. & vt seipsum declaret, addit; prout dictũ est in præambulis, in quibus in 2. q. tenet, 9 † quòd non ligant aliter, nisi sint rationabiles. & nihilominus vltra quòd ista opinio est 10 communiter damnata, † cum liber feudorũ indistinctè seruetur, & est vera & communis opinio, vt tenent Iacob. de Beluis. Bal. Martin. Laudens. Aluaro. & Pręposit. & Ias. in pręlud. feudo. & eam sequitur, & communem testatur Franc. Curt. in tractat. feudorum. in j. par. q. j. quæ communis opinio facit, ut intelligantur in omni parte receptæ, præter quàm ubi apparet non esse receptas, pro ut 11 in quibusdã partibus Regni Frãciæ. & † quod sint receptę in Sicilia, nemo dubitat de hoc, cum sit indistinctè receptus liber feudorum, & in libro feudorum describitur dispositio c. Titius, qui non separatur à libro feudorũ, 12 ideo Andr. † in Sicilia, ubi est receptus liber feudorum, tenet & decidit pro ista parte, & est verus sensus verborum eius; quinimo po- 13 test negari fundamentum eius, † quòd sit irrationabilis dispositio dicti c. Titius. quinimo omni ratione roboratur, quo casu tanquam

quam ratione firmatum, esset obseruandum, ut tenet ipse in dicta constit. vt de successionibus, & in dictis preambulis, in 2. quæstio. Et quod sit rationabilis decisio d. c. Titius, 14 patet; † nam cum ille tex. loquatur in feudo antiquo sub tenore inuestituræ pacti & prouidentiæ Principis, quod feudum defertur filio post mortem patris, & datur ei vtilis rei uendicatio, ut tenet Andr. in c. j. §. hoc quoque, & ibi omnes, de success. † feud. de quo 15 feudo pater quò ad valorem etiam candelæ sebaceæ non potest disponere in præiudiciū filij, ut tenet Andr. in c. j. an agnatus. Cum ergo pater Principe consentiente, vel hodie in Regno stante dispositione istius legis (nā eo casu loquitur d. c. Titius) alienauerit feu- 16 dum, quod post mortem est filij, † quod ob aliud non presumitur facere, nisi ut obuiet proprię necessitati, non quòd velit filium pri- 17 uare iure suo, † quem præsumit lex magis diligere, quàm seipsum, l. isti quidem, ff. quod met. caus. Quid enim magis cum ratione statui potuit, vt filius viuo etiam patre recuperet, quod suum est, nulla offensione, neq; patris, qui recipit pretium, vt succurreret suis necessitatibus, neq; emptoris, qui recipit suū pretium, & restituit quod erat alienum, solutus omni timore perdendi feudum post mortem alienantis? Num isthæc possunt videri cuipiam, qui saltem semiunciam sani capitis haberet, irrationabilia, cum excedāt notissimos terminos ipsius rationis? ideoq; huic hypothesi non obstat tex. in l. 2. ff. si à 18 parent. quis fuer. manumis. † nam ille tex. procedit in casu, in quo specialiter non est facta prohibitio alienandi, vt declarant ibi glos. & Doctor. at isto casu in feudo pacti & prouidentiæ Principis est prohibita de iure alienatio in præiudicium agnatorum, c. j. de alien. feu. pater. Et quamuis valeat in vita alienantis cùm cōsensu Principis directi do- 19 mini, † attamen non potest censeri hoc iustum implicare filium post eius mortem litibus & expensis: ideoq; rationabiliter fuit statutum, vt filio (refuso precio) conceda- 20 tur recuperatio proprij feudi. † Nec tex. in l. dudum, C. de cōtrah. empt. aduersatur, dum dicit, sed quia grauis est iniuria, quæ inani inhonestatis colore velatur, vt homines de 21 rebus suis facere aliquid cogantur. † nam mitto, quòd multi tenent illam legem procedere, quando à principio prohibet, & interdicit alienationem, vt affirmant ibi Cyn.

Ioan. Faber, Paul. de Castro, & latissimè Ioā. Igneus in repet. d. l. dudum, Hosti. Ioā. And. Pet. de Ancha. in c. constitutus, de restit. in integr. Ludouic. Bologn. consi. 25. Alex. consil. 197. col. j. lib. 7. ubi dicit, quòd est fauorabile statutum, siue lex concedens retractū. eādem opinionem tenet Goz. in repet. l. qui se patris, col. 34. vers. infero & sexiò, C. unde liber. Anto. Rub. consil. 9. Boer. super consuetud. Biturig. §. 3. Ioan. Oldemdop. in tracta. de iur. & æquitat. Cardin. Paris. consi. 83. pro resolutione, libr. 3. & quòd sit fauorabile, adducitur ratio, quòd est indnctum in fauorem consanguineorum, & nullo odio emptorum, vt deducunt Doctor. præallegati, & nec prohibet vendere alij, quàm consortibus, ut loquitur dicta l. dudum, C. de contrahen. emptio. sed dat facultatem consanguineis offerendi emptori precium. ideoq; non est contra l. dudum. & quamuis multi in illo casu teneant contrarium, quos enumerat Tiraquell. in præfat. operis, de retract. conuentionali, nu. 60. attamen rationes tenentium contrarium, versantur circa accidentiā, & circa respectum emptorum, & venditoris, & nihilominus ad iudicandum legem fauo- 22 rabilē, † uel odiosam debet inspici principale propositum statuentis, vt voluerunt Bart. Paul. de Castro, & omnes in l. qui exceptionem, In princ. ff. de condict. indeb. facit tex. in c. 2. §. statuimus. ibi, cum non sit dicēdum asperum, de decim. lib. vj. glo. in c. sciant cuncti. verbo, alios, in fine. & ibi Gem. de electio. lib. vj. Dec. in l. 2. C. de in ius vocando. Curt. senior consil. 9. cum ergo principalis intentio tam statuti permittētis retractum, quàm c. Titius, aspiciant fauorem consanguineorum & filii, meritò censetur fauorabile, considerato principali proposito, nec ratione carens, cum faueat consanguineis & filiis, quibus iura multa deferunt. & quamuis possit dici odiosum ex parte emptoris, tamen ex parte filii & consanguineorum, erit fauorabile, pro ut de patrono & liberto dicit glo. in l. sed si hac, §. final. in vers. interueniat, ff. de in ius vocan. & in l. 2. C. de in ius vocan. quam glo. cōmuniter sequuntur Doct. & quamuis vterque Dec. impugnant, & non placeat Tiraquell. in loco superius allegato, tamen citans Panorm. ipse Tiraquell. in c. cùm literis, ad finem, de restit. spoliato. di- 23 cit, † quòd si concurrat fauor & odium, debet cēseri fauorabile; & postea subdit, quòd fatetur

fatetur, si fauor & odium recipiunt interpretationem, quòd procedit glo. in dicta l. 2. at in terminis consuetudinis retractus, cum ipse asserat esse de directo contra ius commune, scilicet d. l. dudum, tenet esse odiosum. 24 † at demonstrabimus dispositionem d. c. Titius, non esse contra dictam l. dudum. dicit enim d. lex, quòd grauis est iniuria, quæ inani honestatis colore uelatur, vt homines de rebus suis facere aliquid cogantur inuiti. De 25 rebus suis loquitur tex. non de alienis: † at feuda non sunt propria bona sua feudatarij, sed in eis tantùm habet vsumfructum in vita, ut tenet Bald. in c. j. §. donare, qualit. olim feud. aliena. poter. quem citat Gulielm. de Pern. in 4. not. col. 16. vers. ius autem petendi feudum. latè scribit Soc. consil. 165. col. fin. vol. 2. & Curt. iunior consil. 127. ideoq; bona feudalia, maximè pacti & prouidentię Principis, non sunt bona ipsius Baronis, seu feudatarii simpliciter, sed in vita Baronis tantùm, quia post mortem Baronis non remanent in eius hæreditate, ut dicit Bal. in consil. 352. vol. j. & sic intelligitur glo. in c. j. in verbo, suorum, per quos fiat inuest: merito dispositio dicti c. Titius, non est contra dictam l. dudum, quæ disponit esse grauem iniuriam, si homines de rebus suis facere ali 26 quid cogatur inuiti. † At certè grauior est iniuria de rebus alienis permittere, quòd ali- 27 quis disponat inuito domino: † nam aliena res est, de qua tantùm habet quis vsumfructum, quam & prohibetur alienare in præiudicium agnatorum, c. j. de alien. feud. pater. 28 † quam alienationem adeo improbat lex, ꝙ mortuo alienante resoluit ab initio alienationem, & deuocat eam in irritum, ut probat tex. in fideicommisso conditionali, in l. 3. §. sed quia, C. commun. de legat. quem tex. ad feuda adducit Andr. & purificat, in c. j. §. hoc quoq;, de success. feud. Dec. consil. 445. nimirum si illud, quod inductum est ex c. Titius, non est contra dictam l. dudum, nec irrationabile, sed omni ratione fulcitum, ut in ista specie consulatur inopiæ patris, iuribus filiorum, & indemnitati emptoris, qui liberatur à futura lite recepto proprio precio. ideo non caret ratione, sed maxima ra- 29 tione fulcitur, quamuis non exprimatur: † nã principalis scopus legis, inter cætera respicit, ne quis lędatur, nam hoc vnum est de pręceptis iustitiæ, alterum non lædere, ut habetur in l. j. §. iuris præcepta, ff. de iustit. & iur.

30 † Quis enim dicet, non lædi filium, si alienatur feudum antiquum per patrem, quod sibi per pactum, & prouidentiam Principis, debetur, & vidit illud translatum in alium prorsus extraneum? quamuis in vita patris cum filio, mortuo patre statim deuoluitur, non poterat melius, iustius, nec sanctius cõsuli, quàm eo modo, quo consultum fuit per dispositionem dicti c. Titius, quo consulitur, & patri, & filio, & emptori, vt supra dictum est. ideo dispositio d. c. omni ratione fulcitur. dicat quicquid velit Andr. sit quantumcunq; doctissimus, sit in precio, & veneratio- 31 ne, attamen † cedendum est veritati, & auctori canonico, vt sunt Iurisconsulti, cæteris tantum credendum est, quantum ratione & auctoritate nituntur. Cum ergo And. non nititur aliqua auctoritate, nec ratione, meritò ei non est credendum, iuxta tex. in c. ego solis, 9. distinct. ideoque non tenenda opinio Andr. tanquam falsa & conficta; & tenenda est opinio illa tanquam rationabilis, quòd consuetudines feudorum, si sint rationabiles, ligent etiam, ubi non sunt receptę, iuxta eundem Andr. in d. constit. vt de successionibus, quicquid dixerit Ioan. Aloys. in dictis allegationibus, contra quẽ scripserunt Blasc. Lanz. tam in causa Salæ, quàm in causa Taui, & Ludou. Montal. & cętera turba in dicta causa Taui: qui tamen hæc, quæ dixi, non cõsiderant, nec adducunt. Nec obstat tex. adductus per Ioan. Aloys. pro corroboratione 32 doctrinę Andr. † videlicet tex. in c. j. §. porrò, qualit. olim feud. alien. poter. quia ille tex. nil facit: nam statuit, quòd domino fuit permissa redemptio siue ex bona, siue ex mala, consuetudine. sed quomodocunq; sit permissa, decernit quòd seruetur, & non vult dispu tare de principio, siue mala siue bona sit in- 33 ducta consuetudo; ideoq; tex. nil facit. † & attendendum est quid faciat calor pugnæ, nam facit detorquere tex. & rationes contra proprium sensum, siue legis, siue rationis. Non obstat Pern. consil. vj. in 7. col. nam si bene attendantur verba Gulielm. de Pern. 34 firmat istam partem, & non contrariam. † dicit enim, quòd alienationem in vita patris, reuocat filius viuente patre, ut tenet And. in 35 c. j. §. hoc quoq;, de success. feud. † & quatenus dicit, ne decipiaris, illud procedebat nõ attento c. Volentes, vel ante: nam hodie in omni alienatione non requiritur consensus Principis, quia per dictum c. Volentes, remissus

sus est, ergo alienatio valet in vita alienantis, ista sunt verba Guliel. de Pern.quę non tendunt contra ea, quæ dixit, quòd filius reuocat alienationem in vita patris factam cũ consensu Principis, quia nullum iuris saporem haberent ea, quæ adducit ipse, cum dicat per legem istam esse remissum consensum Principis, vel subesse intelligatur, cum & in eo casu procedat cap.Titius. sed verba Pern.referuntur ad ea, quæ ipse paulo ante dixit ex And.in d.§.hoc quoque.quod agnatus statim reuocat alienationem factam sine consensu Principis non expectata morte alienantis, ad quod dirigit verba Guliel. de Pern. & dicit ne decipiaris, quòd illud procedebat ante legem istam, nam per istã legem introducitur consensus Principis, ideo valet in vita alienantis, & non potest reuocari per agnatum in vita alienantis & nõ loquitur, quòd capitul. Volentes, corrigat tex.in dicto c.Titius, quia ex verbis suis hoc non infertur, & si diceret, pessimè diceret: † quia correctiones legum sunt euitandæ, & non intelligitur correcta lex, nisi exprimatur, l. præcipimus, in princip. C. de appellat. & nec inducitur legum correctio per subauditos intellectus, glo.in c. cupientes, §. quod si per viginti, de electio. lib.vj. cum ergo lex ista corrigat tantùm constitutiones Frederici inhibentes alienationem feudorum, qua fronte potest extendi ad correctionem dicti c.Titius,cum nõ sit lex Frederici, & non loquatur de alienatione, sed de recuperatione? & ideo tenendum intrepidè dispositionem dicti c. Titius seruãdam in Regno, tum quia liber feudorum receptus, tũ quia dispositio dicti cap. Titius, est omni ratione fulcita, tum quia Doctor.passim allegant dictũ cap.Titius, inferendo ad quæstiones iuris prothomiseos, vt Bald.Aluarot. Martin. Laudens. in dicto cap.Titius, & ibidem Præposit. & Ias. post Ludouic. Roma.in l. prætor ait,§. fin.ff.de noui ope.nuncia. & cæteros quasi innumeros refert, quos etiam sequitur locupletissimus opinionum relator Tiraquel.in Tracta.de retract.ligna. §.j.glo.10.num.3.cum sequent.

36 (margin)

*S V M M AE.*

1. *Cap.Titius loquens de filijs, an extendatur ad nepotes.*
2. *Statutum dictans, quòd pater teneatur soluere condemnationem filij, non extenditur ad nepotem.*
3. *Lex noua præiudicatiua iuris tertij, loquens de filio, non extenditur ad nepotem.*
4. *Ratio tex.in c.Titius, est quia filius est suus.*
5. *Filiorum appellatione, quando materia non est simpliciter fauorabilis, non comprehenduntur nepotes.*
6. *Filiorum appellatione quando fauori est alia via prouisum, non cõprehenduntur nepotes.*
7. *Lex quando principaliter continet filiorum fauorem, comprehendit etiam nepotes.*
8. *Filiorum appellat. quando lex tractat de mero odio filij, non ueniunt nepotes.*
9. *Filij appellati. Si est diuersa ratio in filio & nepote, tunc non venit nepos.*
10. *Suitas, quòd sit ratio d.c.Titius, considerare est ineptum, quamuis suitas cadat etiam in nepote, sublato filio. & num.11.*
12. *Lex loquens de proprijs filijs, comprehendit etiam nepotes.*

Et retenta ista opinione, quæ vera est, occurrit quæstio non inutilis, an dispositio d. c.Titius, 1 † quæ loquitur specificè de filiis propriis, extendatur ad nepotes? In qua quęstione Ioan.Aloys.in dicta causa Taui, tenet quòd non: motus,quòd statutum,siue lex loquens de filiis,non comprehendit nepotes; & allegat primò tex.adiunctis dictis Bal. in l.penult.C.ad Maced.vbi verbum,filij, ideo comprehendit nepotes, quia erat dictum,fa 2 miliæ. & ideo Bal.ibi dicit, † quòd si statutum diceret,quòd pater teneatur soluere cõdemnationem filij,quòd non tenetur soluere condemnationem nepotis,& sic non comprehendit nepotes, cum statutum sit contra ius naturale,debet attendi significatio restrictiua, & non extensiua, & cum statutum nullam habeat rationem, ideo inhærendum est verbis, & nihilominus posset dici, quod lex illa erat fauorabilis creditori, & maximè vtilitatis circa mercimonia, & tamen Bald. clarè loquitur. quæ omnia quadrant ad intellectum cap. Titius. quod cum sit irrationale,& contra ius,attendi nõ debet in eo interpretatio extensiua; & illam decis.refert, & sequitur Alex.in cõs.55.incip. Aldobran. 3 vol.5.Secundò dicebat, † quòd quando lex noua est præiudicatiua iuris alterius tertij,& propriè loquendo in terminis nostris iuris prothomiseos, nunq̃ appellatione filiorũ veniunt

niunt nepotes. casus dicebat ille, est in l. quicquid, C. de bon. mater. quam multum ibi commendat Bald. quem refert, & sequitur Aret. in l. Gallus, §. quid si is, ff. de liber. & posthu. & idem Aret. in dicta l. Gallus, §. instituens. vbi pro hoc adducit Bald. in l. maximum vitium, C. de liber. prę ter. vbi hoc dicit, col. 2. vers. sed certè. Hęc

4 ratio, & maximè in isto casu procedit, † vbi nulla ratio dari potest, nisi illa Andr. & Doctor. quia videtur quasi suus, & sic dominus: quæ ratio non potest verificari in nepotibus, in quibus non cadit suitas, Institut. de hæred. qualit. & different. §. sui. & sic illa ratio non potest verificari in nepotibus, & aliis vltra filios, in quibus non cadit suitas. nam dicunt Aret. in dicto §. instituens, & Bart. in l. liberorum, ff. de verborum significat. & Bald. in dicta l. maximum vitium, quòd quando ratio statuti loquens de filio, non potest adaptari nepoti, tali casu non cõprehenditur nepos. cum ergo cap. Titius, sit præiudicatiuum patris, & emptoris, & sic iuris tertij, sequitur quòd cum loquatur de filiis, & propriis, quòd in eo non comprehendantur nepotes. hæc Ioan. Aloys. Quæ opinio vltra eum, potest etiam comprobari:

5 † quia Imol. Aret. & cæteri moderni, maximè Socin. in dicto §. instituens, col. 3. nu. 4. tenent, quòd quando materia non est simpliciter fauorabilis, tunc appellatione filiorum, non comprehenduntur nepotes, vt est tex. in l. quod si nepotes, ff. de testam. tutel. Et quamuis, vt dicit Areti. in dicto §. instituens, tutela respiciat principaliter fauorem

6 filiorum, † attamen quando illi fauori est alia via prouisum, tunc non attenditur ille fauor, vt patet in dicta l. quod si nepotes. nam quamuis sit fauor filij tutela, tamen illi fauori consulitur alia via, per dationem tutoris à magistratu. sic in casu nostro, quamuis sit fauor filij admitti ad recuperandum feudum soluto precio, attamen consulitur alia via filio, vt recuperet post mortem non soluto precio. ideo non comprehenditur nepos appellatione filiorum, cui consulitur alia via recuperandi feudum.

Attamen quamuis obiecta mordeant, nihilominus eis non obstantibus tenenda est

7 contraria sententia: † nam etiam dispositione legis, appellatione filiorum continetur nepos, quando lex continet prouisionem filiorum principaliter, quamuis in consequentiam redundet in odium alterius. ita eleganter Bart. in l. liberorum, col. 4. vers. secundo quæro, ff. de verbor. significat. vbi parificat dispositionem testatoris & legis, in hac materia. & Barto. sequitur ibi Alciat. & Cæpoll. & secundum opinionem Barto. consuluit sæpesæpius Alexand. consil. 5. vol. j. consil. 26. volum. 6. consil. 9. vol. j. idem tenet Alexand. Ias. Anton. Rub. & cæteri in dicta l. Gallus, §. instituens, ff. de liber. & posth. & opinionem Bart. testatur communem Deci. consil. 391. & Ias. consil. 52. col. 3. vol. 3. Anton. Rub. consil. 28. cum ergo ita sit communis, & magis communis opinio, ab ea nõ est discedendum. Cum ergo dispositio dicti c. Titius, emanauerit in fauorem filiorum, quod non potest negari, quamuis ex consequenti detorqueatur in aliquod odium emptoris: nihilominus tanquàm principaliter emanans in fauorem filiorum, in interpretatione comprehenditur nepos per decisionem Bart. prædictam, contra quam in terminis loquitur Ioan. Aloys. Non obstant

8 adducta in contrarium, † & primò tex. & Bal. in l. penult. C. ad Macedon. quia loquitur Bal. in casu, vbi tractatur de mero odio filij; ideo non comprehenditur nepos, quia tunc non esset iusta interpretatio, sed iniqua in casu, quo loquitur Bald. in quo de nullo commodo, nec fauore filij, tractatur: & in isto casu omnes consentiunt, quòd appellatione filiorum, non veniunt nepotes. at in casu nostro negari non potest, quin in dicto c. Titius, contineatur fauor filiorum, dicat quicquid velit Ioan. Aloys. quòd fauor sit irrationabilis. Attamen fauor est, ideo porrigitur ad nepotes: quod probat tex. in dicta l. penult. C. ad Macedon. dum dicit, porrigitur, & sic per extensionem. quod & probatur in l. filium habeo, ff. ad Macedon. & decisio Bald. quæ secundò adducebatur in l. quicquid, C. de bon. mater. nil facit, quia Bal. ibi loquitur, quando derogatur iuri tertij, quod ei competebat ex l. antiqua. Ideoq; illa dispositio erat correctoria iuris communis. & in hoc stat suæ rationis tota vis, vt & clarius scribit ibi Corn. at in casu isto nulla lex corrigitur, neque competebat emptori aliquod ius ex primæua lege, quæ corrigeretur specificè ex ipso c. Titius. ideo istæ decisiones non sunt trahendę ad istum casum, cũ protinus habeant diuersissimas rationes; & habemus casum istum decisum ex doctrina

Bart.

9 Bart. superiùs allegata. Non obstat, † quod quando diuersa est ratio in filio, & in nepote, tunc non fit extensio, quia verum hoc: at isto casu nulla diuersa ratio considerari potest: quia sicuti debetur feudum antiquũ pacti, & prouidentiæ filiis, ita post mortem 10 filiorum debetur nepoti. † nam considerare, quòd illud c.Titius, fundatur in suitate 11 est nimis ineptum, † & tamen potest suitas cadere in nepote sublato filio de medio, vt est tex.in §. sui, Instit.de hæred.qualit.& different. quamuis sit ineptissimum argumentum & nugacissimum. Non obstat, quod vltimò dicebatur, quia verum, quãdo alia via, eodem tempore, eodem iure succurri possit, vt patet in tutela: nam si non tenet datio tutelæ per patrem, prouidet magistratus in tutela. at in casu nostro non succurritur in eadem specie, & eodem tempore, vt admittatur filius alio remedio ad recuperandum in 12 vita patris, ideo cessat argumentum. † & quamuis tex. dicat, proprios filios, tamen comprehenduntur etiam nepotes, cùm nulla sit ratio diuersitatis: ideoque intrepidè tenenda est opinio, quòd dispositio d. c. Titius, comprehendit etiam nepotes. quam opinionem sequuti sunt Blasc. in causa Salę, Ludouic. Montal. & cætera turba Aduocatorum in dicta causa Taui, quamuis non respondeant, nec euacuent argumenta Ioan. Aloys. nam ad ea obsurduerunt, veluti excantati.

### SVMMAE.

*1 Cap. Titius, an extendatur, si venditur ius luendi feudi.*
*2 Cap. Titius, irrationabile.*
*3 Luendi ius qui vendit, non dicitur alienare feudum.*
*4 Luendi ex iure competit actio ad factum, non ad rem.*
*5 Contractus resolutio non vendicat translationem dominij.*
*6 Actionem personalem remittere, non est rem ipsam alienare.*
*7 Pupillus si patitur seruum, super quo habet actionem, alienari, valet manumissio.*
*8 Feudatarius remittit absque assensu Regis iura sua ad feudum validè.*
*9 Statuto stante, quòd vendens rem forensi incidat in pœnam, non habet locum in eo, qui remittit actionem.*
*10 Pacti de retrouendendo in relaxatione, non est opus assensu Regio.*
*11 Cap. Titius, dispositio habet locum in venditione iuris luendi.*
*12 Actionem qui habet ad rem, rem ipsam habere videtur.*
*13 Constit. Honorem, habet locum & in habente actionem ad feudum.*
*14 Pacto de retrouendendo, non censetur res exisse de bonis alienantis.*
*15 Actione de competente ad rem idem iudicatur, quod de re ipsa.*
*16 Lex vendicat sibi locum etiam in casu ficto, quando fictio resoluitur in veritatem.*
*17 Pacto de retrouendendo, competit actio ad ipsam rem.*
*18 Opinio magis communis est cum Paulo in l. si cum venderet.*
*19 Intellectus l.j. §. si creditor, quibus mod. pign. vel hypo. solu.*
*20 Intellectus l. si pignus, ff. de his, quæ in fraud. credit.*
*21 Intellectus l.4. §. fin. ff. de manu. vindic.*
*22 Actio, quæ competit pupillo ad rem stabilem, non potest alienari sine decreto.*
*23 Argumentum, quod non videatur alienari res, si alienatur actio competens ad rem.*

SED quid si fuerit venditum feudum cum pacto de retrouendendo, quem contractum filius vel expresè, vel tacitè approbauit, exinde pater vendidit ius luendi; an compe 1 tat remedium dicti c. Titius.? † Et in hac specie Ioan. Aloys. in dictis allegationibus cau 2 sæ Taui, tenet quòd non: † quia dictum cap. Titius, tanquàm exorbitans, quinimò irrationabile, non debet extendi, sed contineri in casu, in quo loquitur. Loquitur enim de alienatione feudi, ideo non debet extendi ad relaxationem, vel venditionem iuris 3 luendi: † quia non venditur ex eo, nec alienatur feudum, sed tantùm actio personalis, quæ competit ad factum relaxatum, iuxta tex. in l.2. C. de pact. inter empt. & vendit. 4 † & cum competat ad factum, non competit ad rem, vt eleganter determinat Corn. cõsi.216. repetito in 4.vol. & Areti. consil.6. & 5 probatur ratione: † quia nulla resolutio contractus, quæ debet fieri inter partes, inducit retranslationem dominij, vt tenet Alex. cõsil.10. vol.j. qui loquitur in pacto de retrouendẽdo, & tunc arguit istis mediis remitte 6 rę actionem psonalem, † quã quis habet ad

 rem,

rem, non est rem ipsam alienare, ergo alienare ius luendi ad feudum, non est alienare feudum, quoniam iam facta est alienatio. non comprehenditur ergo iste actus in d. c. Titius. maior probatur in l. j. §. cum creditor, ff. quib. mod. pign. vel hypot. soluit. vbi in fine probatur, quòd licèt lex prohibeat alienationem, attamen remissio actionis non prohibetur, cum non sit propriè rei alienatio. pro hoc allegat tex. etiam in l. pignus, ff. de his, quæ in fraud. credit. & ibi not. Raphael, & allegat etiam tex. not. in l. 4. §. fin. ff. de manu. vindic. in fine, vbi probatur, † quòd si pupillus patiatur seruum, super quo habet actionem, manumitti, valet manumissio, licèt ipse non possit manumittere, quia non manumittit, sed intelligitur manumittentem non prohibere: & propterea dicebat Barth. de Capua, vir magnæ auctoritatis, in quadam apostilla sua manuscripta, † quòd quamuis feudatarius, qui feudum possidet, non possit ius aliquod feudi minimum remittere, etiam vnam gallinam, vt habetur in constitut. constitutionem. tamen si aliquis remitteret iura sua ad feudum, quod alter possidet hoc ipsum, potest facere, nec requiritur aliquis consensus Principis. Ideoque demonstratum est apertè, quòd remittere actionem ad feudum non est alienare. Ideo non competit remedium d. c. Titius, cum remittitur, vel alienatur pactum de retrouendendo. hoc absolutè tenet glo. in dicto §. cum creditor, in verbo, inutilem, circa finem. quoniàm de iure speciali prohibetur ille contractus, prout in casu nostro, cum dispositio c. Titius, sit ius speciale, & exorbitans, vt dic. u n est. ideoque strictè intelligendum. & pro hoc adducit solemne dictum Bart. in l. Gallus, §. videndũ, ff. de libe. & posth. ad finem. vbi vult, † quòd stante statuto, quòd qui vendidit rem forensi, vel consenserit, puniatur; quòd qui remisit actionem personalem, quam ad rem habeat ius fideicommissi, non dicatur contrauenisse statuto ea ratione, quia spes illa, qua poterat rem illam habere, est ex interpretatione, non ex veritate, sed extensiue. sed ista interpretatio non habet locum in statutis, quia sunt strictè intelligenda; nec Bart. ibi se fundat, quòd sit pœnale, ex quibus infert clarissimè apparere in ista specie remedium d. c. Titius, non comprehendi. Hæc Ioan. Aloys. adducit pro sua opinione. quę opinio potest etiã comprobari ex doctrina Afflicti in terminis, in constitut. constitutionem. vbi determinat, † quòd in relaxatione pacti de retrouendendo competente ad feudum, non requiritur aliquis consensus Principis, quia non alienatur feudum, sed remittitur actio personalis. & hoc ex consil. Alex. 10. in j. vol. & quanquam illi egregij Docto. qui tuebantur causam actoris in illa causa Taui, ad ista obiecta per Ioan. Aloys. obsurduerint, veluti serpentes incantati, & obturatis auribus pertransierint: attamen non obstantibus his, quæ fuerunt adducta per Ioan. Aloys. quamuis sint subtilia & colorata, tenendum est, † quòd dispositio d. c. Titius, habeat etiam locum in hac specie. quod primò demonstratur ex regula iuris dicentis, † quòd qui habet actionem ad rem, rem ipsam habere videtur, vt est tex. in l. qui actionem, ff. de regul. iur. ergo qui alienat actionem, quam habet ad ipsum feudum, ipsum feudum alienare videtur. Ideoque rectè ducitur argumentum, vt comprehendatur alienatio actionis ad feudum in casu d. c. Titius, cum videatur ipsum feudum alienatum. & hoc in simili videtur decidere Andræas in constitu. honorem diadematis nostræ. nam dicit ibi Andr. † quòd constitutio illa, quæ loquitur de feudatario, habet etiã locum in ea, quæ habet actionem ad ipsum feudum, per tex. in dicta l. qui actionem habet. Ideoque clarè decidit Andr. quòd lex, quæ loquitur de alienatione, vel quouis alio, in feudo habet locum, etiam in alienatione iuris luendi ad feudum. & auctoritas Andr. decidit istum casum, pro qua est etiã tex. in l. rem in bonis, ff. de acquir. rer. dom. qui tex. decidit, quòd qui habet actionem, rem ipsam habere videtur in bonis. Ideo consequitur, † quòd qui alienat actionem, ipsam rem censetur alienare, cum censetur illa res non exire de bonis suis. pro quo facit, quod eleganter scribit Barbat. cons. 51. colum. 12. volum. j. vbi determinat, quòd qui habet actionem, puta ex pacto de retrouendendo, dicitur tenere ipsam rem, & nunquàm exisse à suo patrimonio, & reputatur ac si nunquàm fuisset alienata. ideo cõsequitur, quòd tunc censetur perfectè res ipsa alienata, quando alienatur ius luendi. † pro qua etiam opinione facit, quòd idem iudicatur de actione cõpetẽte ad rem, quod de re ipsa, l. ad dissoluendum, C. de pręd. mi.

ideo

Ideo ſicuti in d.c.Titius,admittitur filius ad recuperãdum feudum alienatum licitè à pa tre in vita patris, pariformiter & actionem competentem ad ipſum feudum per rationem prædictam. Nec obſtaret, ſi aliquis diceret, quòd qui habet actionem, rem ipſam habere videtur; non tamen verè, ſed ficte: 16 † & tamen lex loquens in caſu vero,non habet locum in caſu ficto, vt eſt doctrina Bart. in l.Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſth.nam iſta obiectio procedit,quando ſemper remanet caſus fictus: at quando caſus fictus reſoluitur in ipſam veritatem,tunc æquiparatur caſus fictus, & verus. ergo cum actio ad ipſum feudum, tendit ad ipſum feu dum habendum, & reſoluitur non fictè, ſed verè,& realiter; Ideo in iſto caſu lex loquẽs de caſu vero, habet locum in eo caſu, qui fictus apparet, & reſoluitur tamen in ipſam veritatem, & hoc voluit Bald.& cæteri, qui eum ſequuntur,in dicto §.& quid ſi tantum, dicentes quòd operatur tantum veritas in caſu vero, quantum fictio in caſu ficto,quòd in idem recidit: tunc fictio & veritas æquiparantur, ideoque tenenda eſt illa opinio, quòd dictum c.Titius, vendicat ſibi locum in eo etiam patre,qui alienat actionem competentem ad feudum, vt poſſit filius oblato precio recuperare. Non obſtant adducta in contrarium; & primo quòd actio perſonalis non competit ad rem ſed ad factum,vt reuendat, vt ſcribit Corn. in conſi. prærallegato, & Aret. conſi. 6. Ideoque non dicitur alienatio feudi, de qua loquitur dictũ c.Titius. nam reſpondetur, quòd ipſe Ioan. Aloyſ. vafrè detorquet iura: nam punctus quęſtionis noſtræ eſt in eo, qui alienat actionẽ competentem ad feudum; ſi actio non competit ad feudum, non eſt quæſtio noſtra. 17 Attamen, † quòd in caſu l.2. C. de pact. inter empto. & vendit. competat actio ad ipſam rem propter verbum, reſtituere, poſitum in dicto tex. tenet, & declarat ipſemet Aretin. in dicto conſil. 6. Corn. conſil. 4. colum. 2. & hanc opinionem communem dicit Cagnol. in repetit. dictæ l. 2. nume. 13. Ideoque malè arguit Ioan. Aloy.Et quatenus ſubdit, quòd ex ipſo pacto non tranſfertur dominium, vt Alexand. docet in con ſil. 10. vol. j. Attamen totum hoc poteſt ne 18 gari, † cum magis communiter Doctor. teneant opinionem Pauli de Caſtro, in l.ſi cũ venderet, ff. de pignorat. actio. vt teſtatur Roger. à Mota in repe. l. traditionibus, C. de pact. quam opinionem teſtatur veriorem Blaſc. in allegationibus cauſæ Montiſruſſi, & quòd eam amplectitur magna Curia, teſtatur ipſe Ioan.Aloyſ.in allegationibus in cauſa Siculianæ. Attamen quid ad rombum,cum nos tractemus de actione cõpetente ad reſtitutionem feudi, ſiue ſit perſonalis,ſiue realis,quę idem iudicatur,quod de ipſo feudo? ſi verò eſt aliqua actio, quæ non competat ad feudum, de ea non certamus. & quatenus arguit ex præmiſſa deciſione Alexand. conſil. 10. quod remittere actionem perſonalem, quam quis habet ad 19 rem, non eſt rem ipſam alienare, † per tex. in l. j. §. cum creditor, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu.ille tex. non probat intentionem ſuam, imò detorquet tex. qui loquitur in aliis & diuerſiſſimis terminis: nam loquitur in eo,qui acceperat rem in pignus, & nihilominus poſtea remiſit debitori precium ex donatione, quo caſu ſua voluntate cenſetur remiſſum pignus. quę donatio quãuis fuerit inutilis declarata, non tamen reſtauratur pignus, quia vitiato expreſſo, non vitiatur illud, quod tacitè venit, quando non eſt eadem ratio. & ea quæ diſputat ibi glo. non conueniunt caſui noſtro, ideo non faciunt aliquid ad hunc caſum, cum ſint prorſus aliena, & diuerſam habentia rationem. Non obſtat tex.in l.ſi pignus, ff.de his 20 quæ in fraudem credit. † quia pariformiter loquitur de remiſſione pignoris: nam quam uis prohibeatur vir vxori donare, attamen remittere pignus, non eſt donatio, quia nil donat de ſuo, nec remittit pecuniam creditam, ideo non dicitur donatio. at qui remittit actionem ad rem, bene conſequitur, ꝙ ipſam remittit, & eſſet donatio, ideo dicta 21 lex nil facit. † Eodem modo ſoluitur tex. in l. 4. §. fin. ff. de manumiſſ. vindic. nam qui patitur manumitti ſeruum pignori obnoxium, non remittit pecuniam, ſed pignus, quod non continetur nomine alienationis. Ideoque quod annotabat Bar. de Capua per illum text. minimè ex eo probabatur, prout rectè eum reprehendit Anton. de Alex. vt refert Capic. deciſio 156. quamuis deciſ. Barth.de Capua non loquatur de remittente actionem competentem ad reſtitutionem feudi; nam iſto caſu aliter fuiſſet loquutus per prædicta. Non obſtat deciſio Bart. in l.Gallus, §. videndum, in fine, ff. de libe-

ris, r.& posth. Primò, quia loquitur in statuto pœnali, & in casu, in quo fictio non resoluitur in veritatem, vt sint eiusdem effectus per ea, quæ tradit Bald. in d. l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posth. item decisio Bar. procedit tantùm in materia pœnali, vt vult Aretin. in dicto §. videndum, & clarius ibi Claudius Seisel. col. pen. Præterea dictum Bart. non procedit in isto casu, quia quando pater alienat actionem competentem ad feudum, dicitur ipsum feudum alienare, cum idem iudicetur de actione cõpetente ad rem, quod de re ipsa, vt est tex. in d. l. ad dissoluendum, C. de præd. minor.

22 & ideo dicebat Alex. consi. 48. vol. 3. †quòd actio competens ad rem stabilem pupillorũ, non potest alienari sine decreto per eandem rationem. cum ergo habeamus istas decisiones claras & apertas, non est recurrendum ad doctrinam Bart. quæ extra terminos nostros loquitur in materia pœnali; ideoque quamuis qui actionem habet ad ipsam rem, videatur fictè ipsam rem habere, attamen cum ista fictio sit eiusdem effectus cum veritate, ideo ad eam extenditur, vt est doctrina Bald. superius allegata in dicto §. & quid si tantum, & debet fieri larga interpretatio. Non obstat decisio Afflict. quia fundatur in decisione Alex. in dicto consil. 10. & contra eum est magis communis opinio, vt testatur Rogerius à Mota in d. l. traditionibus, C. de pact. vt supra dixi. Præterea non cohæret,

23 †est actio personalis ad rem consequendam, ergo non videtur ipsa res alienari, cum magis contrarium cohæreat, cum competat actio ad rem recuperandam. ideo qui alienat ipsam actionem, ipsam rem alienare videtur, & per ista patet responsum esse ad omnia obiecta per Ioan. Aloy. & remanet firma conclusio, quòd dispositio dicti c. Titius, procedit etiam in actione competente ad feudum venditum.

*S V M M AE.*

1 *Cap. Titius, an vẽdicet sibi locũ in nondũ natis.*
2 *Legis dispositio intelligitur in casu, quem præsupponit.*
3 *Cap. Titius, præsupponit, quòd admittatur filius, nisi tacuerit per annum, vel consenserit, et vtroque caret infans.*
4 *Cap. Titius, nil præsupponit in admißione filij ad recuperandum.*
5 *Præscriptio legalis non currit contra minores.*
6 *Qualitas requisita à lege; debet probari.*
7 *Verba legis vbi nõ conueniũt, nec eius dispositio.*
8 *Agnatus ante natiuitatem non dicitur.*
9 *Habens verbum, est præsentis temporis.*
10 *Qualitas illa, quòd sit filius, requiritur tempore alienationis.*
11 *Tex. in l. fin. ff. de collat. probat intẽtionẽ Decij.*
12 *Animal non dicitur, nec homo, antequam nascatur, et num. 13.*

AT NON relinquendum est, & intactum dimittendum quęrere, an

1 dispositio dicti c. Titius, †vendicet etiam sibi locum in nondum natis filiis tempore alienationis? & Aluaro. quem sequitur Præposit. in d. c. Titius, dicũt quòd sic; moti solùm, quod est eadem ratio, quod negat Ioan. Aloys. Quinimò plus voluit in dicta causa Taui, quòd non procedat, etiam si tempore alienationis filij essent in-

2 fantes ea ratione, †quòd dispositio legis intelligitur in casu, in quem lex præsupponit, licèt non dicat expressè, & aliter non verificatur, vt est glos. communiter approbata ibi per Docto. in l. si mancipia, in verbo, aduocandum, C. de furt. ex qua glo. inferunt Iacob. But. Sal c. & cæteri ibi, quòd statutum dictans, quòd perturbans aliquem in possessione, restituat; quod statutum non habebit locum in simplici turbatione, sed in ea, per quam alius fuit eiectus à possessione, licèt hoc non dicat statutum, cum præsupponat casum spoliationis, dicendo possessionem restituat. pro quo allegat etiam bonum tex. in l. quo loco, §. j. ff. de hæred. instit. cum ergo

3 † c. Titius, vult filium admitti, nisi tacuerit per annum, vel consentiit, & vtroque careat infans; ideoque cum non possit verificari in infante præsuppositum d. c. Titius, nec eius dispositio verificabitur, verùm quòd istud vltimum Ioan. Aloys. non est verum, & argu-

4 mentum eius fundatur super nõ ente: † nam dictum c. Titius, in admissione filij ad recuperandum, nil pręsupponit, nisi quòd sit filius, & in exclusione beneficij producti à dicto c. requiritur, quòd filius uel taceat per annum, vel consentiat; & cum vtroque caret infans, ideo nunquàm excluditur semel inclusus, nisi cum fuerit perfectæ ætatis, & sciuerit alienationem, & tacuerit per an-

5 num, vel consenserit. † quia nedum contra infantem, sed nec etiam contra minorem, currit præscriptio legalis, ut scribit Ioan.

ap. Franc. Balb. in Tractat. præscript. in 23. q.j.par.vj.par.princ.cum ergo nil præsupponatur in admissione filiorum ad recuperandum, sed in exclusione, dilucidè apparet con tortum argumentum Ioan. Aloys. cum illa glo.in d.l.si mancipia, non possit adaptari ad dispositionem d.c.Titius, nec tex.in l.quo loco, §.j.ff.de hæred.instit. probat aliquid in ista specie. ideoq; reiicienda est opinio Ioã. Aloys.tanquam carens fudamentis. Sed redeamus ad principalem quæstionem, in qua quamuis Aluaro.& Præposit.in d.c.Titius teneant dictam opinionem: attamen Dec.in simili statuto de retrahendo, tenet contrariũ in consil.222.viso puncto, col.j.motus ea ratione, † quòd qualitas requisita à lege, uel statuto, debet probari, ut notatur in l.j.§.ait prætor, ff.ne quid in flum. public. & quod not.Ioã.Andr.in c.j.de homicid.in vj.item, † vbi nõ conueniunt uerba legis, nec conuenit eius dispositio, l.4.§.totiens, ff.de damn. infect.& ibi Bar.& Docto.vnde inferebat in casu suo, quòd cum statutum dictaret, quòd quæcunque persona haberet aliquem agnatum, † & nihilominus non dicitur agnatus ante natiuitatem habere filium vel agnatũ, l.final.ff.de collat.bon.& † illud verbum, habens, cum sit præsentis temporis, designat quòd sit natus, l.qui habebat, l.qui duos, ff. de vulg. & pupill.& facit tex.in l.habere, ff. de verbo.signific.& in hoc residet Dec. quæ decisio punctualiter determinat casum nostrum, cum dictum c.Titius, dicat quòd si filios proprios haberet, quòd intelligitur de præsenti tempore alienationis, quia sunt verba optatiui tẽporis præsentis, ut Grãmatici docent. ideo † illa qualitas, quòd sit filius tẽpore alienationis, requiritur tempore alienationis, cum sit qualitas requisita à lege, per verbum præsentis temporis. ideoq; requiritur, quòd sit eodem tempore, & non sufficit, quod verificetur alio tempore, ut scribit Bart.in l.ex facto, col.2. ff. de vulga. & pupill.substit.& Loffred.consi.7.& quamuis Tiraquel. in tract.de retract.ligna.§.j.glo.9.nu.78.dicat tex.in l.fin.ff.de collat. bono. non dicere illud, ad quod Dec.illum allegat: attamẽ † ille tex.bene probat intentionem Dec. nã bene dicit tex.quòd antequàm nascatur, nõ potest dici in potestate patris morientis, ergo nec filius, quia si filius, ergo in potestate. Quòd comprobatur, † quia non dicitur homo antequam nascatur, ut probat tex.in l.uenteris, & ibi hoc not.Bal.C.de fideicom.† nec dicitur animal, antequàm nascatur, ut ẽ tex. in l.j.§.si quis, ff.vnd.cogna.& tamen quamuis Tiraquel.impugnet Dec.quò ad tex.per eum allegatum, attamen sequitur ibi eius opinionem, per adducta ibi per eum.& ista opinio videtur mihi verior, & eam sequor, ex quo Aluarot.& Præposit.nullam concludentem afferunt rationem.

[Marginal numbers: 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13]

S V M M AE.

1 *Feudum nouum, quid sit.*

2 *Feudum nouum ob solas conuentiones & pacta noua dicitur, nam dicitur primus acquisitor. & nu. 3.*

4 *Feudum nouum intelligi non potest, nisi respectu qualitatis apposita, vel detracta.*

5 *Intellectus l.ius ciuile, ff.de iust.& iur.*

6 *And. rationes in restrictione formæ non militant.*

7 *Baro præsumitur restrinxisse formam fauore filiorum, & agnatorum, et Principis.*

APPARET igitur ex his enucleatus intellectus istius legis, & quibus casibus possit fieri alienatio ĩ præiudicium agnatorum.& quia fuit dictum ex communi Siculorum opinione, quòd primus acquisitor feudi sub quacunq; forma sit feudum, etiam sub clausula iuris Francorum, potest alienare feudum, etiam in præiudicium successorum primog. quia ista lex indistinctè procedit in feudo nouo, ideo non est omittendum discutere, quid sit feudum nouum, ut eo cognito, facilius intelligatur id, quod præsupponunt Doctores interpretantes hanc legem, dicentes eum omnino procedere in feudo nouo, sub quacunque forma.& clarissimi, nec controuersi iuris est, † illud dici & censeri feudum nouum, quod primo acquiritur, vt probat tex.in c.j. qui test.sunt necess.quod feudum nouum dicitur illud, quod non defertur ex successione, sed ex prima inuestitura concedentis in persona acquirentis, vt voluit Bal.in l.j.col. 2.ff.de rer.diuis. quem sequitur Dec. consil. 53.col.j. & consil.390.& latè Cardin.Paris. qui refert alios etiam in consi.65.uol.3.col. j.& 2.& ideo dicebat gl.in constit.ut de successionibus, quòd feudum nouum est, quod primo quæritur, & sic nouiter incipit in persona acquirentis iure suo, idest opera, & industria, vel ex munificentia Principis fortè,

vel

vel titulo emptionis, vel quocunq; alio titulo iusto, qui omnes leguntur in l.j. cum sex sequent. ff. de public. quam glos. refert & sequitur Io. Iacob. Leonard in quodam consilio suo, inter consi. Brun. 114. nu. 438. his etiam concinit Gulielm. de Pern. consil. 11. col. j. & hæc doctrina est vera & clara. Dicitur etiam feudum nouum, quamuis non sit primo acquisitum propter nouas conuentiones & pacta, vt uoluit Oldra. consil. 178. factum tale est, quidam nobilis. & scribit Afflict. decis. 112. & Ludou. Bologn. consil. j. 3. 4. 5. col. Tiraquell. latè de retract. lignagier, § 32. glos. j. nu. 40. hinc dicebat Blasc. Lanz. in consil. super feudo Passaniti, quamuis prædicta non alleget, sed solã auctoritatem Bal. in l. j. §. insuper, de prohib. alien. per Freder. & in pluribus aliis cõsiliis, nam semper fuit 2 eiusdem opinionis, pro ut hic in lectura, † quod feudum ob solas conuentiones de nouo appositas, dicatur feudum nouum, & poterit alienari tanquam feudum nouum, in præiudicium successorum. & si per tales conuentiones fuerit restricta forma, & ante eum tenuit Blasc. de sanct. Angel. in quodam consilio. ideoq; feudum antiquum in forma & tenore inuestituræ hæreditariæ, si restringatur 3 ad ius Francorum, † quia dicitur ille, qui restringit, primus acquisitor respectu ipsius nouæ formæ, & qualitatis feudi, poterit alienare in præiudicium primogeniti. sed ista opinio vtriusq; Blasc. nunquam mihi placuit, nam quamuis noua pacta & conuentiones faciunt feudum nouum, non aliter potest in 4 telligi, quamuis Doct. non declarent, † nisi respectu ipsius qualitatis innouatæ & detractæ à prima inuestitura. At in cæteris rectè dicetur feudum antiquum, cum antiquitus fuerit facta concessio in persona præde 5 cessorum acquirentium; † & hoc probatur ex tex. in l. ius ciuile, ff. de iusti. & iur. quem allegat Bal. in d. §. insuper, ad hoc. in fin. verbis. qui tex. dicit quòd ius ciuile est, quod neque in totum à naturali iure, vel gentium recedit, neq; per omnia ei seruit. itaq; cum aliquid addimus vel detrahimus iuri communi, ius proprium, idest ciuile efficimus. remanet ergo illęsum illud, quod non est detractum, nec efficiatur ius nouum, ut Vlpianus dicit in d. l. ius ciuile & ita declarant ibi Docto. ideoq; cum concessio feudi, seu pri 6 ma inuestitura, sit primogenitorum, † & sic fuerit feudum antiquum, quatenus fuerit alterata forma, dicitur feudum nouum, non simpliciter, sed respectu formæ tantùm, in reliquis remanet antiquum, quia non mutatum. quo stante non militant rationes in isto casu, quæ adducuntur quando in totum dicitur primus acquisitor, quia prima ratio Andreæ in c. j. de alie. feud. & in aliis locis superius in illa quæstione adductis, quòd videtur datum feudum contemplatione patris, & filiis, nõ quęritur nisi post mortem patris. Ista ratio protinus cessat in hoc casu, quinimò adducitur in oppositum, nam cum feudũ esset antiquum, & in forma larga, in qua Baro liberam habebat potestatem alienandi, quatenus ipse restrinxit formam, non videtur sibi prospexisse, nec Princeps hoc concessisse cõtemplatione ipsius Baronis restrin 7 gentis formam. † sed Baro intelligitur hoc fecisse & contemplatione filiorum, & in beneficium Principis concedentis, vt facilius ad ipsum Principem finita linea feuda reuertantur. cum ergo cessat ratio Andr. in isto casu, ideoq; cessat eius decisio, l. adigere, §. quãuis, ff. de iure patron. c. cum cessante, de appell. nec etiam procedit alia ratio in isto casu adducta, per Docto. quòd pater acquirendo filiis, videtur eis donare causa mortis, iuxta doctrinam Barto. in l. si mihi & Titio, ff. de verbo. obligat. & in l. si non sortem, §. libertis, ff. de condic. indebit. & adducit Io. Aloys. in hac lege, in 8. effectu. nam ista ratio etiam cessat in isto casu, cum feudum de nouo non acquiratur, vt censeatur datum filiis causa mortis, cum iste, qui restringit formam, non sit ipse acquisitor feudi. quatenus ergo restringit formam, demonstrat animũ suum, quòd uoluerit ius suum à se abdicare, scilicet illam potestatem alienandi feudum, & voluit facere certum, & indubitatum ius primogeniti, ut ipse succedat in feudum, vt considerat Gualter. de Pater. in consil. Furnarii, quomodo potest dici, nec imaginari istam restrictionem formæ continere donationem causa mortis? cessat ergo ista ratio hoc casu, ideoq; & decisio Doctorum. Nec etiam isto casu quadrat decisio Barto. in l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de verbor. obligat. quia illa decisio procedit, quando post primum acquirentem vocantur alii, cum quibus resultat contractus innominatus, iuxta terminos l. quotiens, C. de donat. quæ sub modo. quia donans, & donatarius tunc insimul possunt reuocare. at iste primus restri-

ctor

ctor formæ, acquirit statim primogenitis ius certum & indubitatum, cum quibus nullus resultat contractus innominatus, & sumus extra terminos dictæ l. quotiens. ideoq; ius istud irreuocabile, & istam partem tenet quidam Doctor Siculus, Anton. Mantell. qui adducit ea, quæ habentur tantùm in c. j. de vasfall. decrepit. ætat. & approbat Ioan. Aloys. in quadam apostilla dicens, tantum in isto casu cessant rationes Doctorum, & ita teneo, & semper tenui per prædicta.

SVMMAE.

1 *Feudum an si concedatur iure antiqui feudi, non obstantibus dictis verbis, censeatur nouum.*

*Dicta verba efficiunt vt sit feudum antiquum. nu. 2.*

SED quid si fuerit in dicta forma stricta receptum feudum per primum acquisitorem iure & nomine antiqui feudi, † an isto casu possit primus acquisitor alienare in præiudicium primogeniti? In qua quæstione primò videndum est, quid operentur dicta verba, an faciant omnino feudum antiquum, & definat prorsus esse nouum? In qua quæstione Oldrad. Laudens. consil. 178. factum tale est, quidam nobilis tenet, quòd ex illis verbis non desinat esse nouum, quia dicta verba rei veritatem non mutant. allegat l. si forte, ff. de Castren. pecul. & not. in l. si donatione, C. de collat. idem Oldrad. & Alber. in d. l. qui testamentum, per illum tex. ff. de probation. & multi sequuntur istam opinionem, ut refert Tiraquell. in tracta. lignagier, §. 32. glos. j. & vnica, num. 37. adeo quòd Ias. dixerit in consil. 152. vol. 2. quòd ista est communis opinio. quòd si verum esset, videretur dicendum, quòd possit alienare primus acquisitor, non obstantibus dictis verbis: sed intrepidè tenenda est contraria opinio, † quòd omnino dicta verba efficiãt feudum antiquũ omni iure, pro ut est ista opinio communis, quæ apparet ex Doctoribus citatis per Tiraquell. in d. tractat. §. 32. glo. j. & vnica, nu. 31. 32. & Ias. consil. j. in 3. vol. à se ipso dissentiens, attestatur hanc esse communem opinionem, & communem testatur, & sequitur Alciat. in titul. de præsump. regul. 3. præsump. 28. nu. 4. & veriorem, & communem testatur etiam Curt. in tract. feud. par. j. q. 8. quam opinionem omnes posteriores scribentes sequuntur. quæ opinio solido fundamento roboratur, quòd qui habent potestatem disponendi, possunt hoc facere, & sic non obstat l. si forte, ff. de castrens. pecul. & no. in l. si donatione, C. de collat. ideoq; sicuti non potest alienari feudum antiquum in præiudicium agnatorum, pariformiter & nouum acquisitum iure antiqui feudi, & ita tenendum est in hac specie, pro ut etiam tenet Blascus Lanz. in repet. istius legis.

SVMMAE.

1 *Princeps indulgens & restituens feudum, an censeatur de nouo dare.*

2 *Confiscatio quando non fit ipso iure, non censetur de nouo datum.*

3 *Confiscatio quando fit ipso iure, Andr. variauit secundum Afflict.*

*Andr. verè tenuit, quòd sit feudum nouum. n. 4.*

*Glo. in l. imperialem, §. insuper, tenet quòd remaneat feudum antiquum, & recensentur, qui sequuntur eam. nu. 5.*

6 *Fisco vel alteri quando res aperitur ipso iure, intelligitur, si velit.*

7 *Res si ob moram, vel aliud contra factum, fuerit ipso iure alteri applicata, potest mora purgari de voluntate partium.*

8 *Feudum finitum non datur sine noua inuestitura.*

9 *Andreæ opinio primò recitata, verior & crebrior.*

10 *Indulgentia simpliciter, non operatur restitutionem bonorum.*

11 *Andr. distinguendus est, ne sit sibi ipsi contrarius.*

12 *Princeps reconcedendo feudum, censetur illud de nouo dare.*

13 *Voluntas verbis & factis declaratur.*

14 *Facto quid fieri plus est, quàm verbis.*

15 *Restituere illud, quod non habet quis, non potest.*

16 *Consequens qui vult, censetur velle antecedens.*

17 *Donatio, neq; pignus rei propriæ, consistit.*

18 *Dos redintegrato matrimonio, non remanet ut prius.*

19 *Intellectus l. pen. §. uxor, ff. solut. matrim.*

20 *Intellectus l. si mulier, ff. solut. matrim.*

21 *Intellectus l. post diuortium, cum sequent. ff. de iur. dot.*

22 *Intellectus l. qui ex liberis, §. testamento, ff. de secund. tabul.*

23 *Agitur ex confirmante & non ex confirmato.*

24 *Actus nullus confirmatus, est nouus actus.*

25 *Gualt. malè intellexit tex. in d. §. in testamento.*

26 *Andr. in locis citatis per Gualter. loquitur indistinctè.*

27 *Felloniæ expressa remissio non operatur feudi remissionem.*

28 *Indulgentia si dicit, restituimus, remanet feudum antiquum.*

29 *Restitutio est in pristinum statum repositio.*

30 *Pristinum ad ius qui reducitur, non dicitur acquirere de nouo.*

*Idem si Rex reconcederet iure antiqui feudi. nu. 31.*

SED occurrit non inutilis quæstio, si quis commiserit crimen læsę maiestatis, & statim ipso iure sint publicata bona, iuxta tex. 1 in c. cum secundum, de hæretic. lib. vj. † & Princeps indulget crimen, & restituit feudum, an censeatur nouum in persona committentis tale crimen, an adhuc remaneat antiquum, stante indulgentia Principis, præsuppono casum, in quo fit confiscatio ipso iu 2 re: † nam si non fieret ipso iure confiscatio, est plusquàm clarum, quòd remanet feudū antiquum, vt determinat gl. in l. j. §. insuper, & ibi Bald. de prohib. feud. alien. per Frederic. idem tenet glo. & Docto. in l. quod dicitur, ff. de impens. in reb. dot. fact. tenet And. Aluaro. Præposit. & cæteri, vt Afflict. nu. 12. in c. j. de vassal. decrep. ætat. & Paul. de Cast. consil. 425. ponitur, col. 2. uol. 2. Blasc. hic, & in consil. quod fecit pro Marchione Giraci, contra Comitem Collisani, Gualter. de Patern. Anton. Compagna, Ioan. Aloys. de Septimo, in causa Coccellæ, & in hoc nemo discrepat; sed vis stat, ut dixi, quando committitur crimen læsę maiestatis, in quo per3 ditur feudum ipso iure, † in quo pūcto And. variauit, ut dicit Afflict. in d. c. j. de vassall. decrep. ætat. nam in d. c. j. de vassall. decrep. 4 ætat. † ipse Andr. tenet, quod eo casu dicatur feudum nouum tanquam ex noua collatione & inuestitura datum: quia ex quo ipso iure confiscatur feudum sine alio facto & apprehensione, semper dominus intelligitur possidere, ideo si remittitur culpa, & restituitur feudum, intelligitur tāquam de nouo collatum, sicuti in dote renouato matrimonio, quia renouatur dos, & de integro censetur data, non autem accrescit tunc, allegat tex. ff. de iur. dot. l. diuus, & l. dotem, & l. stipulatio, ff. de pact. dotal. l. cum maritis, §. Titius. cum dominium ex culpa feudatarii totum sit domini, & feudi possessio sit apud vassallum: tamen remittendo culpam, & de nouo reconcedendo, de nouo videtur ei tradere dominus, argu. de rer. diuis. §. interdū, Instit. cum similib. quæ adducit Andr. qui residet in hac opinione per prædicta. & hanc opinionem tenent Aluarot. & Pręposit. in d. c. j. de feud. decrep. ætat. & allegant hoc etiā tenere Bal. pro ut re uera tenet, in l. j. §. insuper, de prohib. feud. alien. per Freder. & ibi etiam Martin. Laudens. idem tenet Angel. in l. quod dicitur, ff. de impens. in reb. dotalib. fact. idem tenet Salic. in l. peculiū, §. ęre, ff. de pecul. & in hac opinione videntur residere Alber. & Paul. de Cast. in d. §. ære. dum se fundant, quòd feuda non perduntur ipso iure, quasi sentiant secus in casu, in quo ipso iure amittitur feudum. Contrariam opi5 nionem tenet glos. in d. l. j. §. insuper, ff. de prohib. feud. aliena. per Freder. quam videntur ibi indistinctè tenere Doctor. & idem videtur tenere And. in c. j. §. sed & res. vers. sed si dominus, per quos fiat inuestit. ubi dicit, quòd si dominus habet possessionem, requiritur inuestitura, quia feudum nouum, secus si vassallus semper possederit. ideoque And. manifestam differentiam facit, si dominus possederit nec ne; & ita tenet And. in titu. quib. mod. feud. amitt. §. j. vers. aut nuptę filio, vers. item licèt feudum. ubi dicit, quòd si feudum sit ob felloniam confiscatum, & 6 dominus remittat, nihilominus feudum remanet antiquum, vt prius, & non efficitur nouum. idem tenet ipsemet Andr. in c. j. col. 4. vers. & sic non obstat, per quos fiat inuestit. & licèt sit feudum amissum, remissa fellonia, remanet antiquum, non de nouo datū. idem tenet Andr. etiam in c. j. col. 2. vers. hęc rectè dicuntur. in titulo, de feudo sine culpa non amitt. quod feudo ipso iure aperto domino, si dominus culpam remittit, non est opus noua concessione, possidebat enim vassallus, & allegat dictam legem. idem tenet And. in c. j. quo tempo. miles. in verbo, damnetur. vers. item notandum. ubi dicit, quòd feudo ipso iure aperto, domino si culpam remittat ante aduocatam possessionem, remanet feudatarius. Hanc partem tenet Bal. in suis extraordinar. quæstio. feudor. vers. 12. ubi dicit, quod pro remissione felloniæ nunquam fit feudum nouum, nisi possessio feudi perue-

peruenerit ad dominum, & de nouo fiat inuestitura, & allegat dictas glos. in l. quod dicitur, ff. de impens. in reb. dotal. & in l. peculium, §. ære, ff. de pecul. idem firmat idem Bal. in l. post diuortium, ff. de iur. dot. ubi dicit, quòd soluto diuortio, & dos non fuerit exacta, si renouetur matrimonium, remanet dos antiqua. quod facit ad quæstionem, dicit ipse Bal. feudi, quòd culpa remissa integretur. idem sentit Bald. in c. j. de vasall. decrep. ætat. vers. & facit istud cap. vbi dicit fieri vis, vtrum feudum in eodem statu, & possessione remanserit, an fiat alteratio formæ. idem expresse sentit Bal. in c. j. quo tempore miles. sed pone, ubi dicit quòd feudum ob moram ipso iure aperitur domino, & tamen si admittitur ad obedientiam, videtur remittere, & frustra tractat de inobedientia, qui de certa scientia acceptauit. idem tenet Bartol. in d. l. quod dicitur, ff. de impens. in reb. dotal. & in d. l. quod peculium, §. ære, ff. de pecu. † quod restat antiquum, & allegat glo. in d. l. quod dicitur, & in dicto §. quod ære, quæ in feudo amisso loquuntur. idem tenet etiam Petrus de Bellapertica in d. l. quod dicitur, & istas auctoritates pro ista parte adducit Gualt. de Patern. in causa Roccellæ, qui etiam pro ista opinione adducit glo. in c. j. in verbo, concubuerit. quibus mod. feu. amitt. & in c. j. in verbo, mensem. quo tempore miles. & in c. j. §. porrò. quæ fuer. prima cau. bene f. amitt. in verbo, assalierit. pro qua opinione idem Gualt. adducit etiam rationes infrascriptas. Primò dicens, † quod quoties fisco, vel alteri ipso iure res aperitur, intelligitur si velit ipse, cui aperitur: nam si velit, quod remaneat penes possidentem, perinde est ac si aperta non fuisset, ut decidit glos. in l. cum duobus, §. idem respondit, in fin. ff. pro soc. idem tenet glos. in l. 2. in verbo, repellitur. vers. item si triennio. C. de iure emphyt. hoc idē probatur ex tex. in l. post idem, ff. de leg. commiss. nam decidit ibi Iurisconsultus, quòd res applicata alicui post lapsum diei, si ille petit pœnam, acquisitioni illi renunciare videtur. hoc idem probatur in l. si quæritur, ff. fam. ercis. hoc idem determinat Bar. in consil. incipi. Martinus de Eugubio. ubi decidit, quòd bonis ipso iure secundum veritatem applicatis fisco, antequàm auocet fiscus, non dicitur acquisisse: ideoq; ex ista prima ratione infert, quòd quamuis ipso iure feudum applicetur fisco, antequàm auocet possessionem, nō dicitur perfectè quæsitum. Secundò, † quia licèt per moram, vel aliud contrafactum, res fit ipso iure alteri applicata, potest tamen de voluntate partis mora purgari, & fit perinde ac si mora non intercessisset. ita not. Bal. in c. j. quo tempo. miles, allegat l. commissoriæ, C. de pact. & quando reo indulget Princeps, consentit ut deleatur omnis culpa: nam omnis obligatio tollitur remissione, ff. de pact. l. si tibi. ergo feudum remanet, ut prius. Tertiò, † quòd si diceremus feudum finitum, quomodo sine noua inuestitura, de nouo quæreretur, contra tex. quib. mod. feud. constit. potest. & quid præcedere debeat, inuestit. an fidelitas, c. j. & per ista media, & auctoritates superius adductas, tenet hanc partem ipse Gualt. in loco præallegato, quando dominus non auocauit possessionem. & in istam opinionem inclinat Anton. Compag. in dicta causa Roccellæ, dum præsupponit apud Regem fuisse possessionem, aliàs concedit feudum remanere antiquū. Istam opinionem tenet Imol. in c. 2. colu. 4. de feud. & dicit, quòd communiter Doctor. transeunt simpliciter cum glos. in dicto §. insuper. & potest substineri eius opinio etiam in casu, quo ipso iure aperitur feudum, quia intelligitur si dominus voluerit, vt habetur in simili in l. 2. C. de iure emphy. & istā opinionem latissimè amplectitur Præpposit. in prælud. feudor. 6. diuis. & Io. Aloys. in causa Roccellæ. vbi testatur etiam hanc esse communem opinionem, quam opinio. tenet etiam Afflict. in cap. j. de vassall. decrep. ætat. Quid tenendum in tam ardua, & difficili quæstione? † Certè de iure videtur verior prima opinio, & forsan crebrior, quā sequor & amplector: nam quāuis non sit auocata possessio, nihilominus si fiat remissio culpæ, & restituatur feudum, erit feudum nouū in persona illius, cui remittitur culpa, qua ipso iure perdebatur feudum. & assumo fundamentum Andreæ à nemine improbatum, in d. c. j. in j. col. de vassall. decrep. ætat. ubi dicit, † quòd etiam si remittatur culpa, non recuperat bona ille, qui habet indulgentiam, nisi demum reconcedantur. allegat tex. in l. aut damnum, §. fina. ff. de pœn. ubi seruus dānatus in metallum, ex quo efficitur seruus pœnæ, remissa culpa non est reddendus domino, nisi restitueret Princeps in integrum, quia tunc ad omnia censetur restitutus. allegat ad hoc tex. in l. j. C. de sentent. passis. & ita

ita distinguendus est Andr. qui more suo per turbatè loquitur. igitur cum remissio culpæ nil agat ad remissionem feudi, nisi reconcedatur, concidunt omnia argumenta in contrarium, & maximè prima ratio Gual. in dictis allegationibus Roccel. & Imol. in d.c.2. col.4. de feu. dum voluit, quòd quamuis feudum aperiatur ipso iure, tamen intelligitur si dominus voluerit. remittendo ergo culpã, censetur nolle, quia ista ratio subuertitur ex hypothesi nostrę quęstionis, quæ est, & loquitur in indulgentia cum restitutione bonorũ, 12 quo casu † Princeps, vt dicit Andr. reconcedendo feudum, videtur illud de nouo dare, & eo ipso declarauerit voluisse dictum feudum ob culpam ad se reuerti: † nam volun- 13 tas & verbis & factis deprehenditur, cum plus sit facto quàm verbis pronunciare, l. si tamen, §. ei qui supra, ff. de condict. indebit. 14 † & plus est aliquid facto facere, quàm verbo, ut est tex. in c. dilecti, il primo, de appellat. faciunt quæ congerit Dec. in l. semper, qui non prohibet. nu.6. ff. de regul. iur. cum ergo restituit dominus feudum, vel reconcedit; quid cẽsetur velle, nisi quòd remissa culpa criminis & delicti, de nouo concedit feudum, quod prius ipso facto declarauerit 15 ad se voluisse reuerti? † nam quomodo posſit de iure restituere illud, quod non habebat, nec voluerit acquirere? ideoq; restituẽdo, censetur prius voluisse, & declarasse ad se pertinere, argum. tex. in l. decem, ff. de ver 16 bo. obligat. & per illam regulam, quòd † qui vult consequens, censetur voluisse omne antecedens necessarium ad illud, l. ad rem mobilem, cum similib. ff. de procurat. l.2. ff. de iur. om. iudi. & ibi Doctor. indulsit simpliciter Princeps pænam, in qua non venit restitutio feudi, & bonorum, vel insimul vtrunq; fecit. quid censetur voluisse Princeps, nisi illud, quod erat suum reconcedere, quia aliàs 17 non consisteret actus? † quia rei proprię non consistit donatio, neq; pignus, l. neq; pignus, ff. de regul. iur. cum ergo secundum eorum opinionem, quamuis dominium commissa fellonia ipso iure aperiatur domino, attamẽ intelligitur si voluerit, censendus est dominus voluisse, vt consistat actus reconcessionis & restitutionis. cum ergo in isto actu appareat, quòd voluerit dominus, & declaraue rit facto voluisse dominium dicti feudi, ex quo reconcessit: ideo in hoc casu procedit opinio Bal. in dicto §. insuper. quam ita procedere declarauit Præposit. in d. vj. diuis. in prælud. feudor. & huic argumento videtur mihi difficilis, iusta, ac iuridica responsio. & comprobatur ex eo, quod communiter ipsi Doctor. tenent, dum dicunt, quòd si dominus auocat possessionem, & inde concedit, quòd tunc censetur feudum nouum. & certè non ob aliud, nisi quòd dominus auocando possessionem, patefacit animum suum, quod voluerit sibi acquirere dominium rei confiscatæ ipso iure. Quid ergo refert, si volũtas demonstratur alio actu, qui est reconcessio feudi, cum frustra reconcederet, si ille haberet. & hoc expresè tenet Alex. in consi. 106. viso themate, & instrumentis. col.3. vers. nec obstat. ubi dicit, quòd censetur dominus declarare animum suum inuestiendo, quamuis in casu illo soluat non argumentum, sed declinet factum. Præterea hoc ineuitabiliter probat tex. allegatus per Andr. in d.c.j. col.j. de vasall. decrepit. ętat. videlicet tex. in l. dotem, & l. diuus, & l. stipulatio, ff. de iur. dot. & l. cum maritus, §. Titius, ff. de pact. dotal. vbi 18 habetur, † quòd dos redintegrato matrimonio, soluto primò per diuortium, non redintegratur pro ut erat, sed efficitur noua dos, quod efficaciter probatur in d.l. cum maritus, §. Titius. ubi si redintegratur dos. de consensu hæredis, cessat commissio stipulationis, vt censeatur reintegrare dotem, vt dicit glo. ibi, in verbo, submoueri, & sic est noua dos; quod & probatur in d.l. dotem, l. diuus. & l. stipulatio, ff. de iur. dot. quas leges adducit glos. in dicto §. Titius, ideoq; inferendo ad casum nostrum, si dissoluto ipso iure fœdere inter dominum & vasall. quo dominiũ feudi ipso iure resoluitur & applicatur domino, si intercedit reconciliatio, omnia noua debent æstimari, argu. dictorum iurium, quæ procedunt in fortioribus terminis, quã do scilicet nullus sit restitutionis actus, seu dotationis de nouo sed quod ipso iure intelliguntur omnia renouata, quanto fortius in isto casu, in quo remissa fallonia expresè restituto feudo debet dici noua reconcessio, & nouum feudum, per prędicta. Non obstat quod dicit Gualt. in dicto consil. Roccellæ, dum dicit ipse, quòd dictæ leges dicunt, & decidunt, quòd dos antiqua remanet & non fit renouatio dotis; & pro hoc adducit tex. in l. pen. §. vxor, ff. solu. matrim. † quoniam ille tex. probat efficacissimè contra eius intentionem, & firmat intellectum Andr. nam dicit

cit

cit tex. quoniam prioris dotis causa in sequẽtem dotis obligationem esse translata. cum ergo causa prioris dotis esset translata in sequentem obligationem, clarum est, quòd est facta nouatio, nam tex. in l. j. ff. de nouat. dicit nouationem esse prioris debiti in obligationem ciuilem vel naturalem trãslatio, ergo prior causa dotis, cum sit translata in sequentem, ideo prior extinguitur, vt est tex. in dicta l. j. ff. de nouat. ideoque malè detorquet Gualter. illum tex. exinde allegat tex. in l. similiter, ff. solut. matrim. † vbi casus, quòd iudicio cœpto de dote post diuortium, si redintegratur matrimonium, expirat iudicium, & omnia in statu pristino manent. & ponderat, in statu pristino, ergo antiquo. Sed illa lex nil facit, nam loquitur, quòd corruit iudicium, & omnia remanent in statu pristino, scilicet ante cœptum iudicium, & sic nihil facit. Adducit postea tex. in l. post diuortium, cum seq. ff. de iure dot. 21 vbi tex. apertus, † quòd redintegrato matrimonio, redintegratur dos tacitè prioris matrimonij. sed ille tex. probat contrarium, nã tex. in dicta l. stipulatio, quæ procedit redintegrato matrimonio, & tamen non est idem cum primo: nam Iurisconsultus vocat illud sequens, quod impertinenter diceret, & tex. in dict. l. dotem, vocat prius & posterius; & ideo quamuis redintegretur matrimonium, sed sequens & posterius idem redintegrata dote non fit eadem dos, sed posterior noua. Confirmantur ex his, quæ dicit Bal. in d. §. insuper. vbi allegando tex. in l. qui ex liberis, §. testamento, ff. de secund. tabul. di-22 cit, † quod quando feudum annihilatur ipso iure, dicitur noua concessio, & nouum feudum, sicuti quando testator emancipatus 23 confirmat testamentum, † quod agitur ex cõfirmante, & non ex confirmato, & hoc decidit ibi glo. in verbo, constitui. dicens, ꝙ ex quo primum est sublatum ipso iure, nõ resu-24 scitatur. ideoq; dicunt Doct. cõmuniter, † ꝙ quando actus nullus confirmatur, dicitur de nouo datio, vt scribit Dec. in rubr. de confirmat. vtil. vel inutil. cum ergo ipso iure fuerit resoluta inuestitura, & dominio aperto domino si dominus expressè confirmauerit, cẽsetur de nouo dare: quanto fortius censetur noua datio, quando remittit felloniam, & restituit feudum, cum non possit agi ex prima infeudatione resoluta, quæ non resuscitatur 25 ipso iure per prædicta. † Et quamuis Gualt. in dicto cõs. Roccellę retorqueat illum tex. l. qui ex liberis, §. testamento, contra Bald. dicens, quòd in illo tex. probatur, quòd ille nouus consensus facit redire ad antiquam, & non inducit nouam dispositionem; salua eius pace, malè intellexit tex. nam Iurisconsultus apertè dicit, ꝙ non quæritur de iure testamenti, sed de viribus exceptionis. ecce tex. apertum, quòd non agitur ex primo, quod est ipso iure nullum, sed ex secundo confirmante, quod & clarius voluit glo. ibi, in verbo, sed de viribus. quam sequuntur cõmuniter Doctor. ibi, cũ aliter nõ improbãt. ideoq; bene probatur intentio Bal. in illo §. testamẽto. Nec aliquid facit tex. allegatus ꝑ eundem Gualter. in l. voluntate, ff. quib. mo. pig. vel hypot. soluit. quia ille tex. procedit, quia non censetur creditor pignus remisisse, sed ita demum si emptor retineat, & ĩ ista ratione se fundat Iurisconsultus. quæ ratio nullatenus potest adaptari huic hypothesi, ideo tenẽda est hæc opinio, tanquàm vera, in quã videtur inclinare Blasc. Lanz. in hac lege. eã tenet etiam expressè Crauet. in Tract. de antiquit. tempor. in 5. part. in vlt. charta, qui citat alios, & citando And. in d. c. j. de vassall. decrep. ætat. videtur tenere Thom. de Marin. in Tractat. de generib. & qualitat. feud. lib. j. titu. 3. nu. 8. Solùm superest respondere ad contraria, quibus sublatis remanet dilucidior ista opinio.

26 Non obstat, † quod primò dicebatur de auctoritate And. in c. j. §. sed & res, col. 2. per quos fiat inuesti. quia And. loquitur indistinctè in dicto loco, allegans gl. in d. l. quod dicitur, & in l. peculium, §. ære, ff. de pecul. & in d. c. j. de vassall. decrep. ætat. loquitur distinguendo, vt prior sententia procedat, quando ipso iure feudum non confiscatur, & Doctori distinguenti standum est, l. si finita, §. illud, ff. de damn. infect. & ibi Imol. & Pau. de Castro. & scribit Socin. nepos, cons. 121. num. 361. vol. 2. & Grat. consil. 34. num. 8. vol. 2. quod fecit & Bald. in d. §. insuper, distinguendo. Et eodẽ modo respondetur omnibus dictis And. adductis à Gualt. cũ ergo Andr. in d. c. j. de vassal. decrep. ætat. distinguat, non potest dici contrarius, imò potius seip̃m declarãs, cuius distinctioni est standũ, tanq̃ fulcitę optimis rõnibus, & iurib. per eũ adductis. Eodem modo r̃ndetur ad doctrinã Bal. in extraordinariis q̃onibus feudalibus, nã ad decisionẽ Bal. in l. post diuortiũ, ff. de

iur.dot.respondetur, ꝙ pessimè allegatur per Gualter. nam sicuti ille tex. probat cōtrariū, vt dixi supra, ita illa doctrina Bald. fundata in illo tex. Et pariformiter respondetur Bal. tam in c. j. de vassal. decrep. ætat. quam in c. j. quo tempor. mil. nam in dictis locis indistinctè loquitur. at in §. insuper, loquitur distinctè, ideo illa est sua opinio, ubi distinguit per ea, quæ superius dicta sunt. Et similiter respondetur Bar. in d. l. quod dicitur, & in d. §. ære, ff. de pecul. Non obstat prima ratio adducta per Gualter. quæ etiam est Imol. in d. c. 2. de feud. quod quamuis feudum eo casu perdatur ipso iure, attamen intelligitur si voluerit dominus, quod etiam scribit Brun. cō sil. 13. & 14. nam istud est verum. at in ista hypothesi nostra eo ipso, ꝙ de nouo inuestit, seu reconcedit, dominus censetur illud antecedens declarare per ea, quę dicta sunt & ideo illa doctrina non potest aliter intelligi, nisi quando scienter reciperet seruitium à vassallo iuxta glo. in c. j. quo tempo. mil. nam cum expressè remittitur fellonia, non ex hoc solo cēsetur restitutum feudum, vt dicit And. in d. c. j. col. j. de vassal. decrep. ætat. sed opus est noua concessione. †Ideoque illa expressa remissio felloniæ non operatur remissionem caducitatis per prædicta, & in actu nouæ cōcessionis satis declaratur animus domini, qđ voluerit per prius feudum ad se reuersum, vt consistat dicta noua concessio per ea, quæ supetius dicta sunt, & voluit Alex. in d. consil. 106. 3. col. vol. 4. & per ista media responde tur omnibus adductis in contrariū: nā procedunt quando actus non possunt consistere, tanquàm adinuicem repugnātes, quia est necesse vt vnus collidatur. at quādo vnus actus non potest consistere, prout est restitutio feudi, nisi dominus declarauerit velle feudum, illo casu cessant dictę doctrinę, imo faciunt in oppositum. Non obstat secūda ratio, quia quamuis mora tollatur de cōsensu partium, & quamuis per indulgentiā censeatur remissa culpa; attamen in illa simplici indulgētia non venit restitutio feudi, vt dicit And. in d. c. j. per tex. in l. aut damnum, §. fi. ff. de pœn. ideoq; non procedit argumentū, cum remissa fellonia remaneat feudū penes dominū, si voluerit. quod intelligitut velle, si alium inuestierit, quod non potest negari. & pariformiter si eundem inuestierit, cum sit eadem ratio, l. illud, ff. ad leg. Aquil. Non obstat tertia ratio adducta per Gualte. ꝙ si diceremus feudum finitum, oporteret intercedere noua inuestitura. quis negat hoc, cum illa recōcessio & restitutio nil aliud sit, nisi noua inuestitura, & nouus titulus? ideoq; ex his remanet expedita ista quæstio. Quæ tamen limitatur, † nisi in indulgentia dicatur, restituimus: nam per verbum, restituimus, censetur ad pristina iura restitutus, per tex. in l. j. C. de sent. pass. quem sequuntur Martin. Laudens. Aluaro. & Præposit. & cæteri, in d. c. j. de feud. decrep. ætat. † nam restitutio est in pristinum statum repositio, & reductio: quia id totum restituit, quod abstulit lęsio, l. quod si minor, §. restitutio, ff. de minorib. l. cum in dulgentia, & l. fin. C. de sent. pass. l. 2. §. restitutus, ff. de Decur. §. cum autem, Instit. quib. mod. ius patriæ pote. solui. ibi, per omnia in pristinum statum. facit tex. in d. l. quod si sanatum est, ff. de ædilit. edict. quod sanatum est, & in pristinam sanitatem restitutus, perinde est ac si nunquàm morbosum fuisset. & ideo dicebat Aret. in l. filio, quem. ff. de libe. & posth. † quòd ille, qui reducitur ad ius pristinum, non dicitur aliquid de nouo acquirere, & ita tenent omnes in dicta causa Roccellæ, Gualt. Anton. Compagna, Io. Aloy. & Blasc. & dicit Ioan. Aloys. quòd semper magna Curia ita iudicauit, maximè in feudo Sancti Bartholomæi, pro Comite Caltabil loctæ.

Esset etiam feudum antiquum, † quando Rex cōcederet iure antiqui feudi, vt p And. & omnes in d. c. j. de vassall. decrep. ætat. & omnes supra nominati in d. causa Roccellæ, vt supra disserui. Ideoque apparet in primo casu esse feudum nouum, & in reliquis antiquum.

27 28 29 30 31

### S V M M Æ.

1 *Alienare feudum quis potest, ergo inter descendentes dare nouum modum viuendi, hæc consequentia non valet.*
2 *Principis solius est dare formam feudis.*
3 *Baro & si potest de feudo disponere, non tamen alia lege.*
4 *Alienare feudum potest quis, at non mutare formam, stant simul.*
5 *Pater non potest vni filiorum assignare feudū.*
6 *Feudorum de iure communi oēs filij succedunt.*
7 *Feudum alienare si quis potest, non potest tamē dare nouum viuendi modum.*
8 *Feudi per alienationem nō cōtradicitur formæ.*

9 Vni

9 Vni quando dat alios excludendo, venit contra legis dispositionem.
10 Tria sunt, quorum vnum est aliud, feudi alienatio, forma mutatio, & noua legis feudis (datio.
11 Veritas distinguendo inuenitur.
12 Forma non mutatur alienando.
13 Forma mutatio est quid diuersũ ab alienatione
14 Legis nouæ datio, est contraria primæ legi.
15 Formæ nouæ per dationem non offenditur, nisi illa prima forma, & ius priuati.
Sed per dationem nouæ legis nedum offenditur prima, sed offendũtur leges cõmunes. nu. 16.
17 Forma feudi à lege feudi, quomodo differat.
Quæ tamen differentia est commentitia & erronea. num. 95.
Imo sunt synonima. nu. 100. (re. nu. 18.
Qui alienat alia lege dicitur fraudẽ cõmitte-
19 Consuetudo & forma seruanda, & quicquid agitur contra formam, est nullum.
20 Conuentio facta contra statutum, non tenet.
21 Priuati non possunt disponere contra Regni constitutiones. & num. 22.
23 Voluntas ultima est seruãda, nisi sit cõtra leges.
24 Lex ista quamuis permittat disponi de feudis, attamen non contra feudi naturã. et nu. 25.
26 Lex ista innouat, vt non requiratur consensus Principis: at non innouat, quòd possit disponi in præiudicium vocatorum ex natura feudi.
27 Quod pro regula in feudis datur, dicitur natura, alia dicuntur accidentia.
28 Successiones, quæ procedunt ex legibus, non regulantur secundum contractus.
29 Fœmina si admittitur ad successionem feudi, succedit maior fœmina.
30 Lex ista permittens disponi de feudo, debet intelligi secundum naturam feudi.
31 Natura feudi non potest tolli per priuatum in dicta constit. Regni.
32 Vassallus non potest illi feudum legare, ad quẽ ex natura feudi non potest transire.
33 Vassallus non potest post acquisitum feudum legem nouam et naturam imponere. & nu. 34.
35 Testati causa regulatur secundũ cãm intestati.
36 Testatoris dispositio tendens contra ius publicũ, non habet effectum.
Ea quæ dicuntur in contrarium, non procedunt quando mutatio formæ habet contradictionem legis, & offensionem iuris publici. n. 37.
38 Feudi à natura, data à Principe nõ est recedẽdũ
39 Constit. Regni, sunt leges positiuæ, & possunt tolli à Principe.
40 Priuatus non potest apponere pacta contra Regni constitut.
41 Constitut. quando vocãt certas personas, non potest disponi contra eas.
42 Feudum simpliciter præscriptum, censetur hæreditarium.
43 Feudum hæreditarium quilibet potest alienare, sicut de re allaudiali.
44 In eo, quo quis honoratur, potest grauari.
45 Natura feudorum per istã legem est immutata.
46 Relinquo verbum, propriè significat particularem substitutionem. (tutionis.
47 Feudatarius potest facere plures gradus substi
48 Hæres, verbum, in Regno importat illud idem, quod in allaudijs.
49 Feudorum natura per istam legem est immutata circa alienationem, in reliquis retinet propriam naturam. (rum.
50 Legis huius dispositio non derogat formæ feudo
51 Forma, pro te & hæredibus quibuscunque, complectitur etiã hæredes extraneos. & nu. 52.
53 Guid. Pap. loquitur attẽta Gallica cõsuetudine.
54 Feudorum natura in Regno ab intestato est strictissima.
55 Doctor non est allegandus, qui non disputat.
56 Ius non constituitur opinionibus, sed ratione.
57 Lex ista permittit testari, ergo vocare quẽ uelit
58 Feuda & allaudia, non æquiparantur.
59 Separatorum separata est ratio.
60 Relinquo uerbũ, generale ad quãlibet dispõnem.
61 Lex absolutè loquens, non est restringenda.
62 Lex ista non distinguit circa modum alienandi, ergo indistinctè intelligenda.
63 Basis quæstionis, an Baro possit mutare formam successionis ab intestato.
64 Leges quin in suo testamento locum habeant, nemo potest facere.
65 Lex ista corrigit tex. c. j. in princ. de succes. feu.
66 Feudi natura in Regno est, quòd possit alienari.
67 Feuda in Regno sunt degenerantia. & nu. 68. 69. sed non est verum.
70 Feudorum iure verbũ, hæres, intelligitur de descendentibus: at per istã legẽ cõprehenditur hæres extraneus, quod ẽ falsum. et nu. 71. 72
73 Allaudia cum feudis in Regno nullum commercium habent. (intentio.
74 Fauorabilis ne an odiosa, inspicitur principalis
75 Lex ista introducit consensum Principis.
76 Feudũ hæredit. nemo põt cõsequi, nisi sit hæres.
77 Cap. si aliquẽ, vocatur proximior, & hæres.
78 Ius non opinionibus statuendum est.
79 Mutanda minimè sunt, quæ interpretationem certam semper habuerunt.
80 Casus dubius relinquitur interpretationi consuetudinis. & nu. 81.

82 *Formam qui restringit, nō praiudicat agnatis, sed facit ius eorum magis certum.*
83 *Formam potest primus acquisitor elargare. Est verum, & non potest tergiuersari, quod possunt fieri plures gradus substitutionū. nu. 84.*
85 *Alienationis permissio per istam legem quouis modo, ergo per substitutiones.*
86 *Substituere, non est dare nouam formam.*
87 *Formam dare nil aliud est, nisi dare legem feudis, quomodo succedatur.*
88 *Forma quacunque ab intestato, in Regno recipit interpretationem à c. si aliquem.*
89 *Priuatus non potest recedere à forma data à Principe.*
90 *Alienatio vna & propria in qualibet persona consideratur.*
91 *Alienatio simplex quando fit in extraneum, nō dicitur mutari forma.*
92 *Succedēdi certus ordo cōsideratur ab intestato.*
93 *Substitutione non succeditur ab intestato, sed ex testamento.*
94 *Fideicommissum si deficit, penes vltimum remanet feudum eadem lege.*
96 *Intellectus tex. in c. j. §. profecto, de leg. Conra. & num. 101.*
97 *Forma verbū, nō reperitur in iuribus feudorū.*
98 *Forma est vocabulum Latinum, & elegans.*
99 *Forma idem est, quod species.*
102 *Inuestitura est quadam conuentio.*
103 *Leges dua feudorum, in Regno, vna ab intestato, & altera ex testamento, vel quacunque alia dispositione.*
104 *Legem per istam non derogatur constit. Regni, & c. si aliquem.*
105 *Gualter. consilium reprehenditur.*
106 *Legem per istam datur noua natura feudis.*
107 *Legem per istam non conceditur alienari, vt nō teneatur ad ea, qua sunt de natura feudi.*
108 *Dispositio dictans expressè, quòd ab intestato succedatur alio ordine, quàm à tradito à c. si aliquem, non tenet.*
109 *Bart. declaratur in §. quod si liberi.*
110 *Andr. declaratur in c. 1. de eo, qui sibi, & haredibus suis.*

AT non erit inutile tractare, an sicuti primus acquisitor potest alienare sub quacunque forma sit feudum in extraneum, pariformiter possit in quemlibet ex descendētibus disponere, & peruertere ordinem successionis ab intestato, & dare nouā viuēdi formā? Et hanc quæstionem tractaui supra sub hypothesi, an possint fieri plures gradus substitutionis. nunc eandem quæstionem retracto sub propria hypothesi. in qua quæstione Hierony. Fimia, Siculus Doctor non contemnēdus, in allegationibus in causa feudi Gasbę, tenet quòd nullatenus potest hoc facere Ba 1 ro his rationibus. Primò, † quia non valet consequētia, primus acquisitor potest dispo nere de feudo, & illud in extraneum alienare, ergo inter descendētes formam mutare; & inter descendentes nouum modum viuen 2 di dare, † quod solius Principis est, vt dicit Guliel. de Pern. consi. 6. col. 8. & sic dat modum viuendi. & licèt ipse Pern. non alleget, dicit Hierony. pro hac opinione esse tex. in 3 c. j. §. profecto, de leg. Conra. † vbi tex. quòd licèt feudatarius possit infeudare feudum, & sic de eo disponere, non tamen potest alia lege dare, quàm ipse habeat. & tamen loquitur in vassallo, qui ex legis dispositione pōt de feudo disponere, sicuti potest primus ac- 4 quisitor. † & stant ista simul, potest quis alienare, at nō mutare formā. & pro hac sua opinione adducit And. in c. j. col. 4. vers. quid er 5 go si pater, de nat. succes. feud. † qui And. decidit, ꝙ si pater acquirit feudum, licèt possit feudum illud alienare, quia est primus acquisitor, non pōt tamen illud vni filiorū in alio 6 rum præiudicium assignare: † loquitur enim And. in terminis iuris cōmunis feudorum, in quo oēs filij succedebant, c. oēs filij, si de feu. fuer. contr. inter dom. & agnat. sed illud pondero, dicit ipse Hieronym. ꝙ est primus acquisitor, qui potest alienare: at non pōt tamen in vnum filiorum, ex quo infert duo; vnum, quòd non valet consequentia, potest quis alienare, ergo formam mutare. alterum 7 † ꝙ licèt possit quis feudum alienare, non tamen potest nouam viuēdi formam dare inter descendentes, postquàm non potest dare vni filiorū in prę iudicium agnatorum, quod est minus, cùm isto casu ius Principis lædatur, cuius est viuendi formā dare. & ita allegat tenere Curt. seniorem, in consil. 25. qui loquitur in primo acquisitore, asserens hanc esse magis cōmunem opinionem. Secundò 8 mouetur, † ꝙ quando vassallus alienat, non contradicit formæ, sed dicitur præter formā facere. Si autem aliam formā, & viuēdi modum dat, formę contradicere dicitur, ad qđ inducit doctrinam Bart. in l. iurisiurandi, §. quod si liberi, ff. de oper. libert. qui Bart. dicit, ꝙ si vassallus, vel emphyteuta, feudum,

vel

vel emphyteusim dat vni, alios filios excludendo, contra legis dispositionem venit, nõ 9 sic alienando: † nam licèt alienatio sit contra filios, est tamen ex legis dispositione, ideo non offenduntur filij: at primo casu sic, scilicet aliter disponendo, offenditur enim conuentio habita cum concedente; & nimi rum, quia primo casu dispositio non est rebellis ad actum aliẽnãdo. Secundo casu sic, cũ cõtra conuentionẽ tẽdat postergando fœminam prioris gradus, & admittendo alias vlterioris, vel vocando vnum, cui non deferebatur tunc successio, & excludendo verum successorem. Tertiò adducebat auctoritatem Guliel. de Pern. in consil. 6. dum dicit, quòd solius Principis est dare formã per tex. in c. j. §. profectò, de leg. Conra. & ita residet in dictis allegationibus. at in allegationibus causæ Spaccafurni, altius repetens dicit, quòd in isto articulo, an primus acquisitor possit mutare formã, est animad-10 uertendum, † quòd tria sunt, quorum vnum non est aliud, vt eius verbis vtar: est enim primum feudi alienatio, secundum est formæ mutatio, tertium est nouæ legis datio feudi successioni. qui ergo ista tria conglutinant, facilè errant. & ideo sunt distinguen 11 di termini, & distinguendæ materiæ: † distinguendo enim veritas inuenitur, vt dicit Iurisconsultus in l. falsus, §. j. ff. de furt. Habemus itaque (dicit ipse) primò feudi alienationem, quæ est per actum inter viuos, vel vltimę voluntatis, in alium translatio. & hęc fieri potest, si forma non repugnat, quia sit larga forma, vel feudum nouum, quæ feudi alienatio, seu dispositio, differt à mutatione 12 formæ: potest enim hoc, † quia est dare feu di alienationem, seu translationem in alium prima forma remanente, si expresè non mutatur. nam erit feudum alienatum penès illum sub eadem forma, sub qua penès alienantem erat, si expresè non mutatur per ea, quæ scribit Bald. in c. j. de vassall. decrep. ætat. Secundò habemus formæ feudi muta-13 tionem, † quod est quid diuersum ab alienatione, nam datur mutatio formę absque eo, quòd alienatur feudum, non habens feudũ in larga forma potest illam restringere, & è contra primus acquisitor, habens feudum strictæ formæ, potest illud elargare penes eius descendentes feudo permanente, & illud non alienando, sed formam primam mu 14 tando, & sic fiat diuersa. Tertiò † habemus nouæ legis feudo dationem (vt ipse loquitur) diuersæ, seu contrariæ legis, sub qua fuit feudum acquisitum, prout in Regno omnes feudatarij possident feuda hac lege, nisi aliter exprimatur in inuestitura: quod si moritur vassallus, seu Baro ab intestato, succeditur in feudo secundum ius Francorum, etiã quòd feudum esset largæ formæ, quod procedit ex dispositione cap. si aliquem. vnde si Baro habẽs feudum, illud in vita vel in morte alienat, illud transfert sub hac lege, vt in illius successione ab intestato non seruetur ius Francorum, sic disponens diceretur nouam legem dare feudo: nam vbi primò recognoscebatur sub d. l. per dictum c. si aliquem, & modò recognosceretur, & haberetur sub alia lege contraria & noua, licèt in se habeat etiam formæ mutationem, tamen est datio nouæ legis feudo; & sic patet diuersa esse ista, scilicet dare nouam formam, & 15 nouam legem. Constat autem, † quòd per dationem nouæ formæ non offenditur, nisi illa prima forma inuestitura data, & ab acquirente stipulata, & ius tantum ipsius pri-16 uati offenditur. † Sed per dationem nouę legis nedum inuestitura prima, & sic ius priuatum offenditur, sed etiam offenduntur leges cõmunes Regni, quia isto modo dicitur prouideri cũ derogatione dictarũ legũ Regni. Et quãuis hoc sit verũ & clarum, tamen hoc dicit quidã antiquus Doctor in allegationibus Baroniæ Solanti, s. Anton. Compagna, vbi dicit ista verba, si vassallus alienat sine assensu domini, vel sub alia lege, verũ est qđ feudũ perdit: sed aduertẽdũ est, ꝙ licèt istud feudũ fuerit alienatũ sub alia forma, nõ propterea põt dici esse alienatũ sub alia lege, qa 17 ista differunt in iure feudorum. † Et quod sit differentia inter formã feudi, & legẽ feudi; & qđ primã possit mutare vassallus & secũdã non, adducit ipse Hieron. ad hoc tex. in c. j. §. profectò, de leg. Conra. iuncto §. similiter. qui tex. decidunt, ꝙ quãuis vassallus habeat potestatem infeudandi, & sic alienandi feudũ; attamen nõ põt sub alia lege dare, ideoq; ille tex. decidit istũ casum: nã quamuis vassallus habeat potestatem ex ista lege alienãdi feudũ, non tamen alia lege, quàm ipse habeat ea lege, vt si moritur ab intestato, iuxta tenorẽ & dispositionẽ c. si aliquẽ. ideoq; sub eadem lege erit penes illum emptorem, vel ĩ quẽ fuerit alienatũ per prędictã decisionẽ, & non poterit hoc ĩmutari p vassallum alie-

nantem. allegat etiam ad hoc glos. in cap. j. 18 in fin. de alien. feu. pater. † quòd qui alienat alia lege, quàm ipse tenet, dicitur fraudem committere, ut dicit etiam Guliel. de Pern. per eandem doctrinam in consi. 29. inter allaudialia, quòd emphyteuta non potest alienare alia lege, quàm ipse tenet. & idem dixit idem Gulielm. de Pern. in consil. 6. feudallum, col. 7. vers. sed quid. quod de contractibus non est curandum, quia contrahentes formam feudis nequeunt imponere, cũ hoc soli domino pertineat. & allegat pro casu d. c. j. §. profecto, de leg. Conra. & sic per legem quam allegat, loquitur de forma, quæ tendit ad nouam legis dationem. adducit etiam doctrinam Bal. in c. j. col. 4. vers. sed pone, consuetudo. de his, qui feud. dar. poss. & sequuntur ibi Doctor. dicit enim Bal. † quòd 19 si consuetudo est, quòd prælatus concedat feudum pro masculis, & ipse concedit pro masculis, & fœminis, quòd talis concessio, quò ad fœminas, non valet, ea sola ratione, quia quò ad masculos concessio est secundũ leges, & ideo valet; quò ad fœminas est contra leges, & ideo non valet, & loquitur in prælato, qui habet liberam potestatem in feudandi. sed quia consuetudo repugnat quò ad fœminas, vitiatur concessio: sic pariformiter erit, cum alia lege datur feudum, quia tendit contra legem scriptã, & cap. Regni: ideo vitiabitur dispositio, quamuis per istam legem habeat Baro licentiam alienandi feudum. Pro hoc etiam adducit in argumentum consi. Bal. 171. inter Illustrem, in 2. vol. 20 in nouiss. impress. ubi vult, † quòd si facta est conuentio, quòd in loco uiuatur de iure cõmuni, si aliqui priuati faciũt statutum, quòd fœmina non succedat, si ad hoc non accedit consensus Principis, non valet statutum. mouetur, quia tale statutum est contra ius commune, & conuentio erat in illo loco vt viuerent iure communi, consequenter statutum emanauit cõtra illam conuentionem. & hoc ex dicto infertur, quòd cum omnes feudatarii acquirentes feuda, viuant sub cap. & con- 21 stit. Regni, † si volunt priuati dispositionem facere contra tales leges, & capitula Regni, non possunt sine Principis consensu: nam feuda in Regno possidentur sub legibus Regni & constitutionibus, per quas fuit reprobata illa consuetudo praua, per quam filię excludebantur à successione feudi, ut in d. con- 22 stit. vt de successionibus. † ideoq; si priuatus

vellet facere dispositionem contra tales leges, rediretur ad prauam ac improbatam consuetudinem. adducit etiam decisio. Bal. in c. j. in princip. de success. feu. in addit. super verbo, soluto matrimo. qui dicit not. quod 23 † licèt vltima voluntas sit seruanda, tamen verum est totiẽs, quotiens nihil sit futurum contra leges; & sic licèt testatoris voluntas sit seruanda eo, quia esset primus acquisitor, vel feudum esset hæreditarium: si tamen futurum esset contra legem, non est seruanda contra legem. dicit ipse, quòd esset quando tenderet contra cap. si aliquem. Adducit etiam not. decisio. Gualter. de Patern. in consil. incipi. in causa Angel. Cumala. ubi dicit, 24 † quamuis primus acquisitor, uel habens feudum hæreditarium, possit de feudo disponere per c. Volentes, non potest (dicit ipse) tamen disponere contra naturam feudi in eos, in quos feudum de sui natura transire 25 non potest. & ideo consuluit ipse, † quòd mater prima acquisitrix non potuit feudum filiæ donare eo, quia ex natura feudorum in Regno est, quòd dum superest filius eiusdẽ gradus, non est locus fœminæ per constit. in aliquibus, & per c. si aliquem. Non obstat dicit ipse, c. Volentes, quia solùm videtur in- 26 nouate, † quòd non requiritur cõsensus Principis, & non innouat, quòd possit fieri alienatio in præiudicium succedentium ab intestato ex natura feudi. Item non obstat, quòd in feudo primus acquisitor possit nocere filio, quia illud est verum committendo fellonia, vel alienando olim, ubi alienatio erat prohibita. Sed cum hodie alienatio sit permissa per c. Volentes, non delinquit, ut feudum reuertatur ad dominium, nõ tamen potest mutare naturã feudi: ideoq; apertè vult tantus Doctor, quòd quamuis primus acquisitor, vel habens feudum hæreditarium, possit auctoritate istius legis illud alienare, non tamen immutare naturam eius feudi, & tollere ius venientibus ab intestato. quod & cõprobat ipse Hieron. dicens, quòd mutare inuestituram, seu formam datam per inuestituram, non est mutare naturam feudi, sed ac- 27 cidens. † Nam id, quod pro regula in feudis datur, appellatur natura feudi: quod vero singulari pacto de singulari consuetudine datur, id non dicitur, nec appellatur natura feudi, sed accidens. allegat Bal. in consil. 275. in cip. quod pro regula: in 2. vol. nouissimæ impressio. & ideo rectè dicitur, quòd primus acquisitor,

quisitor, vel habens feudum in larga forma, potest formam feudi mutare, quia illa non dicitur propria natura feudi; sed accidens, quia singulari pacto à Principe data est tali feudo. at per constitutiones Regni datur successio pro regula, ideo ista feudorum natura non potest mutari per priuatum, quia esset mutare leges cõmunes Regni, naturam feudi introducentes, & dantes, quod non licet priuato. Potuisset ad hoc allegare tex. in l. nemo potest, ff. de legat. j. & tex. in l. quidam decedens, ff. de administr. tutor. & subdit ipse, 28 † quòd Bal. dicit in dicto consil. in 3. col. quod successiones, quæ procedunt ex legibus, non regulantur secundum contractus, & propterea subdit Bald. in dicto consil. col. 7. vers. præsupposita, quod stante statuto, seu 29 consuetudine, † quòd fœminæ succedant in feudo, debet succedere maior fœminarum. & si consuetudo permittit testari de feudo, hoc intelligitur secundũ naturam ipsius feudi. vnde non potest per talem alienationem iuris qualitas commutari. ex quibus (dicit 30 ipse) infertur, † quòd licèt c. Volentes, permittat disponere de feudo nouo, vel hæreditario, vel illud alienare, intelligitur secundùm naturam feudi: nam quamuis iuris qualitas immutari & forma possit, attamen natura feudi & qualitas iuris immutari non possunt, 31 † quia non potest tolli per priuatum natura inducta a dictis cõstitutionibus Regni, quòd etiam comprobat ex decis. Alex. con- 32 sil. 30. col. 5. vol. j. qui voluit, † quòd vassallus non potest feudum illi legare, in quem ex natura ipsius feudi non potest transire. ad hoc etiam adducit Andr. in constit. Regni, honorem, in rubric. de vxor. non ducend. si- 33 ne permis. Cur. dicentem, † quòd Baroni post acquisitum feudum non licet legem nouam imponere & naturam. & quamuis const. Regni, si aliquem, loquatur ab intestato; atta- 34 men istud est, de quo disputatur, † quòd ista successio ab intestato inducta ab ipsis Regni constitutionibus, quæ dant naturam ipsi feu- 35 do, non põt immutari ab ipso priuato, † quia causa testati regulatur secundum causam intestati, l. hæredes mei, §. cum ita, & ibi Bart. ff. ad Trebell: pro quo adducit, quę tradit Socin. consil. 201. col. fin. vers. sequitur. cum 36 vers. sequen. dicens, † quòd dispositio testatoris tendens contra ius publicum, non habet effectum. quia licèt in ea adsit voluntas, attamen deficit potentia. adducit etiam decis. Bart. in dicta l. Iurisiurandi, in §. quod si liberi, quam adduxit etiam in allegationibus feudi Gasbę, & ex ipsa doctrina Bart. in d. §. quod si liberi, dicit ipse, potest responderi ad id, quod dicunt Doctores Regni, ꝙ primus acquisitor auctoritate istius legis potest mutare formam, quia est minus quàm in totum alienare: quia procedit argumentum, 37 † quando fit mutatio formæ taliter, quæ in se non habet contradictionem legis, sed tantùm offenditur prima inuestitura illam mutando, offendendo illam, & ius priuatum eius, & agnatorum: sed vbi etiam sequeretur offensio iuris publici, non valeret, quia tali casu nõ procedit regula, qui potest quod est plus, potest quod est minus. & fuit argumentum prius Ioan. Aloys. in causa Pictinei, quod sibi ascripsit tacito auctore. Adducit etiam ea, quæ scribit Ioan. Aloys. in lectura 38 istius legis, char. 7. qui dicit, † quòd cũ Princeps sit ille, qui dat naturam feudis, & ad eũ hoc spectat, non est ab illa natura data recedendum: ipse enim solus mutare potest naturalia, & naturam feudorum. & pro sua opinione allegat in terminis Hieron. de Francisco in allegationibus in causa Pictinei. pro hoc etiam allegat And. in c. j. §. nam & illud, vers. quid ergo. de eo, qui sibi, & hæred. suis. & quòd Andr. hoc dicat, interpretatur verba And. vbi dicit, quòd si Rex hodie daret cum pacto secundum illud cap. videlicet, concedo tibi feudum pro te, & hęredibus tuis masculis, & his deficientibus, fœminis; secundũ quam inuestituram, & c. j. descendentes masculi, licèt remotiores, excludunt filias fœminas; Quærit And. an ista forma, & inuestitura, tollatur & inualida reddatur per cõstit. Regni, in aliquibus, per quam à solo fratre excluditur, sed ipsa excludit oẽs alios agnatos remotiores? & concludit, quòd aut apparet de volũtate Principis, quòd voluerit per dictam inuestituram tollere dictam constitutionem statuentem contrarium dictę inuestituræ, & d. c. j. & isto casu valet inuestitura, & cessat constitutio, & filia excluditur ab agna 39 to quantumcunq; remotiori, † quia dicta cõstitutio ẽ lex positiua, & potest tolli per Principem. Aut non apparet, quòd voluerit constitutionem tollere, & tunc statur constitutioni, & non inuestiturę. & subdit ibi And. secus si priuatus tale pactum apponeret con- 40 tra dictam constitutionem, † quòd fœminæ excludantur per remotiores agnatos, quia hoc

hoc facere non poteſt, quia feudum non poteſt dare in Sicilia. Item quia iuri publico nō poteſt ipſe derogare, ut eſt dictum Andr. nō loquitur ab inteſtato, ſed loquitur in expreſſa diſpoſitione. item loquitur in primo acquiſitore, & in eo, qui poteſt feudum dare, & tamen non poteſt excludere fœminas propter remotiores agnatos, faciendo tale pactum, iuxta illud c.j.& contra dictam conſtitut. in aliquibus. ita ergo & in iſto caſu eſt dicendum, quòd non poteſt priuata perſona facere diſpoſitionem contra cap. ſi aliquem, & conſtit. in aliquibus. & vltra Andr. adducit gloſ. not. in conſtitut. Regni, ut de ſucceſſionibus in verbo, ex vtroque. quæ vult, † quòd ſi quis habet fratrem, qui ex illa conſuetudine debet ſuccedere excluſis aliis, & teſtatur de feudo in alium excluſo fratre, non valet diſpoſitio. non alia ratione mouetur, niſi quia conſtitutio uocet certas perſonas ad ſucceſſionem aliis excluſis; vnde aliæ perſonæ inſtitui non poſſunt, ſed illæ quæ per conſtitutionem vocantur: nam vocatæ per conſtitutionem habent potius à ſe ipſis, ideoq; eis adimi non poteſt, aliàs poſſet fraus committi, & ſemper excludi poſſent perſonæ vocatæ. ſubdit, quòd iſta deciſio decidit iſtum caſum, & ſic reſidet. Reſpondendo tamen ad adducta in contrarium, de quibus faciam mentionem in reſponſionibus (& in iſtam opinionem inclinaui in dicta cauſa Spaccafurni, nam fueram etiam compatronus in dicta cauſa) contrariam opinionem tenet Blaſc. in conſil. ſeu allegationibus ſeudi Gasbæ, ubi pro ſolutione conſiderat tres caſus. Primum, quando feudum eſt hæreditarium, vel ſimpliciter præſcriptum, † quod reputatur hæreditarium, ſecundum communem opinionem, de qua latè ſupra dixi; & in iſto caſu cum ſit mutata natura feudorum per c. Volentes, quia verbum, hæres, accipitur pro quocunque hærede. ideoque venit in petitione hæreditatis tale feudum, l. item videndum, ff. de petit. hæred. & venit in reſtitutione fideicommiſſi, l. ſi patroni, vbi Doctor. ff. ad Trebell. † & iſto caſu non ſolum primus acquiſitor, ſed etiam quicunque alius poteſt de eo diſponere, ſicuti de allaudiali; & dominus non poteſt conqueri, quod vaſſallus contrauenit formæ, quia dedit liberè feudum, & in maiori poteſtate cō ceſſa, cenſetur conceſſum id, quod minus eſt, auth. multo magis, C. de ſacroſanct. ecclef. & hæres grauatus minus poteſt, quod eius poteſtas ſit limitata, † quia in eo, in quo honoratur, poteſt grauari, l. ab eo, C. de fideicommiſ. & cæteri deſcendentes, qui poterant ſperare ad eos aliquo modo potius deuenire, minimè conqueri poſſunt, quia erat in manu concedentis per l. is poteſt, ff. de acquirend. hæredit. ſed per iſta dicta Blaſc. nullatenus infirmantur dicta Hieronymi: quinimò in tenore inueſtituræ, pro te & hæredibus de tuo corpore, & in eo tenore, qui eſt ſub clauſula iuris Francorum, conſentit cum eo in feudo ſolo, in quo tenor eſt largæ formæ, ab eo diſcrepat vnico fundamento, ſed elumbe. Attamen contra iſtam opinionem Hieronymi latè diſſeruit Hieronymus Caprona in dicta cauſa Spaccafurni, dicens primò ſuam opinionem contra Hieronymum Fimiam probari in iſta lege, † cum per eam ſit mutata natura feudorum, & data facultas Baronibus nedum alienandi feuda, ſed etiam in vltimis voluntatibus relinquendi, & legandi, quo caſu videtur conceſſa facultas faciendi plures gradus ſubſtitutionis. ponderat enim verbum, relinquere, † quod proprie ſignificat particularem ſubſtitutionem, ut dicit textus in l. ſi quis prioris, §. certum. in verbo, relinquendo, C. de ſecundis nuptiis. item ponderat verbum, in vltimis voluntatibus, quod comprehendit teſtamentum, l. prima, C. de ſacroſanct. eccleſijs, Ex his infert, quòd cum feudatarius poſſit teſtari, ergo poteſt illud etiam per fideicommiſſum relinquere, & plures gradus ſubſtitutionis facere, l. 2. & ibi Doctores, ff. de lega. primo, l. poteſt, ff. de liber. & poſthum. iſtud primum enthymema nil facit, † nam ipſe loquitur num feudatarius poſſit facere plures gradus ſubſtitutionis, quod forſan non negat Hieronymus Fimia, cum loquatur an ſic ſubſtituendo, poſſit dare nouam legem feudis, vt aliter ſuccedatur inter deſcendentes, quàm ſit ſtatutum à conſtitutio. & cap. Regni, quod eſt quid diuerſum, ut patet ex his, quæ dicit ipſe Hieronymus Fimia, & nihilominus ex illis legibus non probatur quòd aliter poſſint fieri plures gradus ſubſtitutionis in euerſionem ordinis ſuccedendi ab inteſtato, de quo ſolo quæritur. Secundò dicebat, † quòd cum per iſtam legem ſit mutata natura feudorum, & data facultas alienandi, ideoque verbum, hæres, in feudis

41 42 43 44 45 46 47 48

feudis importat illud idem, quod in allaudiis, & ideo comprehenduntur etiam extranei, quando est tenor inuestituræ, pro te & hæredibus, & veniunt in petitione hæreditatis, l. item videndum, §. fin. de petit. hęred. venit etiam in restitutione fideicommissi, l. si patroni, & ibi Docto. ff. ad Trebell. ideoque sunt feuda in Regno redacta ad instar allaudialium. ergo sicuti potest quis in bonis allaudij disponere ad suum libitum voluntatis, ita & pariformiter in feudalibus. & allegat ad hæc tam Blasc. quàm Ioan. Aloys. in lectura istius legis, dicens quòd Ioan. Aloys. allegat ad hæc quendam Doctorem vltramõtanum. Attamen nec ista habent aliquem neruum, nam verum est, quòd per istam legem sit immutata natura feudorum, sed est 49 hoc circa alienationem, † nam in reliquis retinent propriam naturam feudorum, vt probatur in c. j. de feu. non habent. propr. natur. 50 feud. ideoq; † dispositio istius legis non derogat formæ feudorum, quia dicunt omnes istam legem procedere, forma feudi non repugnante. cum ergo vis quæstionis stat, an possit feudatarius derogare illi formæ traditæ ab alia lege, scilicet à c. si aliquem, successioni feudorum: ideo videntur dicta argumẽ 51 ta parum stringere. Nec enim est verum, † ꝙ feuda in Sicilia sunt redacta ad instar allaudij, cum in omnibus retineant propriam naturã feudi præterquàm in alienatione, quod secus est in Regno Franciæ, vt dixi supra. Tertiò adducit decisionem Bald. in l. cum virum, circa finem, C. de fideicom. dicentis quòd si feudum est hæreditarium, quia quis accipit pro se & hęredibus suis quibuscunq;, ex quo tale feudum transit ad quoscunq; hæredes, venit tale feudum in restitutione fideicommissi, sicuti cætera bona, argu. c. j. de feud. non habent. propr. natur. feud. At in Re 52 gno dicit ipse, † feuda transeunt ad quoscunque hæredes, forma non repugnante; ergo illud etiam argumẽtum non habet neruum, quia est a remotis, nam de vno quæritur de alio præiudicatur. quæritur enim an Baro possit dare nouam legem feudo circa successionem, & argumentatur quòd feuda transeunt ad extraneos hæredes & veniunt in restitutione fideicommissi, quæ sunt diuersa. Quartò adducit auctoritatem Guid. Pap. cõsil. 14. 18. & dicit ita sentire Bernard. de Medic. in compendio super c. Volentes, & ita uidetur sentire etiã Guliel. de Pern. in lectura istius legis, & in consil. j. idem Gulielm. de Pern. in consil. 11. & Doctores allegantes in causa Pictinei, qui omnes tenent pro firmo posse feudatarium facere plures gradus sub-53 stitutionis. attamen † Guid. Pap. in dictis cõsiliis, non probat aliquid, quia ipse loquitur attenta consuetudine Regni Frácię, qua feuda circa successionem sunt ad instar allaudia-54 lium, quod non est in isto Regno, † cum ab intestato natura feudorum sit strictissima, & succeditur iure Francorum, ut habetur in c. si aliquem, & in hoc stat pondus istius quæstionis, an possit derogari formæ dicti c. si aliquem, substituendo. Non obstant aliæ auctoritates, quia non disputant de hoc: quia 55 quamuis hoc præsupponant, † attamen non est habendus pro auctoritate Docto. qui nõ disputat, quamuis eius verba decidant casum, vt dicit Abbat. in c. bonę, il secondo, de translat. prælat. Cum. consil. 101. Soc. iunior consi. j. col. pen. vol. j. Secundò nos certamus 56 de veritate, & non de opinionibus. † non enim ex multitudine auctorum, sed ex ratione ius constituendum est, l. j. §. sed neq;, C. de veteri iure enuclean. & habetur Exodi c. 23. quo loco dixit dominus Mosi, In iudicio non acquiesces plurimorum sententiæ, ut à veritate deuies. facit tex. in c. ego solis, 95. distint. ideoq; quando auctoritates allegatæ dicerent, non vrgerent, vt relicta veritate, illis acquiescamus: & nihil dicunt super eo de quo quæritur. Quartò & vltimò, propius accedens ad id, de quo agimus, respondet argumento fundato super const. in aliquibus, 57 & c. si aliquem, † quòd procedunt illa iura ab intestato. cum ergo feudatarius potest testari stante hac lege, sequitur quòd possit vocare quem uelit, pro vt in allaudiis. aliàs facultas testandi data per istam legem resolueretur in nihilum, & sequeretur quòd nec in patrimonialibus quis posset disponere in suo testamento, quod succederent alii quàm vocati ab intestato, quod est absurdissimum, & contra omnia iura; & subdit, quòd miratur de ista noua consideratione, quæ nullo iure fundatur, & nihilominus posset responderi, quod argumentum non concludit, quia du-58 citur à non æquiparatis: † nam feuda & allaudia non ęquiparantur, maximè in successio-59 ne ab intestato; ideoq; † quamuis valeat argumentum ab æquiparatis, attamen nullatenus à disiunctis, quia separatorum separata est ratio, l. Papinianus exuli, in fine, ff. de minorib.

noribus.& quòd sint separata quo ad successionem, patet expresè, & non indiget probatione: nam altera natura est feudorum in Regno successionis ab intestato, & altera allaudialium. ideoq; a distinctis & separatis non fit optimum argumentum, per d.l. Papinianus exuli, ff.de minorib. ideoq; iste Doctor videtur, quòd non tollat omnimodo argumenta partis aduersæ, neq; bene fundat opinionem suam: at latius tuetur istam partem Ferrand. Boniornus in eadem causa Spaccafurni, dicens primò hanc opinionem probari per verbum, Relinquo, positum in hac le-
60 ge,† quod generaliter ad quamlibet vltimæ voluntatis dispositionem adaptatur, vt voluit Bar.& post eum cæteri scripsere, in l.his verbis, ff.de hæred.instit. etiam per fideicõmissum, ut per Ioann.de Imol.ibi, & est tex.in l. quod, §.fin.ff.ad Trebell. comprehenditur ergo omnis casus, qui sub illo verbo significatur, l.j.§.generaliter, ff.de legar. præstan. & est tex. in l.j.§.prætor, ff.de alcat.
61 & dicit Roman.consil.295.nu.4.† quòd quãdo lex absolutè loquitur, non est nostrum restringere. allegat l.de precio, ff.de public.illud verbum, relinquo, adaptatur c. Volẽtes, ergo pariter eius dispositio, l.2.§.j.ff.de iudic. Paul.consil. 221.in hoc processu, uol.j.
62 in nouis 503.consil. 113.col.2.lib.4.† cum ergo c. Volentes, non distinguat inter vnum modum & alium, ergo nec nos distinguere debemus. istud primum argumentum nullum habet neruum, nam esto quòd possint auctoritate legis istius fieri plures gradus
63 substitutionis,† attamen vis,& basis quæstionis stat, an possit hoc facere, mutando formam successionis in feudo traditam à constit.& cap.Regni, scilicet inter descẽdentes, & comprehensos in inuestitura, vel vocatos à c.si aliquẽ. & possit aliter disponere, quàm sit ordinatum per const. & cap.Regni. in qua quæstione nil facit istud suum laboriosum
64 argumentum:† nam quantumuis quis à lege habeat potestatem testandi, non tamen potest testari eo modo, quòd leges in suo testamento locum non habeant, l.nemo potest, ff. de legat.j.nec enim potest euitare ius publicum, nec formam mutare antiquitus constitutam, ut Iulianus Iurisconsultus dicit in l. quidam decedens, in princip. ff.de administrat.tutor.quod argumentum istud nec per somnium attingit, neque etiam id, de quo tractatur. Secundò mouetur, quòd verbum, quolibet alienationis titulo, positum in hac lege, etiam refertur ad vltimas voluntates, iuxta theoricam Bart. in l. si idem cum eodem, §.final.ff.de iurisdict. om. iud. ergo etiam titulo fideicommissi, quia appellatione alienationis venit omnis actus, per quem dominium transfertur, §. alienationis, in Authen. de non alien. l. final. de reb. alien. non alienan.& quia illud, quolibet, est vniuersale distributiuum; si falsum esset, quòd nõ posset titulo fideicommissi transferri, tota ratio redderetur falsa, l.si is, qui ducenta, §.vtrum, ff.de reb.dub.Bar. in l.hoc articulo, ff.de hæred.instit. istud etiam sicut & primum, subuertitur eadem ratione, cum nil concludat circa id, de quo agimus: nam quamuis illud verbum, quolibet, sit vniuersale, & comprehendat omne genus alienationis, & etiam fideicommissum; attamen non debet, nec potest comprehendere nouæ legis feudo dationem, vt verbis Hieronymi vtar. nam ipse asserit hæc esse diuersa, cui tamen non respondent in hoc argumento. Tertiò mouetur,
65 † quia lex ista corrigit leges inhibentes alienationem feudorum, & corrigit necessariò c.j.de success.feudo.& constit. hac edictali. quæ sequitur constit. constitutionem, vt dicit Gulielm. de Pern.in consil.j. Bonan. in causa Galati, quia manifestè disponit contrarium. Sublatis ergo his legibus, quid remanet obstaculi, vt non habeant locum omnes leges loquentes de fideicommissis? Potest responderi, remanet obstaculum, quia remanet incolumis const. in aliquibus, & c.si aliquem, quæ dant certam formam & legem, vt succedatur in feudis; & ideo istud argumentum est vanum, sicuti & priora, cum de vno dicitur, & ad aliud respondetur. Quartò mouetur, quòd per istam legem est immutata natura feudorum, vt sint alienabilia, sicuti erant prius feuda non habentia propriã naturam feudi, vt iudicauit Infans Ioannes in causa Vicari, pro vt post dictam sententiã omnes Doctores hoc tenent, ideoq; in con-
66 trarium disputationes non admittuntur.† ergo in Regno natura feudi est, quòd sit alienabile, cum hoc sit regulare per istam legem, ut scribit Bal.in consil.275.quod pro regula, vol.2.cum ergo primitus feuda non poterant alienari, c.j.de success.feud.l.Imperialem, de prohib.feud.alien. per Frede.& constit. constitutionem, ista lex tamen facit regulam in contrarium, vt feuda sint alienabilia.

Ex

ex his infert, quòd correctis legibus impedientibus alienationem feudorum, nullum superest impedimentum, quin possit substituere vassallus testator. sed vis stat, an taliter substituere, vt subuertatur ordo & forma succedendi antiquitus cõstituta per constit. Regni? & de hoc quæritur, contra quod nugatur potius, quàm argumentatur iste Doctor, cum tota vis argumentorum suorum tendat contra id, de quo non disputatur, nec

67 quæritur. Quintò mouetur, † quia feuda in Regno sunt degenerantia per istam legem, meritò quolibet alienationis titulo possunt in alium transferri, iuxta tex. in c.j. ibi, vel aliter si sibi placuerit, de feud. non habent. propri. natu. feu. Præ cæteris istud argumentum ē dilutum & imbecille, nam vltra quòd

68 non est verum, † quòd ista lex reducat naturam feudorum ad terminos c.j. de feud. non

69 habent. propr. natur. feu. † attamen in successione ab intestato, sub qualibet forma sit cõcessum priuilegium, seruatur ius Francorum per c. si aliquem, de quo tractatur, an possit per testatorem derogari sic substituendo. & cum vt sæpesæpius dixi, basis quæstionis sit, an possit formæ d. c. si aliquem, per testatorem sic disponendo derogari; iste Doctor inculcat plures rationes ad probandam potestatem feudatarij alienandi feudum per fideicommissum, de quo non quæritur, nec

70 disputatur. Sextò mouetur etiam, † quòd verbum, hæres, secundum consuetudines feudorum intelligitur de descendentibus, c.j. §. & si clientulus, de alien. feu. c.j. §. cum verò Conradus. qui feu. dare poss. c.j. §. profectò, de leg. Conra. & non venit in restitutione fideicommissi. sed si verba inuestituræ sunt talia, quæ comprehendant etiam quemcunq; hæredem, etiam extraneum, tunc in fideicõmisso vniuersali venit feudum; & vult Bald. in l. cum virum, C. de fideicom. Alex. in l. si patroni, ff. ad Trebell. col. pen. Ias. in præludiis, nu 46. & Ioan. Aloys. in lectura istius le

71 gis, in primo effectu. sed † verbum, hæres, per istam legem comprehendit etiam quemcunq; hæredem extraneum, vt per omnes in lectura istius legis, ideo feudum hæreditarium venit in fideicommisso. sequitur, quòd possit fieri specialis substitutio ĩ feudis, quia si non potest specialiter disponere, non posset nec generaliter, scribit Bal in l. fin. §. in computatione, C. de iure deliber. Bart. in l. si quis sub conditione, ff. de condit. instit. & ita residet in isto suo sexto argumento, quod argumentum non efficit aliud, nisi quòd auctoritate istius legis feudatarius potest per fideicommissum substituere. at quod possit peruertendo formā datam à constitu. & cap. Regni, nil facit, & ideo argumentatur extra

72 id, de quo quæritur. Septimò mouetur, † quia feuda hæreditaria hodie in Regno per istam legem sunt redacta ad instar allaudialium, vt scribit Pern. consil. 8. col. 3. & scribentes super hac lege, sicuti in Regno Franciæ propter consuetudinem alienandi dicit Ioan. Faber Instit. de rer. diuis. in princip. de empt. & vendit. in prin. & in §. item Seruiana, de action. Guid. Pap. decis. 59. Cassan. consil. 66. Rip. lib. j. Resp. num. 70. & in simili consuetudine Dec. consil. 586. in causa contra Martinum. ergo possunt fieri plures gradus substitutionis, sicuti in allaudialibus, l. j. cum ibi not. ff. de legat. j. & ad istud propositum arguit quidam subtilis Doctor, quem refert, & sequitur, & commendat Ioan. Aloys. in lectura istius legis, vt ipse dicit in primo effectu. isto modo argumentari, vt sæpesæpius dixi, potius est nugari, cum sit more Andabata-

73 rum pugnare, caligatis & clausis oculis: † nã quantumuis circa alienationem feuda in Regno sint redacta ad instar allaudii, at in successione ab intestato, quid commercij habent in Regno allaudia cum feudis, cum sint distinctæ & separatæ successiones. cum ergo tractetur, vt sæpius dixi, an possit testator feudatarius substituendo derogare formæ antiquitus traditæ per constit. & cap. Regni, in successione inter descendentes & collaterales, quid oportet tot verba effundere circa id, de quo non agitur? Poterit quispiam dicere, tu cur sic recenses omnia argumenta? Respondeo, vt videatur veritas istius quæstionis; & quia non possunt ab omnibus haberi scripta istorum Doctorum, ideoque ad vnguem recenseo. Apparet ergo istud etiam argumentum, sicut cætera, dilutum; cum contineat illud idem, quod prima, quamuis diuersis medijs. Octauò adducit rationem, quia ista lex est fauorabilis; nam licèt in consequentiam possit redundare in odium, & grauamen filiorum, vel eorum, qui grauantur,

74 tamen † ad discernendum dispositionem, an sit fauorabilis, vel odiosa, inspicitur principalis intētio Legislatoris, l. qui exceptionē, ff. de condict. indebit. & quòd fuerit fauorabilis, probat tex. l. ibi, longius solito posse gaude-

gaudere,& ideo vassallorum fauore.Item in fra,dum dicit,intuitu seruitiorum.ideoq; remunerationem seruitiorum,ergo est fauorabilis. ideo debet latè interpretari, vt tenent Gulielm.de Pern.consil.8.& Gualter.in tracta.suo,vers.5. loco.& Ioan. Aloys.in c.Volentes,vt ipse dicit.& in consilio vtrum Bonsignorus. facit, quia reducit rem ad regulas iuris communis, ergo dispositio dicti c.non verificatur in prima dispositione, etiam si rātum consensum Principis induceret, vt dicit Felin.in c.j.in 3. fallent.de treg.& pac.ubi limitat regulam S. hoc sermone,non procedere in fauorabilibus. Potest responderi,quòd procederet forsan argumentum, si tractaretur vtrum possint fieri plures gradus substitutionis. at cum tractamus, an possit feudatarius nouam legem feudis imponere inter descendentes & collaterales, tale enthimema nil facit, vt de se patet, & non indiget probatione.

75 Nonò, † quia c.Volentes, introducit etiam consensum Regis,vt dicunt Docto.in hac eadem lege, ergo potest substituere & grauare successorem de restituendo, quia cū consensu domini potest subiici fideicommisso,& grauari hæres de restituendo,nisi potestas alienandi sit restricta ad actus inter viuos,vt tenet Franc.Curt.consil.71.col.4.nu.10. Istud protinus nil facit, quia vis stat, an talis consensus extēdatur ad derogationem alterius l.videlicet,constit.in aliquibus,& c. si aliquem. & an cōsensus præstitus circa alienationem extendatur ad nouæ legis dationem,pro vt loquitur Hieron.Fimia, & ideo non stringit.Decimò arguit,quòd sicuti potest vassallus alienare in extraneum,& priuare totam eius agnationem feudo; ergo multo magis priuare aliquos, & alios vocare, quod est minus, auth.multo magis, cum simil.de sacrosanct. eccles.istud argumentum stringit,& est Gualter.& aliorum.cui tamen respondet Hieron. Fimia per doctrinā Bart. in l.iurisiurandi, §.quod si liberi,ff.de oper. libert.vt supra dictum est. Vndecimo arguit,

76 † quòd ad feudum hæreditarium nemo potest aspirare,nisi sit hæres mediatè uel immediare, vt tenent Andr.in c.j.an agnat. Franc. Curt.iuni. consil. 136. & consi.155.Albert. Brun.consil.24. & consil.80.subdit ergo aut volens contradicere non est hęres,& non potest;aut est hæres, & minus potest,quia non potest contrauenire facto defuncti, l.cum à matre,cum similib.C.de rei vendic.neç inuētarium releuat,vt tenet Ánd.in c.j.an agnat. & in c.j.§.quid ergo,de inuest.de re alie.fac. Alex.consi.24.vol.5.Curt.iunior consi.150. nu.16.Afflict. in c.j.an agnat. & decis. 12.& 240. Deū immortalem, quid facit calor pugnæ, vt dicant etiam alioquin viri litterati quicquid in buccam venit: nā quid futilius poterat dici,& argumentari in hac quæstione,

77 cum data nullitate dispositionis, † quia consensus præstitus per istam legem non extenditur ad istum casum in successione ab intestato,per c.si aliquem, vocatur proximior, & hęres reuocat per constit.constitutionem, & ibi Afflict.meritò argumentum hoc est futile,& inane,ac dilutum.Duodecimò firmat istam partem, quam tuetur auctoritate multorum,scilicet Saccarusæ, qui non dicit hoc expresse, sed præsupponit vt dictum est; & aliàs dixi, quòd non censetur auctoritas Doctoris,nec est alleganda, quando non disputat illam quæstionem, quamuis videatur decidere illam, vt scribit Socin.iunior in consil.j.col. pen.lib.j. adducit etiam Pern.consil.j. qui laborat eodem morbo, & Pern.in consil.11. & consil.105.& 106.in allaudialibus, & Ioan. Aloys.in causa Tonnariæ Milatij,& Bonan.in causa Galati, & Blasc.in consil.Castellucij.nam isti Doctor.non attingūt istam quęstionem,nec firmant, nec decidunt

78 eam, † Prærerea non opinionibus, sed ratione statuendum est ius, l.j.§.sed neq;, C. de vete.iure enucle. ut est tex. Exodi c.23.ideoque certandum est de veritate,& non de opinione, cum opinio non fundata ratione naturali, secundum Socratem & Platonem, teneat medium inter verum & falsum. Vlti-

79 mò adducit,† quod ita semper fuit interpretatum, & minime mutanda sunt quæ interpretationem certam semper habuerunt, l.minimè, & l.si de interpretatione, ff.de ll. & dicit Bal.in c.j.§.fin.per quos fiat inuestit.

80 † quòd dubium feudorum relinquitur interpretatione consuetudinis, siue sit dubium facti,siue sit iuris,quod est notandum secundū Ioan. Aloys. ad intellectus, quos tenet magna Curia ad istam legem. Istud argumentum esset satis efficax, si in hoc appareret de

81 ista consuetudine:† nam quando est diuersitas opinionum,opinio illa,quam roborat cōsuetudo, etiam si appareret altera communis & vera,tenenda est, vt latè deducit Dec. in c.at si clerici,in princip.de iudic.col.17.at non apparet de ista consuetudine in magna

Curia, nam ea, quæ recenset ipse de consil. Pern. 106. in causa feudi di lo Fraxino, & de causa Sclafani, in qua consuluerunt Alexan. Barba. Corn. & Bald. Nouell. & in Regno Prothon. Christophor. de Benedict. & alij complures, & quòd consuluit, vel potius iustificationes dedit, Iacob. Bonan. in causa feudi Galafi. quamuis nil demonstretur ex his de ipsa consuetudine: attamen quando cōstaret, essent quòd possint fieri plures gradus substitutionis, de quo articulo non quæritur, & nullatenus reperitur ista consuetudo circa id, de quo quæritur, an pluries substituendo possit per tales substitutiones immutare Baro ordinem succedendi traditum à constit. & cap. Regni, quando substitutio fit inter descendentes & collaterales, & id est de quo quæritur, ad quod nil dicitur. Et si dicatur, quomodo possunt esse plures gradus substitutionum, quin derogetur d. constit. Regni? Responsio est clara, quando fierent substitutiones isto modo, quòd si Titius moriatur sine filiis, succedat Caius & si Caius, & inter extraneos, & non inter descē dentes, & collaterales, dando ordinem, & legem quomodo succedatur in feudo: nam hoc modo fierent plures gradus substitutionis, & tamen non derogatur dictis constitutionibus, quod secus esset, quando fuisset facta substitutio inter descendentes, & aliter datur ordo succedendi, quàm est statutus à constitut. & cap. Regni, & istud est, de quo quæritur. contra quod nil facit illa consuetudo, & interpretatio, cum contra eam nil disponat. Ideoque apparet euidenter, quòd ista opinio ab istis patribus pessimè defendatur, cum de vno quæratur, & ipsi ad aliud penitus diuersum dirigant spicula. Sed quid dicendum? Dico, quòd est tenenda ista opinio contra Hieronymum Fimiam; quæ vera est, & non potest obnubilari; ideo recino palinodiam illius, quod dixi inseruiens causæ in dicta causa Spaccafurni, nunc melius perpēdens & considerans: nam tunc temporis eram iuuenis, & potius tyro quàm miles. quamuis etiam hodie (vt rectius & verius loquar) non sim miles in sciētia aliqua; & quia principalis scopus istius quæstionis est de mutatione tenoris, seu formæ inuestituræ, ideo paucula quædam prælibabo circa ea, quæ conferent ad decisionem istius quæstionis. Et primò est videndum, † an tenor inuestituræ merè hæreditariæ (quam formam largam vocant Siculi) possit per feudatarium restringi auctoritate istius legis; & in hoc Gualter. de Patern. in commento istius legis dicit, quòd sic; quia cum possit alienare in extraneum, & sic priuare in totum, quod est maius, multo fortius restringere formam, vt arguit Imperator in auth. multo magis, C. de sacrosanct. eccl. & sequitur Gualter. Blasc. in ista lege. Idem tenet idem Gualte. in consilio Furnari; adducens rationes, † quòd restringendo non præiudicat agnatis, quia facit eorum ius magis certum. allegat in argu. tex. in c. j. §. è contrario, de inuestit. de re alien. fact. & in istam opinionem pedibus it Pern. si dicta eius bene ponderentur in 4. not. in iustificatione sententiæ Conuicini. Quæ conclusio sine scrupo procedit, quādo restrictio esset in forma cōmuni pro te & hæredibus de tuo corpore; vel adiiciatur clausula iuris Francorum. sed quando restrictio esset admissiua masculorū, & expulsiua fœminarum, adhuc remaneret scrupus propiùs quæstionis nostræ, de qua inferius. & iste casus simpliciter sic formatus, prout loquuntur dicti Docto. non habet aliquid dubitationis. & in isto casu non curatur, sit primus acquisitor nec ne, cum forma non repugnet. Secundò, quid è conuerso, an forma stricta, vt dicunt Siculi, possit elargari in præiudicium agnatorum? Et in hoc breuiter dicendum, † quòd primus acquisitor potest, cum vt superius dictum est, non ligatur forma, & possit in quemlibet extraneum in perpetuum alienari, secundum communem & receptam opinionem in Regno, de qua supra latius. quod procedit, etiam si esset forma sub clausula iuris Francorum, quicquid dixerit Blasc. in consil. Camaratæ, quem supra latius reprobaui. At alij non possunt, quia auctoritas istius legis non extenditur ad præiudicium agnatorum, quia forma repugnat. & ideo omnes dicunt, quòd ista lex nō habet efficaciam forma repugnāte, & in his non repugnat Hieronymus Fimia. Tertiò videndum est de illa quæstione, ī qua quæritur, an possit immutare nouas formas inducendo, præter solitas cum derogatione constitut. in aliquibus, & c. Regni, si aliquem, quod negat Hieron. Fimia. Ego autem istam suam opinionem minimè puto veram: nam cum verum sit, & non possit ter

81 82 83

84 giuersari, † quòd fieri possunt plures gradus substitutionis, vt contra Loffred. & Ioan. Aloys. & cæteros supra tenui, & verè protinus redditur falsa Hieronymi opinio. nam præcipuum suum fundamentum, quo decli net hoc, est vanum, & commentitium, dum effingit talem substitutionem continere nouę legis dationem feudo, nam hoc commen

85 tum nil efficit, cum nec iure probetur: † nam cum permittatur per istam legem alienatio feudorum quouis modo, quid vetat fieri alienatio per substitutiones legitimas in testamento, vel in donatione causa mortis, iuxta tex. & ibi Docto. in l. j. C. de donat. cau. mort. vel inter viuos disponere, iuxta text. in l. quotiés, C. de donat. quæ sub mod.? certè nil repugnat, & nō est istud dare formam feudis, quod ad solum Principem spectat, vt dicit Pern. in consil. 6. & idem in 4. not. in iustificatione sententiæ Conuicini, per tex. in c. j. §. profectò, de leg. Conra. & in hoc solo fundamento consistit opinio Hieronymi. nam omnia argumenta ad hoc tendunt, & sunt confirmationes, quę omnia facilè euitantur, nam intellecto quid sit dare formam

86 feudis, facilè deprehenditur, † quòd taliter substituere, non sit nouam formam dare feudis: & ideo videndum quid sit dare formā feudis, & istud est clarissimum, & expedi-

87 tum: † nam est dare legem feudis, quomodo in eo succedatur. hoc probat tex. allegatus in dicto c. j. §. profecto, de leg. Conra. prout in illo casu, cum sit datum feudum pro acceptore, & eius hæredibus, qui hæredes tunc intelligebantur descendentes masculi. talis erat forma, vt masculi succederēt,

88 & fœminę excludebantur. † Hodie talis forma, & quæcunque alia, accipit interpretationem à c. si aliquem, & constitut. Regni, vt comprehendat etiam fœminas, vt per And. in c. j. de eo, qui sibi & hæred. & expresè dicitur in fine c. si aliquem, dum vult dispositionem dicti c. inesse ipso iure in quacunq; concessione, vt docet Guliel. de Pern. in lectura dicti cap. & in consil. 7. & consil. 21. facit doctrina Bart. in l. iurisiurandi, §. quòd si liberi, ff. de oper. liber. & latè congerit Loffre. in consil. 19. ideoque cum talis fuerit forma tradita feudis à Principe, non est pri-

89 uati ab ea recedere, † quia ipse non potest nouam formam imponere suo feudo, quamuis habeat potestatem infeudandi, vt patet in dicto §. profecto, & istud est, quod dicit Pern. quòd contrahentes non possunt dare formam feudis, in dicto consilio 6. & in iustificatione sententiæ Conuicini. Ideoque feudatarius, qui habebat ex illis consuetudinibus feudorum potestatem disponendi, non poterat alia lege dare, nisi qua ipse habebat. non enim nouam formam imponere poterat ipse, quàm Princeps non expresserit: meritò secundum varias opiniones vel perdebat feudum tanquàm alienans contra legem concedentis positam feudo, vel quòd additio ad illam formam, esset pro nihilo. at cum tractatur de alienatione feudi, quæ permittitur per istam legem quouis modo,

90 quamuis sit multiplex: attamen † in qualibet persona censetur vna & propria alienatio, vt docet Andræas in cap. j. in fine. qui success. teneant. & in l. j. §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Fredericum. facit tex. & ibi glo. & Doctores, in l. stipulatio, §. si quis ita, ff. de verborum obligat. cum ergo talis successio fit ex dispositione feudatarij, cui permittitur per istam legem quouis modo alienare, non potest dici, nec cogitari aliquid de noua lege, seu tenore in

91 uestituræ, seu forma data feudo: † nam sicuti quando fit alienatio simplex in extraneum, non dicitur mutari forma, nec alia dari lege, nisi qua ipse habeat, per tex. in dicto §. profecto. pariformiter extincta alienatione in personam primi, penes secundum, & deinceps sequentes, cum in persona cuiuslibet fit noua alienatio, erit semper feudum sub illo tenore inuestituræ & lege, qua ipse disponens habebat. verum quòd ipse non habet feudum tanquàm vocatus ab ipsa lege feudi, sed tanquàm ille, in quem deriuauit dispositio feudatarij disponentis fulcita auctoritate huius legis. & si dicatur, non ne est hoc dare nouam legem feudis, ex quo statuitur certus ordo succedendi? Respondetur, quod non: nam certus ordo succedendi consideratur ab intestato, vt pro

92 bat tex. in dicto §. profecto, † & clarè statuitur in cap. si aliquem, interpretato hoc modo, etiam per constitutionem Frederici, incip. constitutionē. at isto modo nō est successio ab intestato, nec receditur in successione ab intestato à forma tradita à dictis con-

93 stit. & c. Regni, † sed succedit̄ ex testamēto, vel alia dispositione ex voluntate, ac dispositione

tione disponentis auctoritate istius legis, cui nō derogatur in aliquo per c. si aliquem. quia vtraque lex seruatur in casu suo, & non sunt contrariæ. † ideoque si aliquando defecerit fideicommissum, penes vltimum remanebit sub illa lege, qua erat apud primum disponentem. Ideoque euidentissimè demōstratum est per tales substitutiones, nec derogari formæ, nec etiam aliquid immutari, nec tolli de ordine succedendi tradito à const.it.& cap. Regni, cum illa vendicent sibi locum ab intestato, & non quando fit dispositio auctoritate attributa feudatariis ab ista lege, quia per fideicōmissum succeditur ipsi testatori ex testamento, l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulga.& pupill. substit. & ista resolutio dilucidior apparebit ex responsis, quæ fient ad contraria, ad quæ accingor.

Et respondendo sigillatim, primò non obstat illa differentia, quam conatur astruere inter formā feudi, & legem feudi: † quia cōmentitia, erronea, atque nulla cauetur lege, nec Antonius Compagna in allegationibus causæ Solanti, aliquid dicit. & quando diceret sine lege, non esset ei credendum. erubescimus etenim cum sine lege loquimur, l. illam, C. de collat. cum similib. & ipse Hierony. pessimè probat istam suam differentiam, nam totum eius fundamentum est in probādo talem confictam differentiam in tex. c. j. §. profecto, de leg. Conrad. † qui tex. minimè probat, ne per somnium quidem, eius intentionem: nam tex. nullam differentiam facit inter formam feudi & legem feudi. nā vero verius est, quòd vnum & idem est nulla interiecta differentia, forma & lex feudi: † nam in consuetudinibus feudorum non reperitur forma inuestituræ, sed tenor, vt dicit tex. in cap. j. de duobus fratribus, à Capit. de benefic. & ibi not. Bald. dicens, quòd tenor inuestituræ derogat omni naturę feudorum, & sic in simili dicit Imperator in l. fin. C. commun. vtriusque iudic. stipulationis paternæ tenor, & quòd in dicto cap. j. vocatur tenor inuestituræ, & in dicto cap. j. §. profectò, de leg. Conrad. vocatur lex feudi, & hoc dicit ibi Andræas, qui exponit, lege, hoc est pacto, & sic est idem pactum inuestituræ feudi, & tenor inuestituræ, & lex inuestituræ, vt probatur in dictis iuribus, & Andr. in dicto §. profecto, allegat tex. in l. legem, C. de pactis, vbi text. quòd idem est lex conuentionis, quod pactum. & nimirum hoc, cum infeudatio sit contractus secundum Andr. in prælud. quem cæteri sequūtur, in 5. quæst. & contractus ex conuentione legem accipiunt, vt est tex. in l. j. §. si conuenerit, ff. deposit. nimirum si pactum stipulatione adiecta contractui, & inuestiturę feudi, dicatur lex per prædicta, sicuti dicitur tenor inuestituræ. † Siculi verò nouo vocabulo tenorem inuestituræ, seu legem, vocāt formam inuestituræ eleganti & erudito verbo: nam forma est verbum Latinissimum, si loqui sic possimus, & eo vtuntur Iurisconsulti. & vel vnū locum sufficit citare, videlicet in l. cum quidam decedens, in fine prin. ff. de admin. tut. ibi, formam antiquitus cōstitutā īmutare. ideoq; cū nil aliud sit tenor, seu lex inuestituræ, nisi quędā forma adiecta ipsi cōtractui feudali, meritò Siculi nostri vocarūt formam inuestiturę, sicuti Bal. in c. j. in fine, an cęc. mut. vel aliter imperfect. & eleganter, cum forma sit idem, quod species, vt docet Cicero in Topic. ideoque patet, † ꝙ inter ista tria nulla sit differentia, ideo totum eius argumentum, quod in hoc falso fundamēto tenet, & circūuoluitur, fędè protinus necesse est vt dilabatur, cum ipse concedat posse formā feudi restringi, ac mutari; sed nō lex feudi, † cū hęc sint synonima, & illud idē significēt. ideoq; nūc facilius respondetur d. §. profecto, † ꝙ quāuis feudatarius habuisset potestatē infeudandi, attamen eo tenore, & forma inuestiturę debet ipse dare, qua & ipse tenebat, non aliter: quia si aliter fiebat, cōtēnebatur dominus. at in ista hypothesi nō tractatur, vt superius dictum est, vt feudū transeat alia lege, & forma penes illū, ī quē fit alienatio, qua concedens habebat; sed vt vigore fideicōmissi feudū trāseat ad fideicōmissariū, penes quem si resoluitur vis fideicōmissi, nō erit inconueniens dicere, ꝙ penes illum, ad quē transit feudū, remaneat ea lege, qua disponens habebat, de qua qōne inferius specificè tractatur, & per superius dicta patet responsio ad glo. in c. j. de alien. feudi pater. ad consil. Pern. 29. in allaudialibus, & consil. 6. feudalium. quod verum dicunt, ꝙ non potest feudatarius inspecto illo iure, alia lege, vel forma dare feudum, qua ipse habeat. at titulus quęstionis nostræ non versatur circa isthæc, vt supra dictum est. Patet etiam ex responsionibus ad decis. Bald. in c. j. de his, qui feud. dar. poss. nam cum consuetudo in illo casu tantum concedebat fieri inuestitu-

ram pro masculis, adiectio fœminarum erat necesse euacuari ex defectu potestatis, quia ad eas non extendebatur potestas Prælati. at lex ista concedit liberam potestatem Baronibus alienandi quouis modo, icciico nil facit. illa decisio Bald. & inductio Hierony à dictis Bal. est nimis coacta. Non obstat decisio Bald. in consil. 171. inter Illustrem, lib. 2. quia nil protinus facit ad nostram hypothesim, nec verbis, nec ratione, nec interpretatione. nam Bald. ibi disputat, & decidit, quòd statutum priuatorum non tollit conuentionem inter Principes initam, nisi de consensu Principis. Quid hoc ad istud, de quo quæritur? Et quatenus ipse Hierony-
102 mus dicit, † quòd inuestitura est quædam conuentio, vt viuatur sub cap. & constit. Re-
103 gni, est hoc verum; sed † in Regno sunt duę leges, vna ab intestato, altera ex testamento, vel quacunque alia dispositione. ideoque succedente casu successionis ab intestato, seruabuntur leges disponentes de successione ab intestato; quando verè disponitur, seruabitur dispositio Baronis, & isto casu nec pilum quidem facit decisio Bald. nec minus inductio Hieronymi, quia disponendo Baro de feudo, etiam faciendo plures gradus sub
104 stitutionis, seruat l. hanc, † per quam non derogatur constitutionibus Regni loquentibus de successione ab intestato, cum illæ remanent illæsæ in casu suo. Et ex his respondetur Bald. in c. j. in princ. in additio. de succ. feud. quòd quis non potest disponere quid futurum sit contra leges: nam ista decisio est vera, & procederet eo casu, quādo expressè fieret dispositio, quòd in feudis ab intestato succedatur certo modo contra ordinem traditum à c. si aliquem. at isto casu nil fit contra leges, imò cum maxima auctoritate tradita ab hac lege nostra. Non obstat
105 Gualter. quia credo, † quòd ipse consuluit eo tempore in illo casu, quando tenebatur illa erronea opinio, quòd per istam legem nō fiebat præiudicium agnatis in feudis antiqs, prout fuit iudicatum in causa Ciminnæ. sed quia hoc non potest esse, quia loquitur do matre, prima acquisitrice: ideo respondet Hierony. Capron. quod Gualter. loquitur, quia fuit dispositio in fœminam existente masculo & fœmina, non est æquè digna, prout latius īfra loco suo tractabo. At ista respōsio non valet obolum, quia cū fœmina alienaret, & esset feudum fœmineum, lex ista nō requirit, nisi paritatem inter alienantē, & eū in quē fit alienatio. at cū in casu Gualt. vtraque esset fœmina, in totū conuellitur, & concidit responsio Hierony. Capr. Quid respondēdum, nisi ꝙ Gualt. malè, ac pessimè consuluit ī casu suo, quia eius cōsiliū nō fundatur aliqua lege: nā erubescimus, cū sine lege loquimus, l. illā, C. de collatio. cū ergo Gualt. in d. cons. sicco pede trāsierit, nec rationem, nec auctoritatem, nec necessariam rationem adducens, non est ei credendū, nec deferendum, c. ego solis, 9. dist. & quod falsum consuluerit Gualt. patet, ꝙ cum illa fœmina fuerit prima acquisitrix, & alienauit in fœminā & filiam sexus eiusdem, & dignitatis, quę poterat etiam in extraneā fœminam nobilem alienare, quid repugnat, quin valeat alienatio? Dicat Gualt. qua ratione mouetur, quia non potest contra naturā feudi alienare. De qua natura loqueris Gualt.? si loqueris de natura primęua feudorum, quòd non poterant alienari, hoc totum est correctum per istam leg. vt supra dictum est, & nemo discrepat. Si loqueris de natura feudi, & successionis ab intestato, nil facit ad casum, qui loquitur in dispositione Baronis: nam si sentiret, ꝙ per c. Volentes, non potest derogari & præiudicari agnatis, esset contra illud, quod ipse tenet in literis missis Nicolao Speciali, & contra communem, & receptā opinionem in Regno, & in feudo nouo contra oēs, qui scripserunt, & scribunt super hac lege. iccirco nil facit Gualt. in d. consi. quia malè, ac pessimè loquutus est, nulla ratione, nec auctoritate motus, sed tantum ex capite suo loquutus, inferuiens causæ. Minus etiam obstant ea, quæ ex Bald. adducit in consil. 176. quod pro regula, nam argumentum totum retorquetur cō-
106 tra eum, † cum sit per istam legem noua natura data feudis, vt possint alienari in præiudicium agnatorum, nisi pacto coerceantur. Ideoque primus acquisitor, vel quilibet in tenore inuestituræ hæreditariæ merę, poterit mutare, & restringere, & disponere prout vult, argument. tex. in auth. multo magis, C. de sacrosan. eccles. Et quatenus subdit Bald. in dicto consil. versic. supposita, quòd consuetudo, vel statutum permittens alienationem feudorum, intelligitur secundum ipsius rei naturam, vt ff. de vsufruct. l. si stipulatus. & non potest qualitas immutari, c. j. §. eadem lege. de leg. Conrad. & l. in venditione, ff. de actio. empt. nil facit contra, nam

nam Bal. ibi accipit naturam feudi id, quod est satisdatio de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, vt patet in dicta l. si vsusfructus, per 107 eum allegata. † Ideoque non poterit aliena re feudum per istam legem, vt non teneatur ad ea, quæ sunt de natura feudi. nec enim poterit qualitas immutari, vt patet in dicto §. eadem lege. vt feudum nobile alienetur non æquali, sed est cautum per hanc legem, nec quod ab intestato immutetur ordo successionis. & ita loquitur Bald. Ideoque patet expresse, quòd ista doctrina Bald. nil penitus facit ad hanc nostram quæstionem. Non obstat decisio Alexand. in consil. 30. col. 5. num. 11. quia Alex. loquitur eo casu, quo natura ipsius feudi repelleret illam personã, cui legatur, seu in quem disponitur; & esset persona inhabilis, vt contingeret, si alienaretur in clericum, in ecclesiam, vel in fœminam stantibus consuetudinibus feudorũ, vel etiam stante hac lege, secundum opinionem aliquorum. & ista non est quæstio nostra, nam ista quæstio præsupponit habilem illum, in quem dirigitur dispositio, aliàs corrueret. Ideoque decisio Alex. nil protinus facit, nec etiam Andr. in dicta constitut. honorem, quia in ista hypothesi non tractatur de dando nouam naturam feudo, sed de dispositionẽ tantum, salua & illibata remanente natura feudi. & quatenus dicit, quòd ordo traditus à c. si aliquem, non potest mutari, 108 benè dicit, † quando dispositio dictaret, ꝙ ab intestato succedatur alio ordine, quàm tradito à c. si aliquem. quia hoc non posset, & est tex. in l. nemo potest, ff. de legat. j. & hoc est, quod voluit Socin. in dicto consil. 201. per eum allegato. At quando disponitur, non reluctatur legi, cum succedatur ex dispositione, illæsa remanente constit. si aliquem, in casu suo. alioquin sequeretur, ꝙ cũ hæreditas deferatur certo ordine ex lege duodecim tabularum, quòd non valeret dispositio, quæ alio ordine per fideicommissum, vel inter viuos assignaret bona disponẽtis, quod totum est contra tex. in l. j. C. de sacrosan. ecclesi. & contra titulum totum ff. & C. de vulg. & pupil. substit. & contra tex. in l. 109 quotiens, C. de donat. quæ sub modo. † Non obstat doctrina Bar. in l. vt iurisiurandi, §. qđ si liberi, C. de ope. liber. quæ adducĩ ad tollendum argu. auth. multo magis, C. de sacrosan. eccl. nã illa decis. Bar. nil protinus facit. nam ipse dicit, ꝙ quando non soluit emphyteuta canonem, quãuis priuet filios ob eius renitentiam in soluendo, non tamen subuertit conuentionẽ, quinimò ex natura conuentionis venit priuatio. at quando postergat cęteros filios vni dando, offendit cõuentionẽ, quæ oĩbus tradit. at in casu nostro nulla conuentio offenditur, stat enim natura feudi in suo robore ab intestato, vt succedatur eo modo, quo disponitur per c. si aliquem. stat etiã illæsa natura assumpta feudorum tradita per istam legem, vt quilibet possit disponere de suis feudis, meritò disponendo isto modo, non offendit conuentionem, imò illam seruat seruando dispositionẽ istius legis, vt patet, & manifestè fit ex seipso, & non indiget aliqua probatione. Non obstat Andr. in c. j. 110 de eo, qui sibi, & hęred. suis. † qa And. apertissimis verbis tenet istã partem, quã ego teneo. nam ibi dicit, ꝙ Rex potest dare feudũ pro hęredibus masculis, & his deficientibus, fœminis: & in hoc casu nõ seruabitur dispositio constitutionum Regni, quia Princeps quando vult, tollit hæc positiua, quia rei suæ quilibet est moderator & arbiter, l. in re mãdata, C. manda. & hoc posset etiam priuatus conuenire expressim, vt consanguineus excludat filium patrui per regulam, rei suæ quilibet est moderator & arbiter, dicta l. in re mandata, C. manda. Cum ergo feuda in Regno assumpserint naturam allaudialium circa alienationem, stat in mera voluntate feudatarij, quomodo vult expresse disponere, videlicet post mortem Caij deueniat ad Titium, quia rei suę quilibet est moderator & arbiter, & istud vult, & decidit And. in d. c. j. verum subdit, ꝙ priuatus dãs feudũ in casu, quo põt in Regno Siciliæ, nõ posset dicere, volo quòd nõ habeat locum cõstitutio Regni, in aliqbus, per tex. in l. nemo, ff. de leg. j. & l. quidã decedens, in princ. ff. de administ. tuto. Ratio est, quia iuri publico non potest derogari, l. cerdonem, ff. de oper. liber. sed subdit ipse, facere pactum, quòd nepos vel talis postponatur tali masculo, hoc potest, quia non est cõtra legẽ fieri: hoc probat tex. in l. si qs Semproniũ, ff. de hæred. instit. & sic patet, ꝙ And. per tex. in d. l. si quis Sempronium, ff. de hær. instit. decidit, quod si expresse dicatur in datione feudi, quòd constitut. Regni non habet locum, vitiatur datio, quia contra legem. Attamen & si hoc non exprimitur, sed disponitur eo modo, quo tacitè illud idem efficiatur, non vitiatur dispositio, &

& istud voluit Andr. & expressa sunt eius verba. ideoque Andr. est pro opinione, quã tuemur, cum hypothesi nostra nulla expressa mentio derogationis, nec constit. nec cap. Regni, quamuis tacitè possit dispositio illud efficere, quod est fortius, cum sub hypothesi nostra seruetur illæsa & constitu. & cap. Regni, vt sæpius dixi. Non obstat glo. in constitu. vt de successionibus, quia loquitur inspecto iure constitutionum Regni, secundum quod non poterat feudatarius disponere de feudo, nisi in comprehensis in inuestitura; secus per istam legem, secundum quam potest vassallus ad libitum disponere, dummodò forma feudi non repugnet, cum sit receptum hodie post sententiam latam in causa Vicari per Infantem Ioannem, in alienatione feudorum præiudicari agnatis, & vocatis per inuestituram in feudis hæreditariis. ideoque apparet manifestè, quàm sit aliena à proposito decisio illius glo. quamuis ipse dicat, quòd decidat casum, cum nil protinus faciat ad casum. Non obstat Andr. allegatus in causa Gasbç, videlicet in c. j. col. 4. vers. quid ergo si pater. de success. feud. qui vult, quod pater non potest vni filiorum feudum relinquere, inductus eo modo, quo ipse inducit, & supra relatum est: quia vltra quod sit iuris controuersi, & multi tenent contrariam opinionem; attamen in Regno esset sopita illa quæstio per hanc legem, quando forma non repugnat. Ideoque sublatis omnibus argumẽtis adductis per Hieronymum Fimiã, tenenda est opinio vera contra eum, secundum quam solet semper magna Curia iudicare.

SVMMAE.

1 *Lex ista an procedat in subfeudis.*
2 *Lex ista loquitur de feudo, quod tenetur à Regia Curia.*
3 *Lex ista loquitur in præiudicium Principis tantum.*
4 *Lex ista non procedit forma repugnante.*
5 *Andr. stante opinione, quòd subfeudum non potest alienari absque cõsensu Baronis, ista lex non procedit, cum non sit sublatus eius consensus. & num. 6.*
7 *Legem per istam corriguntur cõstitutiones Frederici, quæ constitutiones includunt Baronem infeudantem. & num. 8. 9. (recta.*
10 *Lex corrigens extenditur ad limites legis cor-*
11 *Legẽ per istã est immutata natura feudorum.*
12 *Lex in Regno non est, quæ prohibeat alienationem feudorum.*
13 *Lex generaliter loquens, debet generaliter intelligi.*
14 *Lex ista est fauorabilis.*
15 *Blasc. opinio mala.*
16 *Subfeudum tenetur mediatè à Regia Curia.*
17 *Lex nedum fauorabilis, sed etiam pœnalis extenditur ad casum improprium.*
18 *Andr. est decisio, quòd subfeudum tenetur à Regia Curia.*
19 *Subfeudi in alienatione multi tenent nõ requiri nisi consensum Principis.*
*Casus iste comprehenditur sub hac lege, correctis constitutionibus Regni. nu. 20.*

QVAERO, an ista lex vendicet sibi locum in subfeudis Baronum, 1 † vt subfeudatarius possit absq; licentia Baronis & consensu, alienare subfeudum? in qua quæst. Blasc. Lanz. in hac l. in 2. q. tenet, ꝙ non; motus primò 2 per istam legem, † in qua bis reperitur de feudatario, qui tenet à Curia Regis. Ideoq; nõ vendicat sibi locum in alio feudatario tenente ab alio, quàm à Rege. Secundò probat ra- 3 tione hoc modo, † quia ista lex loquitur in præiudicium Principis tantùm, & non aliorum, vt ex communi opinione oẽs interpretantur hanc legem, ꝙ ista lex non procedit, 4 quãdo tenor inuestituræ repugnat. † Cũ ergo ante hanc legem tenentes feuda à Comite & Barone, sine licẽtia Comitis, vel Baronis, 5 non poterant illud alienare, vt tenet Andr. de Iser. in constitu. constitutionem, & in c. 6 Imperialem, in princ. † ergo per istam legẽ non est sublatus eorum consensus, & expressè apparet in tex. in quo solus Principis consensus est sublatus: ibi, sine licentia celsitudinis nostræ. ergo non tollitur licentia aliorum, vbi alterius licentia requireretur, cum iste casus non sit comprehensus in lege, ideoque stabit in dispositione iuris communis, l. præcipimus, C. de appella. Attamen his non obstantibus, contrariam partem teneo de iu- 7 re veriorem: † nam per istam legem corriguntur expressè constitutiones, & leges Frederici, inhibentes alienationes feudorum; 8 & in legibus Frederici, † videlicet in c. Imperialem, in princ. est expressa prohibitio, ne alienetur feudum sine licentia, ad quem 9 feudum dignoscitur pertinere, † quod & includit Baronem infeudantem, vt tenet Andræas in dicta l. prima, in princip. in 3. col. & sequun-

& sequuntur alii, & declarat glos. in constit. constitutionem, in verbo, licentia. ideoque 10 † lex corrigens extenditur ad limites legis correctæ, vt in auth. de fili. nat. ante instrum. dotal. & tenet Bart. in l. nihil, ff. de coniung. cum emancip. lib. & scribit Corn. loquens de ista lege, in consi. 199. sub nu. 63. vol. 2. cum ergo leges correctę loquantur de licentia Baronis mediatè infeudantis, ideoque ista lex corrigens comprehendit easdem, & illas corrigit. 11 Præterea omnes dicunt, † quòd per istã legem est immutata natura feudorum circa alienationem, nam cum primitus feuda essent inalienabilia ex consuetudinibus feudorum, & ex constit. Regni, per istam legem est immutatum, vt possint alienari, vt docet Gualter. in literis missis Nicolao Speciali, tunc Viceregi, super intellectu istius legis, & scribit Pern. consil. 8. & tenent omnes Siculi, tam in lectura istius legis, quàm in consiliis, & allegationibus. sequitur quòd eo ipso, quòd est feudum, potest alienari absque 12 consensu alicuius, quia non est lex, † quę prohibeat alienationem feudorum in Regno, quia sunt correctæ constitutiones Frederici inhibentes alienationes feudorum. Præterea 13 † ista lex indistinctè & generaliter loquitur, & circa dispositionem, & circa correctionem constitutionum Frederici, ergo generaliter, & indistinctè debet intelligi, etiam si sit maior ratio in vno casu, quàm in alio, vt probat tex. in l. j. §. j. & ibi glo. & Docto. ff. de aleato. l. j. §. generaliter, ff. de legat. pręstand. sciuisset vtiq; Legislator excipere, si voluisset: cum ergo non excepetit istum casum, satis constat voluisse includere, l. de precio, ff. de public. facit tex. in l. vnica, §. sin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen. & elegantius Cicero in 2. Rethor. de Inuentio. Præterea, 14 † ista lex est fauorabilis, vt dicit Pern. in dicto consi. 8 & omnes Doctores Siculi sequũtur. cum ergo sit fauorabilis, ideo extendenda, vt comprehendat etiam subfeuda per ea, quæ voluit Andr. in rubric. de consuetu. rect. feu. & Capi. in c. Imperialem, in princip. col. 5. de prohib. feu. aliena. per Frede. ideo 15 que † ex his apparet, Blasc. malè sensisse in hoc. Non obstant allegata per eum; & primò quòd lex ista loquitur de feudis, quę tenẽtur à Curia, ergo non comprehendit feuda, quæ tenentur à Baronibus: quia quamuis non te 16 neat subfeudatarius à Rege, † attamen quòd teneat mediatè, non potest negari, cum tota Baronia fuerit collata à Rege Baroni. & quã uis postea ipse Baro infeudauerit excadentias, quæ potest constit. constitutionem. ideo que cum ex permissu ipsius Principis fit infeudatio per Baronem, iam negari non potest, quin etiam teneatur mediatè à Rege tale subfeudum, quia vassallus vassalli domini, dicitur domini vassallus, quando est vassallus respectu eiusdẽ rei concessæ, vt voluit Bart. in l. de accessionibus, ff. de diuers. & tẽpor. præscrip. Bart. in l. Claudius, col. final. ff. qui pot. in pignor. habeant. scribunt Dec. & Cagnol. in l. consilij, §. socij, ff. de regul. iur. & elegantius Alciat. in l. Modestinus respondit, ff. de verb. signif. & quamuis dicat hoc esse ex lata interpretatione; attamen 17 † cum ista lex sit fauore plena, vt sæpius dictum est supra, est extẽdenda, & nihilominus etiam lex pœnalis extenditur ad casum improprium, vt est tex. elegans in l. filium habeo, ff. ad Macedo. quem exornant Doctores in l. si constante, ff. solu. matri. & Roman. consil. 429. ideoq; cum fuerit dictum de Baronibus tenentibus feuda à Curia Regis, intelligi debet etiam de subfeudatariis, qui quamuis non immediatè, sed mediatè, tamen intelliguntur tenere à primo domino. & ista interpretatio tanto fortius suadetur, quia per ipsammet legem declarauit Princeps quid senserit, corrigens expressissimis verbis, scilicet constit. Frederici, inhibentes alienationes feudorum. Sed quid necesse argumentis vti, 18 † cum sit dare decisiones, quòd subfeudatarij etiam dicuntur tenere feuda in capite, vt scribit And. in c. j. col. 3. de controuers. feud. apud par. Cur. termin. & in c. j. vbi Sigism. in addit. de natur. success. feud. ideoq; non consistit argumentatio Blasc. Non obstat, quod in l. dicitur tantùm de licentia celsitudinis nostræ, quia iste Doctor, quamuis acutus, & alioquin disertus, in hoc tamen deploratissimè cecutit, nam Rex Fredericus auctor legis, dum statuit corrigere constitutiones pro aui sui Frederici, inhibẽtes alienationes feudorum, dum dixit, absq; licentia celsitudinis nostræ, respexit ad constit. constitutionem, quę illis vtitur verbis. per quæ verba constitutionis aliqui volebant, quòd in alienatione subfeudi solus consensus Principis requiritur mediati domini, & non Baronis, vt recitat And. in d. l. Imperialem, col. 4. de prohib. alien. feu. per Frede. 19 † & quod sit sola necessaria licentia domini directi mediati, & nõ immediati

mediati Baronis, tenet glos. & ibi Bald. in l. Imperialem, §. illud, ff. de prohib. feu. alien. per Freder. Aluaro. Præposit. in d. l. Imperialem, in princip. vbi allegant alios. hanc opinionem tenet etiam & Bald. in l. permittente, C. ad Macedon. per tex. elegantem in l. filium habeo, ff. ad Macedon. idem tenet Roman. in l. filiusfamilias, ff. de acquir. hæredit. & Ias. in l. fin. nu. 88. C. de iure emphit. & scribunt Canonistæ, Ioan. Andr. Hostiens. Zabarell. & cæteri, in c. potuit, de locat. & ista opinio efficacissimè probatur in dicta constitut. constitutionem. quę cum loquatur de feudis simpliciter, & indistinctè, & comprehendat omne feudum; attamen non requirit, nisi licentiam Regis in alienatione. & sequendo istam opinionem, quæ & vera est, frustra disputaret Blasc. attamen tenendo opinionem contrariam, quam tenet Andr. in d. constitu. constitutionem, quod requiratur consensus vtriusq;, quam opinionem tenet etiam Petrus de Monte in addit. ad dictam constit. & ibidem Afflict. & Andr. & Martin. Laudens. & Afflict. in d. l. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Freder. qui And. tenet, quòd in omnibus feudis de iure requiratur consensus vtriusq;, quamuis dicat de consuetudine seruari Neapoli, quòd in feudis planis, & de tabula, requiratur solus consensus Baronis. si ergo requiritur consensus Regis, & Baronis; remisso vno exprefsè, censetur remissus & alter tacitè: nam hoc probat Paul. Iurisconsultus in l. nihil, ff. de coniungen. cum emancip. liber. nam quamuis in edicto cautum esset solum, vt pater præstaret legata illis personis exceptis, & nulla cautio de nepote; attamen Pau. Iurisconsultus dicit, quòd potest superior sermo & ad hunc casum referri, & hoc propter absurdum vitandum, ne filius videatur plusquàm pater habere, cum in eadē conditione in eandem partem vocetur pariformiter. & in isto casu, quamuis lex ista dicat tantùm de consensu Regis, & nil dicat de consensu Baronis; attamen talis sermo potest & ad hunc casum referri, cum Rex & Baro vocentur æqua conditione ad dictum cōsensum præstandum, ne sequatur absurdum; quod Rex remittens, suum retineat Baro; & maximè cum nulla remaneat lex Baroni, quæ requirat consensum domini in alienatione feudi, cum sint correctæ per istam legem. faciunt ea, quæ scribit Bart. in l. tutela, §. si parens, ff. de legit. tu. Non obstat, † quòd

20 iste casus non comprehenditur sub ista lege, quia falsum: nam sunt correctæ specificè cōstitutiones Frederici, requirentes cōsensum Principis & Baronis, secundum opinionem Andr. ideoque ista opinio Blasc. non est vera, nec tenenda.

SVMMAE.

1 *Feudi in datione in Regno si sit appositum pactum de non alienando, an facta alienatione transferatur dominium.*

2 *Andræas tenuit, quòd tale pactum non afficiat emptorem in Regno, nec transferatur dominium.*

3 *Legi finali C. de reb. alie. non alien. bene respondent Docto.*

4 *L. ea lege, Docto. confirmantes communem, bene respondent.*

5 *Opinio communis tenenda est, quia vera.*

6 *Gualter. opinio, & Blasci contra Andr. discutitur.*

7 *Tex. in l. ea lege, procedit quando apponitur super re transeunte in accipientem pleno iure.*

8 *Blasc. Lanz. dicit, quòd Andr. communiter reprobatur.*

9 *Ius, qui conseruat sibi aliquod, si facit pactum de non alienando, impedit translationem dominij.*

10 *Contractus Principis habet vim legis.*

11 *Pactum quotiens reducit ad ius commune & pristinum ius, cōprehendit prohibitio etiam casum permissum.*

12 *Legis prohibitio & hominis, impedit translationem dominij.*

13 *Dominium vtile, quod est donatum, iam transfertur pleno iure.*

14 *Alienationis prohibitio in testamento, impedit translationem dominij.*

15 *Actio personalis, ex l. quotiens, oritur & non realis. & nu. 16.*

17 *Decij & Crauet. discutitur opinio, qui tenuerūt contrarium.*

18 *Dec. deceptus auctoritate Specula. quam non intellexit. & nu. 19. 20.*

21 *Dominium sine traditione non transfertur.*

22 *Agnato subsequenti in gradu datur utilis actio.*

23 *Andr. videtur astruere, quòd ex l. quotiens, datur vtilis actio.*

24 *Andr. non est sibi contrarius.*

25 *§. hoc quoque loquitur in feudo pacti & prouidentiæ Principis.*

*Feudo in hæreditario esset vtilis quæstio. n. 26.*

27 *Feu-*

27 *Feudum pacti & prouidentiæ Principis, est restitutioni subiectum.*
28 *Testatoris prohibitio impedit dominij translationem.*
29 *Legis prohibitio impedit dominij translationẽ.*
30 *Andr. se ipsum declarat.*
31 *Andræas non dicit, quòd ex l. quotiens, datur vtilis rei vendicatio.*
32 *Concessio vna ac noua in persona cuiuslibet censetur.*
33 *Andr. adducit l. quotiens, in argumentum.*
34 *Loffred. non bene percepit mentem Andr.*
35 *Feuda hæreditaria in nullo discrepant ab allaudialibus circa alienationem.*
36 *Contractus pro accipientibus & hæredibus transit ad hæredes, nulla facta dispositione.*
37 *Ratione legis cessante, cessat eius dispositio.*
38 *Ratio vendicat locum in feudo pacti & prouidentiæ Principis.*
39 *Bal. opinio examinatur.*
40 *Bal. reprobatur ab Aretino, quòd pactum de nõ alienando inducat manus iniectionem.*
41 *Dictio, ne, non facit conditionem.*
42 *Doctori non creditur, etiam præcellenti, loquenti sine lege.*
43 *Argumentum à simili tunc valet, quando est omnimoda similitudo.*
44 *Vsufructuarij, & feudatarij dissimilitudo.*
45 *Pactum iudicatur secundum propriam naturam feudi.*
46 *Feuda in Regno alienabilia sunt.*
47 *Hypotheca afficit ipsam rem.*
48 *Retentio debet esse in re, quæ alienatur.*
49 *Agnatus nullum ius retentum habet in utili dominio.*
50 *Contractus Principis absolutè non habet vim legis.*
51 *Princeps condendo legem, facit vt Princeps, & ea non ligatur.*
52 *Princeps contrahendo, condere legem non est censendus.*
53 *Tex. in l. Cæsar, de public. procedit, quia ibi constat de mente Principis.*
54 *Tex. in dicta l. Cæsar, non probat, quòd contractus Principis sit lex.*
55 *Principi quicquid placet, est lex.*
56 *Pacti verba diriguntur ad contrahentes.*
57 *Legis de essentia est, quòd fiat causa cognita.*
58 *Legis de essentia est promulgatio.*
59 *Contrahens ante promulgatam legem si scivit, tenetur ad interesse.*
60 *Manifesta in commune fieri, non est aliud, nisi publicare.*
61 *Legis ad esse tria requiruntur; institutio, promulgatio, & approbatio.*
62 *Lex ante publicationem non dicitur.*
63 *Natura idem importat, quod substantia.*
64 *Lege promulgata si scit quis, statim ligatur.*
65 *Ripa decipitur in intellectu glossarum, quas allegat.*
66 *Abbatis opinio declaratur.*
67 *Contractus Principis impossibile est, quod sit lex, si non fiat causa cognita.*
68 *Legislator quotiens decidit aliquid, debet intelligi, omnia alia necessaria actui interfuisse.*
69 *Tex. l. penul. C. de donat. inter vir. & vxor. intellectus. & nu. 70.*
71 *Contractu Principis transfertur dominium sine traditione. & nu. 72.*
73 *Principis de mente quando apparet, dominium transfertur.*
74 *Lex non transfert, nisi statuat sic Princeps.*
75 *Feudorum natura in Regno est, quòd alienẽtur.*
76 *Andr. censetur approbatus, quando non impugnatur.*
77 *A regula non est recedendum, nisi probetur exceptio.*
78 *L. 2. C. de iur. emphyt. impeditur translatio dominij, quia lex prohibet.*
79 *Ius veritate, non opinionibus, statuendum est.*
80 *Bal. quæstio diuersa à quæstione Andr.*
81 *Blasc. assertio falsa, quòd Doctores communiter tenent contra Andr.*
82 *Andr. loquitur contra communem, quo ad modum.*
83 *Bal. & Blasc. opinio procederet respectu domini, & non agnatorum. & nu. 84.*
85 *Dispositio in his intelligitur, si dominus voluerit.*
86 *Dominus si consentit alienationi, non posset reuocare.*

QVAERO subsequenter, stante dispositione istius legis, † per quam natura feudorum est immutata, vt possint alienari absque aliquo consensu domini, quid si in datione feudi sit appositum pactum de non alienando, ut sit vestitum; an si contra fit transeat dominium in emptorem, adeoq; agnatus non posset reuocare feudum ab emptore, sed tãtùm agere ad interesse cõtra alienantem? & And. in c. j. §. præterea, & §. item. quib. mod. feud. amitt. & in c. j. §. hoc quoque, in fin. verb. de successi. feud. & in c. j. §. sed nec alia iustior, & ibi expressè sequitur Afflict. quæ sit pri. caus. benef. amitt. tenet, † quòd tale pactum cum sit

sit personale, non afficit emptorem, sed habetur regressus pro interesse contra non obseruantem pactum, vel eius hęredes, per tex. in l. ea lege, C. de condict. ob caus. & in l. si ita stipulatus, §. ea lege, ff. de verbo. obliga. & vtrobique Doctor. hoc firmant, & tenent, & nullus contradicit dictæ regulæ traditæ à dicta l. ea lege, & §. ea lege, quem ego viderim, nisi Curt. iuni. in auth. res, quæ. j. & 2. col. C. commun. de legat. Ioan. Crot. in l. filiusfamiliàs, §. diui, ff. de legat. j. motus primò per tex. in l. fin. C. de rebus alien. non 3 alien. † cui tex. dicunt ipsi, non potest mille annis responderi, & tamen illi legi respondent omnes tam in dicta l. ea lege, quàm in dicto §. ea lege. quod Imperator ibi declarat, quid veniat appellatione alienationis, quando prohibetur per legem, vel pactum, vel testatorem, & non determinat aliquid, nec hoc quæritur. & ibi an pactum de non alienando in contractu impediat dominij translationem; & si in hoc ęquipararetur prohibitioni legis, vel testatoris, & est vera resolutio. mirãdum est de Curtio & Crot. qui 4 contrarium asseruerunt. † Secundò adducunt tex. in dicta l. ea lege, in illa alternatiua, eam ponderando. cui legi glo. & Docto. in d. l. ea lege, respondent intelligendo primam partem alternatiuæ de facto, cui interpretationi conueniunt verba illius literæ. Tertiò mouētur, quòd rationes Doctorum, qui tenent hanc partem, non concludunt: quia esto quòd non cõcluderent, nec essent cohærentes, nihilominus non de omnibus, quæ in iure statuuntur, ratio reddi potest, l. non omnium, ff. de legibus, vt in his terminis dicit elegans Doctor Emil. Ferret. in l. filiusfamiliàs, §. diui, num. 133. ff. de legat. primo. vbi tamen ipse opinionem communem sequitur, & adducit probabilem ratio-5 nem: † iccirco tenenda est communis opinio, reiectis Monferrato, & Curtio; & præsertim cum ipsemet Curt. dicat non esse recedendum in iudicando, à communi opinione. at contra istam doctrinam And. in cõtractu feudali, & datione feudi insurgunt Gualter. de Patern. & Blasc. Lanz. in com-6 mento istius legis, † dicens Blasc. And. pessimè, ac contra leges loqui: quinimò asserit, quòd communiter Doctor. tenent contra, quamuis neminem citet. Mouetur primò Gualter. ista ratione, quamuis pactum de non alienando in contractu appositũ non impediat dominij translationem, vt patet in d. l. ea lege. attamen dicit ipse, dicta iura 7 procedunt, † quando apponitur pactum super re, quę trãsit pleno iure in accipientem. at secus, quando res est talis, quæ non transit pleno iure in recipientem, & morte recipientis ius recipiẽtis resoluitur propter vinculationem, vt not. in cap. j. de eo, qui sibi, & hæredibus suis. & isto casu nõ est dubium, quòd talis pactio penitus impedit dominij translationem. & asserit hoc velle Doctor. in l. fin. & authen. res, quæ. C. commun. de legat. & ita residet tantus Doctor, nullam prorsus mentionem faciens de Andr. Blasc. autem Lanz. adducens Andr. in præalle-8 gatis locis, dicit † quòd Andræas communiter reprobatur, nullum tamen citans in specie reprehendentem Andræ. & addu-9 cit rationem; † nam dominus (dicit ipse) concedens feudum sibi, reseruat directum dominium, & sic aliquod ius in re sibi reseruat, si facit pactum de non alienãdo, pactum valet, & impedit dominij translationem, vt ē in proprietario, & in emphyteuta, vt patet in l. 3. C. de iur. emphyt. & in c. potuit, locat. & subdit ipse Blasc. quòd ita tenẽt omnes indifferenter in dicto §. ea lege. pro ista opinione poterat adduci, quòd quamuis conces-10 sio feudi sit contractus, † attamen contractus initus cũ Principe, habet vim legis, l. Cęsar, ff. de public. l. ciuitas, & ibi Docto. maximè Iaf. ff. si cert. petat. Sicut ergo prohibitio legis impedit dominij translationem, vt dicunt Doctores in locis præallegatis, sic pariformiter & pactum appositum in contractu Principis, cum habeat vim legis per prę dicta. & in specie hoc voluit Barbat. in cap. Raynaldus, de testam. & Ripa in l. filiusfamiliàs, §. diui, ff. de legat. primo. & est de mente Cin. & Salic. in d. l. ea lege, & in specie refert, & sequitur Claud. Seysel. in d. l. si quis ita, §. ea lege, ff. de verb. oblig. Præ-11 terea † contra Andræ. facit tex. in authen. de non alien. bon. emphyt. §. sanctissimas. vbi habetur, quòd pactum ibi ideo operatur, & impedit translationem dominij, quia illud pactum reducit rem ad pristinum ius: nam res ecclesiæ immobilis regulariter est inalienabilis. & quãuis permittat̃ in aliquo casu, attamẽ si fiat pactum ne alienetur, comprehẽdit prohibitio etiã casum permissũ, vt per illum tex. scribunt glo. & Doctor. in d. l. ea lege. sic & in isto casu, nam prohibitio debet

bet reducere rem ad pristinum ius, quo feudi erat prohibita alienatio. pro quo facit doctrina Imol. in dicta l. si filiusfamilias, §. Diui.

12 qui voluit, † quod quotiens concurrunt prohibitio legis, & prohibitio hominis, tales prohibitiones impediunt translationem dominij, etiam in casu permisso, & excepto à regula; & sequuntur Docto. ibidem, & Corset. in singular. suis, in verbo, prohibitio. Cũ ergo feuda prohibeantur alienari per leges Frederici, & Regni constit. quamuis permittatur aliquo casu per istam legem, ideo pactum impedit translationem dominij. quæ argumenta stringunt cõtra And. & ideo Lof fred. in dicto §. sed nec alia iustior, in addit. ad Andr. dubitat de decisio. Andr. hac ratione sola, quia vsufructuarius habet ius in proprietate, qui vsusfructus impedit translationem dominij: nihilominus in oppositum faciunt leges, quas allegat Andr. & bene probant; & nullatenus admittunt istam limitationem. nam ratio, quam adducit Gualter.

13 est satis friuola, † dum dicit procedere dictas leges, quando recipiens, & donatarius possedit pleno iure: quia iam illud, quod donatur, scilicet vtile dominium, possidetur pleno iure, & de illo tractatur. ideoq; eius ratio non procederet, nisi quando dominus posset reuocare, quia ei esset apertum feudum, & nihilominus est contra illos tex. indistinctè loquentes. & quatenus adducit tex. in l. fina. & in auth. res quæ, C. commun. de legat. & ibi Docto. Deum immortalem, quomodo decipitur tantus Doctor, cum tex. loquatur in fideicommisso, in vltima voluntate relicto, de

14 quo nulla ambiguitas inter Docto. † nam prohibitio alienationis in testamento, impedit translationem dominij, quando est expressa, vt tenent omnes in l. si filiusfamilias, §. diui, ff. de legat. j. & quando est tacita per fideicommissum, resoluitur alienatio, & deuocatur in irritum, & retrãsfertur dominiũ, vt est tex. in dicta l. fina. §. sinautem sub condit. C. commun. de legat. ideoq; datur rei vẽdicatio, vt dicunt ibi glo. & Doctor. at in isto casu tractatur de vinculo inter viuos, iuxta tex. in l. quotiens, C. de donatio. quæ sub mo

15 do. † in quo nulla actio realis, sed personalis, idest condictio ex illa lege, quę non sequitur

16 tertium possessorem, † secundum veram, & communem opinionem Doctor. vt tenuit eleganter Bellam. consil. 39. & Guid. Papa in decis. 512. sic declarans d. l. quotiens. ad quam respondet & Guid. Pap. refert, & sequitur Cassan. super consuetud. Burgund. in titul. de success. §. 4. fol. mihi 239. ubi refert dictã decisionem, & approbat. idem tenet Stephan. Beltrand. consi. 276. viso casu, num. 2. vol. 3. hanc opinionem tenet etiam Alciat. in l. traditionibus, nu. 90. C. de pact. & in c. cum contingat, nu. 232. cum sequen. de iure iur. & ante eum Aretin. in l. qui absenti, §. j. col. j. ff. de acquire. poss. & istam opinionem tenet etiam Tiraquell. in tracta. de constitu. par. ampliat. 28. in fine. & Didac. Couarr. in lib. j. variar. resolutionum, c. 14. ideoq; patet esse communem opinionem. Non obstat si

17 dicatur, † quòd Dec. in consil. 239. tenet, ꝙ imò ex l. quotiens, datur vtilis actio realis, & hoc videtur velle Crauet. qui ipsum adducit, cons. 19. nam respondetur, quòd Dec. malè, & pessimè loquitur contra dictos præcellentes Doctores, & fuit deceptus Dec. au

18 ctoritate Specula. quaã allegat, † & eam (salua semper auctoritate tanti viri) non intellexit: nam Speculator in tit. de locat. §. nunc aliqua, q. 70. tenet oppositum illius, quod tenet Dec. & refert Speculat. tenere, si diligenter verba Speculatoris inspiciãtur. nam Speculator quærit in illo suo casu, an competat aliqua actio. Et primò dicit non competere aliquam actionem personalem per rationes per eum adductas: nec iudicium communi diuidũdo arguit postea, quòd nec actionem realem habet, quia ea pars sibi non fuit tradita. His iactis volens resoluere quęstionem dicit, quòd in rem actio locum habere potest, & adducit duos tex. in argu. tex. in l. quotiens, & tex. in l. j. C. de donatio. quæ sub mo

19 do. † quæ verba deceperunt Dec. nam Speculator adducit illas leges in argumentum ad probandam validitatem stipulationis, & cõtractus in suo casu, & non vt ex illis legibus probaret competere actionem realem: nam talia nunquam, ne per somnium quidem, venerunt in mentem Speculat. nam clarissimũ est, quòd si dictę leges probarent ex ipsarum dispositione competere actionem realem, tanquam finita & decisa quæstione, sileret Speculator: at non silet, sentiens scrupum, ꝙ sine traditione non transfertur dominium; his verbis respõdens, nec dicat aliquis illius partis traditionem interuenire debuisse, & hoc non negat: sed respondet, quòd in parte accrescente non est opus noua traditione, ergo si casus suus non esset sub hypothesi iuris

&

& partis accrescentis, iam Speculator teneret non dari actionem realem ex l.quotiens. & hoc tam apertis verbis tenet Speculator, quòd si quis secus videt, non haberet integros oculos.: nam si Speculator sensisset, quod ex sola dispositione l.quotiens, competeret vtilis rei vendicatio, & sic transferretur dominium sine traditione, frustra quæreret de traditione illius partis:frusta solueret, quòd in parte accrescen. non est opus noua traditione. † ideoque deceptus Dec. auctoritate Speculat. qui nunquam talia somniauit. loquutus est Dec.nec Alex.fuit sequutus illum intellectum, vt Dec.dicit:nam in illo consil. determinat oppositum aliter non disquirēs, quomodo intelligendus esset Speculator, nec de veritate dicti Speculator.tractauit; & (vt sæpius est dictum) Doctor,qui non examinat illum casum, sed per functoriè loquitur, non est habendus, nec allegandus tanquam auctor decidens. ita eleganter Cuma. consil. 101.col.2. Soc.iunior in consil.j.col. antepenult. uol.j.& Crauett.in dicto consil. 19.mutabundus loquitur, allegans tantum Dec.in dicto consil.& in oppositum adducit Bellam.in dicto consi.39 & non soluit.ideoque nulla est auctoritas in contrarium intelligendo Speculat.pro vt intelligi debet. Et quando Speculat.Alex.Dec.Crauett.firmarent opinionem contrariam, pro vt non firmant, attamen superantur maiore numero Doctor.auctoritate ac doctrina præstantium, qui faciunt communem opinionem, à qua in iudicando,& consulendo non est recedēdum, vt volunt Ioan. Andr.& Doctor.in c.j: de constit.Quæ opinio habet pro se tex.in l. traditionibus,C.de pact.†quòd sine traditione non transfertur dominium. qui tex.non reperitur restrictus, nec limitatus in hoc casu,ideo tenenda est ista opinio,tanquam melioribus rationibus, quinimò lege fulcita, iuxta tex.in c.capellanus,de fer.& ibi Doct. maximè Abb.& Doct. scribunt, maximè Felin.& Dec.in c.j.de const.Et si dicatur,quòd contra prædicta obstant ea,quæ scribit And. in c.j.§. hoc quoq;, col.2.& final.de success. feu. vbi ex lege 2. & 3..C. de donatio. quæ sub mod.dicit, † quòd agnato subsequente in gradu datur vtilis rei vendicatio ad recuperandum feudum.item quòd ex quo censetur datum vni feudum post morēt alterius, ideo mortuo alienante resoluitur alienatio, iuxta tex.in l.fin.§.finautem sub conditione,C.commun.de legat. † ideoq; duo videtur dicere Andr.vnum, quòd ex l.quotiens, detur vtilis rei vendicatio; alterū quòd inter agnatos feudum censetur subiectum restitutioni, & æquiparatur fideicommisso, & istā doctrinam,& æquiparationem And.sequuntur Aluarot.& Præposit. Martin.Laudens.in d.§.hoc quoq;.& ibidem Afflict. Dec.consil.445.sub nu.47. ideoq; attenta ista opinione Andr. videtur quòd Gualter. bene dixerit:attamen non recedendum est ab his,quæ dixi. & pro responsione considerandum, quod Andr.non est sibi contrarius,† ideoq; declarandus est iuxta terminos, in quibus loquitur, quamuis verba sua sint molesta, perturbata,impedita,ac hiulcis, & hiperbatis referta:attamen ita intelligendus est,ne videatur in eo sermone contraria loqui.Vnde pro responsione considerandum est, quòd loquitur Andr.in d.§.hoc quoq;, in feudo pacti & prouidentiæ Principis, † nam loquitur de alienatione feudi valida in vita alienantis. nam si deficeret consensus Regius, alienatio esset nulla, iuxta consuetudines feudorum, & Regni constitutiones, l.j.de prohib.feud. alien. per Fredet.constit.constitutionem diuæ memoriæ. † & in feudo hæreditario mero esset inutilis quæstio Andr.stante validitate alienationis,cum hęres non posset contrauenire alienationi factæ per defunctum in feudo hęreditario, l. cū à matre, C.de rei vendicat.& voluit ipse Andr.in dicto §.hoc quoq;,& in c.j.an agnat.& non prodest confectio inuētarij,ut dixi supra,in propria quæstione.ideoq; Andr.loquitur, vt dixi,in feudo pacti & prouidentiæ Principis, † in quo feudo nimirum si inter agnatos tale feudū est restitutioni subiectum.& tex.in l.fi.§.sinautem,C.commun.de legat.vendicet sibi locum in tali feudo,quia in fideicommisso prohibetur alienatio per testatorem; ideo non transfertur dominium, & translato retransfertur,†.quia est prohibitio testatoris, quæ impedit translationem dominij,l. si filiusfamilias,§.diui,& ibi Docto.ff.de legat.j.& pariformiter † prohibitio legis impedit dominij translationem, vt scribunt Doctores omnes in l.ea lege,C: de condi. & Bart. & Doctor.in d.l.si ita quis,§.ea lege, ff.de verbor. obligat.ideoq; procedit ęquiparatię,quia in vtroq; casu est eadem ratio,iccirco idem ius, l.illud,ff.ad leg. Aquil.quæ ratio cessat in cōtractu,& ideo in contractu aliter statuendū,

&

30 & † istam interpretationem dat ipse Andr. seipsum declarans, in d. c. j. §. hoc quoque. circa finem, de success. feud. ibi expressè di cit, quòd non transferrur dominium, quia alienatio est interdicta à lege: secus si ex pa cto, quia tunc non impediretur translatio dominij. allegat dictam l. ea lege, & §. ea lege. ideoque apparet Andr. semper idem sen sisse. & quatenus dicit, nisi esset conditiona ta donatio, prout præsupponit concessionē feudalem in casu suo: nam dicit ipse, daretur vtilis rei vendicatio, & allegat dictā l. 2. & 3. C. de donar. quæ sub mod. in quibus verbis

31 And. est considerandum, † quòd ipse Andr. non dicit, quòd ex dicta l. quotiens, datur vtilis rei vendicatio, quia si sic dixisset, aper tè esset eius decisio contra communem opi nionem superius relatam, & maximè contra Aretin. in d. l. q absenti, §. j. col. 3. ff. de acqui. possess. & contra Bald. & Doctor, in dicta l. quotiens. qui dicunt, quòd ex illa lege datur vtilis ex stipulatu, vel conditio ex illa lege, quæ sunt actiones personales. sed And. coniungit dictas leges, videlicet l. 2. & ipsam l. 3. quæ est l. quotiens. & per illam legem 2. fundat, quòd concessio censetur vni facta post mortem alterius; ideoque sequuta mor te primi, debet restitui sequenti agnato,

32 † cum in persona cuiuslibet censeatur noua concessio, mortuo alienante aperitur via sequenti agnato ad vendicandum, cum resol uatur dominiū in persona emptoris, ex quo alienatio prohibetur à lege, vt ipse Andr. di cit, & supra declaratum est. Et quatenus ad-

33 ducit tex. etiam in dicta l. quotiens, † adducit illum in argumentū in suo casu, vt sit vtilis rei vendicatio, sicut ibi est vtilis actio ex stipulatu; & non dicit, nec inferunt verba sua, quòd ex dispositione l. quotiens, datur vtilis rei vendicatio. sed sua illatio est, ex quo est prohibita alienatio feudorum per le gem, ideo impeditur dominij translatio. & iste est verus sensus Andr. sic etiam cantant verba eius, & leges per eum allegatæ. &

34 † ideo apparet esse aliena à mente Andreæ, ea, quæ adducit Loffred. in suis Paraphra. addit. ad Andr. in dicto §. hoc quoque. ideo ex his apparet, quòd in hypothesi nostra Andr. nil obstat, cum hypothesis nostra sit in feudo hæreditario, vel in primo acquisitore, in quibus mon militant rationes An-

35 dr. † nam stante dispositione istius legis, feu da hæreditaria in nullo discrepant à bonis allaudialibus quò ad alienationem, vt te-

36 nent omnes scribentes super hac lege. † & si cuti contractus pro accipiente & hæredibus, tunc transit ad hæredes, quando moritur ac cipiens, aliter non disponendo; sic & concessio feudi sub tali tenore inuestituræ. ita Gulielm. de Pern. in consil. 12. ideoque ra le feudum non censetur restitutioni subie ctum, & sic cessat vna ratio Andr. fundata in l. 2. C. de donatio. quæ sub modo, & in l. fi. §. finautem sub conditione, C. commun. de legat. nulla adest prohibitio legis, cum per istam legem sint correctæ leges feudorum,

37 inhibentes feudorum alienationem; † ideo que cessat altera ratio Andreæ, meritò ces sat eius decisio, fundata in dictis rationibus, l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patrona. cap. cum cessante, de appellatio. cum simi lib. ideoque euidenter apparet, quòd Gual

38 ter. non potest defendi ex sua ratione: † nam ratio sua vendicat sibi locum in feudo pacti & prouidentiæ Principis, quòd fecerit tran situm, vt esset feudum paternum, vel anti quum. in quo tenore inuestituræ est rece ptum istam legem non operati in præiudi cium agnatorum, cum omnes dicant pro cedere forma feudi non repugnante; scili cet in præiudicium agnatorum. Non obstat ratio Blasci fundata in doctrina Doctorum in dicto §. ea lege, & l. ea lege, C. de con dict. ob caus. dum dicunt Doctores, quod quotienscunque reseruatur aliquid in con tractu super re, tunc alienatio est nulla, per tex. in l. 2. C. de iure emphyte. & in l. creditor, §. fin. ff. de distract. pignor. cum con cedens in feudum, semper censetur ibi re seruare directum dominium, ideoque opi nio Andr. contra communem. Et quamuis Blasc. in specie non alleget hanc opinio nem, videtur tenere Bald. in indiuiduo, in cap. j. §. hoc quoque, colum. 4. num. 9. versic. & quæramus. de success. feud. quem re ferunt, nihilo addito, & cum co transeunt ibidem, Martinus Laudens. & Præposit. & Afflict. Bald. refert, & sequitur Aretin. in l. qui absenti, §. primo, colum. 2. de acqui ren. possess. idem tenet Bald. in dicta l. ea lege, col. 2. C. de condict. ob cau. dicens,

39 † quòd retentio proprietatis, est quid incō passibile cum alienatione, ideoque standum est pacto. nam potest responderi, q Bal. pri mò format quæstionem, cui nam aperitur feudū facta alienatione; quę quæstio est pror

N sus

ſus extranea à quæſtione Andr. & quamuis argumenta Bald. nil faciant contra Andr. & primum, quòd illa verba & pacta de non alienando, inducunt manus iniectionem; at tamen † dicta doctrina reprobatur per Aret. in dicta l. qui abſenti, §. j. ff. de acquir. poſſeſ. & in dicta l. ſi quis ita, §. ea lege, ff. de verb. obligat. & prius contrarium tenuit Andr. in dicto §. præterea. quibus mo. feud. amitta. & in dicto §. ſed nec alia iuſtior. vbi claris, & apertis verbis dicit, dictum pactum non operari manus iniectionem. quem in dictis locis nuncupatim ſequitur Paris de Pute. & ideo nil facit dictum primum argumentum Bald. Secundò arguit, quod datio videtur conditionalis, & in defectu conditionis exſpirat, vt C. de indict. vidui. toll. auth. cui relictum. & præſupponit, † quòd illa dictio, ne, faciat conditionem in caſu ſuo: attamē ipſemet tenet contrarium in dicta auth. cui relictum. & contrarium tenent communiter Doctores, in dicta l. qui abſenti, §. j. ff. de acquir. poſſeſſ. & nihilominus in caſu Andræ. nulla dictio præſupponitur, quæ faciat conditionem. Tertiò dicit, quòd diſpoſitio dicti §. ea lege, & l. ea lege, procedit in totali translatione directi dominij: ſed vtile dominium dicitur vſusfructus, & ille à perſona eſt inſeparabilis, inſtit. de vſufruct. §. finitur. & tamen poteſt reſponderi, quatenus dicit dictas leges procedere in totali alienatione directi dominij, nam in hoc nil allegat; † & non eſt credendum Doctori etiam præcellenti, cum loquitur ſine lege, vel ratione, l. illam, C. de collat. nam cum illę leges dent regulam, à regula non eſt recedendum, niſi demonſtretur tex. in contrarium, qui limitet illam regulam, vt determinant Bart. & Iaſ. in l. ex quacunque, ff. ſi quis in ius vocan. non ier. Et quatenus Bald. vt lege, vel ratione confirmet ſuam opinionem, adducit ſimile de vſufructuario. † iſtud argumentum à ſimili, tunc eſt firmum, cum eſt omnimoda ſimilitudo in eo, de quo tractatur, vt ſcribit Nicol. Euerard. in Tractat. de loc. legalib. in verb. argumentum à ſimili. Ideoque cum nulla ſimilitudo ſit inter vſufructuarium, & feudatarium circa id, de quo agitur, non conſiſtit argumentum. † Et quòd ſit diſſimilitudo, patet: nam feudatarius alienat, & tranſmittit ad hæredes, & vſufructuarius nequaquàm, cū morte finiatur ius vſusfructus, quamuis habeat aliquam ſimilitudinem in feudo pacti & prouidentiæ Principis antiquo, in quo non poteſt fieri præiudicium agnatis, & in hoc conſiſtit æquiparatio, & non in aliis. ideoq; argumentatio Bal. infirma. Præterea Bal. loquitur attentis conſuetudinibus feudorum, † quando feuda ex eorum propria natura non poterant alienari; nam tunc pactum cenſetur, ac iudicatur, ſecundum propriam naturam, nimirum ſi magis afficit. & hoc ſentit Bald. in dicta l. creditor, §. fin. ff. de diſtract. pignor. in dicta l. ea lege, colum. 2. num. 5. dum dicit, quòd pactum magis operatur ſuper his, quæ ſunt de natura rei, argumento tex. in l. ſi vnus, §. quid in ſpecie, ff. de pact. † at in Regno non ſunt feuda talis naturæ, ſed contrariæ naturæ, cum ſint alienabilia, & circa alienationem eſt mutata eorum natura, & naturam allaudialium ſuſceperint: ideo ceſſat ratio Doctorum fundata in dicta l. 2. C. de iure emphyt. ideo ceſſat eorum deciſio, l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patrona. cum ſimilib. Non obſtat illatio, quam facit Aretin. in dicta l. qui abſenti, §. primo, ff. de acquirend. poſſeſſ. quòd ſi retentio hypothecæ impedit translationem dominij, fortiùs retentio directi dominij. † nam ideo retentio hypothecæ facit hoc, quia hypotheca afficit ipſam rem, quæ alienatur, vt conſiderant Doctores in d. l. creditor, §. fin. ff. de diſtract. pigno. at directum dominium eſt ſeparatum ab vtili, vt tradit Bart. in l. ſi quis vi, §. differentia, ff. de acquirend. poſſeſſ. cum ergo tractetur de alienatione vtilis dominij, in quo nil retinetur, ideo non procedit diſpoſitio dicti §. fin. & ideo Angel. in dicto §. fina. dicit, † quòd retentio debet eſſe in re, quæ alienatur, vt impediat translationem dominij. Et ſi dicatur, quamuis directum dominium & vtile, ſint ſeparata, & ſe non contingant; attamen non poteſt negari, quin directum dominium ſit ſuper re, quę alienatur, ideoque debet impedire translationem dominij. Reſpōderi poteſt, quòd de vtili dominio agitur, quod ſolùm transfertur eodem iure, quo erat apud alienantem, quod claris verbis ſentit Andr. in d. §. præterea, quibus mod. feud. amitt. ſequitur, cum nil ſit reſeruatum in vtili dominio, quòd tale pactum non impedit dominij trāslationem, & ideo non poſſunt procedere dictę deciſiones, niſi quando feudū eſſet apertum domino, qui retinuit directū dominiū,

† &

49 † & non in agnato, qui nullum ius retentum habet inutili dominio alienato. Non obstat, quòd contractus Principis habet vim legis, per tex. in d.l. Cęsar, ff. de public. & in l. pen. C. de donat. inter vir. & vxor. & scribit Barto. & latissimè Ias. in d.l. ciuitas, ff. si cert. petat. & consil. j. vol. j. Curt. senior consil. 49. & Curt. iunior, in tracta. feud. par. 2. Socin. iunior consil. 65. vol. j. Imol. consil. 22. Attamen ista opinio non est indistinctè vera, nec leges allegatæ probant hoc efficaciter. ideo tenendum est, quòd absolutè,
50 & simpliciter † contractus Principis non habeat vim legis: quia id, quod facit ut priuatus, censetur facere, dum contrahit, & ex eo ligatur, & non potest contrauenire, ut
51 habetur in c. j. de probat. & ibi Doctor. † sed quando facit legem, facit vt Princeps, à qua non ligatur, l. digna vox, C. de ll. ideoque natura legis, & contractus, sunt diuer-
52 sa: † ideoque non est censendum Principem contrahendo, velle facere legem. Non ob-
53 stat tex. in l. Cęsar, ff. de public. † quia ibi constat de mēte Principis, quòd voluerit, quòd omnes ligarentur ex suo contractu, ne extraherent cotes: alias non posset seruari pactum initium cum Principe, cum ipse Princeps voluerit illud seruari ab omnibus eius subditis. sequitur, quòd pactum illud in contractu liget omnes, ex quo aliter seruari nō potest: quia qui vult consequens, censetur velle suum necessarium antecedens, l. illud, cum similibus, ff. de procurat. ideoque ex illo pacto expresso in contractu Principis, resultat illud tacitum, quod Princeps vt seruetur pactum, statuerit tacitè velle ab omnibus seruari, ex quo penes eum residebat potestas hoc faciendi; & isto modo clarè ac dilucidè aperitur ratio illius tex. intelligendo, pro ut ibi intelligunt Doctores, quòd illa lex erat contractus proprius Principis: quamuis si bene inspiciatur tex. non probat
54 illud, quod dicunt Doctores, † quia loquitur de lege edita extra contractum, & probatur euidentissimè in tex. dum Iurisconsultus dicit, Cęsar cum insulæ Cretæ cotorias locaret, legem ita dixerat. Locauit ergo Cęsar insulæ Cretæ cotorias, & legem edixit. ponit ergo contractum & legem, ut diuersos actus: nam clarissimi, & explorati iuris
55 est, † quòd quicquid Princeps edicto præcepit, est lex, ut est tex. Institut. de iur. natur. gent. & ciui. §. sed quod Principi placuit, vers. quodcunque. facit tex. in cap. constitutiones, distinct. 2. ideoque vanè exposuit glos. in dicta l. Cęsar, legem, idest pactum, cum illa lex non continebatur in contractu locationis, sed causa cognita per Principem, fuerat edita lex in fauorem conductoris; & iste est verus sensus illius l. cui conueniunt verba. Recitantur enim verba editæ legis, ne quis præter emptorem post idus Martij, cotem ex insula Creta fodito, neue eximito, neue auellito. quæ verba sunt pro-
56 priè legis, & non contractus: † nam si esset pactum, ut docet glos. & sequuntur Doctor. verba dirigerentur ad paciscentē, & diceretur quòd promisit Princeps locatori, quod nullus præter ipsum emptorem, seu locatorem, foderet in insula cotem, nec ab ea eximat, nec auellat, vt patet cuilibet rectè intuenti. ideo illa verba, quæ faciunt legem, nō sunt pacti contractus, sed contractus fuit celebratus sub illa lege edita & sancita per Principem in fauorem emptoris. Quæ opinio confirmatur inconuincibili fundamen-
57 to, nam prius de essentia legis est, † quòd causa cognita statuat Princeps, ut probat tex. in dicto §. sed quod Principi. idem & de essentia legis est promulgatio, vt probat tex. qui non potest cauillari, in §. leges instituuntur, cum promulgantur, firmantur cum moribus vtentium approbantur, 4. distinct.
58 † ideoq; expressè tex. requirit promulgationem ad essentiam legis, aliter non facta promulgatione non est lex, & non ligat, etiam si sciatur esse editam; & est vera opinio, quāuis aliqui dixerint contrarium, dicētes promulgationem requiri, ut liget lex, non vt perficiatur. moti primò, quia ut dicunt ipsi, publicatio fit ad effectum, vt omnibus ipsa lex edita innotescat, & consequenter ad certiorandos subditos, qui si reperiuntur certi, non debent amplius certiorari, quia certus non est certiorandus, c. eum, qui certus est, de regul. iur. lib. 6. l. j. §. fin. ff. de actio. empt. Secundò per tex. in cap. j. de postulat. prælat. ibi, solēniter edita, aut publicè promulgata. vbi per illā alternatiuam videtur hoc probari expressè. Tertiò auctoritate glos. in cap. 2. vers. hactenus, de reb. eccles. non alien. lib. 6. ubi vult glos. quòd quamuis per Auth. vt factę nouę cōstitutiones, sit prouisū quòd ad hoc, vt leges habeant ligare, requiritur

ritur promulgatio,& lapsus duorum mensiũ; attamen si aliquis haberet scientiam constitutionis, ligaretur. quàm glos. sequũtur Ab. & multi alij, in c. 2. de constit. Quartò per doctrinam Bar. in l. quamuis, ff. de legib. qui
59 decidit, † quòd si constituatur per Rectores alicuius ciuitatis, quòd pretia rerum diminuantur, & illi qui fortè fortuna habuerunt scientiam de tali cõstitutione ante eius promulgationem, vendiderunt cariori pretio, quòd tenentur ementi ad interesse. quam decisionem sequitur Bald. in l. 2. C. de pericu. & commo. rei vendi. Barba. & Felyn. in cap. 2. de constitut. Barb. consil. 56. Paul. de Castro in l. j. §. fin. de actio. empti. Calcan. consil. 14. Ripa in rubric. de constitu. nu. 47. Quintò per ea, quæ voluerunt Bald. & Pau. de Castro in l. leges, C. de legibus, qui voluerunt, quòd quamuis ad validitatem statuti requiratur publicatio, attamen si statutum fieret pro commodo, & in fauorem alicuius particularis personæ, si persona illa sciuerit constitutionem illam, sufficeret scientia absque alia publicatione. Sexto auctoritate Doctorum, nam istam opinionem videtur amplecti Abb. in c. j. de postu. præla. Calcan. in dicto consil. 14. & Ripa in rubric. de constit. nu. 47. Attamen ista opinio non est vera, imò expressè contra tex. in d. §. leges, 4. distinct. quem tex. ad hoc adducit Abba. consil. 35. vol. j. & Dec. in rubric. de constitut. col. penult. & est etiam contra tex. in authen. vt factæ nouæ constitutiones, §. j. qui tex. dicit, constitutiones valere, ex quo in commune sunt factę manifestę. Sunt etenim clarissima verba, quòd tunc valent leges,
60 cum sint publicatæ, † quia non aliud est in commune fieri manifestas, nisi publicare, & ita intelligit Deci. in rubric. de constit. col. penult. & in cap. 2. de constitut. colum. 6. & in cap. j. colum. 4. de postulat. prælato. hoc etiam probat tex. in dicto cap. j. de postula. prælat. quatenus litera tex. est coniunctiua: & quatenus litera esset alternatiua adhuc firmaret istam opinionem, vt latè probat Deci. in dicto cap. j. ideoque Abb. in dicto consil. 35. & Deci. in locis præallegatis, tenet hanc opinionem. Istam opinionem tenet etiam glo. in procem. Clem. in verbo, de cætero. vbi glo. dilucida voce testatur, quòd constitutiones ita demum ligant post publicationem. Et ideo dicebant ibidem Paulus
61 Matt. & Cardinal. in vers. vniuersitati, † quod ad esse legis tria requiruntur, institutio, promulgatio, & approbatio moribus vtentiũ. & si quid horum deficit, non est institutio. & allegant dictum §. leges, 4. distinct. ideoque aperto ore tenent, quòd promulgatio sit de esse legis. pro quo facit ratio Ioan. de Fantuc. & Cardinal. in Clem. j. de electio. quæstio. 18. quos refert, & sequitur Roman. in consilio 330. colum. 5. vers. secundò principaliter. quòd constitutio ad effectum ligandi, censetur facta sub conditione tacita, si publicabitur. hoc idem voluit Deci. in dicta rubric. de constitut. colum. penult. & facit ratio Bald. in l. humanum, colum. penult. de legibus. qui dicit, quòd scriptura non est de esse legis primordialiter, sicut & publicatio, sed de esse obseruantiæ: nam potest esse prius contractus, quàm obligatio, sicuti in contractu conditionali. & istam distinctionem sequitur Felyn. in d.
62 rubri. post alios, quos refert, † ergo ante publicationem non dicetur lex producta in esse. sequitur ergo, quòd ipsa publicatio est ipsius legis substantia, quò ad effectum ligandi, quod etiam tenet Afflict. in constit. scire volumus, in primo not. hanc opinionẽ tenent omnes in c. 2 de constitut. dum dicunt, quòd ita demum ligant cõstitutiones, si sint publicatæ. & hanc opinionem tenet etiam Bald in d. l. vnica, §. fin. C. de caduc. tollend. vbi dicit, quòd non ligat constitutio antequàm promulgetur, etiam si ante sciatur. & allegat glo. in dict. procem. Clem. tantus ergo Doctor vult, quòd de essentia legis sit publicatio, & non sufficit scientia ante promulgationem. & Bald. refert, & sequitur Alexand. consil. 52. col. 2. vol. 7. etiam si sit registrata, qa aliud est registrare, quàm publicare: ideoque pro ista opinione stant glo. Paul. Matt. & Cardin. in procem. Clem. Abba. in consil. 35. volum. j. Bald. in l. vnica, §. fin. C. de caduc. tollend. Alexand. consil. 52. vol. 7. Dec. in dicto c. 2. de constit. & in c. j. de postulat. prælat. & in effectu ista est vera, & communis opinio. & quamuis Bald. in d. l. vnica, §. fin. dicat, quòd publicatio est de natura legis, & non dicit de sub
63 stantia; † tamen idem important natura & substantia in isto casu, quod comprobatur ex ipsomet Bald. in d. l. vnica, vers. libertatibus. nam dicit, quòd natura est cuiuscunq; rei

rei principium, per quod vnaquæq; res habet suum esse.allegat c.j.de natu.feud.ideoque Bald.semper stat in sua opinione, quòd publicatio sit de substātia legis.& quatenus dicit in d c.2.de constit. quòd est de esse obseruantiæ, voluit intelligere quod quamuis scribatur lex, tamen non habet esse perfectum, vt possit obseruari, ideoque ante publicationem non tenetur quis seruare: nam publicatio ipsa est de substantia, & esse legis, quod & declarat ipse Bald. in l. humanum, C. de legibus. Non obstāt adducta in contrarium, & primò, quòd qui certus est, non debet amplius certificari; quia verum, sed non isto casu: nam publicatio legis requiritur, vt sit lex, & liget; & quia non potest ligari ignorās, constituitur tempus, quo verisimiliter lex possit perueniri ad omniū notitiam. 64 † ideoque si publicata lege statim peruenerit ad notitiam aliquorum, statim ligantur non expectato lapsu duorum mensium. ita probat glo.in c.2.in verbo, hactenus, de reb.eccles.non alien.lib.6. & in cap. cum singula, de præben. lib.vj. Ideoque apparet, quòd publicatio uon est inducta tantùm vt inducat notitiam, sed vt perficiat legem. Non obstant glo. supradictæ, quia nō dicunt illud, ad quod allegantur, sed dicunt illud, quod supradixi; & nihil dicunt, neque negant publicationem esse de substantia legis. 65 ideo Ripa, † qui allegat eas, decipitur, eas non intelligens, cum potius dictæ glos. probent contrarium, si rectè inspiciantur. Non obstat doctrina Abba.in dicto c. de postulat. prælato. fundata in illo tex. quia ille tex. quatenus habet literam coniunctiuam, probat contrarium; & tamen quando haberet alternatiuam, non probaret intētionem Abba. vt Dec. probat in dicto c.j. 66 † & quando opinio Abba. esset vera, procederet in terminis, quibus ipse loquitur, videlicet, quando fit lex in concilio populi eo conuocato, quæ vocatio fit de more sono tubæ, vel campanæ; & fit eo congregato propositio, & interrogatio, num placeat ferri talis lex, & populus voce, vel facto comprobat: & tunc dicitur lex lata à populo & in concilio populi, prout isthæc recenset Syluester Aldobran. Institu. de iur.natur. vel ciuil. §. constat. Ideo hoc casu non requiritur alia publicatio, cum sit solemniter edita in concilio populi, & efficaciori modo publicata, sicuti quando leges ponuntur pro rostris ante oculos omniū, iuxta doctrinā Bald.in l.2. §.pro rostris, ff.de orig.iur. Nō obstat doctrina Bar.in l.quæ iuris, ff. de ll. nam siue opinio Bart. siue contraria teneatur, vtraque fauet communi opinioni; quòd publicatio sit de substantia legis, & non liget ante ipsam publicationē: nam si teneatur opinio Bar.satis ipse sentit, quòd illi scientes ante publicationem, non incidunt in pœnā comprehēsam in constit.dum vult, quòd potest agi ad interesse tantùm, & non ad pœnam.ideo tenet expresè constitutionem non ligare ante publicationem, & magis expresè hoc tenent illi, qui sunt contra Bart. vt in nihilo teneantur. Non obstant auctoritates Ripæ & Calcanei, quia malè, ac pessimè dicunt contra tex.expressos, & contra communem opinionem superius relatam; ideoque stat firma conclusio, quòd de essentia legis requiritur publicatio, aliter non ligat. Et ne dicat 67 aliquis, quò nunc se proripit ille? Dico, † q̃ est impossibile, quòd contractus Principis sit lex, vt ab omnibus onseruare debeat, nisi fiat causa cognita ea mente, vt sit lex, & ea publicata; aliter erit vt contractus cuiuslibet priuati, & hoc voluit Bald.in l.j.C.ne filius pro patr. & Paul.de Castro, in l. ciuitas, ff.si certum petat.Iacob.ibidem, & Dec.clarius, cuius dicta approbat ibi Bologn. quamuis dicat Dec. non bene resoluere iura in cōtrarium adducta.& Dec.allegat hoc tenere, & sentire Alex.in consil.44.vol.j.& cons.27. visis, vol.2. & idem tenet Cassan. super consuetud. Burgund.rubr.11.§.3.num.13.fol. 355.quæ opinio est clarissima, cum lex non fiat, nisi causa cognita, & publicetur.& ideo non obstat l.Cæsar. quia vel illa lex fuit extra ꝯctum sancita & edita, vt supra disserui; vel si fuit factū pactū ī ꝯctu, fuit causa cognita, vt facta legitima publicatione, quia aliter non ligaret.† & quāuis Iurisconsultus nil dicat de publicatione, & de aliis requisitis ad essentiā legis; attamē quotiēs Legislator refert aliqd, debemus intelligere oīa interuenisse, quę actui necessaria sunt, vt scribūt Alber.& Fulg.& Ias.in l.Barbarius, ff. de offic. prætor.Dec.in c.j.de iudic.Alcia. in l.vnica, vers. explicitis, de sent.pro eo, quod interest. Ideoque cum Iurisconsultus in d.l. Cæsar, refert legem esse dictam, debemus intelligere omnia necessaria ad essentiam legis interuenisse: absurdum enim esset aliter intelligere, nam si lex non fuisset publicata,

dominus nauis non incideret in pœnam. nõ enim præsumitur ſcientia, niſi poſt publicationem cum lapſu duorum menſium, vt authen. ut factæ nouæ conſtitutiones. ideo concludendum eſt, contractum Principis tũc eſſe legem, quando fit ea mẽte, & interueniũt omnia requiſita ad eſſentiam legis; & perabſurdum eſſet, quòd in vnica cõceſſione Principis cum pacto, quòd nõ poſſit alienari feudum, cenſeatur inducta lex, quæ deberet ab omnibus obſeruari, & ſic fieret correctio in totum iſtius legis: ideo tanquam abſurdum reiiciendum, l. nam abſurdum, ff. de oper. libert. & tenet expreſsè Bolognett. in dicta l. ciuitas, nu. 30. 69 † Nõ obſtat alter tex. in l. pen. C. de donat. inter vir. & vxor. quia ille tex. nõ dicit contractum Principum eſſe legem, ſed vicem legis obtinere, quod patet: nam datio inſolutum non eſt emptio, ſed vicem emptionis obtinet, l. ſi prædium, C. de euict. l. eleganter, ff. de pigno. actio. ideoque aliud eſt lex, aliud illud, quod eſt vice legis: & tamen, 70 † quando fit contractus per Principem contra rigorem iuris abſq; præiudicio alicuius tertii, tunc cenſetur ſupponere legem cõfirmantem illum contractum aliàs nullum de rigore iuris; & ita procedit d. l. pen. de donat. inter vir. & vxo. quia contrahendo, videtur vti plenitudine poteſtatis, vt actus valeat qui aliter valere non poſſet, vt dicunt Paul. de Caſtr. & Iaſ. in §. ex imperfecto, C. de teſtam. Dec. & Bolognett. in d. l. ciuitas. at iſto caſu, cum pactum valeat, & operetur, d. l. ea lege, & §. ea lege, non eſt opus præſumere legem confirmatoriam, nec illam plenitudinẽ poteſtatis, cum pactum valeat, ideo cenſendus eſt merus contractus Principis, qui tantum operatur, quantum contractus priuati, maximè vbi reſultaret præiudicium tertii, in quem fuerit facta alienatio: nam tunc etiam potius remaneret nullus contractus, quàm cenſeatur facta lex, per tex. in l. bene à Zenone, C. de quadrien. præſcrip. & voluit Bologn. in dicta l. ciuitas, nu. 31. quanto magis iſto caſu, in quo agitur de præiudicio tertij caſu ſubſequuto, & pactum de ſe valet, & ita reſpõdet etiam And. de Iſern. ad d. l. pen. C. de donat. inter vir. & vxor. in cap. j. col. 2. quid ſit inueſtit. ideoq; non obſtat, quatenus dicebatur, quòd tex. in d. l. ea lege, & §. ea lege, limitantur non procedere in contractu Principis, 71 † nam ex ſolo contractu Principis transfertur dominium, pro ut iſtam limitationem ponit Ripa in dicto §. diui, qui ad fundandam eius intẽtionem adducit ſolùm, quòd ex ſolo contractu Principis abſq; traditione transferatur dominium, ſolos allegat Barb. in c. Raynaldus, de teſtam. & Iaſ. in l. traditionibus, C. de pact. & nihilominus, quia falſum fundamentũ eſt, pariformiter & eius doctrina, c. cum Paulus, j. q. j. cum ſimilib. 72 † & quod ſit falſum, quòd ex contractu donationis Principis, vel infeudationis ex ſolo titulo transferatur dominium, patet: nã Princeps quando contrahit, cẽſetur contrahere in dubio ſecundum ius commune, & tunc non trãſit feudum abſq; traditione. ita punctualiter Bald. in c. j. §. fin. col. 2. de nou. for. fidel. idem voluit And. de Iſern. ſummus Feudiſta, in c. j. quid ſit inueſt. in vſib. feudo. Hanc opinionem tenet etiam Caſſan. ſuper conſuet. Burgund. in verbo, deſcenden. nu. 13. fol. 355. hanc opinionem tenet etiã Martin. Laudẽſ. & Afflict. in d. c. j. quid ſit inueſt. & hanc opinionem tenet etiam Ioan. Faber in l. quotiens, C. de rei vendic. cum quo videtur reſidere Iaſon ibidem. iſtam opinionem latiſſimè tenet Iacob. in ſua inueſtitura feudali, in verbo, Princeps Pedemontium. & iſta eſt vera, & communis opinio; 73 † & contraria opinio procedit, quando apparet de mente Principis, quòd voluerit transferre dominium, quæ debet conſtare ex ipſo contractu, aliàs in dubio cenſetur contrahere ſecundum ius commune. ita Bal. in d. c. j. §. fi. de noua forma fidel. & allegat And. de Iſern. ita tenere, qui verè ita tenuit in d. c. j. quid ſit inueſtit. & ſequuntur Martin. Laudenſ. & Afflict. & iſto modo loquitur Angel. in l. officium, C. communi diuidun. nam hoc important verba Angel. dum dicit, quòd Princeps poteſt transferre dominium ex certa ſcientia: ideoq; totum conſiſtit in voluntate Principis, vt dicit Iacob. in loco præallegato. idem voluit Iaſ. in prælud. feudor. nu. 73. vbi facit vim in voluntate Principis, & hanc partẽ amplexus eſt Dec. in l. certi condictio, §. fin. nu. 7. ff. ſi cert. petat. idem tenet Luc. de Penn. in l. prædia, char. pen. C. de locat. prædio. ciuil. lib. 11. & iſta pars fulcitur ex ratione adducta pro parte contraria, dum dicit ꝙ ſicuti lex inanimata transfert dominium, vt patet in multis caſib. ſic põt facere Princeps, cum ſit lex animata in terris. ideoq; ut conſiſtat argumentatio, oportet dicere quòd ſicuti lex transfert dominiũ in caſibus, in quibus

74 bus specificè statuit lex:† ita,& pariformiter ex contractu Principis trāsfertur dominiū, quando Princeps hoc vult, & constat de sua voluntate,& tamē in dubio præsumitur Princeps contrahere secundum ius commune, vt superius dictum est: nam in dubio mens Principis præsumitur esse talis, qualis est legis scriptę, vt voluit Bal.in c.j.in 2.col.apud quos controu.inuestit.deter. debet. & sequitur Dec. in consil.33. col.23.& alibi sæpe. ideoque, cum ex dispositione l.scriptæ non transferatur dominium sine traditione, d.l. traditionibus, C.de pact.pariformiter in dubio censetur Princeps ex contractu suo velle seruare legis dispositionem, ne aliter trāsferatur dominiū,nisi res tradatur.† Nec potest refricari in dubium in hoc casu,An feudum sit gratia, quia inuestitura feudi sonat in contractum. ideo Bald.Andr.& cæteri loquuntur de cōcessione feudi,quę sonat semper in contractum,nisi quando degeneraret feudum,vt cōsiderat Afflict.in d.c.j.in princip.quid sit inuestit.ideoq; patet euidenter, quòd limitatio Ripæ est falsa,tanquam subnixa super fundamento arenæ. Non obstat tex.in §.sanctissima,in auth.de non alie.em phyt.& quod per illum tex. dicūt glo.& Doctor.in dict. l.ea lege.nam procedit ille tex. quia de natura ipsius emphyteusis erat, ne fieret alienatio: nimirum si pactum reducit illam rem ad propriam naturā. & istud est, quod considerant Doctores in dicta l.ea lege.at in isto casu est è contra, nam in Regno natura feudorum est contraria,& pactum de non alienando feudum est contra naturam propriam feudorum, cum feuda in Regno acceperint aliam naturam, vt sint alienabilia, vt Pern.docet in consil.8.ideoque illud pactum non operabitur vltra naturam propriam ipsius pacti; quod considerat Bald.in d.l.ea lege,col.2.C.de condict.ob cau.& eodem modo respondetur doctrinę Imol.in d. §.diui.nam ipse loquitur, quando concurrit prohibitio legis & hominis: at isto casu non concurrit, nisi prohibitio hominis,quia lex ista assistit regulariter, ideoq; non procedit dicta doctrina in isto casu. Non obstat dubitatio Loffred. nam Loffred. fecit dubitare Alex.in l.qui absenti, §.j. ff.de acquir. poss. dum ponit quæstionem de proprietario & vsufructuario, quæ quæstio est dissimilis, & nihilominus contra Alex.est Bal.in d.l.ea lege,& Alciat.in dicto §.diui, sub nu.29.ideo que And.opinio non conuellitur ex his,quę adducta sunt.Nec est verū illud, quod Blasc. dicit,quòd communiter Doctor.tenent cōtra Andr. quia nec vnum poterit demonstrare, qui specificè impugnet Andr. quinimò & Afflict.specificè ac nuncupatim,illum sequitur, vt supra citaui.& in specie etiam refert,& sequitur Paris de Put.in d.§. præterea. quib. mod. feu. amitta. quinimò & omnes Doctores scribentes post Andr.in eisdē locis, post eum transeuntes, eum aliter non

76 reprobātes,†censentur cum eo transire, pro vt voluit glo.in l.inter omnes,ff.qui satisda. cogant. & Curt. iuni. in l. fin. C. de pact. & latè Tiraquell.in tracta.de retract.§.35.nu. 45.fol. mihi 726. qui allegat tex. in l.item quod,in fine, ff.de hæred.insti.Quid censendum? nam apparet vtranq; opinionem posse substineri, nihilominus ego inclino in opinionem Andr. quæ est vera & communis, cuius auctoritas est tanta, quòd non de facili potest quis ab ea recedere:† nam eius opi

77 nio fundatur in d.l.ea lege,& §.ea lege,quæ regulam dant, à qua regula non est recedendum, nisi demonstretur lex, siue opinio vera Doctorum, quòd non procedat in illo casu, vt volunt Bart.& Ias.in l.ex hac, col.2.ff. si quis in ius voca. non ier. Marc. Mant. in rubric.ff.de regul.iur. in isto casu nō est lex, quæ istud ostendat, nec communis, aut vera opinio Doctorum: nam ad omnia, quæ fuerunt adducta in contrarium, est responsum supra. Sed vnum restat tantum,cui non videtur sufficiērer responsum, videlicet tex. in l.2. C.de iur.emphyt.& l.si creditor,ff.de distrac.pignor. ideoq; pro responsione præmittendum est, quòd Andr.loquitur in casu,in quo vel cōsuetudine, vel lege,erat permissa alienatio feudi,sicuti est in Regno per hanc legem, & sub tali hypothesi Andr.loquitur, vt patet, ex eius verbis in dicto §. præterea Ducatus.ver.item.quib.mod.feu. amitt.& ita oporteret eum intelligere, nam aliàs concurreret prohibitio legis, quæ impedit translationem dominij,pro vt est clarissimi, & explorati iuris, vt omnes tradunt in dicto §.diui.& accederet postea prohibitio hominis, quæ reddit prohibitionem legis adeo efficacem, vt in casu etiam concesso non teneret alienatio, vt probat tex.in auth.de alien.& emphyt. §.sanctissimas, vt voluit Imol.in dicto §.diui, col.j.& omnes ibidem.sequitur Barb.in cap.Raynaldus,de testam.

testam. ideoq; oportet intelligere Andr.ut loquatur in casu, quo regulariter lege, vel consuetudine poterat feudum alienari, pro ut ipse ponit exemplum de antiqua consuetudine, quia poterat dimidium feudi alienari. Hoc præsupposito ad tex.in l.2.C.de iure

78 emphyt.respondetur, † quia nimirum in illo tex. si impeditur translatio dominij, quia ibi ē prohibitio legis, ne quis alienet suam emphyteusim sine consensu domini; & cum sit prohibitio legis, sine alio pacto impeditur trāslatio dominij, vt pluries fuit dictum superius.& quod sit ita lege sancitum, patet in l.fin.C.de iur.emphyt.& ibi Doctor.in c. potuit, & ibi Canonistæ, de locat. Doctor. in l.3.§.ex contrario.maximè Alex.& recentiores, ff.de acquir. possess.& ita respondet Salic.in vna solut. in d.l.si creditor, §.fin.ff. de distract. pignor.& latissimè elegans Doctor Emil. Ferret. in d. §. diui. ubi dicit, quod l.2.C.de iure emphyt. potest facillimè euitari, & respondet vt supra. ideo Docto. qui adducunt illam legem, vt confirment illud, quod Iurisconsultus determinat in d.l.si creditor, §.fin.impertinenter adducunt, cum nihil faciat. Et si dicatur, obstat auctoritas Doctorum salua pace. nam vltra quod Docto. specificè non examinant quæstionem, sed illam legem adducunt ad confirmandam decisionem tex.in d.l.si creditor, §.fin.ff.de distract. pigno.& ideo non sunt allegandi per ea, quæ dicit Cuman.in consi.101.col.3.& tradit Socin.nepos consil.j.col. penul.vol.j.

79 Attamen nos quærimus de iure, † quod ius veritate, & non opinionibus Doctorum est statuendum, l.2.§.sanè, C.de vete.iur.enuclea.& est tex.de iure diuino in c.23.Exod. ubi Dominus dixit Mosi, Non acquiescas multorum sententiæ, vt deuies à veritate. Cum ergo l.illa 2.in qua fundantur Doctor. non probet eorum intentionem, quia ibi est etiam prohibitio legalis: merito non est eis credendum, iuxta tex.in c. ego solis, 9.distinct. ex quo non fundant eorum intentionē aliqua lege, nec ratione probabili.ideo erubescendum est (dicit Imperator in l.illam, C.de colla.) cum sine lege loquimur. Nec iuuat istam opinionem decisio Bal.quę videtur in terminis istis loqui in dicto c.j.§.

80 hoc quoq;, in 3.col.de feud.success. † quia si diligenter inspiciantur verba Bald.& eius hypothesis, est multū diuersa ab hypothesi, de qua loquimur.quærit enim ibi Bal.si fuerit cōcessum vtile dominium cum pacto de non alienando, si fuerit contrauentum, ad quem deuoluitur feudum.& pręsupponit ipse, quòd tali casu amittatur feudum.& quærit, an redeat ad dominum pacifcentem, vel ad filios pręsupposita caducitate? Et quāuis primò disputet de validitate pacti per ea, quæ traduntur in l.qui absenti, ff.de acquir.possess.& ea, quæ ibi traduntur, examinat: Attamen dicta Doctorum ibi non conuellunt, imò magis firmāt, opinionem And. & quatenus subdit, quòd tex. in l.ea lege, & §.ea lege, loquuntur, quando transfertur totum dominium: quæ responsio iure non probatur, cum ratio sit, quia prohibitio stat in meris finibus prohibitionis, ideo non est potens ad impediendum dominium, vt declarat Ias.in dicto §.diui, nu.87.& fuit ratio Raphael.Cum.in consil. vltimo, quam sibi ascripsit Ias.tacito auctore: ideo non est facienda vis de totali translatione dominij, vel non totali, cum trāsferatur totum illud, quod est penes vassallum, vt eodem modo sit penes emptorem, sicuti erat penes vassallum alienantem, vt etiam considerat Andr. in d.§.pręterea, col.2.quib.mod.feud.amit. Nec facit aliquid argumentatio Aret.in d. l.qui absenti, §.j.ff.de acquir.poss.dū arguit à maiore, videlicet si retentio pignoris impedit translationem stāte pacto, quanto maius retentio directi dominij.nam argumentum procederet, quando retentio afficeret ipsam rem, & ipsum ius, quod alienatur, vt patet in d.l.si creditor, §.fin.ff.de distract.pignor. At cum alienatur vtile dominium, quod est separatum à directo in eo, quod alienatur, nullum ius reseruatū intelligitur ideo nō impeditur alienatio, cum ratio tex. in d.l.si creditor, §.fin.ff.de distrac.pignor. non conueniat; Quinimò nec verba, ideo non debet trahi ad istum casum. Reliqua argumēta Bal.nil faciunt, cum tendant solùm, an reuertatur id ad dominum, vel ad filium. manet defensata ergo opinio Andr. quam Blasc.Lanz.præsumpsit vnico verbo labefa-

81 ctare, dicens primò, † quòd communiter Doctor. tenent contra Andr. cum hoc sit penitus falsum, adducens postea solùm contra Andr.Doctor.in d.l.ea lege, & §.ea lege, citantes l.2. C.de iur. emphyt.qui, vt dictum est superius, nil faciunt in vno casu. tamen Andr.loquitur contra communem, dum di-

82 cit, † nisi esset adiecta conditio, vel modus:

nam

nam quantum ad modum loquitur contra communem opinionem Doctorum, indistinctè loquentium circa modũ, in l. qui absenti, §.j.ff.de acquir. possess.& qui tenere vellet opinionem Blasc. oporteret eã intelligere, † quòd esset nulla alienatio respectu ipsius dominij, qui retinuit directum dominium, quando ex pacto res deuolueretur ad ipsum directum dominium, & fieret consolidatio vtilis cum directo dominio, & in isto casu loquũtur tex.in l.2.C.de iure emphyt. & in c.potuit, de locat.& ad hoc tendunt rationes Bal.in d.c.j.§. hoc quoq;, de success. feu.col.3.nu.9.& Gualter.& aliorum.† at respectu filij, & agnatorum, non esset nulla vẽditio, quia eius fauore nulla hypotheca, nullum ius est reseruatum, ideo stat quò ad eũ in meris finibus conuentionis, & non poterit ipse vendicare, quibus nullum ius, quò ad hoc, fauet.& hoc est de mente Bal.in d.l. ea lege, col.j.circa finem.& ita sentiunt omnes Doctor.dum allegant tex.in d.l.2.C.de iure emphyt.qui in his terminis loquuntur. & quamuis Bal.in d.§.hoc quoq;. disputans quærat ad quem debet transire, & dicat ad filium nominatum.debet intelligi, si dominus agat vt reuocet alienationem, & non ꝙ filius suo iure posset agere rei vendicatorio iudicio. & cum de hoc non quærat, nec decidat Bald.nihil facit eius auctoritas, vt sæpius dixi ex Cuman.in consil. 101.col.3.& Soc.iunior consil.j. col.pen.vol.j. Et quod hoc non possit filius, patet expresse: nam quamuis iuxta tex. in d.l.2. C. de iure emphyt. ob contemptum domini fieret priuatio ipso iure; attamen intelligitur si dominus voluerit, vt scribunt omnes in d.l.2.& in materia feudali scribunt Doctor.in c.Imperialem, §. insuper, de prohib. feud. alien. per Freder.& in c.j.de vasall.decrep.ętat.& in c.j.§. præterea, quib. mod. feud. amit. & scribit Imol.in c.ex parte, de feud.cum ergo alienatio sit nulla ob ius reseruatum domino, intelligitur si dominus voluerit. † ideo agnatus non potest opponere de iure tertij, hoc ẽ domini, prout voluit in terminis Oldrad.consi.139.ad aliquale, col.2.quem omnes sequuntur, & maximè in feudis, in quibus non recipitur exceptio de iure tertij, vt voluit Andr.in c.j.de leg. Conra.Pern.consil.21.col.4.Ioan. Aloys.in causa Roccellæ. idcoque euidentissimè apparet, quòd filius nullum ius prætendere potest ex illo pacto

83

84

85

contra tertium possessorem, cum solùm ius l.quotiens, sit sibi in auxilium, quod non parit nisi actionem personalem, quæ non dirigitur contra tertium possessorem.& quando esset feudum hęreditarium, alia ratione non posset contrauenire, quia non posset ad illud aspirare citra ius, & nomen hęredis.ideo que cum non possit contrauenire, l. cum à matre, C.de rei uendic. glo.& Doctor.in l. fin.§. in computatione, C.de iur. deliber.& inuentarium non proficit in feudo hæreditario, ut superius disserui, & firmaui. Et ex hoc etiam resultat clara decisio, † quòd dominus consentiens alienationi feudi, in cuius concessione adest tale pactum, quòd nec ipse, nec alius poterit alienationem reuocare. Hoc probant tex.in d.l.2.& fin.& ibi Doct. C.de iure emphyt.& est tex. in c.j.§.præterea, quib. mod. feud. amitta. nam qui consentit, ius suum perdit, & alienum fortificat, vt habetur in d.§.præterea. Et ex his remanet expedita ista quæstio.

86

*S V M M AE.*

1 *Ista lex quamuis loquatur de Comite, comprehendit omnes alias dignitates.*

2 *Aequiparatorum in vno statutum, censetur in aequiparato statutum.*

QVAERO pro complemento principij, & regulæ istius legis; † cum loquatur tantum de Comite, an comprehendat etiam Marchiones, & Duces, & alios præcellentioris dignitatis, & gradus? Et in Regno tenetur hoc pro indubitato, vt dicit Blasc.Lanz.in commento istius legis, qui tenet hanc partem, quam latissimè firmat etiam Baib.in repet. istius legis, more suo multa congerens, quæ poterant omitti: quæ opinio vnico fundamento firmari potest. Nam cum Comitatus, Marchionatus, & Ducatus, ad paria iudicentur, & in eis semper versetur vna & eadem ratio, vt patet in c.j.quis dicatur Dux, vel Marchio, in l.j.§. præterea Ducatus, de prohib.feud.alieñ.per Freder.sequitur, † ꝙ quicquid sit statutum in vno, cẽsetur in alio statutum, argu. tex. in l.2.§.si mater, & ibi no.Bart.ff.ad Tertull.& latè scribit Soc.consil.36. col.2. vol.4. & cum sit hoc clari, nec controuersi iuris, non effundam verba, de qua quæstione quoq; latissimè tractat Frec. in tracta.de subfeud.lib.2.fol.78.& per hæc sit expeditum hoc principium legis.

1

2

Lex

*SVMMAE.*

*Lex ista permittit alienari feudum, sed integrum. nu. 1.*

2 *Feudi quota est pars determinata, vocatur vulgò Marchatum.*

3 *Vassallus potest alienare quotam feudi, quam possidet separatam à feudo.*

IDEOQVE condescendo nunc ad aliam partem legis, quæ continet restrictionem, & exceptionẽ: nã permittit ista lex alienari feu-

1 dum, sed integrum. † ideoq; non permittit, vt scindatur feudum, vt est tex. apertus, & clarus, sed statim obstrepit idem tex. nam non solum permittit alienari feudum integrum, sed etiam quotam partem ipsius, ergo permittit & sectionem. Quam obiectionem sentit Blasc. & dum conatur dissoluere, seipsum ligauit, & remansit adeo impeditus, quòd nullam reliquerit sibi viam vlterius exeundi, & à nodis se explicandi. Et ideo pro resolutione demõstrãdũ est prius,

2 † quid sit quota feudi, & ex verbis Luc. de Pen. in l. 2. col. 2. 3. C. de om. agr. desert. deprehenditur, quòd est tertia quarta, vel pars aliqua determinata ipsius feudi, certaq;, quę non designet aliquam partem particularem & incertam ipsius feudi, sed partem determinatam, vt illud Iuuenalis, Est quota portio fæcis Acher. & hoc ipse Lucas clare sentit, dũ allegat tex. in l. si debitor, C. de senr. pass. & Instit. de fid. §. si quis vna. hodie vulgò in Regno vocatur Marchatum, dictione penitus barbara, & ineleganti. ideoq; iustè nostra lex dictat, quòd si quis possideat feudum, possit illud alienare, dummodo inte-

3 grum alienet: † eodem iure si possideat quotam partem feudi, possit eandem quotam integrã alienare, quia sic nullus remanet scrupus. nã cum iste Baro, qui nunc alienat permissu legis, nõ possideat feudum integrum, sed quotam partem, ideoq; potest integram partem alienare: nam scrupus esset quomodo quota potuit peruenire ad illum Baronem cõtra formam constit. constitutionem. & tamen potuit interuenire Regius assensus, & sic licitè, de quo tamen nil attinet ad thesim istius legis, ideoque nulla contradictio, cum sit litera clara & aperta.

*SVMMAE.*

1 *Dicitur integrum illud, quod est perfectum, & nulla parte diminutum.*

2 *Soluere qui astringitur integra legata, non deducit falcidiam.*

3 *Blascus tenet, quòd non potest feudum alienari ex hac lege, retento vsufructu. & nu. 4.*

5 *Bart. in l. qui vsumfructum, ff. de verb. obligat. non dicit illud, ad quod allegatur.*

6 *Feudo pro corpore accepto, vsusfructus non est pars eius, neq; integralis, neq; subiectiua.*

7 *Ipsum pronomen, est ad oculum demonstratiuum.*

8 *Demonstrari ad oculum non potest, nisi corpus feudi.*

9 *Vsusfructus consistit in iure.*

*Lex ista non validat alienationem feudi absq; vsufructu. nu. 10.*

*Lex ista permittit feudum integrum alienari tantum. nu. 11.*

12 *Lex loquens cum aliqua qualitate, debet qualitas probari.*

13 *Alienans deducto vsufructu, non dicitur integrum feudum alienare. & nu. 14.*

15 *Fũdus possidetur, vt ex eo percipiatur fructus.*

16 *Integrum dicitur, cui nil deest.*

17 *Vsusfructus est instar & portionis.*

18 *Intellectus tex. in l. rectè dicimus.*

19 *Vsusfructus est similis parti.*

20 *Vsusfructus & dominium, non sunt partes separata, sed essentiales.*

21 *Curia magna nititur doctrinis Doctorum, & non Iurisconsultorum.*

22 *Integer, vel integro statu, nil refert dici.*

23 *Bal. loquitur, quando fit relatio per ipsum.*

24 *Verbo adiuncto immutatur prior significatio.*

SED quia permittit ista lex feudũ integrum alienari, est videndum (vt sciatur illud, de quo disceptatur) quid sit integrum? & cer-

1 tè integrum dicitur, † quod est perfectum totum, & nulla parte diminutum, & cui nihil deest, vt probat tex. in c. integritas, 32. q. j. & tex. in c. miramur, 61. distinctio. quos tex. ad hoc adducit Luc. de Pen. in l. 2. C. de bon. vacant. lib. 10. & est bonus tex. in l. fin.

2 C. ad leg. falci. † vbi astrictus ad soluendum integra legata, non deducit falcidiam. ad idem tex. in §. si verò expressim, in Auth. de hæred. & falcid. canebat Orat. in Odis,

*Integer vitæ, scelerisq; purus.*

Volens denotare summam virtutem absque contagio alicuius sceleris. ideoq; rectè dicitur integrum, quod nulla parte diminutum

tum est.& ex hoc infertur ad quæstionem sę pesæpius occurrentem, an possit Baro feudum suum totum alienare ex dispositione
3 istius legis retento vsufructu? † Et in hac quęstione Blasc.in hac lege tenet,quòd alienatio non teneat, quia ista lex non suffragatur, quia vult si præcipit feudum integrum alienari, & non diminutum; & negari non
4 potest (dicit ipse) † quin vsusfructus sit pars feudi, & hoc probat auctorit. Bart.in l. qui vsumfructum,ff.de verbor. obligat.& dicit, quòd ita tenetur, & fuit iudicatum in causa Francifontis.& verè ita fuit iudicatum in illa causa,& ego vidi pluries illam sentētiam. attamen ista opinio non videtur bene fundari in dicta doctrina Bar.in d.l.qui vsumfru-
5 ctum. † nam Bar.dicit, quòd est pars feudi, seu integralis dominij, ideoq; per illam dictionem, seu, Bart.seipsum declarat, quid senserit: nam sentit vsumfructum esse partem integralem pleni dominij, & non partem integralem fundi; & ita declarat glos. in l.rectè dicimus, ff.de verbor. sig.& Bart. in l.4.ff.de vsufruct. & vbicunque tractat de
6 ista materia. † sed accipiendo feudum pro corpore ipsius feudi, seu fundi, tunc vsusfructus non est pars, neq; integralis, neq; subiectiua ipsius feudi, ut in specie declarant Imol. & Socin.in d.l. qui vsumfructum, & prius Angel.in d.l.4.ff.de vsufruct.qui dicit quòd quantumcunq; dicatur, quòd vsusfructus sit pars dominij, quandoq; integralis, quandoq; prædicamentalis: attamen nunquam dicetur pars feudi,seu fundi,accipiendo pro corpore.& dicit isto modo debere intelligi tex.in dicta l.rectè dicimus, ff.de verbor.signif.ideoq; reducendo istas doctrinas ad istam legem,videtur dicēdum, quòd qui alienat feudum retento vsufructu, dicitur totum feudum alienare, vt est de hoc tex.in d.l.rectè dicimus,ff.de verbo.sig.& mens legislatoris videtur fuisse, ne scindatur corpus ipsius feudi, quod demonstratur per verba in fine posita in feudo,ipso integro,& in-
7 diuiso perdurante.& hoc † ex pronomine,ipso, quod est ad oculum demonstratiuum, vt voluit Bal.in consil.304.incipi.nobilis dominus de sancto Nazario.lib.5.sequūtur Ias. & Rip.in l.si filiusfamilias,§.diui,de legat.j.
8 † sed ad oculum nō potest demonstrari, nisi corpus ipsius feudi, & non vsusfructus, cum sit quid in corporale,ideo censetur Legislatorem voluisse per illa verba conseruare vnitatem corporis,& non aliud.Iccirco qui alienat retento vsufructu,dicitur totum alienare, & integrum feudum, ex quo nullam patitur sectionem. Pro hac opinione est tex.
9 not.in l.Meuius,§.fundo,ff.de legat.2.† vbi acutissimus Papinianus decidit vsumfructū cōsistere in iure, & nō in parte,tamen emolumentum rei continet.& ita respondebam aliàs, dum defenderem causam feudi di la Chabica. Attamen prædictis non obstantibus, rectius cogitando videtur dicendum, quòd qui alienat retento vsufructu sine spe
10 ciali consensu & assensu Regis,† & solūmodò confisus hac lege, nulliter alienat feudū, cum prohibentur feuda alienari, l.Imperialem,in princ.de prohib. feud.alien.per Freder.& per constit.constitutionem, quæ non reperiuntur correctę per istam legem in isto
11 casu, † cum velit & permittat feudum integrum alienari. ideo eo casu, quo alienatur
12 non integrum,ista lex cessat:† quia quotiens lex loquitur cum aliqua qualitate,ut procedat oportet semper verificari illa qualitas, l. 2.§.docere,& ibi Bar.ff.vi bono. rapt.l.pen. §.docere, & ibi latissimè Iason, ff.de.eo, per quem fact.& est tex.& ibi Gemin.& cæteri, in c.j.de homici.lib.6.scribit Bal. in l.si quis non dicam rapere,col.3.C.de Episco.& cle-
13 ric.& latè Alex.consilio j.in 3.volu. † & qui alienat retento vsufructu,non dicitur alienare feudum integrum, quod probatur ineuitabiliter in d.l.2. C.de bon.vacant. lib.10. ubi casus expressus, quòd fructus integrant fundum, & ideo veniunt quando legatur fundus integer, uel integro statu, quod idē est.iccirco ille tex.decidit istū casum, quòd feudum non dicitur integrum,cum ab eo re
14 mouentur fructus: † quinimò dicitur quædam proprietas nuda, quæ esset prorsus inutilis, nisi adesset spes consolidationis vsusfructus,misera integritas, cui totum deficit.
15 † nam ad quid aliud possidetur fundus, nisi ut ex eo percipiantur fructus ad vsum hominum l.ambiguitas, C. de vsufr. & in l.in fructu, ff. de vsufruc. lega. & declarat Brecch. in l.rectè dicimus, ff.de verbo.signif.?& pro confirmatione adduco tex. not. in l. nomen debitoris,§.fin.ff.de legat.3.ubi Scæuola Iurisconsultus decidit liberari debere filiam ab omni præstatione ex quacunq; causa, cui fuerint relicta legata, ut integra præstaren-
16 tur.ideoq; probat ille tex. † quòd illud dicitur integrum,cui nil deest.ad quæ multa cumulat

mulat Alex. in conſ. 133. vol. 5. ad idem tex. in l. ſi à reo, §. ſi reo, ff. de fideiuſ. ubi Caius Iuriſconſultus dicit, quòd vſuſfructus eſt ius feudi. ſequitur ergo, quòd qui alienat feudum, detracto vſufructu, cenſetur feudum non integrum alienare, quia ſine iure ipſius feudi, quod nemo dicet non pertinere ad integritatem ipſius feudi. ad idem tex. in l. cũ filius, §. dominus, ff. de lega. 2. † vbi Iuriſconſultus dicit, ꝙ vſusfructus portionis ĩſtar obtinet. ecce tex. apertũ vſumfructũ inſtar portionis obtinere. ideo qui alienat feudum deducto vſufructu, non dicitur alienare integrum feudum, cum detrahit vſumfructum, cum integrum dicatur illud, cui nil deeſt, vt probant iura ſuperius allegata. ad idem eſt tex. in l. qui vſumfructum, ff. de verbor. obligat. vbi Paulus Iuriſcõſultus dicit, quòd qui vſumfructum ſtipulatur, deinde fundum, ſimilis eſt ei, qui partem fundi ſtipulatur, deinde fundum totum. & è contrario, qui fundum ſtipulatus eſt, deinde vſumfructum, ſimilis eſt ei, qui ſtipulatur totum, deinde partem. ecce tex. elegãtem, quòd vſusfructus inſtar portionis eſt ipſius fundi, & non dicitur integer fundus abſq; fructu. Non obſtat tex. in dicta l. rectè dicimus, ff. de verbor. ſignif. † nam ibi eſt idem Paulus, qui non cenſetur à ſeipſo diſſidere: non enim negat Paulus in d. l. rectè dicimus, quòd vſusfructus non ſit inſtar portionis, ſed dicit quòd ille dicitur totum fundũ habere, cuius vſusfructus alienus eſt. Et reddit rationem, quia vſusfructus non eſt pars dominij, ſed ſeruitutis, veluti via, & iter. & hoc ſub ea ratione, nam qui habet proprietatem, dicitur verè dominus, & ſi vſusfructus alienus ſit, vt eſt tex. ĩ l. j. §. j. ff. ad ſenatuſconſul. Sill. ideoq; ſub hac ratione non dicitur vſuſfructus pars dominij, cum habeat dominiũ, qui ſolam proprietatẽ habet: ſed non negat Paul. ꝙ vſusfructus nõ ſit ſimilis parti feudi, quia hoc dicit in d. l. qui vſumfructũ. & Papinianus in d. l. cũ filius, §. dominus, ff. de lega. 2. vbi dicit vſumfructum ĩſtar portionis obtinere, ideoq; rectè dici poteſt vſumfructũ & proprietatẽ, partes eſſe legales, quod & Brecch. placet in d. l. rectè dicimus. & quomodo dicatur vſusfructus pars fundi, elegantiſſimè tractat Franc. Connan. vir tũ elegantiſſimus, tum doctiſſimus, in cõmento iuris ciuilis lib. 4. quem refert, & ſequitur Brecch. in d. l. rectè dicimus, vbi eleganti ſſimè reſoluit hũc nodum. Sed plus eſt, quod idem Paul. in l. 4. ff. de vſufruc. dicit, ꝙ in multis caſibus vſuſfructus ẽ pars dominij. qui tex. non poteſt cauillari cum ſit reſponſum eiuſdem Iuriſconſulti. ideoq; verũ eſt, † ꝙ vſusfructus non ſit fundi pars vera, ſed ſimilis, ut dicit Paul. in d. l. qui vſumfructũ, & Papinianus in d. l. cũ filius, §. dominus, ff. de legat. 2. † dum dicit, inſtar portionis obtinere. & nõ eſſe partes diſtinctas & ſeparatas, ſed concreatas, & coeſſentiales, quę non quãtitatem quidem, ſed ſubſtantiam vnam, ſeu totum eſſentiale conſtituit. ideoq; rectè dicimus, qui alienat feudum detracto vſufructu, eum non alienare integrũ feudum per prædicta. & maximè in iſta noſtra lege, in qua diſponitur feudatarium feudum ſuum integrum poſſe alienare. ideoq; obſeruãdũ eſt illud pronomen, ſuum. nam fundum noſtrum dicimus, qui ad nos pertinet pleno iure, videlicet dominio, poſſeſſione, & vſufructu, vt eleganter, & doctè Connan. diſſerit in loco ſuperius citato, & Brecch. in d. l. rectè dicimus. ideoq; rectè fuit iudicatũ in illa cauſa Franci fontis, non tenere diſpoſitionem feudi factã detracto vſufructu. At non credo, ꝙ viderant iſta, ſed doctrinam tãtùm Bart. in d. l. qui vſumfructum. † nam mos eſt in magna Curia obſeruare potius dogmata interpretum, quàm Iuriſconſultorum. Non obſtant modò ea, quę fuerunt adducta in cõtrarium, ꝙ vſusfructus non eſt pars fundi, accipiendo pro ipſo corpore: quia ſi non eſt pars propriè, attamen eſt ſimilis, & portionis inſtar obtinet, vt dicunt Paul. & Papinianus Iuriſconſulti, vt ſupra dictum eſt. quinimò in iſto caſu non tractatur de hoc, ſed theſis noſtra eſt, an deducto vſufructu dicatur feudum integrum, quod & nemo affirmabit eſſe integrum, cum ſit tex. apertus in contrarium in dicta l. 2. C. de bon. vacant. lib. 10. & ne quis cauſetur, † ꝙ in illo tex. dicitur integro ſtatu, quia nil refert dicatur integer ſtatus fundi, vel fundus integer, quod & ſentit ibi Luc. de Penn. ideo illa quęſtio non cadit in hac hypoteſi, an ſit vſus fructus pars ſubiectiua, vel prędicamentalis, vel integralis fundi, cum ſolùm inſpiciendum ſit, an dicatur feudum integrum alienatum detracto vſufructu, quod & ſatis patet ex prędictis, quòd non dicitur integrum alienatũ. Non obſtat finis iſtius legis, ĩ illo pronomine, ipſo: quia ſatis dicitur inſpici corporaliter fundus, cũ videtur totus, cum eſſentialiter contineatur

in

17 18 19 20 21 22

in eo usufructus, ergo eo uiso uidetur usuf-
23 fructus, qui in eo continetur. † Præterea Bald. loquitur, quādo fit relatio per, ipsum, pronomen; at isto casu nulla relatio, sed demonstratio, ut remaneat feudum ipsum alienatum integrum, & non diuisum. quinimò & si pronomen, ipsum, referatur ad feudum, ut possit imaginari illud, quod dicit Bald. in dicto consil. ut trahatur ad hunc casum, posset procedere quando diceretur feudo ipso.
24 † at quādo adiungitur, integro, propter adiunctum immutatur prior significatio, l. qui lancem, ff. de aur. & argen. leg. quo argumento utitur sæpesæpius And. ideoque patet istā esse ueram opinionem, ac tenendam, quam ferè omnes Siculi tenent, & eam tenet etiā in fortioribus terminis Loffred. in consil. 3.

## SVMMAE.

1 *Alienatio tota non vitiatur, sed retentio vsusfructus.*
2 *Vtile per inutile non vitiatur in diuiduis.*
3 *Interpretatio debet fieri, vt actus valeat.*
4 *Feudi ex alienatione, retento vsufructu, resultant duo contractus.*
5 *Vsusfructus est ius alienis rebus vtendi, salua rerum substantia.*
6 *Vsusfructus ex constitutione transfertur dominium.*
7 *Res propria nemini seruit.*
8 *Contractus sunt duo in vno instrumento.*
9 *Inutilitas vnius contractus, non vitiat alterum.*
10 *Intellectus l. Pedius, §. 1. ff. de arbitris. & num. 15.*
12 *Bart. declaratur opinio in auth. qui rem, C. de sacrosanc. eccles.*
13 *Intellectus tex. in §. sed neque, de reb. ecclesi. non alien.*
14 *Concessio facta ab ecclesia vltra tertiam generationem, non vitiatur in totum.*
15 *Vtile quando est potentius, trahit ad se inutile.*
16 *Alienatio feudi potentior constitutione vsusfructus.*
17 *Vsusfructus differt, qui sonat in ius, ab eo, qui sonat in factum.*
18 *Vsusfructus, qui sonat in factum, est qui percipitur de voluntate domini.*
19 *Vsumfructum pro fructibus accipiendo, valeret actus.*
20 *Iuramentum facit valere actum omni meliori modo.*
21 *Iuramento stante valet actus omni meliori modo, etiam si peccaret in forma.*
22 *Constitut. constitutionem, non corrigit c. 1. §. sed & si libellum, de alien. feud. pater.*
23 *Alienatio feudorum est prohibita.*
24 *Leges feudorum, & consti. Regni, censentur confirmata per istam legem, quando non alienatur feudum.*
25 *Lex nulla sanet alienationi feudorum, retento vsufructu.*
26 *Alienatio proprietatis inde est inutilis.*
27 *Vsusfructus feudi non potest alienari.*
28 *Argumentum, quod vtile per inutile non vitiatur in diuiduis, quando vtrunque est prohibitum, non consistit.*
29 *Regula, quod in diuiduis vtile per inutile non vitiatur, procedit, quando sunt dispositiones diuidua.*
30 *Argumentum à contrario sensu validissimum.*
31 *Intellectus tex. in l. sed si mihi, ff. de stipulat. seruo.*
32 *Intellectus l. Pedius, §. 1. ff. de arbitr.*
33 *And. opinionis declaratio in constit. constitutionem, & in l. Imperialem, in princip. de prohib. feud. alien. per Freder.*
34 *Doctoris dictum debet intelligi secundum legem, quam allegat.*
35 *Fictiones dua non admittuntur.*
36 *Refutatio, qua fit proximiori successuro, tenet.*

ET correlariè nec est uerum, quod dicit Blasc. Lanz. in præallegationibus causæ Caltabillocttæ, dum determinat, quòd posito φ retentio usufructus esset dismembratio feudi, & φ non possit fieri alienatio feudi nō integri
1 uigore istius legis: † attamen si fieret, non uitiatur alienatio tota, sed retentio usufru
2 ctus tantùm. motus, † quia utile per inutile non uitiatur in diuiduis, ut patet ex tex. in l. prima, §. sed si mihi, ff. de uerborum o-
3 bligat. Item, † quia debet fieri interpretatio, ut actus potius ualeat, quàm pereat, l. quotiens, ff. de rebus dub. cum similibus. quam opinionem aliàs confirmabam, dum
4 allegarem in dicta causa Chabicæ, † quòd in instrumento, in quo continetur alienatio feudi, retento usufructu, sunt uerè duo contractus; unus alienationis feudi, alter
5 constitutionis usufructus. † nā usufructus est ius alienis rebus utendi salua rerum substantia, ut inquit tex. in l. j. ff. de usufruct. & constituitur per dominū, l. 2. ff. de usufruct.

6 † quo constituto trāsfertur statim dominiū, l.quisquis,C.de dona.l.quod meo,& ibi Doćto.ff.de acq.poss.& non ob aliud fingit hoc lex, nisi vt valeat retentio vsusfructus, quia nisi transferatur in eum,in quem facta est alienatio, non posset consistere vsufructus, cum sit ius vtendi, & fruendi rebus alienis, salua rerum substantia,d.l.j.ff. de vsufruc. & sit pars seruitutis d. l. rectè dicimus, ff. de verbo.signific. & est regula iuris, † quòd res 7 propria nulli domino seruit.l.neque,ff.de re gu.iur. ideoque claresit ex his, † quòd sunt 8 duo contractus in vno instrumēto, vnus qui fit per alienantem, vel donationis, vel alio titulo alter dationis vsusfructus per illum, in quem fit alienatio. vnde sequitur, † quòd 9 inutilitas contractus dationis vsusfructus, non debet vitiare alterū contractum alienationis feudi,quia in diuiduis vtile per inutile non vitiatur,d.l.j.§.sed si mihi, ff.de verb. sign. Nec obstaret si diceretur,quòd isto casu videtur actus indiuiduus inspecta voluntate contrahentium, quia aliter contracturi non essent,argum.tex.in l.Pedius, §.j. ff. de arbitr. & istam doctrinam tradunt Docto. in d.§.sed si mihi. Nam ad hoc respondebatur, quòd in isto casu nullatenus potest hoc considerari: † nam in casu d. l. Pedius fuit 10 compromissum in duos,quorum vnus repertus fuit seruus, & ideo inhabilis; iccirco vitiatur actus in totum,quia erat vnicus,& indiuiduus. ideoque per vnum solum non poterit dici sententia, quia partes non consenserunt in unum solum, nec cuilibet fuit data potestas insolidum. iccirco dicitur, quòd indiuiduum attenta voluntate contrahentium. at in isto casu non potest hoc adaptari, nam (vt dictum fuit supra) in vno instrumento sunt duo contractus, vnus alienationis feudi, alter dationis vsusfructus. In actu indiuiduo alienationis feudi non reperitur aliqua pars vitiosa,quæ posset subuertere totam alienationem, sed vitium & inutilitas reperitur in altero contractu dationis vsusfructus, † quo casu vitium istius contractus 11 non habet vitiare alterum contractum separatum.& ad confirmationem adducebā not. decis. Socin.in d. §. sed si mihi, ff. de verbo. obligat. † vbi tractando illam quæstionem 12 Bart.in auth.qui rem, C. de sacrosan.eccles. quòd ecclesia concedente ad emphyteusim vltra tertiam generationem, quòd concessio in totum annullatur. Roman. tamen in dicta l.j.§.sed si mihi,adducebat contra Bar. tex.in dicto §. sed neque, in authen. de reb. non alienan.vbi est tex. quòd pactum reuocationis annullatur, & non annullat contractum principalem. Et dicebat, quòd decisio Bart. erat contra casum legis. Socin. tamen in dicto §. sed si mihi, defendendo Bart.dicebat, quòd ille tex.non obstabat decisioni Bart. † nam ille tex. ideo procedebat, quia 13 pactum renouationis erat contractus distinctus, separatus, & alterius speciei à concessione principali; iccirco non potest argumētari à nullitate pacti ad nullitatem concessionis, & ita respondet Socin. & ista responsio videtur decidere istam hæsitationem, cum contractus dationis vsusfructus sit contractus, & penitus separatus, & alterius speciei ab alienatione, vt supra fuit explicatum. iccirco non potest ex nullitate vnius ad alterius nullitatem argumentari. & adducebā etiam communem conclusionem Doctorum concludentium, † quòd concessio 14 facta per ecclesiam vltra tertiam generationem non annullatur in totum, sed remanet valida vsque ad tertiam generationem,& nihilominus erat vnicus contractus,& concessio vnico contextu. De qua communi opinione per Doctores in dicto §. sed si mihi. Præterea & alia ratione confirmabam, nam etiam in indiuiduis semper, quod vtile est potentius, trahit ad se inutile, & reddit illud inefficax. † ita scribit Angel. in dicto §. 15 sed si mihi. Et sequitur Imol. ibidem. & quamuis Imol. dicat, quòd gloss.quam Angel. allegat, hoc non probat: attamen ipse sequitur eius opinionem, & adducit gloss. idem tenentem in auth. ingressi, C. de sacrosanct. eccles. quæ glo.opinio est communis, prout communem dicit Imol. in l. si quis instituatur, ff.de hæred. institu. & in c. cum inter, de constit. & refert Dec. in dicta authen. ingressi, C. de sacrosanct. eccles. & certè non potest denegari, † quin alienatio 16 feudi sit actus potentior, quàm datio vsusfructus, cum illa datio vsusfructus non potest subsistere, nisi stabilita alienatione feudi, vt supradictum est. Præterea dicebam, † quòd est differentia inter vsumfructum, 17 quando sonat in ius, & vsumfructum,quando sonat in factum,nam primum statuit ius, & ideo non potest constitui in feudo, quod est prohibitum alienari, ut determinat Andræas in l.j.in princ. col. 2. de prohib.feud. alien.

alien.per Frederic. & sequantur omnes ibidem. † at vsusfructus, quatenus sonat in factum, qui est perceptio fructuum de voluntate domini, non venit in prohibitione alienationis: imò feudatarius potest vendere omnes fructus pro toto tempore vitæ suæ absque consensu Principis, prout determinat Andr. in dicta l.Imperialem, in princip. col.2. de prohibit.feud. alien.per Freder.& in isto casu non est aliqua dismembratio.

19 † idcoque accipiendo vsumfructum pro fructibus, valeret reseruatio, quia non induceretur diminutio, neque dismembratio feudi. stante ergo hoc fundamento, vt potius actus valeat, quàm pereat, debet fieri interpretatio, etiam verba impropriando, vt accipiatur pro vsufructu facti potius quàm iuris, argu.tex.in l.quotiens, ff.de reb. dub. & pro hoc adducebam doctrinam Bar.in auth. ingressi, C. de sacrosanct. eccles. vbi voluit, quòd ingrediens monasterium cum reseruatione vsusfructus bonorum; vt valeat illa reseruatio, debet intelligi de vsufructu facti potius, quàm iuris, vt actus potius valeat, quàm pereat. idem voluerunt Bald. & Angel.in l.j.ff.de condit. institu. & Bald. in l.j. quæst.7. C.de his, qui pœn.nom.Aret.in dicta l.j. §. sed si mihi, col.3. ff.de verbo.obligat. quæ doctrina (dicebam) videtur determinare istam quæstionem: & tanto magis

20 hæc procederent, † quia iam receptum est in Regno, in omni contractu interponi iuramentum, quod facit actum valere omni meliori modo, quo valere potest, & voluit Bart. per illum tex. in l. cum pater, §. filiis

21 matrem, ff. de legat. 2. † & clausula, omni meliori modo, facit valere actum eo modo, quo potest, etiam si peccaret in forma, vt tradit copiosè (more suo) Alex. consil. 12. col. fin.vol.j. & Doctor.maximè Moderni, in d. l.j. §. sed si mihi. ideo clarissimum est, quòd capiendo vsumfructum pro fructu, quòd contractus & reseruatio teneret; ergo ita capiendum est, vt teneat actus potius, quàm pereat, d.l.quotiens, ff.de reb.dub. cum simil. Vltimò adducebam auctoritatem Andr. in

22 constit. constitutionem. † dum dicit, quòd dicta constitutio non corrigat c. j. de alien. feud.pater. quòd disponitur posse fieri alienationem in cum agnatum proximiorem, qui successurus est. vnde dicit ipse, quòd refutatio ualebit. Sed alia pacta & stipulationes non valebunt, ideoque sentit, quòd vtile per inutile non vitiatur. & istam opinionem, vt dixi, tenet Blasc. in allegationibus in causa Caltabillottæ, quamuis nõ adducat ista, quę ego adduxi in dicta causa Cabicę. At nunc rectius considerans, reputo istã opi-

23 nionem falsam: † nam clarissimi, ac non controuersi iuris est, ꝙ est prohibita oĩs alienatio feudorũ, vt sunt tex. in l.Imperialem, in prin.de prohib.feu.alie.per Fred. & in cõsti. constitutionem. quæ leges nõ censentur cor-

24 rectę per istam legem in hoc casu, † quinimò cẽsentur expresè cõfirmatę, dum lex ista expresè permittit feudum integrũ alienari, & ideo nulla adhibita diminutione. ideo cum remaneant isto casu incorrectæ, imò ista lex eis faueat, sequitur necessariò, ꝙ talis alienatio, quæ continet feudi diminutionem (ex quo integrum non alienatur, cum sit contra leges expresè inhibẽtes alienationem feudorum) sit ipso iure nulla per dictã l. Imperialem, in princ. & constit. constitutionem.

25 cum ergo nulla lex faueat alienationi feudi factæ isto modo, non video quomodo possunt adaptari, quæ Blasc.dicit, ꝙ vtile per inutile non vitiatur: nam in ista hypothesi nul-

26 lus contractus est vtilis, † nam alienatio proprietatis feudi nulla, detracto vsufructu, inutilis cum prohibeatur & per leges Frederici antiquas, & per istã etiam, dum permittit tantum alienari feudum integrum, & nõ diminutum, cõtractus ẽt dationis vsusfructus

27 est etiam nullus, † quia vsusfructus feudi prohibetur alienari, vt tenet And.in l.Imperialem, in prin.de prohib.feud.alie.per Freder.

28 & in constitut. constitutionem. † cum ergo vterq; 9ctus sit prohibitus, & nullus, non cõsistit argumentũ, ꝙ vtile per inutile in diuiduis non vitiatꝛ, cũ isto casu sit vtrunq; inutile. ideoq; inutilis, ac vana talis argumẽtatio. Et cũ hęc sint clara & manifesta, non esset vlterius insistendũ. sed vt appareat magis veritas, respondebo sigillatim ad omnia adducta in contrariũ, & præsertim ad ea, quæ adduxi in causa Cabicę, quæ quamuis sint apparentia, attamen nil prorsus faciunt contra veritatem. Non obstat primò argumentũ Blasc. de tex.in l.j. §.sed si mihi, ff.de verb.obliga. in quo tex. sumitur regula, quòd utile per inutile non uitiatur: nam quamuis esset hoc regulare, quod tamen negat Emil. Ferret. ibi dicens, hoc censendum ex subiecta materia. Attamen illa regula procedit, quando sunt dispositiones diuiduę, q̃ recipiunt separatio-

O 2

rationem, prout dicũt ibi Doctores omnes. Ideoque cum vna dispositio contineat suam essentiam perfectam, & possit ex seipsa consistere, nimirum si altera subsequens dispositio inutilis non debet alteram perfectam vitiare. at isto casu considerando dispositiones de per se, nulla subsistit: quia alienatio proprietatis solius non tenet deducto vsufructu, quia contra legem hanc, & contra constit. constitutionem, & pariformiter concessio vsusfructus feudi non tenet etiam, est enim inutilis. Cum ergo dispositiones separatæ sint inutiles, non potest habere locum regula, quæ dictat, vtile per inutile non vitiare, cum nil reperiatur vtile: nimirum si totum vitiatur, quia quælibet dispositio est vitiosa in seipsa, & cessat ratio Iurisconsulti in dicto §. sed si mihi. qui fundat responsum suum in eo, quòd vna stipulatio est vtilis, ergo si ambo inutiles, ambo corruerent, vt à 30 contrario sensu probat ille tex. † quod argumentum à contrario sensu legis, fortissimũ est in iure, l. j. §. huius rei, ff. de offic. eius, cui 31 mand. est iurisdict. † quod & probat Vlpia. Iurisconsultus in l. sed si mihi, in fine, ff. de stipulat. seruor. dum dicit, quòd in illa specie ideo non consistit stipulatio, quia non inuenitur in cuius persona stipulatio consistat, & in cuius solutio: ideoque Iurisconsultus in ratione decidit istum casum, cum in ista specie non reperiatur persona, in qua consistat alienatio, cum proprietas sola non potest transferri vetante ista l. & constitut. constitutionem, & pariformiter datio vsusfructus. ideoque malè quadrat argumenta- 32 tio Blasc. pro quo est, † quòd in actibus indiuiduis ratione voluntatis tunc vtile per inutile vitiatur, vt probat tex. in d. l. Pedius, ff. de arbitr. & dicunt omnes in d. §. sed si mihi, & est argumentum ineuitabile; & responsio, quæ aliàs dabatur à me, est protinus falsa, quia in ista specie nullus contractus est vtilis, nec proprietatis, cum dissecatur feudum, vt scinditur cõtra istum tex. meritò corruit argumentatio Socin. corruunt omnia, quæ fuerunt dicta in ista materia: nam in illis casibus præsupponitur vtilitas vnius actus, qui subsistat, at isto casu nullus subsistit. & minus etiam obstat, quod debet fieri interpretatio, vt vnus actus valeat, l. quotiens, ff. de rebus dub. cum similib. & sic vt accipiatur vsusfructus pro fructibus, quatenus sonat in factum, quorum fructuum valet alienatio,

33 quia hoc non est verum simpliciter. † nam opinio Andr. in dicta l. Imperialem, in princip. de prohib. alien. per Freder. & in constit. constitutionem, procedit in alienatione fructuum ad modicum tempus, secus si fieret alienatio fructuum ad longum tempus, vt latè distinguit, & comprobat Afflict. in dicta constit. constitutionem. quanto fortius in ista specie, in qua fit reseruatio vsusfructus ad vitam refutantis. Præterea ista interpretatio non potest fieri in hac specie: nã quod possit vendere fructus, & perceptionẽ fructus pro eo tempore Baro, quo est feudum penes ipsum, ista est quæstio Andreæ in dicta constit. constitutionem, & in l. j. in princip. de prohibit. feud. alien. per Frede. ad quam vult Blasc. reduci illa retentio vsusfructus, vt valeat donatio, seu refutatio: nã si considerantur iura, quibus mouetur And. 34 & Doctor. qui eum sequuntur, † secundum quæ iura dictum Doctoris debet intelligi, iuxta doctrinam Bart. in l. non solum, §. liberationis, ff. de liber. legat. friuola, & inefficax est illatio Blasc. duo enim iura allegat Andr. in d. constit. constitutionem, & alibi, vbi tractat de hac materia, videlicet tex. in l. codicillis, §. instituto, ff. de legat. 2. & tex. in l. pater, in princip. eod. titul. qui tex. & si probent opinionem Andr. in casu, de quo loquitur; attamen nulla vi possunt trahi, vt faueant opinioni Blasci. nam tex. in dicto §. instituto, & si concedit prohibito alienare, vt cedat pensionem domorum locatarum eius creditori sub ea ratione, quia non censetur alienare, qui locat ad modicũ tempus, & tex. in l. pater, in princ. decidit prohibitionẽ alienationis non extendi ad alienationem necessariam. qui tex. & eorum rationes, perquàm optimè applicantur ad hypothesim Andr. quod Baro possit vendere fructus feudi pro tempore vitæ suæ, cum nõ ob aliud possideatur feudum, nisi vt percipiat fructus Baro, vendat, cedat, & disponat pro libito voluntatis. at in ista hypothesi nullatenus possunt induci dicti tex. nec eorum rationes: nam Baro in hac hypothesi, qui donat, & refutat, pleno iure possidet integrum feudum, & illud donat retento tamen vsufructu, aliter non donaturus. & cum sit non integrè donatum, corruit datio, vt ex superius dictis patet in hac hypothesi. oportet fingere, vt possit substineri opinio Blasci, quòd donatarius consequutus fuerit integrum

grum feudum ex donatione, & refutatione, & quòd inde concessetit perceptionem fructuum ipsi donanti; † quæ fictiones cum sint duæ, non ex eodem fonte manantes, secundum receptam opinionem Doctorum in l.j. C. de dot. promiss. non possunt consistere, & maximè cum repugnant verba contractus, & mens donantis, cum ex verbis, ex quibus deprehenditur mens, donans noluerit aliter dare, nisi ipse retineret fructus feudi: iccirco cum ex tali specie penes vnum remaneat proprietas nuda, & penes alium emolumentum fructuum ex eodem contractu, sequitur quòd cum vtrunq; sit non integrum, sed diminutum, quòd vtrunque corruat, nec vlla fictione, ac interpretatione potest substineri, cum fiat alienatio expressè contra istum tex. prohibentem alienari feudum non integrum. at in casu And. erat alia ratio, nam penes Baronem erat integrum feudum, qui vē debat, vel cedebat perceptionem fructuum; ideoque censendum est opinionem Blasc. non esse veram, & contrarium tenet Sigism. Loffred. dicto consil. 3. & est vera opinio, & tenenda. Limitatur tamen communis opinio Doctor. † vt non procedat in ea donatione & refutatione, quæ fit proximo successuro, iux. tex. in c.j. §. & si libellum, de alien. feud. pater. & hoc ex decisione And. in constitut. constitutionem, dum determinat, ꝙ per illam constitutionem non censetur correctus tex. in c.j. §. & si libellum, de aliena. feud. pater. ideo sicuti prius poterat refutari feudum integrum, & non integrum; pariformiter sicuti poterat eo tempore diuidi feudum, pari ratione post istam legem. nam sicuti constit. constitutionem, non corrigit c.j. de feud. alien. §. & si libellum, pari ratione nec ista lex. Sed ista decisio And. nil facit, nam loquitur de consensu Regis, in quo nō censetur ille tex. correctus, sed de dismembratione verbum nullum in And. ideoq; nō potest ab eius decisione argumentari, cum de his nil dixerit. sed ista limitatio probatur per constit. Frederici, eorum fraudibus, sub rubr. de iure releuij, per quam constitutionē supra relatam limitationem istā tenent oēs.

### S V M M AE.

1 *Feudi refutatio facta remotiori agnato an teneat.*

2 *Feudi contra legem non fit, si alienatur in vnū ex comprehensis in inuestitura.*

3 *Doctorum catalogus tenentium, quòd teneat refutatio facta remotiori agnato.*

4 *And. tenet contrariā opin. & multi sequuntur.*

5 *Regula adhærendum est, dum non demonstratur limitatio.*

6 *Libellus nō dicitur, sed refutatio, quando se sub trahit possessor, et admittit subsequentem in gradu.*

*A tex. in l. cū pater, §. à filia, videtur sumptus §. & si libellū. de alien. feud. pater. nu. 7.*

8 *Intellectus verus c. 1. de alien. feud. pater.*

*Non est verum quòd Princeps cōsentiat alienationi feudi in remotiorem agnatum. nu. 9.*

10 *Feuda, et fideicōmissa æquiparantur circa successionem.*

11 *Intellectus §. quindecim, l. cū pater, ff. de leg. 3.*

12 *Concedentis mens, quòd transeat feudum in descendentes in infinitum, sed gradatim.*

13 *Persona quot sunt, tot censentur concessiones.*

14 *Concedentis talis præsumitur mens, qualis de iure esse debet.*

15 *Dominus offenditur, si fit alienatio feudi alio ordine, & via, quàm statuerit.*

16 *And. præcedit in feudis, et excedit alios auctoritate.*

SED operæprecium est tractare, an illud, quod dicitur de refutatione per d. §. et si libellum, procedat, etiā si fiat refutatio cuilibet de cōprehēsis in inuestitura, etiā remotiori? † & primò videtur dicendū, ꝙ valeat, etiā ꝙ fiat remotiori, cum semper censeatur inesse cōsensus dn̄i, ex quo à principio inuestierit, & videt̄ permisisse alienationē inter eos, argu. tex. in l. cū pr̄, §. quindecim, ff. de legat. 3. & ratio pōt esse, quia nō decipitur dominus, nec fit contra naturā recti feudi, cum feuda progrediātur in descendētes, & agnatos, c.j. §. hoc quoq;. qui feu. da. poss. c.j. de grad. suc cess. in feud. † ideoq; cum fit alienatio feudi in vnum ex descendentibus, in quos in infinitū voluerit dator feudi ipsum feudū peruenire, quatenus descendunt ex primo acquirente, statim apparet non fieri contra legem domini, † quinimò adimpleri eius voluntas; & hoc tenet Martin. Laudens. in cap. Titius, colum. 4. si de feud. fuer. contro. inter dom. & agnat. qui tenet valere alienationem in vnum ex agnatis, quamuis remotiorem in præiudicium domini, & ipsius alienantis. & idem tenet Præposi. in d. c. Titius, col. 5. &

hanc partem tenuit prius Bald. in cap.j. col. 2.verſ. quæro,an inter agnatos.nu.8. de prohib.feu.alien. per Freder. quem refert & ſequitur Carol.Ruin.in conſ.8.vol.j. latiſſimè explicat Io.Cephal. diſtinguendo in conſil. 27.† Contrariā opinionem.tenet And.apertiſſimis verbis in d.c. Titius, col.j. verſic. de parte verò data. vbi clarè & apertè dicit, ꝙ de parte data remotiori agnato tenendum eſt, ꝙ fecerit de domini voluntate. & ideo expectatur mors alienantis, aliàs ſtatim liceret agnato proximiori reuocare. ideoque apertiſſimè tenet, quòd non tenet alienatio, ſed ſtatim aperitur feudum agnato proximiori, & ſequitur Aluarot.in dicto c.Titius, qui reprobat diſtinctionem Bald. ibi, & adhæret Andr. eandem opinionem tenuit Iacob.de Beluiſ. vt refert Bald. in l. Imperialem, in princ. num.8. de prohib.feud.alien. per Freder.hanc opinionem videtur expreſsè tenere Afflict. in dicto c. Titius, dum intelligit alienationem factā remotiori agnato, fuiſſe de conſenſu domini; ideoque apertiſſimè adhæret Andr. hanc opinionem è noſtris tenet quidam antiquus Doctor in quodam conſilio, incipiente, caſus poſitione omiſſa, allegans Andr. ſemper tenuiſſe hanc opinionem; & iſtam opinionem tenet etiam Ferrandus Boniornus in allegationibus, quas fecit in cauſa feudi di li Miri, qui tamen non reſpondent contrariis. eandem opinionem tenuit magna Curia in iuſtificatione dictæ cauſæ. Ego autem opinionem Andr. amplectens, eam firmabo, & reſpondebo obiectis in contrarium: nam quòd nō valeat alienatio feudi in agnatum remotiorem, probatur per l.Imperialem, in princip. de prohibit. feud. alien. per Freder. & in cōſtit. conſtitutionem. quæ iura, cum generaliter loquantur, ac diſponant, debent generaliter intelligi, etiam ſi ſit maior ratio in vno caſu, quàm in alio, vt probat Iuriſconſultus in l.j. §. j. ff.de aleat. & iſto modo arguit Andr. in conſtitu. vt de ſucceſſionibus. pro quo facit, † quia adhærendum eſt regulæ, donec demonſtretur limitatio, vel ex aliquo tex.vel aliqua ratione, vt docent Bart. & Iaſ. in l.ex quacunque,col.2. ſi quis in ius voca. non ier. & ſcribit Marc.Mant. in rubr. ff.de regu.iur.at ab iſta regula unus ſolus caſus excipitur, ſcilicet quando fit refutatio in proximiorem agnatum, c.j. §.& ſi libellum. de alien. feud. pater. iccirco cęteri caſus remanent ſub regula l.j. vbi Dec. & Cagnol. ff.de regu.iur.nec quiſpiam dicat,quòd tex. in dicto c.de alien.feu. pater. videtur concedere alienationem inter agnatos ſimpliciter: ibi licèt prohibeatur beneficij alienatio inter agnatos, tamen permittit, quia debet intelligi inter illos agnatos, ad quos beneficium quandocunque reuerſurum eſt, vt dictat tex. in princip. † ideoque ſubdit, quòd eo caſu non eſt libellus, ſed refutatio, cum ipſe ſe ſubtrahit, & admittit ſubſequentem in gradu, cui iure proprio (ſubmoto eo, qui præcedebat in gradu) deferebatur feudum: quę ratio ceſſat in remotiore. & hoc decidit acutiſſimus Papinia. in l.cum pater,§.à filia. ff.de legat.2. cum in ſimili hypotheſi dicat, in eum deſtinatio dirigi poteſt, qui fideicōmiſſum inter cæteros habiturus eſt, remota matris electione. † à quo tex. in eius ratione, videtur deſumptus ille tex.in d.c.j. de alien.feu.pater. qui quamuis permittat feudi alienationem inter agnatos; attamen intelligi debet de illis agnatis, ad quos feudum reuerſurum eſt, remota alienatione agnati poſſidentis feudum. † & iſte eſt verus intellectus dicti tex. c.j.de alie.feu.pater. vt procedat,quādo fit alienatio in eum agnatum, qui eſt proximior, & ſucceſſurus in feudum. Non obſtant argumēta in contrarium, quia nulla vi poſſunt trahi ad hunc caſum: nam quatenus primò arguebatur, quòd ſemper intelligitur adeſſe conſenſus domini, ex quo à principio inueſtituræ cenſetur dominum permiſiſſe alienationem, argumento tex. in l.pater, §. quindecim, ff. de legat. 3. † nam hoc eſt falſum, quòd cenſetur à principio inueſtituræ dominum conſenſiſſe fieri alienationem in quemlibet ex deſcendentibus, quia repugnat tex. in l.cum pater, §.à filia, ff.de legat.2. dum reſpondet Iuriſconſultus, in eum poſſe fieri alienationem, qui remota alienatione eſſet ſucceſſurus, ideo non cenſetur in eum permiſſa alienatio. & quamuis tex.in dicto §. à filia, loquatur in fideicommiſſo, rectè militat in feudo, † quia hęc ęquiparātur,& ab vno arguitur ad aliud, vt facit ſemper And.in c.j.§.hoc quoque, de ſucceſſ. feu. & in c. j. qui ſucceſſ. teneant. & Dec.in conſi.445.† ideoque tex. in dicto §. quindecim,qui loquitur quādo fit alienatio in eum, cui permiſerit teſtator venundari, malè quadrat in hoc caſu, cum nulla deprehendatur voluntas Domini, vt alienetur

in re-

in remotiorem agnatum. Nec obstat ratio, quæ assignabatur huius dicti, quòd non decipitur dominus, nec fit contra naturam recti feudi, cum feuda progrediantur in descendentes, & agnatos, ideoq; non fieri contra naturam feudi, cum alienatur in vnum ex agnatis, imò censetur adimpleri volũtas

12 datoris feudi, nam totum est falsum: † nam verum est, quòd voluntas dantis tum accipientis etiam videtur fuisse, vt descẽdat feudum in infinitum, sed tamen gradatim. ideoque censetur secundum prærogatiuam gra-

13 dus facta vnicuiq; concessio, † ut quot sunt personæ, tot censeantur concessiones, vt voluit And. in c. j. §. hoc quoq;, col. 2. de success. feu. & voluntas concedentis videtur esse, vt fiat alienatio in eum, qui præcedit gradu, iuxta tex. in d. §. à filia, ff. de legat. 2. & non quòd postergato proximiore fieri possit alie-

14 natio in remotiorem, † quia talis præsumitur mens concedẽtis, qualis de iure esse debet, l. ex facto, & ibi Bart. & Doctor. ff. de vulga. & pupilla. substit. pro quo facit doctrina Pauli de Castro & Doctor. per illum tex. in l. fi-

15 na. C. de verb. signif. † ideoque potest dici quòd offenditur dominus, si alio ordine, & alia via, quàm ipse statuerit fieri posse alienationem in eos agnatos, in quos aliquando feudum reuersurum est. certè offenditur ipse, si in alios, in quos feudum eo tempore non esset reuersurum, fieret alienatio, quod magis explicat Papinian. in d. §. à filia. à quo (iudicio meo) extractum est d. c. j. de aliena. feud. pater. & ista est veritas: ex quibus apparet uanam distinctionem illam relatam per

16 Cephalum in dicto consi. 27. † Non obstant auctoritates adductæ in contrarium, quia contra eos est And. qui solus eos omnes, qui tenent contrarium, excederet; & maximè qui habet tot sequaces, & eius opinio fundatur melioribus rationibus: quo casu etiam tenendum esset contra communem, c. capellanus, & ibi Abb. de fer. scribunt Doctor. in c. j. de constit. quanto fortius in isto casu, in quo nulla apparet cõmunis opi. cõtra Andr. ideoq; verissimè deciditur, quòd si fiat alienatio in remotiorem agnatum retento usufructu, quòd non ualeat, sicuti si fuerit in qnemlibet extraneum.

## S V M M AE.

1 *Feuda si subiugantur iuxta formam bullæ, an requiratur consensus Principis.*

2 *Testator si disposuit in feudo hæreditario, quòd hæres respondeat de tertia parte fructuum Titio, non dicitur diminuere feudum.*

3 *Feudũ diminuere, aliud est & aliud diuidere.*

4 *Feuda dignitatis non possunt diuidi, sed bene administratio.*

5 *Feudum quamuis non diuidatur, attamen diuiduntur fructus, & commoditates.*

6 *Vsusfructus indiuiduus respectu iuris, diuiduntur tamen commoditates.*

7 *Seruitutes indiuidua, attamen diuiduntur cõmoditates.*

8 *Blascus Lanza malè sentit in ista quæstione.*

9 *Subiugare non est aliud, nisi supponere.*

10 *Redditus iuxta formam bullæ, censentur venditi pro concurrente quantitate sortis.*

11 *Subiugata res si produceret tot redditus, non teneret subiugatio.*

12 *Fructus feudi subiugati, an sint obligati pro vsuris certis.*

13 *Alex. decisio consil. 18. vol. 5. non conuenit contractui bullæ.*

14 *Feudum ex contractu iuxta formam bullæ, afficitur.*

*Censeatur perpetua subiugatio. nu. 15.*

16 *Feudatarius non potest imponere seruitutem feudo.*

17 *Subiugatio censetur quædam seruitus.*

18 *Bulla requirit suppositionem.*

*Nemo negat quin sit seruitus a re persona. nume. 19.*

20 *Tex. in §. e contrario, de inuestit. de re alic. fac. non est correctus.*

21 *Quod non corrigitur, stat.*

22 *Feudi fructus pertinẽt ad integritatem feudi.*

23 *Fructus continent emolumentum rei.*

24 *Constitut. constitutionem, prohibet diminutionem feudi.*

25 *Lex ista permittit hypothecam, & pignorari feuda, at non cum fructuum perceptione.*

26 *Principis ex solo consensu ab ista lege non subiugantur feuda.*

27 *Blasc. male tuetur eius opinionem.*

28 *Legatum fructuum feudi valet, quia debentur actione personali.*

29 *Fructuum feudi ex venditione, non constituitur ius in re.*

30 *Feudo seruitutem qui imponit, non potest reuocare.*

31 *Fructus à feudo separati, non sunt feudales.*

32 *Subiugatione afficitur feudum.*

33 *Argumentum à dissimili, non valet.*

34 *Subiugatio est diminutio feudi.*

35 *Fru-*

35 *Fructus integrant feudum.*
36 *Feudum non potest legari, etiam pro anima.*
37 *Testator potest disponere de fructibus feudi & precio.*
38 *Haredis de re potest testator disponere.*
39 *Per n. malè loquitur quòd legatarius habet feudum, & onus super fructibus, quia sunt onera haredis.*
40 *Dispositio de fructibus in feudo non valet, & non suffragatur ista lex, cum legantur fructus feudi.*
41 *Vasallus potest vendere fructus feudi ad modicum tempus.*
42 *Feudum subiugare non est vendere fructus ad modicum tempus.*
43 *Feudi vsusfructus non potest alienari.*
44 *Afflicti opinio falsa.*
45 *Lex ista permittit alienari feudum in vnam personam tantùm.*
46 *Feudum integrum consistit in proprietate, & fructibus.*
47 *Argumentatio procedit à simili, & nō dissimili.*
48 *Intellectus tex. in l. 1. §. cum de vsufructu, ff. commu. diuid.*
49 *Princeps non prospexit Baronibus solis per istā legem, sed etiam sibi.*

SVCCESSIVE subnectitur quotidiana quæstio, quæ tota die oc-1 currit,† si subiugantur feuda iuxta formam bullæ, etiamsi sint hęreditaria, an requiratur alius consensus Regis pręter consensum istius legis, nam requireretur si huiusmodi subiugatio diminueret feudum? Blasc. Lanz. in repet. huius legis tenet, quòd absq; alia licentia valet subiugatio, ex quo non minuitur ius feudi. quā decisionem comprobat ex his, quæ dixit, in 2 illa quæstione de testatore disponente, † q de tertia parte fructuum feudi hæres respondeat Titio: nam dicit ipse, quòd hoc non est 3 diminuere feudum, † nam aliud est diminuere feudum, & aliud est diuidere fructus, & commoditates ipsius feudi. nam diminutio feudi est prohibita, diuisio autem fructuum non; & hoc probat ex not. per Bart. in l. inter tutores, ff. de adminiſt. tuto. in fin. qui dicit, 4 † quòd quantumcunq; feudum non possit diuidi, intelligendo de feudo dignitatis, l. Imperialem, §. præterea Ducatus, de prohibit. feud. alienat. per Freder. attamen potest diuidi administratio ipsius hac ratione. dicit 5 ipse, † quamuis non possit diuidi feudum, at tamen fructus legitimè diuidi possunt, & cōmoditates. hoc idem tenere asserit Bal. in l. in communi, in fine, in princ. ff. commun. diuid. qui allegat l. j. §. si vsusfructus, ff. ad leg. 6 falcid. † quæ quāuis probet vsumfructum esse indiuiduum, attamen dicit esse uerum respectu iuris, sed bene diuiduntur commoditates, per tex. in d. l. in cōmuni, ff. commun. diuid. §. cum de vsufructu. idem esse dicit in 7 aliis seruitutibus, † quæ licèt indiuiduę sint, l. 2. §. ex his, & l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verbo. obligat. tamen diuiditur cōmoditas, & administratio, seu exercitium, l. Lucio, §. fin. cum l. sequenti. ff. de aqua quot. & pro hoc etiam allegat glos. in l. si partem, in glo. fin. ff. de seruit. rustic. prædio. & istam opinionem dicit tenere Alber. in Dictionario, in verbo, feudum. & Io. Baptista de sancto Blasio in quodā consilio, incip. in Christi nomine. quod cōsilium est positum post lecturam Iacobi de Aluarot. super feudo. & Franc. Curt. in tract. feudo. in 4. par. in 3. q. in de seipsum allegat in consilio, quod fecit in causa fluminis frigidi. & ex his infert ad quęstionem nostram de subiugationibus, quæ quotidie fiunt, quæ sunt ad cōfirmationem suę quęstionis. & hanc opinionem tenet quidam Doctor modernus Salernitanus, qui 8 repetit bullam, & pragmaticam bullæ. † Ego audacter dico, quòd malè sentit Blasc. ac determinat in vna, & in altera opinione. & quo ad primam de subiugatione, est clari, & non 9 controuersi iuris, † quòd subiugare non est aliud, nisi supponere, & obligare, ut scribit Vlpian. Iurisconsult. in l. cum de in rem ver. 10 ff. de vsur. † & quando subiugatur res iuxta formam bullæ, redditus rei subiugatæ censentur venditi pro concurrente quantitate 11 sortis. † ideoq; si res subiugata non esset tanti redditus, non consisteret cōtractus bullæ, quia esset tātùm obligatio personalis, vt docet Laurent. Rodulf. in tracta. de vsur. in 12. 12 quæstio. † ideoque fructus ipsius feudi sunt 13 obligati pro vsuris sortis, † meritò ea quæ asserit Alex. consil. 18. vol. 5. non conueniunt contractui bullæ, vt solùm sit actio personalis, & non alienatio feudi: nam si hoc esset 14 verum, contractus esset vsurarius. † & ideo fatendum est contractum, iuxta formam bullæ afficere ipsum feudum ea seruitute, ut ex eius fructibus satisfiat creditori, & emptori. ideo continet alienationem fructuum feu-15 di, † quæ alienatio censetur perpetua, cum non

non sit diffinitum tempus redimendi, argu. text. in l. sufficit, ff. de condict. indebit. & in terminis scribit Carol. Rnin. consil. 82. vol.
16 2.† est etenim clarissimi, & explorati iuris, quòd feudo feudatarius non potest imponere aliquam seruitutem absq; consensu Principis, vt est tex. in §. è contrario, de inuestit. de re alie. fac. at negari non potest in isto casu, quin sint venditi fructus feudi subiugati
17 pro mensura sortis. † & ista venditio, & subiugatio censetur quaedam seruitus, pro ut in ista specie respondit Anchar. in consilio 30. quae opinio in casu nostrae bullae est clara, &
18 aperta: † nam requirit bulla suppositionem, & subiugationem ipsius rei, ergo afficitur ipsa res, cum hypothecatur. & ideo statutum
19 per pragmaticam, † quòd possit fieri executio contra detentorem rei specialiter subiugatae in hac specie, nemo negat, quin sit seruitus debita à re personę, cum transeat actio contra quemlibet possessorem, etiam singularem, & hoc innuunt verba Bart. in l. Mela, §. final. ff. de aliment. & cibar. legat. & in l. vt pomum, ff. de seruit. & est de mente omniū in Rubric. C. de vsufruct. & in l. apud Iulia-
20 num, §. si quis alicui, ff. de legat. j. † nec tex. in d. §. è contrario, est correctus per istam legē, quae tantum corrigit constitutiones Frederici, inhibentes alienationes feudorum. sed ille §. non est de cōstitutionibus Frederici, nec loquitur de alienatione feudorum, sed
21 de impositione seruitutis. † cum ergo non corrigitur, sequitur quòd stat, l. praecipimus,
22 C. de appella. quod comprobatur, † nam negari non potest quin fructus feudi non pertineant ad integritatem feudi, vt probat tex. in l. 2. C. de bon. vacant. lib. 10. & tenet hoc Ioann. Aloys. in lectura istius legis, asserens fructus feudi pertinere ad integritatem feudi, quod probatur per tex. in l. Meuius, §. penul. ff. de legat. 2. vbi Iurisconsultus decidit,
23 † quòd fructus continet emolumentum rei, ideoque & feudum sine fructibus in totum, vel in partem, dicitur diminutum, vt per illum tex. in d. §. penul. determinat Alex. con
24 sil. 208. col. 2. nu. 2. vol. 2. † quam diminutionem feudorum prohibet cōstit. constitutionem, & lex ista, dum permittit alienari integrum feudum, & sic non diminutum, & est
25 vera ratio. † Hinc dicebant Christoph. de Benedict. & Prothon. quòd quāuis lex ista permittat hypothecam feudorum, & ea pignori supponere; attamē dicunt procedere, quā do hypothecantur, & oppignorantur feuda absq; perceptione fructuum: nam cum perceptione fructuum esset diminutio feudorū contra constitut. scire volumus. & rationem
26 istius legis; ideoque apparet, † quòd ex solo consensu istius legis nō potest subiugari feudum, nec fructus feudi. Et si quispiam dice-
27 ret, † quòd quamuis Blasc. Lanz. malè tueatur eius opinionem: attamen potest defendi ex his, quae scribit Bal. in c. j. in final. verb. in princip. de success. feu. dicens valere legatū annuum de fructibus vineae feudalis, quia intelligitur de fructibus à solo separatis, qui sunt haeredis, & non feudalis. ideoq; non dicitur alienatio rei, cum alienantur fructus separati. & allegat tex. in l. in aedibus, §. ex rebus, ff. de donatio. sequitur ibidem Aluarot. cui concinit Guliel. de Pern. in consi. 4. col.
28 6. † dicens valere legatum fructuum feudi, quia debentur actione personali, iuxta tex. in l. apud Iulianum, §. final. ff. de legat. j. allegat etiam not. per Bal. in l. j. C. de sacrosanc. eccles. qui dicit, quamuis non potest relinqui feudum, potest tamen relinqui ius: ideo que videtur dicendum successorem in feudo hęreditario teneri ad ius census ex fructibus feudi à solo separatis, quia isthęc non dicitur alienatio feudi. Accedat quod voluit Freccia in suo tracta. de subfeu. fol. 13. vbi tenet post Andr. in constit. constitutionem, quod absq; consensu Regio potest Baro vendere fructus feudi. & talis alienatio non potest reuocari, quia dicta constit. prohibet venditionem feudi, & sic vtilis dominij, & non
29 venditionem fructuum, † quia non constituitur ex vēditione fructuum ius in re. & facit doctr. Io. Fabr. in §. item Seruiana, Instit. de actio. ubi tenet, quòd fructus feudi possunt pignorari. sequitur Curt. iunior in tractat. feudo. in 4. parte, q. 6. fol. 34. Ex qua decisione sequitur, quòd citra dispositionem istius legis potest fieri dicta subiugatio, ad quod etiam accedat, quod voluit Afflict. in d. con
30 stit. in 6. col. determinans, † quòd imponens seruitutem feudo, non potest reuocare, quia impositio seruitutis nō est alienatio. ideoq; quamuis Blasc. nil boni dicat pro defensione suae opinionis; attamen ex superius adductis videtur, quòd possit defendi eius opinio. Attamen praedictis non obstantibus, illa opinio tanquam vera tenenda est, quae tenet subiugationem super feudis non tenere sine specifico cōsensu Principis, & quòd ista lex

lex non opitulatur iuribus & rationibus pro hac opinione deductis, quibus non obstant ea, quæ sunt adducta in contrarium. & primò doctrina Bal. in c.j. in princip. in fina. verb. de successſ. feud. † quia Bal. ibi considerat, quòd fructus vineæ feudalis, postquàm sunt separati à solo, sunt hæredis, & sunt separati ab ipso feudo. ideoq; nil censetur dispositum super ipso feudo, cum fructus à solo separati non sint pars feudi, neque de feudo, argu. tex. in l. in ædibus, §. ex rebus, ff. de donat. & in hac ratione totus est Bal. in d. c. j. de successſ. feud. quæ ratio longè recedit ab hypotesi nostra, † cum per subiugationem afficiatur ipsum feudum onere reali, quod afficit quemcunque possessorem, qui possessor feudi sic affecti, & subiugati, ante perceptionem & separationem fructuum, potest conueniri, & exigi, & totum hoc facit onus reale, quo afficitur feudum ex illa subiugatione, & suppositione. ideoq; non potest deduci, nec considerari illa ratio de fructibus à solo separatis, pro ut considerat Bal. & ideo, † cum sit dissimilis ratio in hac specie, nõ ualet argumentum, quod peroptimè ducitur à simili omni similitudine in eo, de quo agitur, & non à dissimili, vt scribit Nicol. Euerar. in locis legalibus, in verb. argumentum à simili. & certè quocunque se uertant, non potest negari, quin isthæc subiugatio sit & diminutio feudi, † quæ prohibetur à Regni constitut. constitutionem, & ab hac lege, dũ pręcipit in fine, vt feudum remaneat semper integrũ, & indiuisum; † & nihilominus fructus integrant feudum, d. l. 2. C. de bon. vacant. lib. 10. quæ lex tollit omnem difficultatem in hac specie. & eadem ratione, imò maiore tollitur illud, quod scribit Gulielm. de Pern. in allegato consil. 4. nam in sua specie determinat illam quæstionem ex text. in l. apud Iulianum, in fine, ff. de legat. j. quasi in suo casu non afficiatur feudum, sed detur tãtùm actio personalis. At cum sit demonstratum per subiugationem affici ipsum feudũ onere reali, & quòd trãsit ad quemlibet successorem, cessat eius ratio, ideoq; & dispositio in ista specie: nam cessante ratione legis, cessat & ipsa lęx, l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patron. c. cum cessante, de appell. nec faciũt alia, quę adduxi, maximè doctrina Bal. in l. j. C. de sacrosanct. ecclesſ. nam si Bal. diceret in d. l. j. nil faceret, cum sit alia quæstio, † & nihilominus Bal. in lib. meo, in d. l. j. in lectura, nu. 4. tenet, quòd feudum nõ potest legari, etiam pro anima, & quod non debetur etiam ęstimatio. quam opinionem tenet etiam glo. in constit. constitutionem, in princip. de quo articu. latè per Paris. consi. 7. nu. 15. vol. j. & Soc. iunior consil. 72. nu. 70. uol. j. quę quęstio est prorsus extranea ab ista specie, de qua tractamus. Et quatenus subdit, quòd in casu suo legatarius habet feudum ex dispositione c. Volentes, † ideoque sicuti suæ rei testator, sic & feudi precium, & fructus, seu pensionem pòtest legare, l. vnum ex familia, §. rem, ff. de legat. 2. concidit enim ista ratio cum illa doctrina Bal. in dicto c. j. in princip. de successſ. feud. nam vult Guliel. de Pern. quòd precium, seu fructus, vel pensio, sint hæredis, seu legatarij, † & de hęredis re, seu legatarii, potest disponere, sicuti de propria, testator. Et quod ista fuerit ratio Guliel. qui subobscurè loquitur, deprehenditur ex lege, quam allegat, videlicet l. vnũ ex familia, §. rem, ff. de legat. 2. quę ratio fuit explosa, ac reiecta ab ista hypothesi, quando remoui opinionem Bal. attamen quod dicit Gulielm. totum est falsum. nam dicit ipse, ꝙ vigore istius legis habet legatarius feudũ, & onus super fructibus, † & est onus hæredum. certè malè, ac pessimè loquitur, cũ ista lex non permittat aliter legari, seu disponi de feudo, nisi de toto & integro. Attamen qui detrahit fructus de feudo, non dicitur integrum legare, sed diminutum, d. l. 2. C. de bon. vacant. lib. 10. iccirco non poterit legatarius habere tale legatum feudi, † cum in feudis nõ valeat dispositio testatoris, c. j. de feud. suc. & ista lex non suffragatur tali legato feudi, cum integrum non legetur, sed diminutum. ideoque illa decisio Gulielm. de Pern. quamuis sit extranea ab isto casu, attamen etiam est falsa, cum sit contra istam legem, & facilius dissoluuntur ea, quæ ex Freccia fuerunt adducta: † nam quamuis uerum sit, quòd vassallus possit vendere fructus feudi ad modicum tempus, vt ipse loquitur, † attamen aliud est supponere, & subiugare feudum, iuxta formam bullæ: nam primo casu non tractatur de aliquo onere feudi, nec de iure feudi, sed de ipsis fructibus, qui cum sint à solo separati, non sunt pars feudi, nec de feudo, quod secus est in vsufructu, quod statuit ius in feudo, † qui vsusfructus feudi non potest alienari, vt Andr. docet in dicta constit. constitutionem. & in l. j. in princ. de prohib.

hib.feu.alien.per Freder. at cum per subiugationem constituatur ius super feudo,& afficit illud onere reali, iccirco non valet argumentum à fructibus venditis ad subiugationem,cum sit dissimilis ratio, quod sentit ipse Freccia, dum dicit quòd per venditionem fructuum non afficitur ipsum feudum. Non obstant ea,quæ ex Afflict.adducebantur:† quia opinio Afflict.est falsa,& eam latè reprobat Freccia in dicto tract.de subfeu. fol....nu.16.Non obstant rationes illius Salernitani,nam sunt adeò enerues, q̃ non indigent responsione, cum ex seipsis frangantur. & cum sit falsa illatio Blasc. vt demonstraui,multo magis est falsa eius principalis decisio, dum vult testatorem posse diuidere fructus feudi inter plures, cum (vt sæpe dictum est)hæc lex non permittat alienari feudum, nisi integrum, & tamen deductio fructuum facit,ut feudum desinat esse integrũ, d.l.2.C.de bon.vaca.lib.10.Præterea † non permittit fieri alienationem feudi integri, nisi in vnam personã:sed in quęstione Blasc. feudũ scinditur,& discerpitur ab eius vnitate, dum diuiduntur, & legantur fructus. & ideo resultat, quòd dispositio feudi fiat in plures personas:† nam cum feudum integrũ consistit in corpore & fructibus, d.l.2.C.de bon. vacant.lib.10.attamen si fit legatũ vni de feudo scilicet,de corpore, & aliis de fructibus.& quod inter se diuidant,iam consequitur,quod alienatio feudi ĩtegri fit in plures personas,contra tex.expressum istius legis.Et cum sint hęc manifestissima,& non indigeant alia probatione,facilè dissoluuntur ea,quę Blasc.adducit pro confirmatione suę opinionis. & in primis doctrina Bart.in l.inter tutores, in fin.ff.de admin.tutor.nam est multum à remotis, nam etsi feudi ĩndiuidui possit diuidi administratio, non tamen dicit Bart.quòd feudi indiuidui possit fieri alienatio eo pacto, q̃ inter alios diuidantur fructus,cum hoc sit secare,ac diminuere feudũ, quod prohibet & constit.constitutionem, & fortius lex ista.† iccirco cum sint dissimilia, non tenet argumentatio; quæ sola procedit à simili, vt dixi ex Nicol.Euerard.de loc.legal.in verb. argum. à simili.& eadem ratione eiicitur,quod dicit Bal.in l.in communi, ff.commun.diuid.nam quamuis dicat,quod fructus possunt diuidi, quamuis vsusfructus sit indiuisibilis,per tex.in d.l.j.§.cum de vsu fructu,ff.commun.diuid.† nihilominus tex. quem allegat Bald.procedit sub ea ratione, quòd ideo fit illo modo, quia esset difficilè assignare portionem vsusfructus multis dominis.ideoq; optima ratione respondit Iurisconsultus, vt apud singulos multa vice, certo tempore, sit vsusfructus. at in ista specie,de qua tractat Blasc. nulla necessitas, cũ Princeps ob fauorem Baronum permiserit Baronibus alienare eorum feudum, vt necessitatibus eorum succurrerent. † Attamen non prospexit Baronibus solis,sed etiam sibi.ideoq; voluit,vt integrum, & indiminutum alienaretur, ne contingeret ob feudi sectionem diminui seruitium eius, ergo nulla ratio,nulla necessitas, astringit Baronem ad diuisionem fructuum, ut possit aliquo modo tolerari illa diuisio, pro ut in casu Bal.at omnino contra mentem, & verba expressa istius legis fit talis diuisio. cessant enim isto casu rationes Doctorum adductæ per Curt. iunior.in tracta.de feud.in 4.par.q.30.ideo eorum decisio,l.adigere,§.quamuis,ff.de iure patro. & ideo vnico respõso respondetur Alberico in Dictionario,in verbo,feudum. & Curt.in dicto tracta.in 4.part.q.30.& ipsimet Blasc. in causa fluminis frigidi. nã sunt in illa quæstione, quam tractant præfati Doctores, dissimiles rationes;& necessitas,quę adigit,vt ita fiat.quæ rationes, & necessitas, cessant in isto casu, iccirco non est tenenda Blasci opinio, quia repugnat expressis verbis istius legis.

Margin numbers: 44, 45, 45, 47, 48, 49

*S V M M AE.*

1. *Dignitas describitur, quanam sit.*
2. *Dignitas nil aliud est, quàm nobilitas.*
3. *Seu dictio,stat declaratiuè in textu.*
4. *Lex ista requirit eandem nobilitatem.*
5. *Tex.Listius est desumptus a c.1.§.similiter, de leg.Conra.*
6. *Domini, & vassalli eadem est ratio.*
7. *Dignitatis plures sunt gradus.*
   *Phylippus Perdicarius tenuit requiri omnimodam æqualitatem.nu.8.*
9. *Aequè dignam dictio, exprimit omnem æqualitatem.*
10. *Verba debent aliquid operari.*
11. *Sicut dictio, importat omnimodam similitudinem.*
12. *Sicut dictio, regulare est quòd exprimat omnem similitudinem.*
   *Opinio contraria tenetur ab omnibus.nu.13.*
14. *Emptorem satis est esse nobilem respectu feudi*

*15 Sicut*

15 *Sicut dictio, non exprimit semper omnimodam similitudinem.*
16 *Imol. non fuit praeceptor Ioan. Aloys. sed Alex. Opinio cõmunis videtur tex. istius legis. nu. 17.*
18 *Verbis in claris nulla admittitur quaestio voluntatis.*
19 *Aequè dictio praescribit omnimodam aequalitatem.*
20 *Verbis in illis nemo potest dubitare, nisi cecutiat.*
21 *Aequè dictio, nullam patitur obiectionem. Princeps in ista lege semper fuit memor iuriũ suorum. nu. 22.*
23 *Comes melius seruit quàm simplex feudatarius.*

IN ista parte legis tractantur ea, & quae continẽt restrictionem: nam quamuis in principio legis videatur ampla data licẽtia alienandi feuda Baronibus, restringit primò, dummodò integra alienentur. in hac parte etiam restringit Legislator illam largam potestatem, vt possint Barones alienare, & quocunq; titulo transferre, dummodò primo requirant emptorem, quòd sit persona vna aequè digna, & nobilis, sicuti ipse venditor: nam intentio Legislatoris fuit, vt feudum semper remaneat integrum & indiuisum, vt in fine legis annotauit. Et vt propius accedamus ad interpretationem verborum, †primò dispiciendum est, quid sit dignitas. & responderi potest, quòd dignitas aliquando accipitur largissimè & genericè, vt annotant Bart. & Ioan. de Platea in l. j. C. de dignitat. lib. 12. latè Tiraquell. in tractat. de nobil. c. 8. nu. 10. & aliquãdo dignitas accipitur pro quadam qualitate, quae secernit hominem à grege plebeiorũ, † quae nil aliud est, quàm nobilitas, vt docet Bar. in d. l. j. sub. nu. 44. C. de dignitat. lib. 12. & ibidẽ Ioan. de Platea, col. 2. nu. 4. † iccirco in tex. legis nostrae illa dictio, seu, stat declaratiuè, vt verbum, nobilem, declaret illud, aequè dignam: nam declaratiua est aliquando dictio, seu, ut per Archid. in c. j. §. porrò, de sta. regula. lib. 6. Archid. & Gemin. in c. statutum, §. cum vero. de rescript. in 6. & latè Ias. consil. 216. nu. 4. vol. 2. † Requirit ergo Legislator eandem nobilitatem in emptore, sicuti extiterat in vẽditore, tex. legis est clarus & apertus, qui non potest cauillari. † qui tex. legis nostrae in hoc videtur acceptus à tex. in c. j. §. ex eadem lege. de leg. Conrad. † qui quamuis loquatur de domino alienante feudum, eadem ratio est in vassallo alienante, ut ibi per Martin. Laudens. & Praepos. disponitur ergo in illo text. quòd alienatio non tenet aliter, nisi fiat ęquali, vel maiori. in l. nostra dicitur in personam digniorem, vel aequè dignam, seu nobilem, sicuti uenditor extitit. ideoq; non erit inutile perscrutari, an requiratur adaequata nobilitas inter venditorem & emptorem: † & sicuti sunt distincti gradus nobilitatis, nam alii Illustres, alij Spectabiles, alij Clarissimi, & caetera id genus, ut latè scribunt Bart. & Io. de Platea in d. l. j. C. de dignit. lib. 12. & Doctores, maximè Purpuratus, in d. l. j. ff. de off. eius, cui manda. est iurisdic. Cassan. in tracta. de glor. mund. in 5. par. Tiraquell. in suo tracta. de nobilit. ideoque Illustris an possit alienare feudum alij quam Illustri, & Spectabilis Spectabili, vel maioribus, in specie. † & in ista hypothesi Phylipp. Perdicarius, Doctor Siculus non contemnẽdus, in causa Nassari, tenet quòd omnimoda similitudo requiritur his rationibus. Nam dicit ipse, † si sufficeret quaelibet nobilitas emptoris, frustrà fuit apposita illa dictio, aequè dignam, qua significatur, & exprimitur omnimoda aequalitas, ut probat tex. in l. interdum, & ibi glo. & Docto. ff. de haered. instit. & certè quamuis ipse non dicat, † in qualibet dispositione verba debent aliquid operari, c. si Papa, de priuil. in 6. Bald. in rubr. C. de contrahen. emptio. q. 9. qui dicit, quòd quodlibet minimum verbum debet operari. certè si sufficeret quaelibet nobilitas, etiã inferioris gradus, ea quę extat penes venditorem, frustra esset adiecta illa dictio, ęquè. Secundo dicebat, † quòd dictio illa, sicut, importat etiam omnimodam similitudinẽ, & aequalitatem tam in substantia, quàm in qualitate, ut uoluit dom. Anton. in c. Pisanis, de restitu. spoliat. & hoc etiam dicebat probare glo. in l. si cum uenderet, §. fi. secundum unam lecturam, quã ibi approbat Bald. ff. de pignor. actio. & glo. in l. custodiam, ff. de pericu. & commo. rei uendi. & tex. in l. posthumorũ, in verb. sicut, ff. de iniust. & rupt. testam. in l. si cum exceptione, §. si homo, ff. quod met. cau. & dicebat esse de mente Archid. rectè intuentis in c. in Christo, in gl. j. de consecrat. distin. 2. & quamuis (dicebat ipse) dominus Abb. in c. quia, de iudic. dicat dictionem, sicuti, non exprimere omnimodam

dam similitudinem, intelligitur (dicit ipse) 12 in illo casu. † at non negat hoc esse regulare & perpetuum, quod etiam dicit tenere ibidem Barb. inferebat ex his, quòd requirens ista lex emptoris personam digniorem, vel æquè dignam, satis exprimit volũtatem suã Legislator, quod omnino voluerit omnimodam similitudinem inter emptorem & venditorem, tam respectu nobilitatis, quàm cæterorũ, quæ ab ea descendũt. Suadebat etiã hanc suam opinionem probari per tex. in c. j. §. similiter, de lege Conra. qui tex. concedit feudum dari in feudum personæ aptæ ad seruiendum, vt miles possit concedere militi. ad idem allegat tex. in c. beneficium, si de feu. fuer. contro. inter dom. & agnat. & dicit expressis verbis determinare And. in c. j. §. similiter, & in d. c. beneficium, & in c. j. vers. si cõmentum, de prohib. feu. alien. per Freder. ideoque dicebat, quod auctoritate huius legis non potest vendere Comes nisi Comiti, & sic de singulis. Contrariam opinionem te- 13 nent omnes, † quòd imò non requiritur omnimoda æqualitas inter emptorem & vendi- 14 torem, † sed satis est emptorem esse nobilem habita relatione ad feudum, & non ad venditorem, argum. tex. in l. 3. §. sed si plures, ff. de liber. hom. exhiben. sufficit enim esse nobilem respectu feudi, vt not. in c. Titius, si de 15 feu. fuer. contro. inter dom. & agna. † Et non obstat dictio, sicut, quia non semper requirit omnimodam similitudinem, vt patet in Euãgelio, in quo dicit Christus benedictus, Estote perfecti, sicut pater vester cœlestis perfectus est. sic annotarunt antiqui super ista lege, Gualter. de Pater. senior, Ioan. de Ansalone, quos refert & sequitur Iacob. Ruff. in causa Nassari, dicens sæpe fuisse secundum hãc opinionem iudicatum. idem annotauit Gerard. Prothon. hanc opinionem sequutus est quisquis fuit ille, qui scripsit in illa causa Nassari, incipien. vtrum Bonsignorus. nam quidam (vt Boniornus) attribuit Io. Aloys. sed phrasis reclamat. ego credo sit Iacob. Chirc. tum ob phrasim, tum quia allegat præceptorem suum Pau. de Cast. prout allegat in cau- 16 sa Rendæ. † qui Pau. non fuit præceptor Io. Aloys. sed Alex. longo interuallo. hanc eandem opin. tenet Blasc. Lanz. in repet. istius 17 legis, in 5. not. Ita tenetur communiter. † quę opinio communis videtur cõtra tex. expressum istius legis, qui requirit æquè dignam personam, seu nobilem. & illa dictio, seu, stat declaratiuè, vt supra dixi; ac si dixisset, vnam eandemq; personam æquè nobilem. 18 † & in his verbis claris nulla admittitur voluntatis quæstio, l. ille aut ille, §. cum in ver- 19 bis, ff. de legat. 3. † nec potest aliquid dici, quin dictio, æquè, non præscribat omnimodam æqualitatem, vt dicit Iurisconsultus in dicta l. interdum, in princ. ff. de hæredi. instit. & ibi annotat Raphael præ cæteris. est ergo tex. expressus, qui personam empto- 20 ris requirit æquè nobilem. † & ne fiat illud commentum de relatione ad feudum, & non ad venditorem, subdit tex. sicuti idem venditor extitit in his verbis, nemo potest addubitare, nisi cecutiat, quòd relatio æqualitatis fit ad venditorem, & non ad feudum, quia referri ad feudum est contra expressa verba legis. & non video quid faciant tex. allegati in l. 3. §. sed si plures, ff. de liber. hom. exhiben. & in l. si plures, ff. de accusat. qui uolunt de pluribus eligi idonior. Sed quid ad legem nostram, & quęstionem, de qua tractatur? Non obstat, quòd dictio, sicut, non denotat semper omnimodam similitudinem, quia regulare est verum, vt dictum fuit, & aliquando non facit hoc propter subiectam materiam. at isto casu nil impedit, quin accipiatur secundum suam naturam, iuxta doctrinam Dom. Anton. in dicto cap. Pisanis. Præterea vis non stat in dictione, sicut, sed in dictione, æquè, 21 † quæ nullam patitur obiectionem. & certè videtur hoc fuisse de mente Legislatoris, quæ talis præsumitur, qualis ex verbis potest deprehendi, l. Labeo, ff. de supell. le- 22 gat. Et fortius, † quia quamuis permiserit Baronibus posse alienare feuda, attamen semper fuit memor iurium suorum, vt patet in calce legis. & ideo speciatim volens sibi præcauere de seruitio, statuit ne scindatur feudum. Item vt vendatur 23 æquali, † nam clarum est, quòd melius seruit Comes, quàm simplex feudatarius. Et hac ratione præscripsit Legislator omnimodam æqualitatem, ne aliquatenus minueretur eius seruitium, habito respectu ad personam seruientem. & ideo ista opinio contra communem videtur verior. Sed potest defendi communis opinio, nã si Comes vendit feudum, censetur vendere vt Baro, argum. eorum, quæ dicuntur à Bart. in l. j. §. si quis, in fin. verb. ff. de appella. & remaneret quæstio, quando venderetur vel Mar-

 chionatus,

chionatus, vel Ducatus. in qua quæstione malè defenditur cōmunis opinio, nisi dicat ꝙ iam emptor efficitur Comes, sed est quid coactum. sed quia altera opinio fuit recepta, non est ab ea discedendum, l. si de interpretatione, ff. de leg. pulchrè differit Dec. in c. at si clerici, in princ. col. 17. de iudic. vbi dicit, ꝙ adhærendum est opinioni receptę, quã uis contraria sit verior & communior.

S V M M AE.

1 *Iacob. Chirc. opinio examinatur, et Blasc. Lanz. an fœmina sit aquè digna.*
2 *Nobilitas, & aquè dignitas, non considetatur habita relatione ad venditorem, sed ad feudum.*
3 *Nobilitas & dignitas cadit etiam in fœminā.*
4 *Fœmina potest inuestiri de feudo.*
5 *Fœmina est capax feudi.*
6 *Pactum non improbatur, per quod fœmina vocantur ad successionem.*
7 *Intellectus l. 1. ff. de Senator.*
8 *Nobilitas in fœmina ex progenitoribus est firmior.*
9 *Tex. in l. 1. ff. de Senat. non procedit in fœminā nobili ex genere.*
10 *Fœmina non est apta ad seruiendum.*
11 *Feudi dignitatis, habentis iurisdictionem in fœminam, alienatio non tenet.*
12 *Tex. in l. fœmina, ff. de reg. iur. non est correctus per istam legem.*
13 *Blasc. & Iacob. Chirc. opinio limitatur, vt non procedat in comprehensis in inuestitura.*
14 *Aequè dignitas in refutatione non requiritur. Legem per istam non corrigitur c. 1. de alien. feu. pater. num. 15.*
16 *Refutatio importat accelerationem.*
17 *Alienatio in fœminam fit pro restitutione dotis.*
19 *Feudum in vniuersali transit etiam in non aqualem. & num. 19.*

PRAEDICTIS attexitur non inutilis quæstio, an fœmina censeatur æquè digna? In qua quæstione Iacob. Chirc. super hac lege, & Blasc. Lanz. tenent, 1 † ꝙ non, per tex. in l. j. ff. de Senat. & huic opinioni videntur adhærere quasi omnes Siculi. & dicunt quidam Apostillantes, quòd ita fuit iudicatum in causa Partannæ. at in contrarium facit cō munis, & recepta ĩterpretatio, de qua supra, 2 † quòd nobilitas & æquè dignitas, non consideratur habita relatione ad venditorem, sed ad ipsum feudum: ideoq; sufficit personam esse nobilem, & capacem feudi. 3 † ideoque si fuerit nobilis (quę nobilitas cadit etiã in fœminam, l. j. C. de dignit. lib. 12.) non video, cur in fœminam non possit fieri alienatio, 4 cum ipsa sit capax feudi: † nam de feudo fœmina inuestiri potest, c. j. in princ. de alie. feu. pater. & hanc opinionem videntur tenere quidam, qui recollegerunt ea, quæ fuerũt discussa in causa Vriæ. quę opinio confirmat per ea, quę voluit Soci. in cons. 257. in 4. col. 5 vol. 2. † dicens fœminam esse capacẽ, vel nō ĩcapacem feudi, quod vel maximè procedit in Regno, ĩ quo mulier est habilitata ad feu 6 di successionem. pro qua decisione facit, † qđ non improbatur pactũ, per quod fœminę vocantur ad successionem, vt per Ludo. Roma. in cons. j. quem omnes sequuntur. ideoq; videtur dicendũ in fœminam auctoritate istius legis posse fieri alienationem feudi tanꝗ in personam æquè dignam, si aliàs sit nobi- 7 lis. † Nec videtur obstare tex. in l. j. ff. de Senat. quia ille tex. non negat fœminã esse dignam, quamuis vir eam præcellat in dignitate. & quamuis non sit æquè digna viro, attamen ſm eorũ opinionem ista lex non pręscribit, nec exigit omnimodam æqualitatem. cum ergo per illum tex. non denegetur fœminę dignitas, seu nobilitas, iam cōspicuum est illum tex. magis seruire huic opinioni, ꝙ ei quicquam detrahere. Accedat ꝙ ille tex. loquit de dignitate, seu nobilitate fœminę, quam habet à marito, vt gl. in d. l. j. & Doct. intelligũt. at si contingit fœminę nobilitas 8 ex genere, † ea nobilitas ĩ fœmina ē firmior, vt probat tex. in l. j. C. de dignitat. lib. 12. & scribit ibi Ioã. de Platea in prin. voluit Bal. in l. quod Principi, ff. de leg. 2. Dec. in l. fœminę, sub nu. 7. ff. de reg. iur. Tiraq. in tracta. 9 de nobilit. c. 18. nu. 11. † ideoque in fœmina nobili ex primogenitoribus, ille tex. in l. j. ff. de Senat. nil faceret, in quo tex. est totũ fundamentum illorum, qui tenent contrariam 10 partẽ. Nec obstat, si dicatur, † ꝙ fœmina ideo repellitur à successione feudi, ꝗa nō est apta ad seruiendum, vt annotat in c. j. §. notãdũ, qui feu. da. poss. quia in Regno est hoc receptum, cum & ipsi succedant, & seruiant per substitutum, ideoq; ista opinio videtur verior & tenenda, attamen non indistinctè & 11 absolutè: † ꝗa si in fœminam fieret alienatio feudi dignitatis habẽtis iurisdictionẽ, nō cō sisteret alienatio, quia fęminis dignitas cum officiis

officiis est interdicta, l. 2. & ibi Dec. in col. 2. ff. de reg. iur. voluit Marti. Laudens. in tract. de primog. col. 5. vers. quæro, nunquid fœmina. & Iacob. in l. cum antiquioribus, C. de iure deliber. qui adducit rationem: nã habere dignitatem (dicit ipse) includit officiũ, à quo fœminę remouentur, & hoc latè comprobat Soc. iun. conf. 68. vol. j. Cum ergo per istam legem corrigantur constitutiones Frederici, inhibentes alienationes feudorũ, & lex corrigens contineatur infra limites legis correctæ, vt probatur in Auth. de fil. nat. ex matr. ant. instrum. dotal. prout in interpretatione istius legis; isto argumento vtitur Corn. cõsil. 189. vol. 2. iam perspicuum est, ꝙ sublatis legibus Frederici, inhibentibus alienationẽ feudorũ, adhuc remanet alia lex incorrecta, 12 scilicet l. fœminæ, ff. de reg. iur. † & sufficit, ꝙ remanet vna lex prohibẽs de duabus, argu. tex. in §. affinitatis, Insti. de nup. scribit Dec. conf. 208. ideoq; in fœminam quantumuis non subsistet alienatio feudi dignitatis habẽtis iurisdictionem per prędicta. & quamuis Martin. Laudens. & Iacob. loquantur in ea quæstione, an succedant fœminę in talibus dignitatibus, vt sit controuersi iuris in ea q. attamen rationes adductæ per eos, ꝙ fœminis sunt interdicta officia publica, sunt adamantinæ, quæ & decidunt qõnem istã, in cæteris verò feudis tenendum est, vt dixi. Attamen illi, qui tenent primam opinio. Iacob. Chirc. & Blasc. Lanz. limitant eã, nõ procedere in fœmina, quę sit de cõprehẽsis ĩ inuestitu 13 ra. ita sentiunt, dum respondent, † ꝙ fœminæ sunt habilitatę in Regno. Sed ista limitatio, si intelligitur de fœmina, q̃ immediatè esset 14 successura in feudo, esset indubitata: † nã in proximum successurum non requiritur paritas dignitatis, seu nobilitatis, vt elegãter determinat ille, qui scripsit in causa Nassati, in cõsi. quod incipit, vtrum Bonsignorus, quẽ crẽdo fuisse Iac. Chirc. & quamuis ipse non di 15 cat, comprobatur; † quia per constit. constitutionem, non corrigitur c. j. de alie. feu. pater. vt docet And. in d. consti. constitutionẽ. idcirco lex ista non facit, nec determinat aliq̃d de refutatione: ideo cũ sit refutatio auth. c. j. de alie. feu. pater. non requiritur aliqua paritas dignitatis, seu nobilitatis: nã cũ succederet etiã ꝙ non esset æquè digna, eadem ra 16 tione fiet in eum refutatio, † quia refutatio ĩportet solam accelerationem successionis. in cæteris teneri em debere seruari formã traditã ab ista lege, cũ & in eis militet ratio legis, ergo & dispositio, l. illud, ff. ad leg. Aquil. maximè tenendo opin. quam supra firmaui, ꝙ non tenet refutatio, si fiat alij, quàm proximo successuro, quãuis sit de descendẽtibus, & comprehensis in inuestitura. Ponunt aliã 17 limitationem, † q̃n alienatio fit pro restitutione dotis: nã cũ restitutio dotis sit onus feudi, nimirum si põt fieri alienatio feudi in fœminã, quamuis non æquè dignã. Ista limitatio in causa restitutionis dotis ab his dependet, quæ supra dixi; vbi tenui, & credo esse verum, restitutionẽ dotis non esse onus feudi. & est verissima, cũ pro constitutione dotis sit tex. in constit. fratribus. & secundũ istam opin. fuit iudicatũ in causa Vriæ, vt dicunt Apostillantes super ista lege. Potest etiam li 18 mitari iste tex. † vt procedat, q̃n specificè fit alienatio feudi in fœminam, vel cæteros nõ æquè dignos: secus quando fit alienatio in vniuersali, & fit feudum, nam cum vniuersitate transit feudum, etiam à domino in non æqualem. hoc probat tex. in c. j. §. ex eadem lege. de leg. Conra. qui tex. statuit dominum non posse alienare feudũ sine voluntate vasalli, nisi maiori, vel æquali. attamen si cum Curia, quæ est vniuersitas, alienat; põt etiã inferiori, & rustico alienare. ideoq; per illũ tex. hanc opi. tenet Bal. in d. §. ex eadẽ lege. & Abb. sequitur in conf. 3. q. 22. vol. 2. & idẽ voluerunt quidam Apostillantes super ista lege. Contrarium tenet idem Bald. in consi. 207. volu. 2. hac ratione, quia feudum non transit cũ vniuersitate bonorũ, quia non est quid hęreditariũ simplr. & ratio non patitur, ꝙ sit in hæreditate. Ista ratio Bal. in feudo hęreditario non est vera, & cõtrariũ tenet ipse 19 Bal. in c. j. in prin. de success. feu. † qui vult, ꝙ remedium seu dispositio legis fin. de edict. diui Adri. toll. vendicet sibi locum etiam in feudis. nom alia ratione, nisi quia feudum transit cum vniuersitate; & ideo datur petitio hæreditatis, qam decisionem Bal. omnes sequuntur. ideoq; cũ ipse Bal. sit incõstãs, nõ est tenendus in d. consi. sed adhærendum eidem, & Abb. & Apostillantibus: nam est tex. qui non potest cauillari, in d. §. ex eadem lege. ꝙ tex. quamuis loquatur in domino, procedit etiam in vassallo, nam dominus & vassallus sunt pares in hoc, vt volunt Martin. Laudens. & Præposi. & Aluarot. ibidem.

S V M M A E.

*1 Feudum qui potest pacto alienare, an possit alie-*

*lienare in personam non aequalem.*

*2 Verba per illa, & successoribus quibuscunque, datur facultas alienandi.*

*3 Inuestitura sub tali tenore dicitur feudum degenerans. & num. 4.*

*Qua inuestitura operatur posse fieri alienationem in naturales. num. 6.*

*Et admittit etiam inhabiles. num. 7.*

*5 Cap. 1. de feud. non haben. propr. natu. feu. extenditur ad successionem ab intestato.*

SED occurrit non inutilis quęstio, videlicet si fuerit inuestitura cōcessa cum potestate alienandi, an illa potestas restringatur ex ista lege, vt non possit fieri alienatio, nisi in personam aequè dignam, ideoque nec in foeminam secundum opinionē aliquorum, quos superius nominaui? Et in hac specie respon 1 dit Bal. in conf. 207. col. 2. vol. 2. † quòd nō potest vendere vel alienare, nisi in personā idoneam, & nullatenus potest in personam non aequalem, tex. in c. j. §. ex eadem lege, de leg. Conra. ideoque cum foemina non sit aequè digna, & aequalis viro, non potest in eam fieri alienatio, non obstante permissione alienandi in inuestitura: nam in his terminis loquitur Bald. quia in casu suo inuestitura dictabat pro haeredibus, & quibus vel- 2 let dare. † quibus verbis datur potestas alienandi inconsulto domino, vt est tex. in c. j. & ibi Docto. de feu. non haben. propri. naturā 3 feu. In contrarium potest allegari, † ꝙ cum feudum sub tali tenore inuestiturae dicatur feudum degenerans, c. j. de feud. non haben. propri. natu. feu. ideoque assumit naturam allaudialium, vt in indiuiduo determinat Soci. in conf. 252. col. pen. & fin. uol. 2. ideoque sicuti in allaudialibus potest fieri alienatio in inaequalem, pariformiter & de tali feudo degenerante, quod expressius uoluit idē Socin. in consil. 257. uol. 2. in quo respon- 4 det, † quòd in tali feudo degenerante succedat etiā foemina per tex. in dicto c. j. de feu. non haben. propriam natu. feu. & nihilominus tex. loquitur in successione titulo singu- 5 lari. † Et Socin. extendit ad successionem ab intestato, quod & fecit etiam Curt. iunior in consil. 4. & Soc. sequitur Paris. conf. 71. uol. 3. ideoque dicendum, ꝙ sicuti succedit foemina ab intestato, quamuis sit incapax feudi, & inaequalis, stante dicto tenore inuestiturae, pariformiter dicendum est, ꝙ foemina possit succedere ex titulo particulari, & propriè loquitur tex. in d. c. j. de feu. non haben. propr. natu. feu. quamuis non sit aequalis, vel aequè digna viro. pro qua opinione fortius stringit, quod scribit idem Soci. in l. Gallus, 6 §. etiā, ff. de liber. & posth. dicens† ꝙ ea verba posita in inuestitura, videlicet, hęredib. qui buscunq;, operantur posse fieri dispositionē in naturales, quāuis sint incapaces, c. natura les, si de feud. fuer. contr. inter dom. & agna. eadem ratione non debet quaeri de habilitate personę, cum datur potestas alienandi, cū tales inuestiturae aequipolleant. pro qua opi. etiam est solemnis doctrina Barb. in repet. l. cum acutissimi, de fideicom. dicentis, ꝙ talia verba vniuersalia in inuestitura apposita, faciunt vt etiam inhabiles admittantur ad talia feuda. & sequitur Curt. iuni. in conf. 183. nu. 5. faciunt ea, quę scribit ipse Curt. in con si. j. col. 3. & Rip. in l. ex facto, §. si. ff. ad Treb. & ista opi. est tenenda in ista specie tantùm de foemina, nam de aliis superius disserui, & contrarium tenui.

S V M M AE.

*1 Lex ista circa aequalitatem personae non procedit in feudo empto.*

*2 Feudo in empto foemina reputatur aequè digna.*

1 ITEM † nō procedit iste tex. quo ad aequalitatem personarum in feudo empto iusto precio, quia in feudo empto non attēduntur regulae feudales, quia attenditur potius natura contractus, quàm regulae feudales: & ideo in tali feudo foemina non excluditur, vt tenet Odoffre. quem refert & sequit̄ Bal. in c. j. §. & quia vidimus, col. pen. de his, qui feud. da. poss. quos refert, & sequitur Laurēt. Siluan. conf. 52. nu. 11. eandem opinionem tenet Roma. conf. 367. & latè Cur. iunior in Tract. feud. quamuis alleget And. tenere cōtrarium, qui in lib. meo nil tale dicit in loco per eum citato: quinimò eādem opin. tenet Dec. in conf. 390. nu. 9. in quo consil. attesta 2 tur hanc esse cōmunem opin. † ideoq; in isto casu reputabitur foemina aequè digna, attēta natura ꝯctus, ex his quae superius adduxi.

S V M M AE.

*1 Naturalis non est capax feudi.*

*2 Spurij sunt prorsus inhabiles.*

*3 Spurius legitimatus simpliciter per rescriptū, non succedit in feudo.*

*4 Spurij taliter legitimati, non sunt nobiles.*

*5 Ba-*

*5 Bastardus etiam legitimatus simpliciter, est infamis.*

*6 Doctores, qui citantur in contrarium, non tractant quaestionem.*

*7 Cardin. Paris. oscitanter locutus.*

1 NON † est etiam aequè digna persona filius naturalis, quamuis pater sit Illustris, cùm non sit capax feudi naturalis, c. naturales, si de feu. fuer. contr. inter dom. & agna. & latè prosequitur Bal. in d. consi. 207. † nam naturalis, & spurius nullam habilitatem prętēdere possunt, vt latè tractant Doctores in l. ex facto, §. si quis rogatus, ff. ad Trebel. maximè Alex. ibi, & latissimè Tiraquell. more suo in recensendis opinionibus, in Tracta. de nobilitate, c. 15. quod etiā procedit, si fuerit per rescriptum legitimatus, † cū etiam & legitimatus per rescriptum non succedat in feudum, vt patet in d. c. naturales, & ibi latissimè glo. & Doctor. Quinimò voluit Bal. † ꝙ tali modo legitimati, etiam quòd nascantur ex nobilibus, non sunt nobiles. hoc dicit Bal. in c. per tuas, vers. quaero in honoribus, de maior. & obed. refert, & sequitur Alex. in l. ex facto, §. si quis rogatus, in vlti. col. nu. 51. ff. ad Treb. Quinimò voluit ipse Bal. in l. generaliter, §. cum autem, C. de instit. & substit. † ꝙ bastardus legitimatus est etiā infamis, & ideo non succedit in feudo, quia feudū est honor & beneficium. refert & sequitur Alexan. in l. 3. in prin. ff. de lib. & posth. Roc. de Curt. in trac. de iure pat. in verb. competens alicui. in j. q. Cęsar Lambert. in eo tract. lib. j. in 2. par. 29. q. 2. principa. idem voluit Hippol. de Marsil. singu. suo 273. qui allegat Bal. in c. fin. de translat. Episco. dicentem spurium legitimatum, esse similem homini curato à vulnere, cui aliqua remanet cicatrix. ideoq; cum tali modo legitimatus nō sit nobilis, iam perspicuum est, ꝙ in eum non potest alienari feudum auctoritate istius legis, quę requirit personam aequè dignam, seu nobilem. Et quamuis Tiraq. in d. tract. de nobilit. c. 15. nu. 20. citet in contrarium Bon. de Curt. in tract. de nobilit. in 4. par. col. 5. & Paris. consil. 58. nu. 45. lib. 4. & Bal. consi. 146. lib. j. & cons. 387. col. vlt. lib. 5. nihilominus praefati Doctores in nihilo contradicunt, † non enim agunt, nisi de viribus legitimationis. & quamuis dicant legitimatum aequiparari legitimo, nihilominus non negant in eo esse aliquam dissimilitudinem: nam ea est apertissima, cum legitimatus non succedat in feudo, d. c. naturales, si de feu. fue. contr. īter dom. & agn. Non ob aliud, quia non consequitur plenum honorem, vt Bal. dicit in d. §. generalr. ideoque sicuti datur dissimilitudo in successione feudi, pariformiter in honore & nobilitate, cū non ob aliam rationem excludātur à successione feudorum, nisi qa non retinent dignitatem parentum. Nec Paris. in d. cons. 58. aduersatur, qui nuncupatim vocat legitimatū nobilem. nam ad hoc citat Paul. de Castro, in l. sed in hac, ff. de in ius vocan. qui Paul. ne verbum quidem de hoc dixit, sed tantùm ꝗd interest īter dispensationem, & legitimationem plenam. pariformiter citat Felin. in c. in pręsentia, in 5. col. vers. in quātum, de proba. qui nil dicit de hoc, videantur loci citati per ipsum Fely. citat enim Bal. in c. per tuas, de probat. & in l. eam, C. de fideicom. Ange. in consil.... cum simil. in quibus locis nil 7 tractaī de hac specie † iccirco oscitanter Cardi. Paris. dixit illud verbum, ꝙ legitimatus est nobilis, quia de hac specie non tractabat. & ideo abiiciendus est tanq̄ loquens sine ratione, vel auctoritate, c. ego solis, 9. distinct. Nec Bald. in cons. citatis per Tiraq. contradicit, nam ibi nil aliud facit, nisi quòd conatur ostendere, ꝙ legitimatus consequitur omnia iura legitimorum, ergo & nobilitatem. hoc non dicit nec examinat, & quatenus dicit ꝙ non sunt amplius turpes personae, non sequitur, ergo consequitur & nobilitatem; & nihilominus Bal. in d. consiliis contradicit sibimet. & ideò attendenda est opinio eius, altera quae nititur ratione, & comprobatur ab aliis. ideoque dicendum est, in legitimatum etiam simpliciter auctoritate huius legis nō posse transferri feudum, nisi esset legitimatus specificè, quod posset in feudo succedere. verùm ꝙ si esset & restitutus natalibus, & collata p Prīcipem nobilitas, nō esset dubiū.

SVMMAE.

*1 Legitimati per subsequens matrimonium, succedunt in feudo.*

*2 Legitimatus per subsequens matrimonium, retinet nobilitatem.*

*Opinio ista procedit sine scrupo interuenientibus dotalibus instrumentis. nu. 3.*

*4 Legitimatus per subsequens matrimonium an sine dotalibus instrumentis succedat in feudo, est ardua, & difficilis quaestio.*

*5 Cap. tāta, dispositio nō porrigitur ad successionē.*

6 *Legitimatus per subsequens matrimo. in terris subiectis Imperio, non succedit in feudis absque instrumentis dotalibus.*
7 *Disponere de successione non spectat ad Papam in aliena iurisdictione.*
*Curt. iunior attestatur hanc esse communem opinionem. num. 8.*
*Laurent. Siluan. deridet Curt. attestantem communem opinionem. num. 9.*
*Doctores contrarij paralogizant. nu. 10*
*Doctorum opiniones in hac specie, non sunt aduersa, sed diuersa. num. 11.*
12 *Doctorum argumentatio in eo, qui habet facultatem disponendi circa successionem.*
13 *Legitimati per subsequens matrim. consequuntur omnia, quæ necessariò dependent à potestate Pontificis.*
14 *Ius ciuile non admittit ad successionem taliter legitimatos, nisi præcedentibus dotalibus instrumentis.*
15 *Inuitare ad successionem nō pertinet ad Papā.*
16 *Inuitatur nullus ad successionem, nisi quatenus lex inuitat.*
17 *Succedendi ptās solo iure ciuili introducta est.*
18 *Deportati fratres mendicantes & similes, non succedunt, quia ius ciuile eis non assistit.*
19 *Filius, ergo hæres, non est necessaria cōsequētia.*
*Filium oportet esse natum ex cōcubina. nu. 20.*
*Curt. iunior decipitur, nam contrariam opinionem tenent multi. num. 21. 22.*
23 *Matrimonium tenet de iure Canonico sine instrumentis dotalibus.*
24 *Ang. opinio confunditur per tex. in §. fin. in authen. de trien. & semiss.*
25 *Liberta & ancilla, sunt viles, & humiles.*
26 *Tex. in quo se fundat Ang. loquitur in meretri.*
27 *Consensus solus consideratur in matrimonio.*
*Est opinio vera, & tenenda. num. 28.*
29 *Bart. in l. fin. ff. de concubi. non dicit illud, ad quod allegatur.*
30 *Bart. in consil. 120. declaratur.*

SED operæprecium est videre de legitimato per subsequēs matrimonium, † qui secundum communem opinionem succedit in feudo, vt per And. Bald. & cæteros, in d. c. naturales, si de feud. fuer. contro. inter dom. & agnat. & latè scribit Lauren. Silua. in consil. 3. Tiraquell. in Tract. de primogen. q. 34. nume. 54. quamuis contrarium teneat Luc. de Pen. in l. fin. C. de his, qui sponte mun. publi. & in hac specie Tiraquel. d. Tracta. de nobilit. c. 15. num. 21. † tenet legitimatum per subsequens matrimonium retinere nobilitatem parentum, & citat hanc opinionem tenere Ray. in Tract. de nobilit. in 9. q. 5. q. principalis, quod et verum puto. Sed quod dixi, † quòd legitimatus per subsequens matrimonium succedit in feudo, procedit absq; scrupo, quando matrimonium est subsequutum præcedentibus dotalibus instrumentis, vel in Regno etiam si est celebratum publicè cum sacerdotali benedictione, iuxta tex. in constit. sancimus. † at si non præcesserint instrumenta dotalia, nec solemnitates requisitæ per constit. sancimus, an taliter legitimatus per subsequens matrimonium succedat in feudo? est quæstio ardua & difficilis. in qua quæstione multi tenent quod non, quia ius ciuile statuit hoc, quòd nōn censeantur legitimati quò ad successionem, nisi præcesserint instrumenta dotalia, quamuis teneat matrimonium, vt determinat glo. per illum tex. in §. fin. Instit. de nupt. vt latè prosequuntur Dec. consil. 155. Card. Paris. consil. 13. col. pen. vol. 2. Laurent. Siluan. consil. 3. nu. 30. & Curt. iunior consil. 136. & est apertissimi iuris, stante dispositione iuris ciuilis. sed difficultas stat, † quid dicendum stante dispositione c. tāta, qui filij sint legit. & in hac specie tenet Bald. in l. si qua Illustris, C. ad Orficia. quòd dispositio c. tanta, non porrigitur ad successionem, sed ad ordines, in quibus potest ecclesia. & sequitur Aluaro. in c. naturales. nu. 49. si de feud. fuer. contro. inter domi. & agna. idem tenet Bal. in l. eam, quam. col. 8. vers. consueuit, C. de fideicom. & Bal. videtur sequi Anton. de Rosell. in Tract. de legit. in 5. chart. vers. venio. hanc opinio. tenet Angel. consi. 29. incip. ex themate. dicens eleganter, † quòd in terris subiectis ecclesiæ in temporalibus etiam sine dotalibus instrumentis legitimati per subsequens matrimonium erunt legitimi quò ad successionem, secus in terris aliis subiectis alterius iurisdictioni, † quia disponere de successione non pertinet ad Papam, sed ad Imperatorē: ideoq; cum fuerint nati spurij, quamuis consistat matrimonium, & efficiantur legitimi; attamen quia aliter eos non admittit Imperator, nisi præcesserint instrumenta dotalia, non infringit hæc summus Pontifex. ita Angel. in d. consil. perquàm eleganter, quòd etiam videtur voluisse Cin. post Iacob. de Are. in l. & si contra, C. de nupt. & in l. fin. C. de

de interdict. matrimo. eandem opin. tenet Præpofit. Alex.in d.c.tanta, col.17.cum fequen.idem latiffimè tenuit confulēdo Curt. 8 iunior confil.136.† in quo confil. atteftatur hanc effe communem opinionem, & refert & fequitur Socin.nepos confil.100.nu.16. vol.2.in eādem opinionem inclinat Afflict. in d.c.naturales. eandem opinionem etiam fequitur idem Socin. nepos confil.52.nu.4. vol.j.hāc opinionem è noftris tenuit Adam de Afinundo, vt refert Guliel. de Pern.cō-fil.10. feudal. hanc opinionem tenet etiam Siluefter Aldobrand.in §.fin.Inftit.de nupt. contrariam tamen opinionem tenet Iaf.con fil.168.vol.4. nu.7.cum fequent.Cardin.Pa ris.in d.confil.13. vol.2.& Laurent.Siluan. in dicto confi.3.afferentes eorum opinionē effe communem.quinimò Laurent. Siluan. 9 deridet Curt.iuniorem,† afferentem contra riam effe communem opinionem. eandem opinionem è noftris tenent Pern.confil.10. Blafc.Lanz.in caufa feudi di li Grutti. at vi-10 dentur mihi,† quòd Doctor. ifti paralogizent,nam dicunt quòd communiter Docto. tenent,quòd de iure canonico non requiratur dicta folemnitas,fed fufficit quòd fit matrimonium. ex quo tamen antecedenti necceffario deriuatur in actum legitimationis, & in hoc confiftit tota eorum argumentatio,quòd non negāt Angel.& fequaces.imò affirmat hoc Angel.in dicto confil.29. Affirmat Cardinal. Alexandrinus in d.c. tanta, pro ut cum allegat Lauren. Siluan. Affirmat etiam hoc Siluefter Aldobrand. in d. §. fin. Inftit. de nupt. & tamen poftea dicunt non procedere quò ad fucceffionem bonorum, quia ad fummum Pontificem non fpectat prouidere, nec ftatuere fuper fucceffio-11 ne, fed fpectat ad Cæfarem. † & ideo dictæ opiniones non funt aduerfæ, fed diuerfæ, ideoq; iure optimo Curt.iunior in d.confil. 136.atteftatur opinionem, quam firmat,effe communem.nec Dec.in confil.155.refragatur, nam loquitur fecundum priorem opinionem, quòd de iure canonico non requiruntur inftrumenta dotalia, & atteftatur effe communem,quod facit & Siluefter Aldo bran.in d.§.fin. Attamen Dec.non tangit de vi fuccedendi, & Aldobran.ita limitat,ideo que nec Dec.nec cęteri allegati per Lauren. Silua.debuerint allegari in hac fpecie, cum aliud tractent.

Non obftant argumenta Silua. & primò, quòd ius ciuile non fpecialiter difpofuit, qꝫ per fubfequēs matrimonium fine inftrumētis dotalibus filij non legitimentur ad iura fucceffionis, fed fimpliciter quòd non efficiantur legitimi, iuxta not. per glof.in d.§. fin.Inftit.de nupt.ergo cum legitimatio admittitur, confequenter cætera acceffioria,& confequentia ab ea confequantur, nam ifta 12 confequentia eft falfa in ifta fpecie: † nam argumentatio vera eft in eo, qui habet poteftatem difponendi circa fucceffionem. nam cum legitimatio procedat ex matrimonio, & legitimis defertur hæreditas,ftatim legi-13 timatus confequitur iura fuccedendi. † At cum fummus Pontifex ex difpofitione c.tāta, legitimet per fubfequens matrimoniū, ftatim legitimati confequuntur omnia,quæ dependent à poteftate Pontificis, & hoc voluit Angel.in d. confil.29.& Bald.in dic.l.fi qua Illuftris. at quia non fpectat ad Pontificem difponere de fucceffione, fed ad Cæfa-14 rem. Cum ergo † leges non admittant aliter ad fucceffionem nothos ex fubfequenti matrimonio, nifi præcedentibus dotalibus inftrumentis, fequitur quòd dictæ leges non fint correctæ in hoc, cum ad fummum Pontificem non fpectet de fucceffione, fecundū Angel.in dicto confil. 29.fequitur quòd malè arguat Laurent. quinimò ad fuum argumentum refpondet Præpofit. Alexandrinus 15 in d.c.tanta, col.17.dicens, † quòd inuitare illegitimos ad fucceffionem per refcriptum, aut ftatutum,non pertinet ad Papam,fed ad Cæfarem:licèt fit fecus,quando legitimatio fit per matrimonium. c.lator, qui filij fint le-16 giti. † igitur nullus ad fucceffionem inui-tatur,nifi quatenus eum lex inuitat, fiue ex 17 teftamento, fiue ab inteftato.† cui igitur denegatur fuccedendi poteftas, quæ folo iure ciuili introducta eft, & adiuuata in quibufdam à iure prætorio? Cum ergo lex ciuilis exprefsè difponat natos ex concubina, vel alia muliere,non effici legitimos fucceffores per fubfequens matrimonium, nifi interueniant inftrumenta dotalia; certè nō poffunt aliquo iure adiuuari,vt fuccedant,cum refiftat eis ius ciuile ī poteftate fuccedēdi. Hęc ille. quæ eneruant totum filogifmum Laurentij,qnatenus refpōdet adductis per Curt. in dicto confil.136.dum refpondebat obiectis in contrarium per Curt. dum dicebat, quòd non valet confequentia,eft legitima-18 tus,ergo īuitatus ad fucceffionem, † nam de

portati

portati fratres mendicantes, ingrati filij, & similes, sunt legitimi: nihilominus eis per legem denegatur successio, & fuit responsio Præposit. in dicto c. tanta, col. 17. nam quid sibi vult ipse Laurent.? nam dicit, quòd legitimus consequitur ius successionis. & quatenus subdit, est bona consequentia, allegans illud Paul. si filius, ergo hęres. ad hæc respondet Præposit. in dicto c. tanta, denegans esse

19 necessariam consequentiam: † quia filius, ergo hæres, si lex prohibeat, vt in ingratum & similes. ideoq; Laurent. se percutit proprio ligone, dum dicit, nisi specificè à iure prohibeantur, cum in isto casu ius specificum prohibeat, cum ius Pontificum non extendatur ad hæc, vt latè differit Præpos. in loco superius allegato. ideoq; tenenda est prima opinio tanquam verior, & receptior: nam eam summi legum Vertices tenent, quos supra recensui. & pariformiter si non seruentur solemnitates requisitæ à constit. sancimus, repellentur filij à successione, etiam si sint legitimi per easdem rationes. Verùm q̃ dicta constitutio nõ fuit vsu recepta, & nunquam seruata in Regno, vt testatur Blasc. in dicta causa feudi di li Grutti: attamen quamuis non succedant in feudo, si sunt ex nobilibus parentibus progeniti, retinent dignitatem, & poterit in eos fieri alienatio feudi auctoritate istius legis, nam in his sic legitimatis non remanet macula. Requiritur quoque vt succedant filij legitimati per subsequens ma-

20 trimonium, † quòd tales filij sint nati ex concubina retenta in domo affectione maritali, & cum qua potuisset esse matrimonium secundum bonos mores ciuitatis, videlicet quòd concubina non fuerit turpis, infamis, vel vilis, ac infimæ conditionis, cum qua honestè non consisteret matrimonium. est hæc doctrina Bart. in l. fin. ff. de concubin. quam doctrinam refert, & sequitur Bald. in consil. 404. col. j. vol. j. eandem opinionem tenet etiam Bal. in c. illud, in fine, de præsumpt. & Angel. in §. illud, in Auth. quib. mod. natur. effic. legit. vbi dicit vidisse hanc opinionem seruari de facto. & dicit secundum hanc opinionem consuluisse Bart. Franc. de Pis. Angel. de Aurell. & Hugo de Pullulis. & sequitur Ioann. Lupus in repet. c. per vestras, §. j. col. 2. vers. imò fortius, de donat. inter vir. & vxor. eandem opinionem tenet Cępoll. cau-

21 tel. 248. debes scire. † secundum istam opinionem consuluit Curt. iunior in con. 136. attestans hanc esse communem opinionem. eandem opinionem tenuit Præposit. Alexandrinus in dic. c. tanta, in 16. q. secundum quam etiam opinionem consuluit Soc. nepos consi. 52. vol. j. in quo consil. etiam testatur hanc esse cõmunem opinionem, & allegat Præposi. ubi supra; & dicit, quòd ista opinio non habet in specie contradictorem, sed

22 in hoc vltimo decipitur: † nam contrariam opin. tenuit Nicol. de Vbal. in trac. succes. ab ĩtestato, nu. 61. in quo loco reprehendit Angel. in d. §. sed & aliud. inducens c. tanta, qui fil. sint legiti. nam pręsupposito, q̃ teneat matrimoniũ, pro vt tenere & pręsupponere videtur Angel. statim sequitur, q̃ legitimãtur

23 filij per tex. ĩ d. c. tanta. † & quãuis de iure ciuili non teneat tale matrimoniũ, attamẽ de iure canonico tenet, c. proposuit, & c. fin. de coniug. seruo. c. inter opera charitatis, de sponsal. 22. q. j. ca. integritatis, §. fin. in quo sunt hæc verba Oseæ, Qui fuit duodecim Profetarum primus, qui ex præcepto Dei choro ordei meretricem emit, quam sibi matrimonio copulauit. & c. non est culpandus, cuius sunt hęc verba. Non est culpandus Osee Propheta, si meretricem, quam duxit ad pudicitiam conuertit; sed potius laudandus, quòd ex mala bonam fecit. nõ enim qui bonus est, polluitur; imò malus conuertitur in bonũ, si boni exempla sectetur. Adducit etiam Angel. tenere contrarium, & sibi ipsi repugnate, in Auth. vt liceat matri, & auię, §. quia vero. Eandem opinionem tenuit consulendo Ias. in consil. 234. qui refert opinionẽ Nicolai de Vbald. in dicto tracta. & postea

24 dicit, † quòd opinio Angel. confunditur per tex. in §. final. in Auth. de trien. & semiss. ubi Imperator determinat filios natos ex liberta, retenta in concubinatu, vel ex ancilla, q̃ per subsequens matrimonium legitimẽtur. & adducit etiam tex. in §. j. In auth. vt liberti

25 de cætero. † & tamen ancillæ & libertæ sunt viles, & humiles, ut est tex. in l. humiles, C. de incest. nup. ideoq; infert, q̃ per dicta iura confunditur opinio Angel. & respondet ad

26 tex. in quo se fundat Ang. † quòd loquitur in meretrice. quasi sentiat de iure ciuili esse secus, quàm in aliis turpibus, & infamibus ex alia causa. Et eandem opinionem tenet Io. Lupus in repet. c. per vestras, de donat. inter virum, & vxor. §. j. quas decis. refert, & sequitur Tiraquell. in tractat. de nobilit. c. 10. nu. 23. hanc opinionem nouissimè consulendo

tenet

tenet Laurent. Siluan. d. consil. 3. nu. 43. cum sequent. mouetur primò, quòd ista opinio est recepta, cum videamus quotidie contra hi matrimonia inter nobiles & viles personas, & tamen legitimari sobolem ante tale 27 matrimonium conceptam, † quia Deus con siderauit solum consensum, adducens multa ad hæc, quæ nil faciunt ad causam. Et dein de dicit, quòd nullibi probatur, quòd tale matrimoniū sit iure ciuili prohibitum, nec quòd ex tali matrimonio non legitimetur proles; & respondet tex. in §. sed & aliud, qui bus mod. natur. effic. legit. & tex. in §. j. vt li-28 ceat matri, & auię. † & ista opinio est tenenda tanquam verior, nam altera opinio nullum iuris fundamentum habet: nam nec tex. nec rationem habet pro se, quinimò contra se habet text. in c. tanta, qui fil. sint legit. qui tex. cum loquatur, & disponat generaliter, debet etiam generaliter intelligi, etiam si sit maior ratio in vno casu, quam in alio, ut probat tex. ī l. j. §. j. ff. de aleat. sciuisset enim summus Pontifex distinguere, si uoluisset: sed non voluit, ideo indistinctè intelligendus, vt eleganter prosequitur Cicero in lib. 2. Rethoric. de Inuentio. cui astipulatur Iuri sconsultus in l. de precio, ff. de Public. & tex. in l. j. §. generaliter, ff. de legat. præstan.

Non obstat auctoritas Bart. in l. fin. ff. de 29 concubin. † quia legatur & perlegatur, non dicit illud, ad quod allegatur. & quando diceret, sine lege & ratione loquitur, ideoque non est ei credendum. Pariformiter non ob 30 stat auctoritas Bart. in consil. 120. † nam ibi loquitur in casu auth. si quis, C. de naturalib. qua disponitur nominationem per patrem filij simpliciter inducere legitimationem, si natus esset ex ea, cum qua poterat cō trahere pater matrimonium; & ponderando verbum, poterat, Bart. intelligit etiam de po tentia facti, quæ comprehendit etiam si poterat secundum bonos mores ciuitatis contrahere cum ea matrimonium: nimirum in illo casu, cum sit in tex. illa qualitas requisita ab illa Auth. videlicet, quæ vxor ei esse pote rat, si extendatur ad potentiā facti per Bart. quæ qualitas non adest in c. tanta. ideoque non potest extendi ad potentiam facti, sed tantùm considerari oportet impedimenta iuris, pro vt docet Paul. de Castro in consil. 429. uol. 2. in quo consil. etiam reprehendit Bart. in casu suo. Et similiter non obstat Bal. in l. 2. C. quibus mod. res iudic. non noc. quia loquitur in eodem casu Bart. qui nil facit ad speciem, de qua tractamus. Et similiter concidunt Præposit. Alex. & Soc. iunior, qui fundantur in auctoritate Bart. & aliorū, qui Barto. sequuntur. Restat sola auctoritas Angel. in dicto §. sed & aliud, in Auth. quib. mod. natur. effici. legit. nam respondetur, ꝙ tex. quos allegat, non probant intentionem ipsius Angel. vt eleganter respondit Lauren. Siluan. in d. consil. 3. sub nu. 41. & per contra rium probant tex. allegati per Iason. ī dicto cons. 234. in 2. uol. Non obstant quòd Curt. iunior & Soci. testantur illam opinionem, quam amplectuntur esse communem, quia contra communem etiam iudicatur, quando conuincitur communis meliori ratione, vt ē tex. in c. Parochianus, & ibi Dom. Abb. de feri. & scribunt Docto. in c. j. de constitu. & tanto fortius, cum ista opinio secunda sit vsu recepta, & consuetudine, quæ præualet communi opinioni, ut scribit Dec. in c. at si clerici, in princip. col. 17. de iudic. ut patet de opinione Paul. de Castro in l. admonendi, ff. de iureiur. & de opinione Ange. in l. de cem, ff. de verbor. oblig. quę seruantur in ma gna Curia, quamuis sint contra communē. ideoq; etiam taliter legitimatus succedet in feudum, & si pater est nobilis, cum retineat nobilitatem paternam, poterit in eum alienari feudum auctoritate istius legis.

*S V M M AE.*

1. *Angel. examinatur opinio in l. sed & si quasitū, ff. de liber. & posth. & per totum.*
2. *Alex. tenet contra Angel. & multi sequuntur.*
3. *Moriens non præsumitur dolum cogitare.*
4. *Docto. in hac hypothesi pugnant Andabatarum more.*
5. *Angel. non dicit eo modo, quo referunt eum Do ctores.*
6. *Legitimare in fraudem, & sine fraude, differūt.* *Dicitur fieri in fraudem, quando communicato consilio fit. nu. 7.*
8. *Matrimonium contractum in articulo mortis, quando teneat, tenenda est distinctio Ludo uici de Sard.*
9. *Princeps potest legitimare naturales ad successionem feudi.*
10. *Fraudem committere non videtur, qui vtitur iure suo.*
11. *Fraus eo ipso dicitur probata, quādo adest agri tudo tendens ad mortem.*
12. *Legitimatio, quæ fit in articulo mortis, præsu mitur*

*mitur fraudulenter.*
13 *Angel. opinio vera.*

SEd an constitutus in mortis articulo, eo casu quo desperatur à medicis, si contrahat matrimonium cum concubina, an legitimentur filij prius nati, ut succedant in feudo,& excludāt agnatos; loquor eo casu,qui si conualesceret, teneret matrimonium, & nihilominus moritur ex eadem infirmitate, 1 pro ut prædictum erat à medicis?† Et in hac specie Angel.in l.sed & si quæsitum.ff.de liber.& posth. tenet, quòd legitimatur proles,nisi appareat de fraude euersionis fideicommissi, vt excluderet vocatos per fideicommissum. & ideo etiam vt excluderet vocatos per fideicommissum vel agnatos,quorum prima spes succedendi.allegat tex.in l. nuper, ff.de natur.liber. idem tenet Angel. in d.l.nup.quem refert,& sequitur Pręposit. Alexan.in d.c.tanta, in 4. col.qui fil.sint legit.eandem opinionem tenet Anton.de Rosellis in tract.de legit.nu.41.& Alber. Brun. consil.15.nu.17.Alex. autē in l.si quis posthumos,in princip. ff.de liber.& posth.tenet 2 contra Angel.ea sola ratione,† quòd si vera esset opinio Angel.sequeretur, quòd nullo casu legitimatus excluderet substitutum, quod est cōtra communem opinionem Doctorum,de qua in l.generaliter,§.cum autē, de instit. & substit. & per eandem rationem sequutus Alex.reprobat decisionem Angel. Ias.in dicta l.sed & si quæsitum,ff.de liber.& posth. quam opinionem etiam sequitur Ripa in l.ex facto,§.si quis rogatus,num.48.ff. 3 ad Trebell.addens rationem,†quòd moriēs non præsumitur dolum cogitare..latissimè Cardin.Paris. consil.13.nu.67.cum sequen. 4 vol.j.† at videntur isti patres pugnare Andabatarum more, nam videtur intelligere Angel.quòd eo ipso, quòd contrahitur matrimonium in articulo mortis, censeatur probata fraus euersionis, vel fideicommissi,vel 5 feudi.† & tamen Angel. hoc non dicit, sed requirit probationem fraudis,quòd eo animo fecerit,vt præiudicaret agnatis,& in eorum fraudem, ut verba Ang. explicat clarissimis verbis Anton.de Rosell. in loco su- 6 perius allegato.† nam inter hæc est differentia,legitimare in fraudem, vel sine fraude, argum.tex.in l.qui autem, §.si seruum,ff.de his,quæ in fraud. credit.& ideo posset dici, quòd si fieret in fraudem & constaret,vt excluderet substitutum; tunc forsan in hoc casu nō procederet communis opinio,de qua in dicta l.generaliter,§.cum autem, C.de in- 7 stit.& substit. † diceretur enim fieri in fraudem, quando communicato cōsilio hoc agerent,& pater,& mater, & filij, argum.tex.in l.qui autem,§.hoc edictum, iuncto tex.in l. ait Prætor,in princip.& §. quod ait Prætor, cum §.sequen.ff.de his,quę in fraud.credit. ideoque in hac specie argumentatio Alex. non subsisteret. ideoq; in hac hypothesi pro veritate est dicendum,quòd casu,quo tenet matrimonium contractum à cōstituto in ar- 8 ticulo mortis († de quo est tenenda distinctio Ludou.de Sardin.in tractat. de legit.& Anto.de Rosell.in tract.de legit. & Præpos. Alex.ī d.c.tanta,col. 4. qui filij sint legi.)in eo casu nulla est dubitatio,quin teneat legitimatio,vt cōcludunt omnes in dicto c.tanta,& in d.l. sed & si quæsitum, ff.de liber.& posth. & isto casu est inutilis limitatio Angel. quia quò ad agnatos est glos.not.quam sequuntur communiter Doctor.in c.naturales,si de feu.fue.contro.inter dom.& agnat. 9 †qui determinat Principem posse legitimare naturalem ad successionem feudi,& agnati non possunt prætendere pręiudiciū.quam doctrinam exornant Albert.Brun.consil.1. Campeg. consil.2. inter consil. Brun.adducentes similia.iccirco nulla potest fraus considerari, si hoc fiat per c.tanta,qui fil.sint legit.& si dicatur,ꝙ Angel.considerat tempus mortis, & illud instans mortis; respondetur quòd Angel.non considerat aliquatenus tēpus mortis imminentis,nam in eo non argumentatur,sed in fraudem adhibita, quæ videtur non consideranda in sua hypothesi: 10 †nam non videtur fraudem cōmittere, qui suo vtitur iure,c.cum ecclesia Vulterana,de elect.& c.cum debetur, 13.q.j.cum ergo sic contrahentes matrimonium vtātur iure eorum ad legitimationem filiorum, quamuis vnus sit in mortis articulo constitutus, videtur nullam commisisse fraudem. Sed pro decisione Angel.facit tex.in l.filię, ff.solut.matrimo. nam Vlpian. Iurisconsultus respondit inutile fuisse repudium mariti in præiudicium patris stipulantis,si decederet in matrimonio ægra vxore, quasi ea ægritudine ad mortem fuerit acquisitum ius patri consequēdi dotem, quę nō poterat auferri fraude mariti diuertentis. Simile in hypothesi

Angel.

Angeli, nam agnato & fideicommissario ex ægritudine ad mortem iam erat acquisitum feudum agnato, uel fideicommissum fideicommissario, quod non debet auferri fraude legitimantium filios per subsequens matrimonium. Ad idem tex. in c. 2. de renunc. lib. 6. qui videtur extractus ab illo tex. in d. l. filiæ, secundum Bart. Raphael. & Imol. ibi. 11 † & eo ipso dicitur probata fraus, quando adest ægritudo, quæ tendat secundum communẽ cursum potius ad mortem, quàm ad vitam, vt dicunt Bar. Raphael, Imol. & Alexand. in d. l. filiæ. & illum text. ad annullandam emancipationem adducit in fortioribus terminis Anchar. in consil. 430. fuisset 12 expediens. ideoq; patet, † quòd illa legitimatio prçsumitur fraudulenta, quia facta in articulo mortis, & non præiudicaret agnato vel fideicommissario: quanto fortius, quando probaretur aliter fraus, quàm iuris præ- 13 sumptione. ideoq; † apparet opinionem Angel. esse veram, & nullatenus obnubilari argum. Alex. qui est satis a remotis. quinimò corroboratur ex tex. in l. sed si maritus, §. fi. ff. qui, & à quib. & ex his, quę scribit Ancha. in dicto consil. 430. & si casus iste mihi contingeret, intrepidè iudicarem secũdum opinionem Angel. nam ea, quę sunt adducta in contrarium, procedunt quando non apparet de fraude, vel probata, vel prçsumpta. & opinionem Ang. refert, & sequitur etiã Marc. Mant. in 2. lib. dialog. 48.

S V M M AE.

1 *Scripturas extendere non est nostrum.*
2 *Qualitas, quæ requiritur ab initio, non sufficit si postea superueniat.*
3 *Natus nõ dicitur ex legitimo matrimonio, qui legitimatur ex subsequenti matrimonio.*
4 *Matrimoniũ subsequens purgat omnẽ maculã.*
5 *Perinde dictio, fictionem denotat.*
6 *Conditiones tacitæ ab actu dependent.*
7 *Conditio potestatiua non retrotrahitur.*
8 *Legitimatus per subsequens matrimonium, sortitur vim ac si ab initio fuisset legitimatus.*
9 *Glos. in c. innotuit, de elect. si vera est, non potest defendi prima opinio.*
*Verba si essent geminata, tunc procederet opinio Bal. nu. 10.*

SED quid si dictaret inuestitura, pro te & hæredibus de tuo corpore legitimè descendentibus, vel ex legitimo matrimonio? & in ista specie Bal. in d. c. naturales, si de feud. fuc. contro. int. dom. & agnat. tenet quòd legitimatus etiam per subsequens matrimonium non succedit in feudo sub tali tenore inuestituræ concesso ea ratione, quia verba 1 respiciunt principium geniture; † & non est nostrum extendere scripturas, l. contractus, C. de fide instrum. & debet intelligi principium natiuitatis, vel cõceptionis, quod magis explicauit in consil. 367. uol. 5. dicens, 2 † quòd quando qualitas requiritur ab origine, non sufficit si postea superueniat, argum. l. quid ergo, ff. de infamib. cum ergo sit verum non esse legitimè natum, cum respiciatur principium, iccirco non comprehenditur in inuestitura. Bal. refert, & sequitur Alexan. in consil. 5. vol. 7. istam opinionem tenet Præposit. Alexan. in c. per venerabilem, §. quod autem, nu. 104. qui fil. sint legit. qui allegat etiam hanc partem tenere Anto. de Rosell. in tractat. legiti. in vlt. c. primi libri. qui Antonius latè disputat hanc quæstionẽ, & tenet hanc partem. Eandem opinionem tenent Lucas de Pen. in l. eos, C. de his, qui spont. public. mun. sub. lib. 10. eandem opinionem tenet Anton. de Butri. in d. c. tanta, & latè Barb. in repet. l. cum acutissimi, C. de fideicom. eandem opinionem tenet Barb. 3 consil. 75. ubi dicit, † quòd non dicitur natus ex legitimo matrimonio legitimatus p subsequens matrimonium. eandem opinionem tenet Carol. Ruin. latissimè examinans in consi. 92. nu. 13. cũ pluribus sequen. vol. 3. ubi testatur esse communem opinionem, & secundum hanc opinionem consuluit nouissimè Rolan. à Valle consi. vlt. vol. 2. Contrariam opinionem tenet And. in dicto c. naturales, si de feud. fuer. contro. inter 4 dom. & agnat. motus, † quia matrimonium subsequens purgat omnem maculam, c. tanta, qui fil. sint legit. hoc argumentum Andr. non cohęret, nam verum est, quòd tollit omnem maculam, sed non facit quòd descẽdat legitimè, quòd requirit inuestitura, & videtur requirere tempore natiuitatis, vt verba sonant inuestituræ, quòd volens diluere Andræas subdit, quòd illud, quod obstabat, nõ erat impugnabile, cum de soluto & soluta essent nati. ergo existente macula purgabili, & subsequuta dispensatione, est ac si ab initio nulla subesset macula, arg. tex. in l. quid ita, ff. de ædil. edict. Attamen est verum per fictionem, & non per veritatem, & ita pro- 5 bat tex. in dicta l. quod ita, † qui dicit perinde

de habendum est, ac si nunquam morbosum esset: nam dictio, perinde, fictionem denotat, ut Docto. scribũt in l. si is, qui pro emptore, ff. de vsucap. ideoq; fictè censetur legitimus. Attamen verba inuestituræ requirunt existentiam legitimatis tempore natiuitatis veram, & non fictam, prout latè deducit Anton. de Rosell. in loco præallegato. Arguit etiam And. quod videtur tacitè inesse à principio natiuitatis quædam tacita conditio, ut sint legitimi, si contrahatur deinceps matrimonium, & ista conditio tacita operatur idem, quod expressa, ut retrotrahatur. & inducit ad hoc probãdũ tex. in l. qui balneum, in princ. ff. qui potio. in pigno. habea. Tota ista argumentatio facilè subuertitur, nam nõ est verum, quòd habeat talis actus illam

6 tacitam cõditionem, † nam tacitę conditiones sunt, & ab actu dependent, ut probatur in l. j. §. fin. ff. de condit. & demonstr. & in l. continuus, §. cum ita, ff. de verbor. obligat. & annotatur per glos. in l. conditiones, ff. de cõdit. & demonstr. at si quis tenet concubinã, & procreat filios, quòd insit ipsi actui, quòd intelliguntur legitimi filij, si subsequutum fuerit matrimonium, nemo vnquam probabit: quia actus à principio stat per se absolutus absq; aliqua tacita cõditione: verũ quod si sequatur matrimonium, legitimantur filij antea nati, & hoc non attribuitur conditioni purificatæ, sed totum agit vis matrimonii, ut operetur legitimationem filiorum antea natorum, quod non esset si intelligeretur tacita conditio, quia totum ageret purificatio conditionis. ideoque argumentatio And. tota est contra tex. in dicto c. tanta. & cum nulla sit conditio, neque expressa, neque tacita, non esset necesse respondere ad tex. in l. qui balneum, in princ. ff. qui pot. in

7 pigno. habea. attamen responderi potest, † quando possit imaginari ista tacita cõditio, esset tamen potestatiua, quæ non operatur vt possit retrotrahi. quod probat l. qui potior. ff. eod. tit. & scribunt ibi Docto. & Bart. Imol. Paul. de Castro in l. sub conditione, ff. de solut. ideoq; ista argumenta And. sunt nimium à remotis. attamen opinionem And. sequitur Afflict. in d. §. naturales, in vlt. not. nu. 25. eandem opinionem tenet Præposit. in dicto §. naturales. ubi dicit, quòd communiter Doctores tenent opinionem And. credo quòd malè numerauit Doctor. eandem opinionem tenet Paul. de Castro in l. fin. C. de his, qui ven. ętat. per tex. in c. innotuit, de elect. eandem opinionem tenet Præposit. in c. lator, col. 5. vers. & sic per hanc distinctionem, qui fil. sint legitimi. idem tenet Dec. in d. c. innotuit, motus per illam doctrinam Paul. de Castro in d. l. fin. C. de his, qui ven.

8 ætat. impet. † & quòd legitimatio, quæ fit per matrimonium, sortitur vim ac si ab initio fuisset legitimus; & sic censetur, ut annotat Ange. in Auth. quib. mod. natur. effic. sui. §. & quoniam. & quod in materia etiam stricta appellatione legitimè nati, comprehenditur etiam legitimatus per subsequens matrimonium, ut annotat Anton. de Butr. in d. c. innotuit, de elect. ubi respondet obiectis in contrarium. Eandem opinionem tenet Card. Parisi. consil. 14. col. 2. uol. 2. eandem opinionem tenet Abb. in d. c. tanta, qui filij sint legit. qui allegat tex. in c. cum ĩ cunctis. de electio. in quo deciditur, quòd nemo potest promoueri ad Episcopatum, nisi natus ex legitimo matrimonio; & tamen legitimatus per subsequens matrimonium promouetur ad Episcopatum, pro ut annotatur in dicto c. innotuit. & idem tenet in d. c. cum in cunctis, & ibi Dec. eandem opinionem tenet etiam Ias. consil. 168. num. 6. vol. 4. & in istam opinionem videtur inclinare Soc. nepos ĩ d. consil. Ista quęstio ẽ satis inuoluta, vt facilè discerni non possit, quænam sit communis opinio, sed veritas dependet à veritate glos. in d. c. innotuit, de elect. quæ si vera

9 est, non potest defendi prima opinio, † quia gl. cõmuniter approbatur, vt testatur Imol. in d. c. innotuit. ideoq; stante opinione glo. communiter approbata, tenenda est opinio contra Bal. & sequaces: nam & ista opinio cõtra Bald. ex illa glos. redditur magis communis, & ideo tenenda, quia verior & communior, & tamẽ in vno casu procederet opinio Bald. in dicto consilio 367. vol. 5. & in dicto

10 c. naturales, † quando verba essent geminata, & quia inuestitura dictaret, pro te & hæredibus legitimè descendentibus, & ex legitimo matrimonio natis, vt tenet Dec. in d. consil. 155. in fine, & Carol. Ruin. in dicto consi. 92. num. 16. vol. 3. & Rolan. à Valle in consil. præcitato.

SVMMAE.

1 *Nepotes mortuo patre naturali, non legitimantur per subsequens matrimonium. & nu. 2.*
*Contrarium, & malè, tenet Alciat. nu. 3.*
4 *Mortui non possunt legitimari.*

SED

SED quid si filius naturalis esset mortuus ante subsequutum matrimonium relictis filiis, † an isti tales nepotes per subsequutum matrimoniū habilitentur, ut possint auo succedere, uel ēt in feudo, à quo excluduntur, sicuti & pater eorum? Et in specie † Guliel. de Cun. Bal. & Alb. de Rosi. in l. benignius, ff. de legi. determinant, quòd non, quos refert & sequi. Ias. in repe. l. si is, qui pro emptore. †contrarium tenet Alcia. in trac. de præsumptio. in 1. par. nu. 9. qui tantum contra cōem inducit tex. in l. si filium, ff. de grad. inducendo, ut ibi per eum, qui tex. si repeteret de filio naturali, esset casus legis pro opinione Alcia. sed quia non repetit, non potest intelligi, nisi de legitimo: & ideo nil facit contra communem ille tex. nec stringunt ea, quæ dicit Io. Nicolaus in addi. ad Alcia. dicens, quòd quando filij legitimantur per subsequens matrimonium, fingitur à principio omnis coitus licitus, & matrimonialis, ex dispositione d. c. tanta. nam istud est uerum, quò ad filios non uerè, sed per modū fictionis, ut probat text. in d. c. tanta. ibi, legitimè habeantur. † sed mortui non sunt de numero, qui possint legitimari, cum mors oīa soluat, §. deīceps, Auth. de nup. At nō entis nullæ sunt qualitates, l. eius, uers. quod stipulatus, ff. si cer. pe. & ibi Dec. post Bald. & cæteros, quos allegat, annotat; quod qui probat qualitatem, est necesse prius probare substātiam. at si tempore matrimonij nulla adest substantia filii, quia iam mortui, quomodo subsistit qualitas legitimationis, ideoq; tenenda est communis opinio, quam opin. tenet etiam Marc. Mant. in lib. dialog. 48.

*S V M M AE.*

1 *Lex ista non permittit alienationem feudi in ecclesiam.*
2 *Ecclesia quid sit. & nu. 3. 4.*
5 *Ecclesia arcetur ab acquisitione feudi.*
6 *Ecclesiasticæ personæ, quæ sunt.*
7 *Feudum in ecclesiam, & ecclesiasticas personas non transit.*
8 *Feudum Christianorum collegio olim non poterat relinqui.*
*Constantinus Imperator abrogauit illam legem prauam. nu. 9.*
10 *Fredericus Imperator edidit constitutionem, quæ annullauit omnes constitutiones contra libertatem ecclesiasticam.*
*Videtur quòd hæc lex teneat contra ecclesiam. nu. 11. 12.*
13 *Statuta & leges condere, est iurisdictionis.*
*Istam opinionem tenuerunt aliqui, quibus non est inhærendum, quia ecclesia nullum generale priuilegiū, nec spāle habet in hoc. nu. 14.*
15 *Ecclesiæ semper fuerunt exclusæ à feudis.*
16 *Ecclesia & ecclesiasticæ personæ in feudis non habent priuilegium fori. & nu. 17.*
18 *Imperator, & quilibet Rex, est superior clericis in his, quæ habent ab eis.*
19 *Fredericus nil statuit contra ecclesiam.*
20 *Statutum semper fuit, ne possit fieri alienatio feudi in ecclesias.*
21 *Dominus nimium grauaretur, si fieret alienatio feudi in ecclesias.*
22 *Dominus in traditione rei suæ potest ponere pacta, quæ uult.*
23 *Pactum quod potest, multo fortius lex.*
*Lex ista principaliter respicit uassallum. nume. 24. 25.*
*Ecclesia non potest de hoc conqueri, cum sit cultrix iustitiæ. nu. 26.*

RESTRINGITVR etiam iste text. † ut non procedat si fieret alienatio in ecclesiam, ecclesiasticasq; personas. sed antequàm deueniamus ad interpretationem, † oportet prius scire, quid sit ecclesia, de qua loquitur ista lex, & quænam sint ecclesiasticæ personæ. & primò † ecclesia in ista lege accipitur, & nuncupatur non illa solidissima petra, de qua euangelista Matthæus c. 16. de qua differit Cyprianus, ut habetur in c. loquitur, 24. q. j. diuus Hiero. ad Euangrium, ut habetur 93. dist. c. legimus, sed † capitur ecclesia in ista lege pro congregatione plurium in eodem loco congregatorum, prout capitur in c. futurum, 12. q. 1. & in rubr. de sacrosan. eccl. pro ut annotat Bal. in d. rub. & ibidem Raphael. † quæ talis ecclesia arcetur ab acquisitione feu. per alienationem, per istam legem, pro ut etiam per consuetudines feudales arcetur, tanquam nunquam ad dominum posset feudum reuerti, ut habetur in c. 1. de aliena. feu. scribunt Fely. qui citat alios, in c. in pręsentia, nu. 79. & post eum Dec. de probatio. †Ecclesiasticę personæ sunt illę, quæ congregatæ sunt ad seruiendum Deo in ministerio ecclesiæ, ut sunt clerici, monachi, & cæteri, qui gaudent priuilegio clericali, ut probat tex. & ibi gl. in uerb. ecclesiasticis, 17. q. 4. & ibi

7 ibi Arch.† ideoq; in ecclesiam,& ecclesiasticas personas non transit feudum,quod & mirum videri potest:† nã quamuis olim ecclesiis Christianorũ nil potuisset relinqui, tanquã collegio improbato,secundũ peruersam opin. Ethnicorum sæuientibus Principibus 9 Ethnicis ac tyrãnis; Attamen† Constantinus Imperator, effectus Christianus, abrogauit illã legem prauã,& decreuit posse quocunq; titulo largiri ecclesiis, ut habetur in c. futurã, 12.q.1.& in l.1.& ibi Bar. Raph. & Paul. 10 de Cast. C.de sacros.eccl. † quinimò Frede. Imperator edidit, ac sanciuit constitutionẽ, quæ annullat omnes constitutiones & statuta contra ecclesiam,& earum personas, ut patet in eius constit. quæ ponitur post librum feudorum,ut habetur in auth.cassa,C.de sa- 11 cros.eccl.† cum ergo ista lex in hac parte tendat contra leges permittentes relinqui posse ecclesiæ,& ecclesiasticis personis,ut patet in d.c.futurã, 12.q.1.& in d.l.1.C.de sacros. 12 eccl. iam consequitur, † ꝙ nõ teneat ista lex in hac parte, nec est ẽt seruanda.quod confir 13 matur,†nam statuta condere,seu leges,est iurisdictionis, & ideo Principes sæculares cũ nullam prorsus habeant iurisdictionẽ in ecclesiã,ecclesiasticasq; personas,non possunt in eas aliquid statuere, c. quæ in ecclesiarũ; de const.latè Ant. de But.in cons.40. latissimè Zaba.in rep.c.perpẽdimus, de sent. exc. & tangit ẽt cons.144.& hanc partem, & opi. 14 tenuerunt aliqui.† quibus tamen non est adhærẽdum, nã nullum reperitur priuilegium spãle in ecclesijs & ecclesiasticis personis, nec generale cum cęteris,ut sint capaces feudorum,ut ad eas transeãt feuda, sicuti ad laicos, quod priuilegium per hanc legẽ censeatur sublatum: & ideo censeatur Fredericus statuisse cõtra ecclesiã,& ecclesiasticas personas, auferendo ab eis illud,quod eis uel priuilegium spãle,uel saltem generale concessit,iuxta doctr.Innoc.in c.nouerint, de sent. 15 exc.† Scribunt Cy.Bar. & cæteri in auth. cassa,de sacrosã. eccl.sed per omne ius feudorũ semper ecclesiæ & ecclesiasticæ personæ fuerunt exclusæ à feudis,ut patet in c.1.de alie. feu.& in c.clericus.si de feu.fue. cõtro.inter 16 dom.& agn.† quinimò adeo sunt ecclesiæ,& ecclesiasticæ personæ denudatæ oĩ priuilegio circa feuda, ꝙ si aliquo modo peruenerint ad ecclesiam,uel ecclesiasticas personas 17 feuda,†& super eis conueniantur,nullum priuilegium fori prætendere possunt, sed rõne feudi conuenientur sub iudicibus feudorũ, ut est tex.in c.cæterum, de iudi. & ibi annotant Docto.& est communis opinio, ut prosequitur ibi Dec.post Abb.quinimò est tex. in cap. solitæ, & ibi Docto. de maiorita. & 18 obedient. † quòd Imperator, & quilibet Rex, est superior in his, quæ habent clerici ab eis, utpote feuda, & alia. Cum ergo nec ecclesia, nec ecclesiasticæ personæ habeant in his priuilegium, nec speciale, nec generale:quinimò specificè priuatæ & denu 19 datę cõmercio feudorum, † iam consequitur, ꝙ nil statuit Freder.contra ecclesiam & ecclesiasticas personas, si non uult consentire,nec consensum præstare eius feudatario, si alienat in ecclesiam, & ecclesiasticas personas,cum non auferat eis aliquod priuilegiũ uel speciale,uel iuris cõis, etiã ꝙ tolleret aliquod priuilegium ab aliquo statuto, ut Bal. uoluit post Iac.Butr.in d.auth.cassa, & ibidẽ 20 etiam Pau. de Castr. † quinimò hoc semper fuit contra eas statutum,ne possit in eas fieri alienatio rerum,quæ sunt sub dominio directo aliorum,ut patet in emphyteusi: nam ea est prohibita ĩ ecclesias, & ecclesiasticas personas alienari,ut habetur in l.fin. C. de iure emphy.& ibi gl.& Doct. & ratio est secundũ Spe.in tit.de loca.§.nunc aliqua, versi. 117. 21 †quia dominus nimium grauaretur: quia nõ esset spes, ꝙ amplius reuerteretur ad eum, cum ecclesia nunquam moriatur. Item ꝙ defraudaretur laudemio, cum ecclesiæ interdicatur alienatio,& Specu.sequuntur Doct. ut per Ias.in d.l.fi.nu.90.cum aliis sequent.eadem ratio est in feudis,ut per Bal.in d.c.j. in 4.col.de alie.feu. & scribit Ias. in d.l.fin. nu. 22 95.in fi. † Iccirco dominus in traditione rei suæ potest apponere quęlibet pacta, ĩter quę & excludere ecclesias, & ecclesiasticas personas,ut scribit Specu.in d.§. sed nunc aliqua, uers.116. quia non derogant priuilegiis ecclesiæ, quia non sunt contra ecclesiam, uel ecclesiasticam libertatẽ. pariformiter & lex 23 hoc facere potest, † cum illud, quod potest pactum,multo fortius & lex,ut docet glo.in rub.de decre.decur.lib.10.nec etiam potest dici hoc casu, ꝙ aliquid sit statutum contra 24 ecclesiam, † nam cõstitutio,siue lex ista, principaliter respicit uassallum: prohibet enim ipsum uassallum super re propria ipsius domini,& præcipit,ut alienet, dummodò non 25 alienet in ecclesiam. † prĩcipale propositum domini attendendũ est prohibentis vassallũ suum,

ſuum, ne alienet feudum in eccleſiam, contra eius licentiam, ne incurrat damnum, & detrimentum. Ideoq; nil fit principaliter cõtra eccleſiam, ſed eſt quædam cautela domini ſibi proſpicientis: ideo nec cenſetur aliquid ſtatuere contra eccleſiam, cum ius ſuũ tantum tuetur, vt defendat, ſic determinat Afflic. in d.c.j.§.inde, nu. 10. de aliena. feud.

26 Nec de hoc eccleſia poteſt conqueri, † cum ipſa ſit cultrix iuſtitiæ; & aliud non vult, niſi bonum: nec etenim vult damnum alterius, vt eleganter proſequitur tex. in d.c.j. de aliena. feu. ubi Andr. & cæteri ſcribentes. Ideoq; tenẽdum eſt, quòd etiam in hac parte ſit lex valida. Et adducta in contrarium non obſtãt, quia loquuntur quãdo ſtatuitur aliquid contrã eccleſiam, & eccleſiaſticam libertatẽ, quod non eſt in iſta lege.

*S V M M AE.*

1. *Leges, & conſuetudines feudorum, non ligant eccleſiam.*
2. *Lex iſta cõprehendit feuda. quæ tenentur a Curia, non ergo quæ tenentur ab eccleſia.*
3. *Conſuetudines, & iura feudorum, comprehendunt etiam feuda eccleſiarum.*
4. *Iaſ. & aliorum opi. in feudo a principio conceſſo ab eccleſia, procedit.*
5. *Eccleſia, quæ recipit feudũ a Rege, efficitur eius ſubdita reſpectu feudi.*
6. *Eccleſia, quæ recipit feudum ab Imperatore, dicitur eius vaſſalla.*
7. *Eccleſia, quæ recipit feudum a Rege, tenetur ſeruare omnia, quæ tenentur ſeruare alij vaſſalli.*
8. *Conſuetudines feudorum ligant eccleſiam.*
9. *Lex iſta etiam fauet eccleſiæ.*

AT quid dicendum de feudo eccleſiaſtico, num poterit alienare eccleſia vaſſalla in eccleſiã, & eccleſiaſticas perſonas, non obſtante prohibitione iſtius legis, & in perſonas etiã non æquè dignas? In iſta ſpecie reſpõdit Iaſ. 1 conſi. 117. vol. 4. † ꝙ leges, & conſuetudines feudorum, non comprehendunt feuda eccleſiaſtica, & conceſſa ab eccleſia, per iura & rationes per eum aſſignatas, quas non tranſcribo, quia liber eſt impreſſus. eandem opinionem tenet ille, qui conſuluit in cauſa Maſſari, in conſi. inci. utrum Bonſignorus, quẽ ego 2 credo fuiſſe Iacob. Chirc. motus, † quia iſta lex loquitur de illis feudis, quæ tenentur à Curia, ergo non comprehendit illa feuda, quæ tenentur ab eccleſia, quia ubi non conueniunt uerba legis, nec eius diſpoſitio, l. 4. §. totiens, de dam. infect. & ibi Paul. Imol. & Alexan. poſt cæteros, ff. de damn. infect. eandem opinionem tenet Ioan. Aloiſ. in quodam ſuo conſil. imperfecto. contrarium uidetur determinare Felin. in cap. in præſen 3 tia, num. 9. de probatio. ubi dicit, † quòd leges, & conſuetudines feudorum, comprehendant etiam feuda eccleſiarum, per cap. cæterum, de iud. & per auctoritates per eum allegatas. ſed diſtinguendum eſt, ꝙ aut ſunt primordialiter conceſſa ab eccleſia, qualia nunquam recordor vidiſſe in Regno, nec credo, quod ſint, cum ſummus Pontifex nil ha- 4 beat temporale in hoc Regno; † & iſto caſu procedit deciſio Iaſon. per rationes per eum allegatas, quæ bene, ac optimè, procedunt in iſta ſpecie, ac etiam Iacob. Chirc. & Ioan. Aloyſi. nam & ipſi ſub hoc themate loquuntur, & ad hoc tendunt eorum rationes. ſi verò fuerit cõceſſum feudum eccleſiæ primordialiter ab Imperatore, eo caſu videtur di- 5 cẽdum, quòd ſeruari debet hęc lex: nam † ex quo recipit feudum a Rege, efficitur eius ſubdita reſpectu feudi, ca. ſolitæ, de maiorita. & obedien. & ideo dicebat Bald. in l. ſed ſi hac, 6 §. ſi libertus, in fin. ff. de in ius vocand. † quòd quamuis eccleſia Romana dicatur mater imperii, attamẽ quando recipit feudum ab Im- 7 peratore, dicitur eius vaſſalla. † quinimò eccleſia, quæ recipit feudum, tenetur ſeruare omnia, quæ tenentur ſeruare omnes alij vaſſalli, vt tenet Bald. in l. final. in fi. C. ſine cen 8 ſu, vel reliq. pro quo facit, † nam leges feudorum, ſeu cõſuetudines, ligant eccleſiam, quæ ſunt annexæ naturæ originali feudorum, vt dicunt Bald. & communiter Canoniſtæ, in capit. cæterum, de iudic. ſcribit Curtius Iunior in tractat. feudo. in j. part. in 2. quæſtio. principal. in quo loco reſpondet omnibus, quæ in contrarium dicuntur. ideoq; cum ligetur eccleſia conſuetudinibus, & legibus feudorum, in quibus ſunt leges prohibentes alienationem feudorum, l.j. de prohib. feud. alien. per Lothar. in l.j. de prohib. 9 feu. alie. per Fred. iã conſequitur, † ꝙ hæc lex eis etiam faueat, vt poſſint & incõſulto principe alienare, dummodò ſeruent alia, quæ præcipit ius canonicum: nimirũ ergo ſi non poterunt alienare in eccleſias, & eccleſiaſticas perſonas, quia non cenſetur hoc caſu da-

ta licentia alienãdi per istam legem, sed stat sub prohibitione de non alienando. iccirco non teneret alienatio, stantibus legibus Frederici, prohibentis alienationem feudorũ, quæ ligant etiam ecclesiam, vt superius dictum est. Ideoque in hac specie tenendum est, ecclesiam non posse aliter alienare, nisi seruata forma istius legis per ea, quæ dicta sunt. & in hoc casu procedit Felin. opinio in d.c. in præsentia, nu. 90. de probat.

S V M M AE.

1 *Alienatione prohibita, an prohibeatur successio inter Docto. est ambiguitas, & difficultas.*
2 *Clericus, & ecclesia, regulariter non succedunt in feudo.*
3 *Clerici & ecclesia in feudo non recto, sed censuali succedunt.*
4 *Fœmina habilitata ad succedendum in feudo, seruiunt per substitutum.*
5 *Clericus in sacris, & ecclesia, quòd non succedunt in feudo, in Regno semper fuit seruatũ.*
6 *Vassallus in Regno tenetur seruire præcisè.*
7 *Vassallus quando tenetur præcisè seruire, clericus & ecclesia non succedunt.*
8 *Feudum quando à principio conceditur, vt possit vassallus seruire per substitutũ, tunc succedunt clerici, & ecclesia.*
9 *Rex in Sicilia censetur uelle seruitiũ personale.*
10 *Naturaliter quod inest, inspicitur, & non per accidens.*
11 *Dispensatio legis in fœmina est, vt seruiat per substitutum.*
12 *Dispensatum in clerico non reperitur.*
13 *Clerici & ecclesia in feudo, quod debet fidelitatem, fortius non succedunt.*
14 *Opinio vera, & communis, fortius procedit, stante prohibitione istius.*
15 *Statutum prohibens alienationem in ecclesiam & ecclesiasticas personas, valet.*
16 *Lex ista recipit interpretationẽ à iure cõmuni.*
17 *Prohibitio non generica, sed in certum genus specificum personarum, non interdicit successionem ab intestato.*
18 *Blasc. Lanz. obsurduit ad rationem Io. Aloys.*
19 *Clericatus amittere facit feudum prius quæsitum, quanto magis impedit acquirendũ.*
20 *Ecclesiasticarum personarum appellatione qui comprehendantur.*
21 *Intellectus constitutionis, errores eorum.*
*Ista lex in ista parte nõ est largè intelligẽda, ut cõprehẽdat oẽs ecclesiasticas personas. nu. 22*
23 *Exceptio debet intelligi de illis personis, quæ arcebantur à successione feudi.*
24 *Successio singularis datur.*
25 *Successio ab intestato sub potestate alienandi comprehenditur.*
26 *Ecclesiasticarum personarum sub nomine qui comprehenduntur, absurdum esset, quòd arcerentur omnes à feudis.*
27 *Clerici prima tonsura non excluduntur à successione feudi.*

Sed operæprecium erit examinare, an sicuti per hanc legem inhibetur alienatio in ecclesias, & ecclesiasticas personas, pariformiter prohibeatur & successio? Pro resolutione primò videndum erit, quid sit inductum ex consuetudinibus feudorũ. Secundò, quid per cõstitutiones & cap. Regni. Tertiò, quid per hanc legem. Redeundo ad primum, est tanta difficultas, & ambiguitas, ac concertatio inter Doct. adeo quòd vix potest discerni vera, & communis opinio, vt apparet ex his, quæ scribit Curt. iunior in tract. feud. in 3. par. 10. q. vbi refert opiniones; & tandem post multa tenet post Alex. consil. 10. in 5. vol. & Fely. in c. in præsentia, de probat.† quod clericus, & ecclesia non succedunt regulariter in feudo. hanc opin. amplectitur Cagno. in repetit. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. nu. 263. in quo loco recenset Ias. Curt. seni. & Afflict. & Paris. plerosq; alios tenere eandem opinionem, quam asserit veriorem, & magis communem. eandem opin. tenet Carol. Rui. consi. 42. nu. 9. vol. j. et certè est vera & communis opinio in feudo recto, & exigẽte seruitium personale, vt loquuntur præfati Docto. de clerico in sacris constituto, secus si solueret censu, vel aliud quippiam: nam tunc non procederet ista opinio, sed contraria, vt latè per Brun. conf. 17. & Laurent. Siluan. conf. 3. & hęc attentis consuetudinibus feudorũ, sed & maior scrupus attẽtis cõstitutionib. et cap. Regni, quę habilitãt fœminas ad successiones. Cũ ergo fœminæ succedãt, sequitur quod possunt seruire per substitutũ, cũ ipsæ sint habiles ad pugnã, ergo sequitur quod in tali feudo succedent et clerici, et ecclesię, cũ possint æquè seruire per substitutũ. sic in specie determinat Alex. in d. consil. 10. in 5. vol. quem refert et sequitur Alber. Brun. cõs. 16. et Lauren. Silu. in dicto consil. 3. nu. 58. et e nostris copiosissimè Io. Aloy. ĩ causa Comitatus Caltabillottę; qui refert etiam dictum consil. 10. Alex. Sed contraria opi. est verior in regno, & ita semper fuit seruatum, quòd

clericus

clericus in sacris,& ecclesia, non succedunt: 6 †nam in Regno vassallus tenetur seruire prę cisè personaliter tribus mẽsibus,vt per And. in c.omnes filij, si de feu. fuer. contro. inter dom.& agna. & in l.j. §.firmiter, de prohib. feud.alien.per Federi. & latè scribit Capic. in decision.an And.in c.clericus, si de feud. suer.controuersi.inter dom.& agna. & in Regno sunt duo capitula, vnum Regis Iacobi; alterum Regis Frederici, ergo stat firma Re 7 gula,†quòd quando vassallus tenetur, & astringitur personaliter seruire,quòd tunc nõ potest succedere, nec ecclesia, nec clericus, qui nõ possunt personaliter seruire,quia nemo militans Deo,secularibus negotijs se immiscet,c.j.& ibi Doct.de mili.qui arma belli.deposuit,&scribit Alex.in d.cõs.10.quod ex quo fęmina est habilitata ad succedendũ in Regno, ergo non est electa industria personę, Deo potest seruire per substitutũ. cum ergo feudum sit talis naturæ,vt possit per substitutũ seruire vassallus, admittitur clericus, & ecclesia per ea, quæ habentur in auth. ingressi.C.de sacrosan.eccl.& per Doct.in d.c. in præsentia,de prob. quia procedit argumẽtum,qñ a principio feudum tali forma con- 8 ceditur: †nam tunc censetur Princeps eligere seruitium per substitutum, vel per adohã, cũ fęmina nõ possit aliter seruire. Ideoq; feudum secundũ suã propriã naturã, quò ad seruitium,erit vt vassallus seruiat per alterũ, & isto casu tale feudũ transit ad monasterium, 9 vt dicit Alex.in d.cons.10.†sed qñ datur feudum in Sicilia,censetur Rex velle seruitium personale,vt patet ex his, quæ dicta sunt superius,nisi vassallus sit impeditus aliquo impedimẽto,nã tunc Rex cogitur accipere adohã,vel substitutum,vt cauetur in cap.Regni. & semper censetur vassallus astrictus personaliter ad seruiendum, quãuis per accidens 10 aliqñ non possit, † & inspicitur semper id, quod naturaliter contingit, vt prosequitur And.in c.j.§.porrò,nu.30.quæ sit prima causa benefi.ami. qua natura feudi considerata, quò ad seruitium, ex quo requiritur seruitiũ personale,iam clarum est, ꝙ in eo feudo nõ succedunt,neq; ecclesia, neque clerici,quia 11 non possunt seruire.†& quatenus per constitutionem Regni admittitur fęmina, non existente masculo, in hoc est dispensatio legis, quæ admittit ad successionem; & propter impedimentum personæ,quæ non potest seruire,Rex vel recipiet adoham, vel substitutũ: non quod ĩmutetur primęua natura feudi,ut possit seruire vassallus ꝑ substitutũ, sed cõtingit per accidens, admittens fęminam ad suc 12 cessionem. † at in clerico nil tale reperitur, quia nõ est admissus ad succedendum in feudo specificè,vt per accidẽs possit seruire per substitutum,& statim reperit obstaculum, ꝙ feudum requirit seruitium personale, quod non potest per ipsum,vel ecclesiã explicari: iccirco repellitur a tali successione,secũdum 13 cõem opin.Doct.quam supra retuli.†& fortius in feudo,quod debet fidelitatem,vt per Are.& Fel.in d.c.in pręsentia, Affli.in const. errores.& est vera opinio, secundum quam iudicauit consilium Neapolitanum,vt patet in decisi.recollectis per Affl.deci. 320.idem voluit Capic.in decisi.32.deci.10.hoc idem voluit Sigismun. Goffred.in c.qui clericus, si de feu.fue.contro.inter domi.& agn.in addi.ad And. eandem opinionem tenet Blasc. Lanz.in causa Comitatus Caltabillottę,qui tamen prædicta non allegat,& istam opinionem semper vidi seruari in magna Curia, 14 † quæ opinio absque dubio procedit, stante dispositione istius legis,quæ prohibet feuda expresſè transire ad ecclesias, & ęcclesiasticas personas,& personæ ecclesiasticæ sunt non solum clerici in minoribus, sed omnes, qui sunt de foro ecclesiastico, ut probat tex. in cap.2.de foro competen. Hostien.& Abbas,in capit. cum non ab homine, de iudic. ideoq; non solum clerici in minoribus, sed etiam alię personæ,quę sunt de foro ecclesiastico, excluduntur a feudis per hanc legem, quæ expressis verbis hoc determinat, & tenet Blasc.Lanz.in dicta causa Caltabillottæ. Contra hanc opinionem tenet Ioan. Aloy. in dicta causa Caltabillottæ, dicens hanc legem procedere in casu suo in alienatione voluntaria,& non potest habere locum in successione abintestato,qui est actus legitimus. & allegat Bald.in c. quæ in ecclesiarũ,col.2. de consti.qui quærit an valeat statutum prohibens alienationem rerum in ecclesiam, & ecclesiasticas personas.& determinat, quod valet,quia est ecclesia cultrix iustitiæ, sed ad eam per alienationem transit feudum,c.j.de aliena.feud.subdit Bald. nisi feudatarius ingrediatur monasterium: quia tunc est alienatio necessaria,& istam decisionem Bald. refert,& sequitur Alexand.in d.consi. 10. col. penultimo volumi. 5.allegat etiam Guliel. de Perno, in quodam consilio incipiente,

casus proponitur, quōdam nobilis Antonius Camarana. qui Pern. inter alia allegat l. j. ff. fun. dotal. Item allegat tex. in §. cum inter, ff. de legat. 2. in quo tex. deciditur, quod prohibitus alienare non prohibetur habere successorem ab intestato. aliàs ego defendē do hanc partem in causa Gristiæ, dicebam primò, † quòd ista lex recipiebat interpretationem à iure communi per doctrinam Abba. in c. ad audientiam, in j. not. de cleri. non residen. vt in eas personas ecclesiasticas non possit fieri alienatio, q̄ incapaces sunt feudi. Secundò dicebam, quòd prohibitio alienationis in ecclesiam, & ecclesiasticas personas per istam legem, † ex quo non est prohibitio generica in omne genus, sed in certum specificum genus personarum, non interdicit successionem ab intestato, vt est glo. & ibi Bart. in l. pater, §. Iulius Agrippa, ff. de lega. 3. & scribunt Bart. & omnes, in l. si ita, §. ea lege, ff. de verb. obligat. quinimò, quod plus est, quòd si ita lex prohibuisset alienationē ī personas certas & singulares, quo casu prohiberetur etiam successio ab intestato, cum prohibitus debeat curare, ne successio deueniat ad personas prohibitas, l. codicillis, §. à matre, ff. de legat. 2. Attamen restringitur, quando est in potestate prohibiti disponere de illa re, aliàs secus. ita tenet Raphael in d. §. ea lege, ff. de verb. oblig. † Blasc. autem in d. causa Caltabillocтæ, veluti excantatus ob surduit ad rationes Ioan. Aloys. sed confugit ad constitu. errores eorum. qua deciditur, ꝙ habens feudum, si vult clericari, oportet vt prius renunciet feudum in manibus domini. ex qua constit. arguit, † quòd si per clericatum assumptum amittit feudum acquisitum, quanto magis clericatus impediet acquirendum, & hoc argumento vtitur etiam Afflict. in d. constit. errores. Sed ista responsio nil facit ad illud, de quo agitur, videlicet an ista lex procedat etiam ab intestato, vt repellantur à successione feudi ecclesiæ, & ecclesiasticæ personæ. Et quatenus Blasc. conabatur astruere, quòd quicquid sit de consuetudine feudorum, attamen per istam legem excludebatur etiam clericus primæ tonsuræ à successione, cum † appellatione ecclesiasticarum personarum comprehendantur omnes, qui sunt de foro ecclesiastico, īter quos & clericus primæ tonsuræ, vt supra est dictum. oportebat insistere, quòd prohibitio istius legis comprehendebat etiam successionem ab intestato, quod non fecit, sed confugit ad constit. errores eorum, † quæ constitutio loquitur de clericis. debet ergo intelligi de illis clericis, qui non possunt retinere feudum, prout sentit ibi And. at clericus primæ tonsuræ, & qui non sit in sacris constitutus, potest retinere feudum, & non repellitur à successione feudi. & ista est communis opinio, vt testatur Prępos. in c. j. §. sed quia, col. 14. qui feu. da. poss. & Curt. in tracta. feu. in 3. par. quæst. 10. & Albert. Brun. in consil. 38. quicquid dixerit Blasc. in dict. causa Caltabillocтæ, nam sua assertio est contra communem opinionem. Ego autem (vt interpo nam iudicium meum) teneo, † quòd ista lex, dum prohibet alienationem feudorum in ecclesiasticas personas, non sit ita largè intelligenda, vt comprehendat omnes personas, quæ sunt de foro ecclesiastico, quæ & aliàs sunt capaces feudi, vt recipiat interpretationem à iure communi feudorum, iuxta ea, quæ scribunt Doct. in l. serui vestri, C. de noxal. & maximè Salic. ibi. † nam cum permittatur alienatio feudorum, & inde restringatur, ne fiat in ecclesias, & ecclesiasticas personas, debet ista generica dispositio & exceptio intelligi de illis ecclesiasticis personis, quæ aliàs arcebantur à feudi successione, † cum & etiam titulo singulari detur successio, vt est tex. in l. vti. §. primo, ff. de itiner. actuq; priuat quinimò verior est opinio, † ꝙ sub facultate alienandi comprehenditur successio ab intestato, vt latè, & per plura fundamenta, decidit Curt. iunior in consi. 4. per totum. & videtur prius voluisse Soci. in consil. 257. vol. 2. ergo exceptio generica, quæ est ipsa regula, debet restringi per alias leges disponentes de eadem materia, scilicet per cō suetudines feudorum, vel Regni constitutiones, quæ arcent clericos in sacris tantùm à feudis, per tex. in dicta l. 2. C. de noxal. † absurdum enim esset, quòd arcerentur omnes illi, qui comprehēduntur sub nomine ecclesiasticarum personarum, de quibus per Domi. Anton. in c. 2. de for. compe. per Petr. de Anchar. in c. ex eo, de senten. excom. lib. 6. & per Alex. in addit. ad Bar. in l. semper, §. fi. ff. de iure immun. ideoque dicendum est per istam l. non prohiberi, nisi illas ecclesiasticas personas, quæ alias à feudi successione arcebantur, quod & mihi videtur verius. & † ideo nō excluduntur à feudi successione illi clerici, qui nō sunt in sacris ꝯstituti, secundum

dum communem opinionem, & ex his patet resolutio istius quæstionis.

*S V M M AE.*

1 *Alienatio feudi, an possit fieri in militem Hierosolymitanum.*

2 *Milites Hierosolymitani commutarunt arma bellica in melius.*

*Quamuis sint obstricti eorum superiori, attamen quia pugnant contra infideles, dicuntur seruire domino. nu. 3.*

*De rigore iuris est tenenda opinio contraria. nume. 4.*

5 *Vassallus in Regno non potest seruire per substitutum.*

*Bal. & And. opi. tenẽda est primò recitata. n. 6.*

1 SED † an possit in militem Hierosolymitanum fieri alienatio feudi? Et Bald. in consil. 170. incipien. ad audientiam, vol. 2. tenet quòd de rigore feudorum non sunt capaces feudorum, Bal. refert & sequitur Barba. in rubric. de feud. & in tract. de præstan. Cardin. in j. parte, in 5. quæst. quos refert & sequitur Brun. in consil. 17. eandem opinionem tenuit prius Andr. in c. qui clericus, si de feud. defunct. mili. controuers. fue. & Bal. in dicto 2 consil. arguit in contrarium, † quòd non deposuerunt arma bellica, sed in melius commutauerunt, argu. tex. in l. quod dicitur, ff. 3 de testam. milit. † & quatenus non possunt seruire domino, vt pote obstricti alij superiori; attamen quia pugnant contra infideles, dicuntur seruire domino, & ideo retinebunt in vita. Sed contra istam rõnem Bal. est tex. in d. c. j. de mili. vassal. qui arma bell. deposuit. nam ratio finalis illius tex. quia non potest seruire domino, quod contingit in milite Hierosolymitano, qui tenetur religioni propriæ deseruire, quod & sentit Bal. in d. consil. & quatenus dicitur fauore fidei, potest dici seruire domino, bene dicitur; fortè quia hoc iure non probauit: iccirco recessit ab illa opinione, & tenuit quòd de rigo-4 re iuris tenenda sit opinio contraria, † nihilominus ipse Bal. in dicto c. j. de vassall. milit. qui arma bellica deposuit. quem sequuntur ibidem Martin. Laudens. Præpos. Aluaro. & Afflict. videtur tenere contrarium. qui Bal. quamuis loquatur de militibus gaudentibus, attamen eadem ratione deciditur de milite Hierosolymitano, ut dicit Aluarot. ibidem, nu. 9. in d. c. j. & ratio est, quia perdit statum suum: non enim causa iuris mutatur, licèt honor sit auctus, argu. tex. in l. falsa, §. j. ff. de condit. & demonstr. ideoq; poterit seruire per substitutum. Ista ratio Bal. non po-5 test procedere in Regno, † quia vt supra probatum est, non potest fieri seruitium per substitutum. at Martin. Laudens. dicit in d. c. j. de vassall. milit. qui arma bellica deposuit, quòd etiam in his militat ratio dicti capituli, quo pugnare possunt. sed ista ratio etiam non procedit, quia quantumcunq; possunt pugnare, attamen ad mandatum eorum superioris, & pro seruitio religionis. ideoque cũ sint religiosi, & non potest negari, & probat Barb. in d. tracta. de præstant. Cardin. in 5. q. j. par. nu. 7. sequitur quòd nec in eos potest fieri alienatio vigore istius legis, sicuti 6 non possunt succedere. † iccirco tenenda est opinio Bald. in d. consil. 170. Andr. & aliorum, qui sequuntur eum, quem Bal. etiam sequitur Catell. Cott. in suis memorab. in verbo, clericus. Cassan. in consuetud. Burgund. char. 123. quamuis contrarium teneat Io. Neuiz. in consil. 30. qui non ratione, sed opinionibus Doctorum certat, & detortis. Nec contra istam opinionem faciunt ea, quæ dicit Afflict. in d. c. qui clericus, si de feud. defunct. milit. fuer. contro. int. dom. & agna. nã ipse arguit, quòd appellatione ecclesiæ non comprehenditur hospitale: nam quando esset vera sua argumentatio, nihilominus non facit, quin tales milites sint religiosi, quod sufficit ad expellendum eos à feudo per tex. in d. c. qui clericus, & in d. c. j. de vassall. milit. qui arma bellica deposuit. & ista opinio est tenenda, tanquam vera, vt superius firmaui.

*S V M M AE.*

1 *Principis cõfirmatio expressa requiritur ad plures effectus, qui enumerantur hic.*

IAM igitur demonstratũ est, quòd per istam legem est immutata natura feudorum circa alienationẽ, vt non requiratur amplius licentia Principis in alienatione feudorum, dummodò seruetur forma legis; & nihilominus dicit in hac lege, sequutus Guliel. de Pern. 1 quem tamen non citat, † quòd confirmatio Principis requiritur ad plures effectus. Et primò, vt videatur habilitare personã, quod tamen

tamen procederet, quando esset dubium de persona, secus esset quando persona emptoris esset certissimè æquè digna. Secundo, vt accipiat iuramētum fidelitatis. Tertio, ut appareat, quòd habuit notitiam de venditione feudi, & noluit redimere pro eodem precio, & vt habeat decimam. Quartò vt cesset Regula, resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris, de qua infra loco suo disse-ram.

*S V M M AE.*

*1 Dummodò dictio, non reddit contractum conditionalem.*

*2 Dummodò dictio, denotat potius admonitionē, quam conditionem.*

*3 Fiscus aget ad decimam eo casu, quo contractus est validus.*

*Decima debetur ex eo, quia ista lex validat alienationem.*

*5 Decima in casu, quo ista lex non operatur, non debetur.*

*6 Decima de alienatione nulla, non debetur.*

DEVENIO nunc ad alteram partē legis, in qua Princeps Legislator sibi prospicit, & primò prospicit sibi: nam licèt permittat alienari feudum, attamen vult de precio, siue pecunia, quæ interuenit invenditione, integrè decima fisco persolui, vt est tex. apertus in hac lege. 1 † & quamuis dicatur in tex. dummodò de pecunia uenditionis ipsius integrè decima fisco nostro soluatur, non redditur ex hoc cōtractus emptionis conditionalis, decima non soluta; 2 † quia dicta dictio, dūmodò, facit magis admonitionē, quàm conditionem, vt per Ioan. And. in cap. cum non potest, de præben. lib. 6. & scribit Alber. in Dictionario suo. 3 † ideoq; nil aliud impediat, contractus semper erit validus, & fiscus aget ad decimam eo casu, quo contractus emptionis feudi erit validus auctoritate istius legis: 4 † nam decima debetur ex eo, quia ista lex validat alienationem feudi, quasi in compensationem quandam licentiæ Regię, vt omnes dicunt, & patet ex tex. ideoq; 5 † in casu, quo ista lex non operatur (quia vel fit alienatio de feudi parte, vel in personā non æquè dignam, vel in ecclesiam, & ecclesiasticas personas) nulla in his casibus debetur decima; ea ratione primùm, quia ista lex in his casibus non præstat consensum alienationi, meritò nulla debetur decima, quia in eo casu tantum disponit de decima soluenda, quando permittit alienationem. Quæ ratio confirmatur, 6 † nam cum in his casibus alienatio sit nulla, vt pote absq; licētia Principis, cum non reperiantur correctæ constitutiones Frederici inhibētes alienationem feudorum, imò in his casibus roboratæ, merito ex contractu nullo nulla debetur decima, ut in fortioribus determinat Bal. & Salic. in l. 2. C. de eunuc. quem refert, & sequitur Bertach. in tractat. de Gabell. in 3. membro 8. par. princip. nu. 25. & quia ista decisio nullam habet difficultatem, non dilatabo materiam.

*S V M M AE.*

*1 Alienatio si fiat cōtra formam istius legis, cum expressa licentia principis, non debetur decima.*

*Quamuis seruetur contrarium, attamen dicta opinio vera. nu. 2.*

SED aggredior non inutilem quęstionem, 1 † in qua quæritur, an si fiat alienatio in casibus exceptuatis, puta in personam non æquè dignam, vel in ecclesiam, ecclesiasticasque personas, vel alienatur pars feudi, & præstatur licentia expressa à Principe, an debeat solui decima, iuxta dispositionem istius legis, cum in tali alienatione nō seruatur ista lex, sed remanent illibatæ cōstitutiones Frederici, inhibentes feudorum alienationem, quibus constitutionibus nil tale pręcipitur, neq; ex consuetudinibus feudorū, vt Alex. scribit consil. 5. vol. 5. ideoque nulla decima debetur. sed vidi seruari contrarium, nam quotidiè fiunt alienationes, & dispensatur isti legi, & nihilominus soluitur decima, & esset perquàm difficile obtinere contrarium coram Magistris rationalibus. sed de iure verior est prima opinio, 2 † cum decima debeatur ob beneficium istius legis, permittētis alienationem feudorum, & est ius nouum, ut omnes dicunt, quod cessat in casibus exceptis, quicquid seruatur in contrarium, est contra omne ius.

*S V M M AE.*

*1 Lex ista an in solutione decimæ vendicet sibi locum in aliis contractibus, præter contractus emptionis, & permutationis.*

*2 Decimæ solutio est ius nouum, inductum ex hac lege.*

*3 Vendi-*

*3 Venditio verbum, est generale, & comprehendit omnes contractus alienationis, quod est verum tanquam genus prolatum. nu. 4.*
*5 Venditio verbum, in hac lege ponitur tanquam species.*
*6 Permutatio est alienatio rei pro re, etiam si interueniat precium, minus tamen dimidio. num. 7.*
*8 Transactio non tenet, nisi beneficio istius legis.*
*9 Decima debetur ob licentiam praestitam ab hac lege.*
*10 Ratio vbi eadem, ibidem ius.*
*11 Statutum loquens in vno casu, extenditur ad alium habentem eandem rationem.*
*12 Bal. declaratur in l. si cum dotē, C. de iure dot.*
*13 Statutum dictans, quòd de precio rei deducta in contractu soluatur gabella, vel soluatur decima, non vendicat sibi locum, nisi in contractu emptionis.*
*14 Blasci Lanz. opi. tanquam uera, tenenda est.*
*15 Princeps quae non expressit, censetur omisisse.*
*16 Princeps quod non loquitur, nec velle praesumitur.*
*17 Extensio ex identitate rationis tūc fit, quādo nō apparet de mente statuentis in contrarium.*

1 AT non est omittendum, † cum ista lex statuat solui decimam de pecuniis venditionis, an procedat in omni contractu, in quo interuenit pecunia, ut in transactione & emphyteusi, quando datur aliquid in ingressu contractus, vt de illa pecunia debeatur de-2 cima? † Blasc. Lanz. in hac lege dicit, ac determinat, non debere solui decimam, quia illud circa decimam est ius nouum, inductū ex ista lege, quae tantum loquitur de venditione, & permutatione. Et si dicatur (dicit 3 ipse) † quòd verbum, venditio, est quid generale, & comprehendit omnem alienatio nem, ut est tex. in l. statuliber à caeteris, §. fin. ff. de statu liber. l. sicut, §. venditionis, ff. quib. mod. pig. vel hypot. soluit. & annotatur in l. voluntas, C. de fideicom. respondet 4 ipse, † quòd procedunt dictae leges, quando simpliciter verbum, venditio, est prolatum, 5 † at in ista lege profertur tanquam species alienationis separata. nam cum ista lex enumerat quasdam species alienationis, inter quas & venditionem, inde tamen de solutione decimae non statuit, nisi de venditione & permutatione, tanquam species alienationis separata: nam si vt genus posuisset, nomen venditionis cōprehenderet etiam alienationes, in qua pecunia non interueniret, ut est donatio & similes contractus; ideoq; intelligi debet, quòd uoluit restringere ad speciem tantùm venditionis & permutationis, quando interuenit pecunia. & de hoc (dicit ipse) est doctrina glo. in l. fi. de pręd. cu. lib. 10. quam sequitur Bal. in c. j. per quos fiat inuest. latè And. ī c. Imperialem, in princip. col. 2. de prohib. feu. alien. per Frederic. & quod tantum in venditione loquatur, apparet (dicit ipse) ex verbis sequentibus, dū reseruat curiae potestatem reemendi pro eodem precio, deducta decima parte. hoc autem nō cadit in alia specie alienationis, imò nec in permutatione. Et subdit, quòd ista videtur sibi veritas, & quòd ita tenet Bald. in l. cum dotem, C. de iure dot. & Bertha. in tract. de gabell. in 3. par. 8. par. princip. in 6. q. & istam opinionem tenet etiam Petrus de Gregorio in tracta. de conceff. feud. part. 8. quamuis de Blasco nullam faciat mentionē, at quòd ista opinio Blasc. non sit vera, potest argui, quia intentio & mens Regis fuerit, quòd de omni pecunia, quae interuenerit in alienatione feudorum, soluatur curiae decima. & quia non solet interuenire pecunia, nisi in venditione, ideo expressit de venditio-6 ne. † & quia in permutatione, quae consistit propriè de re ad rem, l. si in emptione, ff. de 7 contrah. emptio. † quamuis addatur pecunia, non tamen desinit esse permutatio, d. l. si in emptione, & ibi Bart. & caeteri, in l. Aristo, ff. de donat. & Alex. in d. l. si in emptione, in addit. ad Bart. nisi pecunia superet: nā tunc esset venditio, vt dicunt Doctor. in d. l. Aristo. ideo statuit etiam in isto casu, vt de illa pecunia soluatur decima in recognitione dominij Regis in feudo vendito vel permutato: at cum in aliis speciebus alienationis non soleat interuenire pecunia, nō fuit opus exprimere. at si contigerit transigi, remanente feudo penes reum, data pecunia, quis negabit de illa pecunia deberi decimam fi-8 sco, † cum transactio non teneat nisi beneficio istius legis absq; licentia Principis constitu. constitutionem. ? idem & in contractu emphyteutico interueniente pecunia, nam de illa pecunia deberet solui decima fisco, cum sentiant beneficium istius legis contra-9 hentes, & sit eadem ratio: † cum ista decima debeatur ob licentiam praestitam ab ista lege, & ob recognitionem dominij Regis

† quae

quæ ratio militat in vtroq; casu, iccirco idẽ ius statui debet, l. illud, ff. ad leg. Aquil. cum omne iũs extenditur ad casum non expressum ex identitate rationis, ut scribunt Do-cto. in l. si constante, in princ. ff. solut. matri.

11 † & statutum loquens in vno, vendicat sibi locum in alio, in quo est eadem ratio, sublata vocabuli appellatione. glos. in clem. j. de elect. Socin. nepos consil. 43. nu. 16. ergo in quocunque contractu interueniat pecunia, militat eadem ratio, ergo idem ius statui debet, vt interueniente pecunia in quocunque contractu alienationis feudorum, debeatur decima fisco. & hanc opinionem tenuerunt pleriq; super ista lege, ponentes exemplum in transactione, quos refert Petrus de Gregorio in d. tracta. par. 8. Et respondere potest ad ea, quæ adducuntur in contrarium, quia nil obstant; & primò quod verbum, venditio, ponitur vt species alienationis, nã istud est verum: sed hoc non efficit, quin de aliis speciebus alienationis, in quibus interuenit pecunia, non debeatur decima, cum hoc etiam sit statutum in permutatione, cũ ratio militet in omni contractu, vt supra dictũ ẽ.

Non obstat Bal. in l. si cum dotem, C. de

12 iure dot. quia dicit, † quòd quando fit mentio de precio, tunc intelligitur emptio, &

13 venditio. † & ideo si statutum dictaret, quòd de precio rei reductæ in contractum soluatur gabella, non cõprehendit statutum aliũ contractum, nisi venditionis. ratio est, quia ubi fit mentio precij, censetur emptio, & venditio, & hoc verum est. & dicit Bertacha in loco superius citato, & ad contractum venditionis restringitur statutum. at in nostra lege dicitur de pecunia non solum venditionis, sed etiam permutationis, si interuenit expressa ratione in recognitionem dominij nostri: iccirco complectitur alios cõtractus, in quibus interuenit pecunia, cum militet eadem ratio, quod non est in hypothesi Bal. & ideo eius decisio nil facit.

Nihilominus prædictis non obstantibus,

14 † tenenda est opinio Blasci tanquam vera, quia Princeps in ista lege pro solutione decimæ duos tantùm contractus excepit, vendi-

15 tionis scilicet, & permutationis: † meritò cæteros cẽsetur omisisse, arg. tex. ĩ l. j. §. finautẽ ad deficientis, C. de caduc. toll. ubi Bal. an-

16 notat, † quòd illud, quod non loquitur Princeps, nec velle præsumitur. facilè enim si voluisset Princeps, potuisset exprimere de alijs contractibus, si de eis voluisset solui decima. cum ergo non expressit de alijs contractibus, censetur de eis noluisse solui decima, ut probat tex. in c. inter, §. sed neq;. ver. vnde. de translat. Episc. in quo loco scribit summus Pontifex dicens, Si circa translationem idem fieri voluisset, quod de cessione dixerat, de translatione poterat expressisse, & quod non est decreto sanctorum Patrum sancitum, superstitiosis non est adinuentionibus præsumendum, præsertim cum non nũquam intelligatur prohibitum, quod non inuenitur concessum. qui text. decidit hanc quæstionem, cum potuisset, imò expressisset Fredericus Rex de aliis contractibus, si voluisset eos comprehendere. & faciunt verba Ciceronis in 2. lib. Rethor. de Inuent. quem refert Luc. de Penn. in l. fin. C. de his, qui spon. mun. public. su. Non obstant adducta in contrariũ de identitate rationis, quia

17 non militant in isto casu, † in quo apparet Principem nolle includere alios cõtractus, quos facilè poterat exprimere. idcoque statuit, quòd de pecunia, quę interuenit in illis duobus contractibus, soluatur decima, cum aliàs non deberetur, ut scribit Alex. consi. 5. vo. 5. & voluit Princeps, quòd solueretur in recognitionem dominij, scilicet vt recognoscatur vt dominus in solutione dictæ decimæ, adijciens causam statuendi, quæ ratiõ non est extendenda in aliis contractibus, quos nõ expressit, pro ut in indiuiduo tenet Bal. in d. l. cum dotem, C. de iure dot. & ista opinio est vera, & de mente istius legis, sed non seruatur, & malè in perniciem consciẽtiarum iudicantium.

SVMMAE.

1 *Decima an de datione in solutum debeatur.*
2 *Datio in solutum similis est emptioni.*
*Largo tamen modo dicitur emptio. nu. 3.*
4 *Extensio fit ex identitate rationis.*
*Blascus Lanza non vidit Doctores tenentes cõtrarium. nu. 5.*
6 *Datio in solutum duplex, iudicialis, & extra iudicialis.*
7 *Statutum loquens de venditione, habet locum in datione in solutum.*
8 *Imperator, et Iurisconsulti dederunt dationi in solutum actionem ex empto.*
9 *Extensio de stricta ad largam significationem fit in statutis.*
10 *Pœna adiecta per statutum venditioni, habeat locum*

*locum in datione in solutum.*

11 *Speculatoris, & sequacium auctoritas vendicat sibi locum in datione in solutum extraiudiciali.*

12 *Datio in solutum extraiudicialis in effectu, est emptio & venditio.*

*Speculat. dictum potest procedere in necessaria datione in solutum. nu. 13. 14.*

15 *Precij loco supponitur illud, quod debetur.*

16 *Vicem dictio, quomodo exponatur. & nu. 17.*

18 *Intellectus l. ea, C. de adulter.*

19 *Statutum procedit etiã in larga significatione.*

20 *Argumentum à simili, validissimum.*

21 *Actio vtilis quòd detur ex datione in solutum, conuincit solùm quod non est emptio directa.*

22 *Actio directa datur ex verbis, et mente legis, vel ex mente sola.*

23 *Statutum in vno ex similibus, vendicat sibi locum in alio.*

ET retenta ista opinione, deciditur alia quęstio de datione in solutum, 1 † quòd absq; scrupo debetur de ea decima, sed scrupus maneret si teneretur opinio Blasci; & ideo quęstio ista diligenter est examinanda. & primò videtur dicendum, quòd cum In parte hac sit ius nouum constitutum per hanc legem, cum loquatur de pecunia venditionis, non 2 extendatur ad dationem in solutum: † nam quamuis datio in solutum sit similis emptioni, ut est tex. in l. eleganter, in princ. de pignor. actio. ubi annotat Paul. de Castro. aita 3 mẽ intelligitur largo modo. † nam propriè, & strictè, datio in solutum non est venditio, & ideo non comprehenditur in statuto loquente de venditione, vt decidit Speculat. in titu. de emptio. & vendit. §. nunc dicendum. ver. sed pone, statutum. Et Specul. referunt & sequuntur Ioann. Andr. Anton. de Butri. Cardin. Zabarel. in c. constitutus, de restit. in integrum. & istam opinionem amplectitur Corn. consil. 166. vol. 2. & latè consuluit secundum istam opinionem Dec. consi. 18. quem refert, & sequitur Cardin. Paris. consil. 82. nu. 18. vol. 3. Contrariam opinionem tenet Blasc. Lanz. in repet. istius legis, non alia ratione, nisi quia similis est emptioni, per tex. in l. eleganter, ff. de pigno. actio. 4 † & sit extensio ex identitate rationis in feudis. allegat c. j. §. portò. & ibi Bal. quę fue. prima cau. benef. amitt. & dicit esse tex. sol-5 lemnem ad hoc. † & tamen non vidit prædictos Doctores in specie tenentes contrariũ, de quibus nullam prorsus facit mentionem. eandem opinionem tenuerunt quidam, qui scripserunt ante Blasc. super ista lege, dicentes ita seruari solitum: quid dicendum in tãta varietate? Pro resolutione istius quæstio 6 nis est præmittendum, † quòd duplex est datio in solutum; iudicialis & extraiudicialis, ut latè docet Philip. Corn. in d. consil 166. vol. 2. ideoq; primo videndum de voluntaria, & extraiudiciali, in qua Blasc. tenet, quòd de ea soluitur decima. & idem tenet Petrus de Gregorio in d. tracta. de concess. feud. in 8. par. princip. pro qua opinione est decisio Alber. de Rosat. in trac. stat. in 2. par. 7 q. 49. dicentis, † quòd statutum loquens de venditione, habet locum in datione in solutum. & est ratio, nam talis datio in solutum videtur quædam species venditionis, nam consistit ex vna parte pecunia numerata, dum fingitur debitum solutum, & inde traditum venditori, & ex alia parte cõsistit species, meritò censetur contractus emptionis, & venditionis. quod probat tex. in l. natura-8 lis, §. j. ff. de præscrip. verb. † ideoque tam Iurisconsultus, quàm Imperator dederunt dationi in solutum extraiudiciali actionẽ ex ẽpto, vt patet in l. eleganter, ff. de pign. actio. & in l. si prædium, C. de euict. & hanc opinionem comprobat Aretin. consil. 32. nu. 3. dicens, quòd quando datio in solutum fit pro pecunia numerata, resultat contractus vtilis emptionis, & oritur vtilis actio ex empto, per tex. in d. l. eleganter, ff. de pignor. actio. ideoq; quicquid dicitur de emptione & vẽditione, habet locum in datione in solutum. allegat Bal. & Docto. in l. libera, C. de senten. & cum sit eadem ratio in vtroq; contractu, nimirum si dispositum in vno, censeatur in altero dispositum, iuxta illam elegantem doctrinam glos. in clem. j. de elect. vt habetur in l. si quis seruo persuaserit, C. de fur. 9 † Et quamuis datio in solutum largo modo dicatur venditio, attamen de stricta ad largam significationem trahitur statutum, ut est tex. in l. filium habeo, ff. ad Macedon. & scribunt Doctor. in d. l. si constante, maximè Moderni, ff. solu. matrim. istam eandem opinionem prius tenuerunt Ioan. Faber, & Alberic. in d. l. si prædium, & Bal. in tracta. iuris prothomiseos, col. 5. vers. sed vtrum hęc cõstitutio. Eandem opinionem tenet Ioan. de Platea post And. de Barulo in l. j. col. 2. vers item

itē est argumētum, C.de fund.patrim.li.11. hanc eandem opinionem tenet Ludo. Bologni.consil.21.& consil.25.eandem opinionem tenet Fabian.de Monte in tract.de emptio.& vendit. in 3.par.in princ.q.21.qui allegat pro hoc tex.in l. Senatus, ff.de legat.j. ubi etiam annotat Alber. † Et certè ille tex. est mirabilis, cum decidat Iurisconsultus, quòd pœnæ adiectæ venditioni, de quibus in l.Senatus, ff.de contrah.emptio.vendicāt sibi locum in datione in solutum, & Alber. ibidem sequitur Ias.qui legit illum tex.sub l.cætera, §.si parauerit, ff.de legat.j.& hanc opinionem sequuntur Io. Crot. Ferdin.Loazes, Boer. Cassa. Alciat.& pleriq; alij, quos refert Andr. Tiraquell.in tracta. de retract. conuentio.§.j.glo. 14.nu.1.2.3.4.& ex superius adductis videtur, quòd iure optimo procedat opinio Blasc.

11 Non obstant adducta in contrarium, † & primò auctoritas Specul.& sequacium, quia Speculator non aperit de specie dationis in solutum: nam aliquando fit datio in solutū, ut detur species pro specie, ut habetur in l. libera, C.de sentent. & interloquu. omn.iudic. & in hoc casu bene procedit decis.Speculat.& ita loquitur, pro ut respondet Bolognin.in d. consil.21.& 25.Non obstat, † quatenus ipse Speculator arguit à diuersitate nominum, & ideo non sunt idem: quia tam Imperator in d.l.si prædium, C.de euiction. quàm Iurisc̄ōsultus in d.l.eleganter, dicunt quòd si in effectu est emptio, cum præsumatur in eo casu tradita pecunia debita creditori, & per creditorem soluta, postea pro precio rei traditæ, iuxta tex.in l.singularia, & ibi Doct. ff.si cert.peta.& tex.in l.3. §.fin.ff. de donat.inter vir.& vxor.& in specie respō dit Paul.de Castr. consil. 266. col.2.vol.j.& consil.165.& consil. 326.vol.2.quòd videtur ipse Speculator sentire, dum dicit quòd in emptione requiritur precium, at in ista datione in solutum satis est precium, & certū. ideoq; apparet Speculatorem loqui de datione in solutum speciei pro specie, pro ut eum intelligit Bologn.in dicto consil. Non obstat, quòd necessitate ductus videtur dedisse in solutum, ut dicit Speculator. quinimò nulla necessitas, † cum Doctores omnes præallegati dicant dationem in solutum voluntariam, & non necessariam. Item & aliter respondetur, † quòd dictum Speculat. procedit in datione in solutum necessaria.

12

13

14

& ita determinat Alberic.in locis præallegatis.Ias.in dicto §.si quis parauerit, Dec.in d. consil.160.& consi. 586.Fabian.in d.tracta. de emptio.& vendit.3.part.q.21.Io.de Platea in d.l.j. C.de fund. patrim.lib.11.& isto modo videtur, quòd intelligat Carol.Ruin. in consil.114. nu.9.vol.j. quod an sit verum in casu istius legis, disseram in sequenti quęstione. Non obstant rationes Corn.in d.consil.166.dum dicit, quòd certum est in datione in solutum non interuenire pecuniam numeratam, & sic non posse esse emptionem & venditionem: nam totum est falsissimum, † cum illud, quod debetur, supponitur loco precij, & est certum precium; & suum enthymema confunditur ex doctrina Salicet.in l. j.C.de rer. permut. qui dicit, quòd quando datur vna res ęstimata pro alia, dicitur emptio, nam res ęstimata dicitur precium, ut deducit etiam Bologn. in d.consil.21.& 25. quantò fortius in datione in solutum, in qua nil aliud est, nisi pecunia debita, quæ vt dixi, fingitur tradita creditori, & ex inde à creditore tradita venditori: ideoq; malè quadrat ratio Corn. & quatenus conatur ipsam suam rationem adiuuare ex d.l.si prædium, C. de euict. quòd datio in solutum obtinet vicem emptionis; ex hoc arguit, quod non est venditio, quia nullum simile est idem, l. quod Nerua, ff.deposi.nam aliud est esse, & aliud vice, seu loco talis, l.mercedes, ff.de pet.hæred.& l.rei iudicatæ, §.quia parentis, ff.solu. matrimon. † dictio, vicem, exponitur.i.loco, & denotat improprietatem, l.2. & ibi not. C.de adopt. & ad vicem exponitur.i. ad similitudinem, l.vnica, in princip. ff.de off.præfect. prætor. in l.his, qui in puteum, §.si tutoris, in fin.ff.quod ui, aut clam. item arguebat, quod non competit directa actio, sed vtilis, d.l.si prædium, & l.eleganter, in princi.quod non est ex alio, nisi quia non est vera emptio. Quibus facilis est responsio, nam negari potest quod tex.in dicta l.si prædium, dicat dationem in solutum esse similem emptioni, & quod hoc importet dictio, vicem. † nam illa dictio, vicem, potius denotat potestatem, potentiam, & vim, quàm similitudinem.& ideo melius exponitur, si dicatur, vicem emptionis obtinet.idest vim, ac potentiā emptionis, quàm similitudinem: quod & probat text.in l.palam, in princip.ff.de ritu nupt.ibi, vicem pro stitutę substinet.& glo.exponit, morem, per tex.

15

16

17

tex.in l.ea,C.de adult. nam est aduertendũ, 18 † quòd tex.in dicta l. nec ea, dicit meretricio more, & non morem prostitutæ; ideoq; expositio glo.videtur coacta, & ideo melius exponitur, vicem prostitutæ substinet, idest ea quæ, quò ad se, in potentia cunctis se exhibet, vt prostituatur, quod & probat vrgentius tex.in l.pen.C.de dona.inter vir.&vxo. ibi, vicem legis obtinentibus. certè non potest aliter intelligi, nisi quòd illi contractus Principum habent vim legis, ideoq; vana expositio similitudinis. & quamuis denotet improprietatem aliquam, attamen nõ sem-19 per. † & quamuis posset dici largè emptio, attamen procedit statutum, etiam in larga significatione, vt est tex.in l.filium habeo,ff. ad Maced.& scribunt Docto.in l.si constante,in princip.ff.solut.matri.& Dec. in specie in dicto consil. 586. col. 2. quinimò si esset contractus similis emptioni, vt arguit Corn. Attamen adhuc procederet decisio Alberi-20 ci, & aliorum,& Blasci: † nam argumentum à simili, valet & firmissimum est, nam habẽt eandem rationem; & vbi est eadem ratio, idem ius statuitur, l. illud, ff. ad leg. Aquil. & quod statuitur in vno contractu, censetur in alio simili statutum, vt probat tex. & ibi annotat Bal.in l.2. C.de actio. & oblig. Qui voluerit copiosius videre de argumento à simili, videat Nicol. Euerard. in suo Tracta. de loc.legal.in verbo, Argumentum à simili. Si ergo dispositum in vno, censetur dispositum in alio simili, quanto magis dispositũ in venditione, censetur dispositum in datione insolutum, quæ est ipsissima venditio? Non obstat, quòd datur vtilis actio ex em-21 pto, † quia hoc argumentum aliud non convincit, nisi quòd non est emptio directa ex verbis, & mente legis, sed ex identitate ra-22 tionis, meritò datur vtilis: † nam directa datur ex verbis, & mente legis, vel ex mente sola, secundum Doctores in l. curatoris, C. de negot.gest. vtilisq; datur ex identitate rationis, vt tenent Bart.Angel.& Fulgos.in d. l.curatoris,& Cyn.& Bart.in l.j. C.de interdic.Bart.& Angel.in l.actio,ff.eod.tit.ideoque attenta ista opinione Bart. vanum est argumentum Cornei, quia ex identitate rationis quod statuitur in vno, in alio censetur statutum, l.illud, ff.ad leg.Aquil.& fit extensio etiam in materia correctoria & pœnali, vt tenent Doctor.in d.l.si constante, in princ.maximè Alex.& Moderni, ff.solu.matr. Si verò datur vtilis, ibi non reperitur identitas rationis, sed reperitur similitudo, vt voluit Bal.in d.l.curatoris, quem pleriq; sequuntur,& prosequitur ibi Alex.tunc idem est: nã (vt superius dictum, ac probatum fuit) à simili procedit argumentum. & quamuis nullum simile 23 sit idẽ, l.quod Nerua, ff.deposi. † attamen statutum in vno ex similibus, siue æquiparatis, censetur in altero statutũ, l.si quis seruo persuaserit, C.de furt. & ibi glos.& probatur in d.l.curatoris, C.de neg.gest. vbi illud, quod erat statutum in gestore voluntario, cẽsetur statutũ in necessario, contra quem datur vtilis actio: ideoq; patet, quàm præposterè arguat Corn.in d.consi.166. de illa utili actione ex empto ad probandum, ꝙ non est emptio, cum talis argumẽtatio nil faciat ad id, de quo tractatur. Et ex his apparet firmata hæc opinio,& responsum omnibus adductis in contrarium,& ita seruatur quotidie.

## S V M M AE.

1 *Additio uocatur iudicialis, et nõ datio ĩ solutũ.*
2 *Statutum loquens de venditione, non habet locum in datione in solutum iudiciali.*
3 *Blasc. Lanz. tenet deberi decimã ex datione in solutũ iudiciali, suffultus solùm hac lege. & num. 4.*
5 *Blasc. opinio, quòd debeatur decima, seruatur in Regno.*
6 *Opinio recepta, seruanda etiam si altera sit verior, & communior.*
*Opinio dicta habet iuris fundamenta. nu. 7.*
8 *Iudicis factum, censetur factum partis.*
9 *Laudemium de datione in solutum iudiciali soluitur.*
10 *Tex.in l.eleganter, ff.de pigno.actio.discutitur.*
11 *Distingui non debet de iudiciali, & extraiudiciali, cum sit eadem ratio in vtroque.*
12 *Intellectus tex.l.cum fidei hæredis, ff. de fideicom.libert.*
13 *Alienationem necessariam, potest negari iudicialem esse.*
*Decimam soluendi ratio in hac lege, est propter consensum domini. num. 14.*
*Alex.consi.52.vol.1.pessimè respondit. nu. 15.*
16 *Aequiparatorum idem iudicium.*
17 *Datio in solutũ fortior à parte, quàm à iudice.*
18 *Tex.in l.1.C.de prad.mino.procedit, cũ sit alienatio cum decreto iudicis confirmante.*

SED maior insurgit dubitatio in datione in solutũ iudiciali, † nam 1 ea non dicitur, nec appellatur datio in solutũ, sed addictio pigno-



ris:

ris: & ideo dicitur necessaria, & non uoluntaria; † & nō cōprehenditur in statuto loquē te de uenditione, ut tenet Io. de Platea ī d.l. j.de fund.patrim.lib.10.Dec.cons.160.Ioā. Coras.lib.3.Miscel.c.3.Alber. in l.Senatus, ff.de leg.j.Ias.in l.cætera, §. sed si parauerit, ff.de leg.j.Ludou.Roma.cons.107. & multi tenent etiā hanc partē, quos locupletissimus Tiraquel.recenset in Tracta.de retract. conuent.§.j.gl.14.nu.8. cum seq. † ꝯriam opin. tenet Blasc.in repet.istius legis; in eo tamē, de quo agimus, scilicet ut soluatur decima de addictione pignoris iudiciali, uel datione ī solutū iudiciali. † Mouet̄ per tex. l.nr̄ę; ibi, eorum urgētibus pro tꝑe necessitatibus. quasi uelit dicere, quāuis ista datio in solutū à iudice sit alienatio necessaria, attamen lex nr̄a hoc cōprehendit, dum permittit alienationē feudorū pro necessitatibus Baronū; & nihilominus statuit, ꝙ de pecunia, quę interuenit, soluatur decima, & ita residet tantus uir. † Quam tamen opin. dicit ipse, seruari in Regno; & eandem opin. tenuerunt multi, q scripserunt ante eum super hac lege, non ratione certātes, sed dicētes ita seruari, & ego uidi sæpesæpius seruari. & est maximū hoc, † nam illa opinio est tenenda, quæ fuit recepta, quamuis aliàs sit verior & cōmunior, ut tradit Dec.in c.at si clerici, in princ. col.17. de iudi.& durum uidetur contradicere omnibus Docto.Siculis, qui hoc dicunt, & maximè accedente, quòd semper ita fuit interpretatum, ut dicit And.in c.j.§.sed si delator quę fuer.prima cau.benef.amitt.& hanc opinionem tenet etiā Petr.de Greg.in d.Tract. de conces.feu. in 8.par.& nemo Siculorum, quem ego uiderim, ꝯdicit. † Quę tñ opinio non ita supinè ac stultè processit, quin habuerit iuris fundamēta: nam cum in superiori q. fuerit demonstratum, ꝙ illud, quod statuitur de uenditione, uendicat sibi locum etiam in datione in solutum facta à parte, eadē ratione censetur statutum in datione in solutum à iudice, † cū & factū iudicis cēseatur factum partis, l.si ob causam, & ibi Bar.Bal.& cęteri, C.de euict. ideoq; dicebat Signorol. ī cons. 72.talem alienationem esse uoluntariam.& ideo Bal. hac ratione ductus in consil. 306. uerba inuestituræ, uol.j.tenet, † ꝙ de datione in solutum iudiciali debetur laudemium domino, & hanc opin.tenet Petr.Iac.in sua practica de actio.in rem.& Māsuer.& alij, quos recenset, & sequitur Tiraquel.in d.Tracta.§. j.glo.14.nu.14.ubi adducit multas rationes pro hac opi.quas nō oportet recenseri, quia liber est impressus. Ego † aūt pro hac opini. pondero tex.in l.eleganter, in princ. ff.de pigno.act.vbi Vlpia.Iurisconsul.purificat istos casus, res data pro soluto à iudice, vel à parte; & determinat vtroque casu dari vtilis ex empto.& Bart.& Doct.in d.l.elegāter, illam dationem insolutum, siue à iudice, siue à parte, vocant emptionē, & venditionem. † cum ergo Doctor. cōmuniter teneant statutū loquens de venditione vendicare sibi locū in datione in solutum, nō debet distingui de iudiciali & nō iudiciali, qa in vtroq; est eadem ratio, & similitudo, & parificatio; & ideo idē ius statuendum, l. illud, ff.ad leg. Aquil.l.si qs seruo, & ibi glo. C.de fur. & latè supra disserui.ideoq; ista opinio probatur in tex.d.legis, eleganter, ff.de pign.act.Non obstant adducta in ꝯrium, nam præcipuum fundamentum Alberici, & Io.de Platea, est tex. in l. cū fidei hæredis, ff.de fideicom.liber. † qui tex. facit differentiā inter voluntariam, & necessariam alienationem. sed si bene consideratur hypotesis illius legis, nil facit ad illud, de quo tractamus, & tractant pręfati Doctores. nam ibi fuit relicta libertas seruo, si fuerit alienatus. Respondit Marcellus Iurisconsultus, quòd seruus quàm primum fuerit alienatus, experiri potest, & petere libertatem: sed vbi alienatio non est voluntaria, sed necessitas alienādi ex causa testatoris pendeat, propè est vt non dicatur, quòd præstari debeat fideicommissum, quia potest videri defunctum nihil sensisse de huiusmodi causa alienationis. ideoq; tota ratio Marcelli stat in voluntate defuncti, qui non censetur noluisse alienari seruū, vt soluatur illud, quod ipse debebat: & ideo non comprehendebatur alienatio necessaria in suo casu. at ista ratio non militat in isto casu, nec in casu Alberici, & Ioan.de Platea: nam cum dispositio esset de uenditione solùm, quærendum est an in solutum datio à iudice habeat uim emptionis. & cum tex.in d.l.eleganter, in prin. ff.de pignor.action. hoc probet, & annotat Paul.de Castro, non est amplius quærēdum de necessaria, uel voluntaria datione in solutum, cum utroq; casu sit eadem ratio: † quāuis possit negari esse alienationem necessariam, ut uoluit Signorol.in dicto consil.72. & Tiraquell. in loco superius citato. Et eadem ratione respondetur Rom.d.cons.107.

nam

nam ipse præsupponit talem dationem in solutum esse alienationem necessariam, quòd oportuisset prius probare, quàm præsupponere: nam nullibi video probatum, sed præsuppositum; & quando fuisset probatum dationem in solutum à iudice esse alienationẽ necessariam, attamen leges per Rom. allegatæ fundantur ratione, qua non potest argui ad hypotesim nostram, nam ibi Papinia. Iurisconsultus vocat eam alienationem necessariam, quæ fit pro exoluendis debitis testatoris, de qua in d.l. cum fidei hæredis, ff. de fideicõ. liber. eadem ratione excluditur tex. in l. peto, §. prędium, ff. de legat. 2. & est tex. in §. diui, de legat. j. & l. alienationes, ff. fam. ercisc. qui tex. citantur à Rom. at in hypotesi nostra, & in ea, de qua loquuntur prędicti

14 Doctor. ea ratio non quadrat; † nam cum in nostra lege ratio sit, vt propter consensum domini debeatur decima de pecunia, quę interuenit in venditione, ac etiam propter recognitionem dominij Regis, & hæ rationes militant in datione in solutum etiam iudiciali, siue necessariam, siue voluntariam alienationem, quocunque nomine voces, debet ergo statui idem ius, iuxta tex. in d.l. illud, ff. ad leg. Aquil. & per ea, quę latè super ius eno

15 data sunt. Hinc † patet, quàm pessimè Alex. respondit in dicto consil. 52. vol. j. dum facit differentiã de iudiciali datione in solutum. nam fallacibus argutiolis conatur obruere veritatem, nam de directo respondit contra tex. in d.l. eleganter, in princ. qui tex. parificat & iudicialem, & non iudicialem datio-

16 nem in solutum. † & de æquiparatis est idẽ iudicium, dicta l. si quis seruo, C. de furt. & latissimè hanc regulam, seu locum legalem, exornat Sigismund. Loffred. in consil. j. nu. 79. 80. Nicol. Euerard. de loc. legal. in verbo, argumentum à simili. Non obstat primum argumentum Alex. quòd quamuis nil faciat ad nostram hypotesim, attamen quando esset verum, quod assumit Alex. nihilominus malè concludit, cũ in tex. d.l. eleganter, in principio, fit æquiparatio; & ideo dispositum in vno ex æquiparatis, censetur in altero dispositum, vt supra dictum est. Quin imò Docto. nostri passim vocant eam dationem in solutum voluntariam, vt Signorol. in dicto consil. 70. Bald. in c. j. col. pen. de sequestra. poss. & fruct. multi alij, quos recensere esset potius laboris, quàm ingenij. Et quatenus inferebat, quòd sic intelligendo statutum, minus offendebatur ius tertij, & ideo debet fieri interpretatio, vt procederet statutum in datione in solutum extra iudiciali, vt minus detrahatur iuri communi. Bella argumentatio, nam ius tertij sic offenditur in vno casu, sicuti & in alio; & ius commune sic lęditur in vno casu, sicuti & in altero: & cum in vtroque casu sit eadem ratio, nimirum si idem ius censetur statutum. & argumentum procederet, quando esset dissimilis ratio, & vnus casus improprius, & alter proprius. & in his terminis procederet argumentum. Et dicere, quòd est firmior datio in solutum à iudice, quàm à parte, vltra quòd nil facit, credo tamen falsum,

17 † cum potẽtior sit datio in solutum à parte, quàm a iudice, vt probat tex. in l. elegan-

18 ter, in princip. ff. de pignor. actio. † & tex. in l. j. C. de præd. minor. loquitur de interposito decreto super alienatione facta à parte, quòd decretum pinguius prouidet, nimirũ se torquentur homines, alioquin acutissimi, cum tentant contra veritatem respondere. Cætera argumenta Alexand. nil faciunt ad casum nostrum, nam tendunt ad declarandũ statutum: ideoque vanum est vlterius differere super ista materia, cum ista sit vera opinio, & in hoc Regno recepta; & minimè mutanda sunt ea, quæ interpretationem certam semper habuerunt, l. minimè, ff. de legib. & opinioni receptæ adhærendum est, etiam quòd altera verior, & communior sit, vt docet Dec. in cap. at si clerici, col. 17. de iudic.

### S V M M AE.

*Fuit prouisum per Regem, quòd in subiugationibus seruetur dispositio istius legis. num. 1.*

2 *Fructus à solo separati, non sunt feudales.*

3 *Fructus à solo separati dicuntur, quando debẽt solui per manus venditoris.*

4 *Fructus pendentes, sunt pars feudi.*

5 *Fructus pendentes feudi si subiugantur, debetur decima secundum Petrum de Gregorio, quod tamen est falsum.*

6 *Subiugatio non est, nisi hypothecaria suppositio.*

7 *Fructus feudi non venduntur, sed annalis censsus.*

8 *Contractus emptionis, inter contrahentes respectu bonorum, erit contractus subiugatorius.*

9 *Contractu de subiugatorio non debetur decima, stante opinione Blasci & vera, quod decima nõ debetur nisi ius de emptione et permutatione.*

R 2 Deci-

*10 Decima duabus de causis soluitur.*
*11 Legis istius permissio de pignore, intelligitur de nudo. nu. 1 5.*
*12 Fructus pertinent ad integritatem feudi.*
*13 Legis cessante ratione, cessat eius dispositio.*
*14 Decima solutio omni casu contractus subiugatorij, cessat.*
*15 Fructus feudi possunt vendi per vassallum, non obstantibus constit. Frederi.*
*16 Decima debet solui per emptorem, nisi aliter fiat pactum.*

SED præstat quærere de subiugationibus iuxta formam bullæ super feudis, an de eis soluenda sit decima? Et cum fuisset edita super hoc pragmatica à Rege Ferdinãdo, qua statuebatur, vt solueretur, fuit supplicatum à Regno super hoc, q᷑ non obstãte dicta pragmatica, Vicerex præstet consensum absque 1 solutione alicu ius decimæ. † & fuit prouisum per Regem, q᷑ seruetur dispositio istius legis; ideoque videndum est, an ex ista lege debeatur decima de subiugationibus. Petrus de Gregorio in d. tracta. de concess. feu 2 do. par. 8. vtitur hac distinctione, † quòd subiugãtur fructus à solo separati, quia tunc nõ sunt feudales, iuxta doctrinam Bald. in c. j. in princ. in fin. de success. feud. & isto casu non 3 debetur decima, † & tũc censentur vẽditi fructus à solo separati, quando debent solui per manus vẽditoris, vt ipse sentit: sinautem debent percipi per ipsum creditorem & emptorem, quia tunc censentur venditi fructus pẽ4 dentes, † qui sunt pars fundi, l. fructus pendentes, ff. de rei vendic. ideoque isto casu debetur decima. in hac opinione residet iste Doctor, quamuis multa effundat verba, more suo. Nihilominus fundamenta, quę adducit pro ista distinctione, sunt protinus nugacissima. nam nil aliud faciunt, nisi q᷑ demonstrant quo casu censetur alienari pars feudi necne. sed quæstio etiam ventilari debet, 5 † an si supponantur, & subiugentur fructus feudi pendentes, an debeatur decima? Et quamuis protinus respondeat, quòd sic ea sola ratione, quia sunt pars feudi: nam ista ratio non facit, nec necessariò concludit, q᷑ ideo debetur decima. nam si teneatur opinio Blasci, quam etiã iste Doctor sequitur, quòd decima non soluitur, nisi de contractu emptionis & permutationis, quomodo sol6 uetur decima de isto contractu, † qui nõ est nisi hypothecaria suppositio, vt sciatur an res suppositæ possint producere tot fructus, qui venduntur? aliàs esset contractus usurarius, ut declarat Laurent. Rodulph. in Tracta. de 7 usur. q. 12. † ideoque principaliter non uenduntur fructus feudi, sed uenduntur census annales, & supponuntur res, siue allaudiales, siue feudales, quæ suppositio est de substantia ipsius contractus, ut consistat, ut dixi ex 8 Laurentio Rodulpho. † meritò inter ipsos contrahentes erit contractus emptionis: respectu bonorum suppositorum & subiugatorum erit contractus subiugatorius, & suppositorius, quod probat ipsa bulla; nam præstat facultatem emendi dictos census, ecce contractum uenditionis. inde subdit super rebus & proprietatibus, ideoq; non consistit uenditio de rebus & proprietatibus, sed census annales uenduntur, ad quorum solutio9 nem supponuntur & subiugantur res: † ideoque de tali contractu subiugatorio (secundũ eorum opinionem) non debetur decima, cũ non debeatur secundum eos, nisi de contractu emptionis, & venditionis, ac permutatio10 nis. Præterea considerandum est, † quòd duabus de causis soluitur ista decima, vna propter licentiam præstitam alienandi feuda, altera, quæ est expressa in ipsa lege, scilicet ob recognitionem directi dominij Regis. quæ 11 rationes ambæ cessant in isto casu, nam † quãuis per istam legem præstetur consensus pignorandi feudum, attamen intelligitur de pignore nudo, non de pignore cum perceptione fructuum, quia tunc esset diminutio feudi, vt dicebant Proton. Gerard. Christophor. de Benedict. & Iacob. de Bonan. recentes ita fuisse determinatum per magnam 12 Curiam. † & certè fructus pertinent ad integritatem feudi, l. 2. C. de bon. vacan. lib. 10. & latè probaui supra, quando disserui de ista 13 quæstione. ideoque † cessante ratione legis, cessat & legis dispositio. l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patron. Cessat & altera ratio de recognitione directi dominij Regis, nam in ementem redditus nullum transit dominium, quod possit à Rege recognosci, ideoque cessat altera & potissima ratio, quæ est expressa in l. icciirco, & cessat eius disposi14 tio, † ideoq; in omni casu cessat decimæ solutio in contractibus subiugatoriis. itẽ cessat in qualibet venditione fructuum, quæ non 15 trãscendat decennium: † nã cũ fructus feudi possint vendi per vassallum, non obstante l. Imperialem, de prohib. feu. alie. per Freder. & con-

& constit.cōstitutionem, & vtrobique anno tat And.ideoq; non operatur dispositio istius legis.ideoque de his nulla decima soluetur, siue vendātur fructus pendentes, siue separati, †cum & fructus pendentes separandi sint à solo, vt cedant emptori; & ista decima soluenda est per emptorem, si aliter non cōuenit inter partes, l.debet, ff.de ædilit.edict. per tex.ita determinat Bal.in l. si prædium, C.de ędil.edict.& scribit Alber.in l.& ideo, ff.de cond.furt.plenius prosequuntur Blasc. super hac lege & Petrus Gregorius in Tracta.de concess.feud.in 8.par.& istam opinionem puto verissimam, quicquid dixerit distinguendo, Petrus de Gregorio.

S V M M AE.

1 *Feudum redimitur à Rege eodem precio cōueto.*
*Fuit expressum de precio conuento, vt excluderetur fraus. num.2.*
3 *Feudorum ex consuetudinibus præfertur agnatus domino in redimendo.*
*Quæstio ista non reperitur in specie tacta.nu.4.*
*Bal.in d.§.porrò. videtur hoc decidere.nu.5.*
6 *Ademptū quod specialiter nō est, censetur stare.*
7 *Dominus & agnatus parificantur.*
8 *Aequiparatio sufficit circa id, de quo agitur.*
9 *Princeps illud præsumitur velle, quod verbis expressit. (me. 10.*
*In ista quæstione vtrinque vrgent rationes.nu-*
11 *Feudo in nouo, & hæreditario, agnati non admittuntur ad redimendum.*
12 *Filius, vel agnatus, non aspirant in feudo hæreditario citra ius, & nomen hæredis.*
13 *Feudorum ex consuetudinibus agnati admittuntur ad redimendum, in feudis tantum pacti & prouidentiæ Principis. (redi.*
14 *Feudo in hæreditario alienans præiudicat hæ-*
*Dominus solus ex ista lege admittitur ad recuperandum. num. 15.*
16 *Feudis in pacti & Prouidentiæ Principis quæ licitè alienantur, solus dominus admittitur ad redimendum.*
16 *Ratio redimendi in his est successio.nu.17.*
18 *In casu, quo alienatur feudum pacti, & prouidentiæ, illicitè præfertur dominus agnato.*
19 *Legis correctio fit expressis verbis, & nō aliter.*
20 *Argumentum ab absurdo, validissimum.*
*Lex ista loquitur de venditione firma.nu.21.*
*Legis istius cessante dispositione, dominus non admittitur. nu. 22.*
23 *Dominus in alienatione illicita non admittitur ad redimendum.*

PROSPEXIT etiam Rex Fredericus sibi, & suis, de iure redemptionis feudi pro eodem precio conuento, †1 quod erat etiam de iure feudorum, vt patet in c.j. §.porrò. qualit.olim feu.aliena. poter. & hoc infra mensem à die notitiæ, corrigens in hac particula dispositionem dicti §. porrò. nam in eo statuebatur de annali silentio, †2 & explicauit etiam de precio conuento, vt excludatur fraus, quando forsan inter contrahentes simularetur maius precium, quod etiam voluerunt Doctor. in d. §.porrò, ponderantes tex.ibi, æquali precio. & in illo tex. præfertur agnatus domino in feudo antiquo.†3 & in isto tex. Legislator, & idem Rex, tantùm sibi prospexit, nullam de agnatis mentionem faciens; nunquid ergo agnati censeantur exclusi, vt solus Rex admittatur, & censeatur correcta in hac parte dispositio dicti §.porrò, an potius ista lex recipiat interpretationem à dicto §. porrò, & ideo agnatus admittatur ad redimēdum & pręferatur domino. †4 istam quæstionem non reperio in specie tactam, & ideo diligenter examinanda; & videtur dicendum, quòd dispositio dicti §.porrò, stet incolumis, †5 & hoc videtur decidere Bal.in dicto §.porrò, nu.5. formās quæstionem in casu istius legis, permittentis alienationes feudorū, dicens quòd quanuis nihil disponatur de domino vel agnato, attamen dicit ipse, quòd habetur pro cauto: quia cū lex stet in finibus permissionis, & nil disponat in pręiudiciū domini vel agnati super iure redimēdi, tacitè videtur ius redimēdi reseruatū, †6 ex quo specificè nō est ademptū, l.pręcipimus, C.de appel. allegat ad hęc glo.ibi, & Iac.de Belui.& hanc opin. sequuntur oēs in d.§.porrò. & quāuis Doct.loquantur, quando in lege, vel statuto permittente alienationem feudorum, non fit mentio de domino, neque de agnatis in iure redimēdi, & in ista lege fit sola reseruatio quò ad dominū: attamen de agnato non fit mentio, & in eo militat eadem ratio, meritò & idē ius, l.illud, ff.ad leg. Aquil. pro qua opin. facit, †7 nā dominus & agnatus parificātur quò ad redēptionem feudi, vt est tex.in d. §.porrò. quāuis sit inæqualitas in modo reuocādi, de qua inæqualitate non curatur, †8 cū sufficiat æquiparatio circa id, de quo agitur, ut prosequitur Loffred.in consi.j.sub nu.79.& est verissima theorica.nam cum argumentū ducatur

tur à simili, sufficit quòd identitas rationis & similitudinis circa id, de quo quæritur, vt explicat Rodulph. Agricol. in sua Topica, & recenset Nicol. Euerar. in sua Centuria de loc. legal. in verbo, argumentum à simili. Cum ergo sit idem ius statutum circa dominum & agnatum quò ad redemptionem feudorum, & sic in hoc sint æquiparati, ideoq; lex nostra reseruans ius domino redimendi: ideoque vni ex æquiparatis, censetur & in altero ex æquiparatis eodem modo dispositum, vt probat tex. & ibi glo. in l. si quis seruo, C. de furt. & sexcentæ aliæ leges, quas adducit Loffred. in dicto consil. j. sub num. 79. & ideo videtur dicendum, agnatum nedum non censeri exclusum ab hac lege, quinimò inclusum, & præferendum ipsi domino.

In contrarium facit, nam ista lex tantum statuit de ipsò domino, vt possit redimere, & de agnatis nil dixit, iccirco non comprehenduntur agnati: nam si de eis voluisset disponere, dixisset, l. j. §. sinautem ad deficientis, C. de caduc. tollen. vbi Bal. dicit, † quòd illud præsumitur velle Princeps, quod verbis expressit. similia cumulat more suo Tiraquell. in repet. l. si vnquam, C. de reuocan. donatio. in verbo, libertis, in princ. per plures chartas. vbi refert illud, quod eleganter dixit Cicero in lib. 2. de Inuentio. dum tuetur id, quod scriptum est, ne aliquatenus ab eo recedatur; dicens, non oportere de eius voluntate nos argumentari, qui ne idem facere possemus iudicium, nobis relinquit suę voluntatis multa incommoda sequi, si instituatur, vt à scripto recedatur. nā & eos, qui aliquid scribunt, non existimaturos id, quod scripserint, ratum futurum, & eos, qui iudicent certum, quod sequantur, nihil habituros, si semel à scripto recedere consueuerint scriptori, neque ingenium, neque operam, neque vllam facultatem defuisse, quò minus posset apertè præscribere id, quod cogitaret, neque fuisset ei graue, neque difficile, certam aliquam causam excipere, si quicquam excipiendum putasset, quod & prius retulit Lucas de Penna in l. j. col. 2. C. de imponen. lucrat. descrip. & in l. fi. C. de his, qui sponte mune. sube. lib. 10. quæ verba Ciceronis decidunt istam quæstionem, nam non defuit ingenium, neque opera neque facultas Frederico Regi excipiendi & statuendi etiam de agnatis, si voluisset: ideoque censendum est noluisse eos comprehendere, ex quo non expressit. quæ eius voluntas satis deprehenditur ex verbis etiam expressis in hac lege, dum dicit, itaq; si infra mensem vnum à die, quo ad notitiam nostram peruenerit, numerandum feudum prædictum, vel quotam partem pro dicto precio non elegerimus emere, & precium soluere, vt prædicitur, uēditio valeat, & sit firma, nunq̃ in posterum infringenda. Probant enim ista verba, ꝙ non est firma venditio, dum redimitur an non. & est clarum & apertum, dum vult ꝙ ni redimat ipse dominus, ipsa vēditio sit firma, ꝙ his verbis excluduntur agnati, nam est firma venditio, si agnati possent redimere. Nec obstaret si diceretur, ꝙ ista verba respiciunt, & sint apposita post elapsum mensem, quo elapso iam excluderentur etiam agnati, stante æquiparatione. nā lex loquitur, si ipse dominus non elegerit, & de seipso loquitur. ideoque infra mensem alius non poterit redimere, quia verba sunt clara, & non admittunt voluntatis quæstionem, l. ille, aut ille, §. cū in verbis, ff. de leg. 3. & ideo ne possit argui, ꝙ ille §. porrò, non sit correctus quò ad agnatos, supposuit Legislator dicta verba, & ista videtur intentio legis, quæ deprehendit ex verbis. Quid dicendum in ista q̃ōne? † nā vtrinq; vrgent rationes. ego (saluo iudicio rectiùs & iustiùs sentientis) teneo ꝙ ista lex non admittit agnatos ad recuperandū feudū ista via redemptionis, nā prçcisè loquitur de Rege domino, & illum solum admittit ad recuperandū. de agnatis nō loquitur, ergo eos non comprehendit per ea, quæ vltimò dicta sunt. & ideo in feudo nouo procedit absque scrupo, † cum etiā in eo non admittantur agnati ad recuperandum iure prothomiseos, d. §. porrò. † idē & pariformiter in feudo hęreditario, in quo non possunt siue filius, vel agnatus, aspirare ad feudum citra ius & nomen hæredis, vt latius dixi supra, dum disserui de isto tenore inuestituræ: nam alienādo qs feudū, præiudicat hæredibus, & remanet firma alienatio, & irreuocabilis, cum hæres non possit contrauenire facto defuncti, l. cū à matre, C. de rei vend. & est receptum communiter per istam legem. ideoque isto casu nō admittitur hæres, qui titulo hæreditario successurus erat in feudum ad redemptionē feudi: † nā tex. in c. j. §. sed si res, per quos fiat inuest. & d. §. porrò. qui disponunt agnatos præferri emptori & dn̄o, procedūt in feudo pacti & prouidētię Principis, & non ī feudo hæredi-

hæreditario, vt per And. in d. §. sed & res, & ibi Afflict. nu. 3. † nam in feudo hęreditario potuit alienās pręiudicare hęredi successuro & c. an agnat. & illi tex. intelliguntur de eo agnato, qui velit nolit, feudatarius est successurus, cum ei deferatur ex pacto accepto ris, & prouidentia Principis concedentis, prout declarat Andr. in dicto §. sed & res, in princip. ideoque cum tam in feudo nouo, quàm in feudo hæreditario, non admittantur successores ad redimendum, sed remanet firma, & inconcussa alienatio; † iam cō sequitur, ꝙ solus Rex & Dominus admittit ad recuperandū, & redimendū feudū ex pręscripto istius legis, quæ tantùm de Rege loquit, & cessant argumenta facta pro contraria parte. † Quinimò fortius etiam in feudo pacti & prouidentiæ Principis in casibus, in quibus licitè alienatur, vt puta pro onere feudi, quod cum eisdem casibus potest fieri præiudicium agnatis, nec possint succedere, velit nolit defunctus, quòd à pari ratione non admittuntur ad redimendum, cum non possint succedere, & infringere alienationem. † quę ratio sola consideratur, vt præstetur ei iste præcipuus fauor redimendi, vt est de mente Andr. in dicto §. sed & res, & in c. Titius. si de feud. fuer. contro. inter dom. & agnat. dum vult, quòd procedant dicta iura in feudo pacti & prouidentiæ Principis. ideoque etiam hoc casu dominus solus admittitur ad redimendum, cum agnatis nullum ius competit, & per istam legem vocetur solus Rex & dominus. at si alienatur feudum pacti & prouidentiæ Principis meri vel mixti, quòd confecto inuentario possit filius, vel agnatus, reuocare in isto casu: si feudum alienatur in casu illicito, hoc est in casu qui nō tangat onus feudi, † teneo absque dubio, quòd filius, vel agnatus, volentes recuperare, vel redimere oblato precio, quòd præferantur Regi & domino: nam isto casu stant firma prima argumenta, & incorrecta iura feudorum, † cum correctio legum non fit nisi expressis verbis, l. præcipimus, in princi. C. de appellat. nec etiam fit per subauditos intellectus, vt est glo. communiter approbata in c. cupientes, §. quod si per viginti, de electio. lib. vj. Et certè esset absurdum in isto casu præferri Rex, cum feudum de necessitate deueniat ad agnatos, & eis sit acquisitum ex prouidentia ipsius Principis, quod Princeps voluerit quodammodo per indirectum, & agnato auferri feudum, † & argumentum ab absurdo vitando est firmum, nam eo argumento vtitur Iurisconsultus in l. nam & absurdum, ff. de oper. libert. quinimò in isto casu Princeps non esset admittendus ad recuperationē vigore istius legis, † quæ loquitur tantùm in venditione firma, & non infringenda, non facta redemptione per Principem, vt sunt verba clara, quæ superius adduxi. at venditio in isto casu subiacet renocationi, nam extincto alienante, deuocatur in irritum, ac si non esset à principio facta, l. 3. §. sed quia, C. commun. de legat. & scribit Andr. in c. j. §. hoc quoq;, de succes. feu. ideoque omnes dicunt, hanc legem nō procedere forma repugnante, quia talis alienatio subiacet retractationi. † ideoque si ista lex non procedit forma repugnante, iam sequitur quòd cessante hac lege, dominus nō admittitur, sed præfertur agnatus. & certè nimis durum esset, si tali casu redimeret fiscus, & inde vellet agnatus litigare cum fisco mortuo alienante, quod esset durissimum, & absonum. ideoque tenendum est, non solùm agnatus præferri, † quinimò in isto casu nec fiscus admitti ad recuperandum, vel redimēdum, cum isto casu nō procedat ista lex quo ad firmitatem alienationis, cum tantum in vita alienantis valeat, & istud videtur mihi verum, & ita teneo firmissimè.

Margin numbers: 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22.

*S V M M AE.*

1 *Rex si consentit expresse, an possit redimere.*
2 *Intellectus tex. in c. 1. in fi. de alie. feu. nu. 2.*
3 *Licentia expressa & tacita, differunt.*
4 *Dominus consentiens alienationi feudi perdit omne ius.*
5 *Afflicti recensetur opinio. nu. 5.*
6 *Feudorum ex consuetudinibus ius redimendi non perditur, nisi annali præscriptione, vel refutatione.*
7 *Expressū per cōsensum alienationi nō fit refutatio.*
8 *Ius redimēdi nō cōpetit, nisi firmata alienatiōe.*
9 *Regis pertinet ad officium præstare licentiam alienationi feudi.*
10 *Alienandi ex licentia nullum praiudicium paratur domino.*
11 *Ius redimendi non competit nisi perfecta venditione.*
12 *Cōsensus operatur tātū circa id, de quo agitur.*
13 *Ius redimēdi procedit ex formata venditione.*
14 *Consentiens alteri, ius suum perdit.*
15 *Consensus non extenditur.*
16 *Doctoris dictum intelligitur secundum leges, quas allegat.*

17 *Dominus consentiens alienationi feudi nullæ, ipse censetur donare.*
18 *Consensus tempore nullum competebat ius redimendi.*
19 *Iuri de futuro non potest renunciari.*
*Opinio ista in facto fuit seruata.nu.20.*
21 *Dominus consentiens, tenetur obseruare omnia, quæ continentur in contractu.*
*Nullus vnquam dixit, quòd dominus censeatur venditor.nu.22.*
23 *Vendere aliud est, & aliud venditioni consentire.*
24 *Redimens non impugnat contractum, imò illum approbat.*

QVid enim si Princeps, vel prorex, qui vicem Regis obtinet in
1 Regno, † expresse consenserint
alienationi, an ex hac expressa
licentia censeatur sibi præiudicasse in isto iu
re redimendi? Et videtur dicendum, quòd
sibi præiudicauerit, argum. tex.in c.j.in fin.
2 de aliena.feu.† nam tex.ibi permittit aliena
tionem feudi pro dimidietate, & tamen si
ex licentia legis alienatur, si venditor decedit sine hærede masculo, feudum resoluitur
penes emptorem, & reuertitur ad dominũ:
at si licentia expressa domini alienetur feudum, eo casu manet firma alienatio penes
emptores, & eius hæredes, quamuis vendi-
3 tor decesserit sine filiis masculis, † ideoq; ap
paret manifestum discrimen ex illo tex.inter licentiam legis, & expressam licentiam
4 Principis, & domini.& ideo † dicebat Bald.
in dic.c.j.col.4. quod dominus consentiens
alienationi feudi, perdit omne ius: si ergo
perdit omne ius, cẽsetur ergo perdere istud
ius redimendi,cum sit ius domini;& qui om
ne dicit, nihil excludit, ut sunt iura notissima, & est etiam decisio eiusdem Bald.post
Cyn.& Iacob.de Are.in l.dotalem, ff.solut.
5 matrim. † quos refert & sequitur Afflict.in
decis.112.circa finem, & in indiuiduo quæ
stionis nostrę determinat idem Afflict.in di
cto §.porrò, qualit.olim feud.aliena.poter.
quem tex.legit sub §.donare, sub nu.84.mo
tus vnica ratione,quòd Princeps consentiẽdo expresse alienationi,præiudicat sibi,& vi
detur ipse donare, l.lege obuenire,ff.de ver
bor.signific.sic resídet tantus vir in ista quæ
stione, quæ ab aliis non tangitur, vt ipse dicit. & nihilominus istam opinionem videtur prius in simili specie tenuisse Florian.in
consil. 371.inter consilia Anchar. vt refert
Tiraquell.in tracta.de retrac.§.j.glo.9.num.
133.& ipse Tiraquell. sequitur quibusdam
rationibus,ut ibi per eum. In contrarium fa
6 cit text.in dicto §.porrò, † qui dicit tale ius
redimendi non perdi,nisi per refutationem
vel annali præscriptione in sciente annali,
7 vel per triginta annos in ignorante.† cum er
go expressus consensus circa alienationem
nõ sit refutatio iuris redimendi, iccirco per
talem consensum non debet censeri renunciatum ius, quod subsequitur ab ipsa validi
tate alienationis,quam facit ipse consensus:
sciebat enim ius suum durare circa redem-
8 ptionem, † quia non ei competebat, nisi de
mum formata venditione, arg. tex. in l.si-
cuti,§.non videtur,ff.quib.mod.pig.vel hy-
9 poth. solu. † & cũ pertineat ad eius officium
pręstare licentiam venditioni feudi, illud
quod agit, non debet retorqueri in eius dãnum, ut videatur ius sibi competens renunciasse, iuxta doctrinam glo.in l. Caius,ff.de
pignor.actio. quam latè interpretatur Imol.
in c.si quis, nu.14.de reb.eccles.non aliena.
istam opinionem tenere videtur Andr.in l.
Imperialem, in princip.nu.11.de proh.feu.
alie.per Freder. & ibidem sequuntur Aluarot.Præpos.& Afflict.in 16.q.in princip.de-
10 terminãtes,†quòd ex licentia data vendendi feudum, etiam si nihil sit reseruatum,nul
lum paratur præiudicium domino circa iura sua, quia solùm fuit cogitatum de venditione iuris vtilis dominij ipsius vassalli, &
non debemus extendere ad iura domini,argum.c.afferte,de præsump.& quod not.3.q.
6.§.hoc quippe. Quæ argumentatio fortius
11 procedit in isto iure redimendi, † quod non
competit, nisi perfecta venditione,quomodo potest præsumi renunciatio iuris redimẽ
di ob consensum expresse pręstitum alienationi feudi, ex qua alienatione, & non ab
alio consequitur ius redimendi dominus:
12 † nam consensus porrigit vires tantùm circa
id,de quo agitur,& in cæteris non præiudicat,argum.text. in l.inter officium, ff. de rei
vendic. vbi Vlpian. Iurisconsultus decidit,
non obstare aduocato petẽti postea rem suã
consensus præstitus ob patrocinium alij ven
dicanti prius, & asserenti esse suam, quod te
nuit Innoc.in c.inter dilectos,de fide instru.
& Aluar. & eius simia, Præpos.post Bal.in c.
j.§.præterea. quib. mod.feud.amit. cum ergo consensus,& licentia,fuerint præstita circa

ca alienationem, & ad effectũ oborandi ipsam feudorum alienationem, non debet extendi ad renunciationem iuris redimendi, 13 de quo non fuit actum. † quinimò procedit ex formata vẽditione feudi, & opinio And. Aluaro. & Præpos. est verior & communior, quam sequitur etiam Afflict. Non obstat, quod Ioan. Raynald. in d. c. Imperialem, teneat cõ 14 trarium; motus solùm ea ratione, † quòd qui alteri consentit, ius suum perdit, & aliena fortificat, c. j. §. præterea, & ibi Bal. quib. mod. feud. amitt. nam Bal. in dicto §. præterea, per eum citatus, pugnat contra eum, dũ sequendo Innoc. in c. inter dilectos, de fide instrum. decidit præfatam quęstionem And. & mirandum est de Andr. qui non citat Innoc. ideoque ipse Ioan. Raynald. se percutit 15 proprio ligone; † & ille tex. procedit, quantum ad effectum, pro quò fuit pręstitus consensus, vt declarant ibi Bal. Aluaro. & Præposit. & Afflict. qui pro regula tradunt renũciationem factã ad vnum, effectum, ad aliũ nõ porrigi. quæ regula decidit hunc casum. tenendo istam opinionem, quæ vera est,

Non obstant adducta in cõtrarium & primò decisio Bal. in c. j. in fin. de aliena. feud. nam ibi loquitur Bald. annotans illum text. 16 † ergo eius dictũ debet intelligi, & restringi secundum legem, quam allegat, iuxta doctrinam glos. & ibi Bart. in l. non solum, §. liberationis, ff. de liber. lega. cum ergo ille tex. loquatur in dissimili specie, nõ oportet à separatis argui, l. Papinianus exuli, in fine, ff. de minorib. Quod sit dissimilis ratio in d. c. 17 j. patet, † nam quando dominus consentit venditioni feudorum, quia esset nullã absq; eius consensu, tunc censetur ipse dominus donare, argu. tex. in l. lege obuenire, ff. de verbo. signif. si ergo spectetur persona ipsius domini alienantis, qui concedit pro emente, & eius filiis, & descendentibus, quomodo potest recalcitrare, & dicere, finita est linea venditoris, cum possit emptor replicare, nil habeo à venditore: totum quod habeo, est à tua confirmatione, quæ dictat etiam pro descendentibus? Cum ergo dominus confirmat, ut emptor habeat pro se & filiis, talis consensus sibi præiudicat, & facit valere perpetuò alienationem in recipiente, & eius hæredibus. sic decidit Andr. in c. j. col. 4. qui success. tenea. sic intelligens tex. in dicto c. j. de alienat. feud. & Andr. sequuntur omnes, maximè Afflict. ibi, qui citat alios, & in specie, de qua tractamus, non est similis ratio: nam ideo petitur licentia Principis expressa, ut dispensetur disparitati personarum, vt currat terminus fisco, ad redimendum, & circa alias circunstantias, vt dicunt Pern. & Blasc. super hac lege. item vt firmetur alienatio, ideoq; non debet extendi consensus; non dico circa non expressa, quinimò circa diuersa, & diuersam penitus habentia rationem, ideoque militant in hac specie, quæ adduxerunt in contrarium Andræas & Doctores, in d. c. j. qui success. tenea. & eo modo respondetur ad doctrinam Bal. in l. dotalem, ff. solu. matrim. nam procedit (pro ut ipse loquitur) circa illud, quòd re uera, & expressè agitur, ut sit firma alienatio, vt & considerat etiam Anchar. in consil. 62. at quãdo consensus expressus firmat alienationem; & ea firmata si ex ipsa alienatione competat aliquod ius domino, quòd censeatur illud ius renunciatum, nõ dicunt prędicti Doctor. quinimò apertissimè probatur contrarium; nam vt sæpesæpius dixi, tempore consensus, & licentiæ vendendi, non competebat ius aliquod redimendi feudum 18 nondum alienatum, † nam illud ius redimendi competit nõ à principio, sed demum per secta venditione. cum ergo illud ius competeret domino de futuro, non censetur renun 19 ciatum, † quia iuri de futuro renunciari non potest, ut est tex. in l. si ita scriptum, §. si sub conditione, ff. de legat. 2. & quod nõn potest fieri in specie, non censetur factum sub genere, vt voluit Bart. in l. si quis sub conditione, ff. de condi. instit. Bal. in l. final. §. in computatione, in fine, C. de iure deliber. plura cõsilia cumulat Barb. apostillator Bar. in d. l. si quis sub conditione. iccirco per illam licentiam vendendi non censetur dominus renunciasse iuri redimendi, quod nondum competebat, cum & si renunciasset simpliciter, non teneret renunciatio, nisi renunciationem pactum vallaret, l. j. & ibi Docto. 20 C. de pact. † & cum aliàs in facto esset ista quæstio in venditione iuris luendi feudi di la Petra, cui venditioni fuit præstitus assensus, dominus tamen voluit redimere; & cum fuisset oppositum de licentia, & expresso cõsensu Principis, attamen fuit iudicatum pro fisco. Non obstat auctoritas Afflicti in dicto §. porrò. quia mouetur vnico & futili fundamento, quod Princeps, vel dominus consentiens alienationi feudorum, censetur ipse

dona-

donare, quod est argumentum Andr. in c. j. col. 4. qui success. teneant. & aliud proposi-
21 tum: † nam illud argumentum est firmum, vt ipse dominus consentiens obseruet omnia verba in contractu venditionis, pro ut
22 in casu Andr. † & quod dominus censeatur venditor, nemo vnquam dixit: distantia etenim est inter venditorem, & cõsentientem
23 ipsi venditioni, † quia aliud est vendere, & aliud venditioni consentire, l. aliud, ff. de regul. iur. ideoq; consentit in isto casu dominus, vt valeat alienatio, & obseruabit omnia contenta in ipso contractu alienationis, ac si ipse vendidisset: attamen non excludetur ab eo iure, quod oritur ab ipsa venditione per ea, quæ superius disserui, contra quæ ne tantulum facit argumentatio Afflict. Nõ obstat auctoritas Floria. in dicto cons. 371. quia non potest elici eius opinio in dicto cõsil. cum non examinat illum punctum, cui fuit satis quomodocũq; euadere, ut patet in eius scriptis. Non obstant leges adductæ per Tiraquell. quia procedunt, quando ille, qui consensit, vellet reuocare actum, cui con-
24 sensit, & illum infringere. at † qui redimit, non impugnat contractum, imò illum approbat, ut latè per Ioann. Igne. in repet. l. dudum, col. pen. C. de contrah. emptio. ideoq; malè quadrant, quę adducit Tiraquell. ideoque apparet istam opinionem esse veram, ac si verissimam, & iure optimo pro ea iudicatum.

## S V M M AE.

*1 Ius redimendi competens Regi ex ista lege, an possit extraneo cedi.*
*2 Fauor est ampliandus.*
*Quidam asserunt quod opinio, quòd possit cedi, seruatur in Regno, & auctor vidit eam seruari. nu. 3.*
*Guido Papæ asserit contrariam veram, & pro ea multotiens iudicatum. nu. 4.*
*Pro ista opinione fuit iudicatum in curia Regis Alfonsi. nu. 5.*
*6 Ius redimendi competens ex ista lege, competit Regi ut Regi, & directo domino.*
*7 Transmissibile quod non est ad quemlibet hæredem, non est cessibile.*
*8 Regnum non transmittitur ad quemlibet hæredem.*
*9 Conceditur quod alicui ob aliquam præeminentiam, non potest in alium transferri.*
*10 Opinione a communi non est recedendum.*
*11 Fauor non debet extendi contra rationem.*
*12 Doctori absq; ratione vel auctoritate, non creditur.*
*13 Princeps habet potestatem legis condendæ.*
*14 Contractus Principis quilibet habet vim legis.*
*15 Princeps censetur in suo contractu abrogare leges, quæ obsistunt.*
*16 Intellectus tex. in l. pen. C. de donat. inter vir. & vxor.*
*17 Leges statuuntur, vt seruiant omnibus.*

1 SED † an ius istud competens Regi, & domino, redimendi feudũ alienatum, possit per ipsum Regem alteri cedi? Et videtur dicendum, quòd possit: nam cum istud ius redimendi sit totum fauor ipsius Principis,
2 † iste fauor est ampliandus, quia odia restringi debent, fauor autem ampliari; ideo siue velit pro se, siue pro alio, nil refert; & hac sola ratione motus sic decidit Collect. in c. posuit, col. pen. nu. 40. de locat. & hanc opinionem pro constanti tenet Paul. de Castro cõsil. 335. incipiente, laudatio & inuestitura. vol. j. hanc eandem opinionem tenet quidã è nostris, scribens super hac lege, qui nihil
3 boni allegat, † & dicit quòd ista opinio seruatur, & ego vidi seruari in persona Don Nicolai Barresi, cui fuit cessum à Regia Curia ius redimendi feudum di la Petra.

Contrariam opinionem tenet Guid. Pap.
4 decis. 411. † qui dicit sæpesæpius fuisse secũdum opinionem per eum firmatam in Curia parlamenti Delphinatus iudicatum, & hanc eandem opinionem tenet Petrus Iacob. in titulo de actio. in rem pro emph. col. 10. versic. quid si directus dominus. & Boer. super consuetu. Biturig. in titul. de retract. de les coses vendites, §. j. vers. intelligo. & in tit. de retrác. §. 3. col. 4. vbi plures allegat, tenentes hanc opinionem. eandem opinionem tenet Cass. super consuet. Burgund. in titu. de censes, §. j. in verbo, retenue. in princip. qui tantum allegat illã decis. Guid. Pap.
5 † & secundum istam opinionem fuit iudicatũ in Curia Excelsi olim ac inuictissimi Regis Alfonsi Aragonij, qui ĩ omni genere virtutum nemini fuit secundus, vt testatur Baptista Fulgo. quotiens de eo loquitur. quam opinionem tenet etiam Ioan. Igneus in repet. l. dudum, nu. 52. C. de contrah. emptio. quæ opinio confirmatur per text. in l. sordidorum,

dorum, C.de excuſ.muner.lib. 10.qui text. dicit excuſationem ſordidorum munerum, delatam perſonis ad hæredem & ſucceſſorē tranſire non poſſe; & ſubdit rationem Imperator,quòd nō poteſt eſſe perpetuum,quod non rebus, ſed perſonis contemplatione dignitatis,vel militiæ indulſiſſe Imperatorem deprehenditur. quæ ratio decidit iſtum caſum.non enim hoc ius redimendi,† quod cō petit Regi ex hac lege, competit alia ratione, niſi quia Rex & dominus directus,ideoque competit reſpectu perſonæ. ideoq; non poteſt tranſire ad quamlibet perſonam, in qua non inſit eadem qualitas: † quia illud quod nō eſt tranſmiſſibile ad quemlibet hęredem extraneum, non eſt ceſſibile, vt probatur in l.ex pluribus, ubi Bart.ff.de adminiſtrat.tuto.† Regnum enim non tranſmittit Rex ad quemlibet hæredem extraneum, ſed deuoluitur ad primogenitum, cap.licet, de vot.Alber.in §.diſcipuli,in procem.ff.or.Oldrad.conſil.94.latiſſimè Bald.conſil.66.inter conſi. Cui t.Senior.iccirco cum in hæredem extraneum non tranſeat illa qualitas, quòd ſit Rex & dominus feudi, ideoq; etiā non poteſt fieri ceſſio. Pro qua opinione facit ratio Bald. in rubri.C. de nou.Cod.componen.col.fi.in fi.dicentis† quòd illud,quod conceditur alicui vigore alicuius præeminentiæ, non poteſt in alium transferri.allegat tex.in d.l.ex pluribus, ff.de adminiſtra. tuto. Quis enim negabit hoc ius redimendi domino conceſſum fuiſſe ob præeminentiā Regalem directi dominij? ideoque non poteſt cedi, quod & comprobat Roma.conſil. 484.in fine. Pro qua opinione faciunt ea, quæ ſcribunt Doctor.in l.ad officium,C.cōmun.diuid. & ideo videtur, quòd iſta opinio ſit vera, & tenenda, quinimo communis, † à qua non eſt in iudicando recedendum, iuxta not. per Ioan. Andrę. & Docto. in c.j.de conſtit.Non obſtat auctoritas Collectarij,quia contra communem.& ratio ſua eſt generalis, & non complectitur iſtum caſum:nam eſto quod eſſet fauor reſpectu domini directi, † attamen iſte fauor non debet adeo ampliari, ut extendatur contra rationem legis, cum ſit alia regula, quòd diſpoſitio debet reſtringi,& ampliari ad limites rationis, l.cum pater,§.dulciſſimis,ff.de lega. 2.& ideo cum ratio legis concedentis ius redimendi feudum venditum à domino non ſit alia, niſi ob præeminentiam,& directum dominium ipſius Regis,non debet ampliari in tantum, ut comprehendat etiā perſonam, in qua deſinit & Regis præeminentia & directum dominium, quia extenderetur lex contra rationem. & iſtam reſolutionem tradit Cyn. & ſequūtur ibi Doct.in d.l. ad officium,C.commu.diuid.Non obſtat deciſio Pauli. de Caſtro in præallegato conſil. quia Paulus non diſputat, ſed præſuppenit; ideoque non eſt ei adhærendum duplici ratione. Primò, quia Doct. qui non diſputat, & diſcutit quæſtionem, reputatur ac ſi non dixiſſet, & pro nihilo ducitur eius auctoritas, vt dicebat Raphael Cuman.conſil.102. col.3.& refert & ſequitur Socin.nepos conſil.j.col.pen.Secundò, † quia nulla ratione, & auctoritate nititur, iccirco non eſt ei credendum, c.ego ſolis, 9.diſtinct. Non obſtat quòd ita obſeruatur, quia de iſta obſeruantia non conſtat,quinimò contrarium fuit deciſum in Curia Regis Alfonſi, & ſic ſeruata opinio, quæ videtur vera,& communis.

Attamen quamuis iſta opinio ſit vera & communis, nihilominus in caſu iſtius legis poteſt contraria opinio defendi, quòd tale ius redimendi competens Regi, poterit ipſe Rex cedere cuicunque voluerit, & erit contractus, & ceſſio illa firmiſſima, & non poterit aliquid obiici. Et ratio eſt,† quia Rex habet poteſtatem legis condendæ inter ſuos ſubditos, ut tenet Bal.in j.conſtitut.Cod.& multi relati per Afflict.in prælud. conſtit.q. j.qui & hoc ipſum tenet; & patet ex lege noſtra, quę fuit cōdita à Frederico Rege iſtius Regni. Ex quo ſequitur, † quòd quilibet Principis contractus habet vicem legis, vt eſt text.in l.penult. C.de donat. inter vir.& vxor.ponunt Docto.in l.Cęſar,etiam per illum tex.ff.de public. & in l.ciuitas,ff.ſi cert. petat. nam Princeps legibus ſolutus eſt, l. Princeps,ff.de legib.hoc eſt, non eſt alligatus vinculis legum. ideoque cum contrahit cum aliquo, ille contractus vicem legis obtinebit, hoc eſt tantæ auctoritatis & fidei, quantum præſtat ipſa lex: † quia in eo contractu videtur legi, quę obſiſtebat, derogaſſe; quod totum probatur in illa lege pen.C. de donat.inter virum,& vxor.nam Princeps qui legibus ſolutus eſt, & pariformiter Auguſta, cum donat vnus alteri, valet donatio, quia illa donatio obtinet vicem legis in eo, quod leges, quæ huius modi donationis improbant, cenſetur abrogare, quod & aliis non

non licet, cum hoc sibi Princeps soli concesserit Imperiali quodam priuilegio, l. fin. C. de quadrien. præscript. vt eleganter differit Franc. Conn. in j. lib. iuris ciuilis, sub rubric. de constit. Princip. sic declarans tex. in d. l. pen. C. de donat. inter vir. & vxor. ideoque Princeps cedendo ius, quod habet in recuperando feudum venditum (cum ille contractus obtineat vicem legis in hoc, & censeatur lex ad abrogandas leges, quæ impediunt cessionem) iam sequitur quòd illa cessio non 16 poterit impugnari. Et si dicatur, † quòd tex. in d. l. penul. C. de donatio. inter vir. & vxor. procedit, quando nulli fit præiudicium, secus si fieret tertio præiudicium, vt videtur sentire Connan. in loco superius allegato, & Bolognet. post Dec. & Paul. Castren. in l. ciuitas, nu. 31. ff. si cert. pet. certè hoc non obstat: nam si rectè inspiciantur verba Conna. voluit ipse, quòd Princeps solutus legibus, cum possit legem ferre nouam, antiquam etiam abrogare poterit, dum id sine iniuria cuiusquam fiat, quod est absolutè uerum. 17 † leges enim statuuntur, ut prosint omnibus, cum statuatur pro vtilitate hominum, l. nulla, ff. de legib. & non constituuntur in singulis personis, sed generaliter, l. iura, ff. de legib. ideoque si contractus Principis obtineret vicem legis in præiudicium singularis personæ, esset lex iniqua & non seruanda, & ita procedunt quæ dicuntur à Doctoribus. at isto casu nullum vertitur alicuius præiudicium, nam ex ista lege datur facultas redimendi Principi, & emptor scit se esse alligatum hac lege, nō interest emptoris, an Princeps redimat ipse, vel cedat; ideoque Princeps, cum solùm versetur eius fauor, si cedit, nulli præiudicat. at quia sunt leges, quæ impediunt talem cessionem, illas censetur abrogare, vt valeat cessio, per tex. in d. l. pen. C. de donat. inter vir. & vxor. & ista ratione substinetur illud, quod Doct. asserunt, quod ita practicatur. & cōtraria procederent, prout re vera loquantur in alio domino, qui nō sit Rex, & qui non haberet potestatem legis condendæ: & nihilominus non discedo à vera, & communi opinione, quòd ius redimendi in casu istius legis non possit cedi etiam per Regem.

S V M M AE.

1 *Permutationis contractus est diuersus à contractu emptionis, nisi sit eadem ratio.*
2 *Rex non astringitur recipere iuramentum fidelitatis ante receptam decimam.*
3 *Baro verbum, in genere acceptum, complectitur Comites, Barones, & nobiles.*
4 *Capitanei qui dicebantur ex consuetudinibus feudorum, dicuntur hodie Barones. & nu. 5.*
6 *Baro dicitur, qui est inuestitus de aliqua Baronia.*
7 *Baro verbum, non est Latinum.*
8 *Baro verbum, est nomen iuris.*
9 *Baro verbum, in toto corpore iuris non reperitur.*
10 *Compilatores Decretalium non semper vtebantur vocabulis Latinis.*
11 *Comitum, & Baronum discrimen.*
12 *Baro est inferior Comite.*
13 *Baro verbum, comprehendit Reges, & alios existentes.*
14 *Baro verbum, in sua specie est minus Comite.*
15 *Baro est, qui est inuestitus de aliqua Baronia.*
16 *Baronia est, quæ habet inter nobiles quandam præminentiam.*
17 *Baro verbum in genere complectitur superiores.*
18 *Nobilis in specie, est minor Barone. & nu. 19.*
20 *Nobilium appellatione in genere comprehenditur etiam Rex.*
21 *Nobilis, Altus, Spectabilis, & Egregius, sunt sinonima.*

IN vers. si verò feudum, repetit de decima fisco soluenda, & addit 1 contractum permutationis, † & clarè censet contractum permutationis esse diuersum à contractu venditionis, & sub eo non comprehendi, quod voluit Bal. in l. fin. & ibi Alexand. Corn. & Ias. ff. de condict. indebit. nisi quando esset eadem ratio, ut Ias. prosequitur in d. l. fin. subdit text. soluta decima recipiat Rex ab emptore fidelitatis & homagij solitum iuramētum, tāquam à Barone. in quo versiculo est 2 notandum, † quod ad hoc astringitur Rex post solutam decimam, & non ante, vt innuunt verba legis. Item notandum est illud, tanquam à Barone, nam tex. videtur dicere, 3 † quòd istud verbum, Baro, in genere cōplectatur & Comites, & Barones, & nobiles feudatarios, quod demonstratur apertè: nam cum lex ista permittit vendi Comitatus, quin etiam Marchionatus & Ducatus, inde cum statuat recipi solitum iuramentū, tanquam à Barone, iam consequitur quòd si ab

ab emptore Comitatus recipit iuramentũ, tanquàm à Barone, quòd illud verbum, Baro, complectitur Comites, & eadem ratione & Marchiones & Duces. ideoque antequam veniam ad resolutonem istius quæ-
4 stionis est videndum, † quid sit Baro. Et Bal. i c.j. vers. Capitanei, de his, qui feud. da. pos. dicit, quòd Capitanei sunt, quos vulgò Ba-
5 rones appellamus. † ideoque Bal. vocat eos Barones, quos consuetudines feudorum vocant Capitaneos, idest magnos valuassores,
6 † ideoque rectè, ac optimo iure, ille dicitur hodie Baro, qui de aliqua Baronia est inuestitus, ut probat tex. in c.j. quis dicatur Dux vel Marchio, vt tenet Barba. scribens super hac lege, & Curt. iunior in tracta. feud. par. 2. uers. secundò quæro, nu. 3. Et ex his ver-
7 bis Bald. etiam colligi potest, † quòd illud verbum, Baro, non est Latinum, sed vulgare: quia non reperitur penes auctores Lati-
8 nos, qui purè Latinè loquantur, † quamuis Barb. super hac lege asserat, quòd imò est nomen iuris, & allegat tex. in c. fundamenta, §. proinde, de elect. lib. 6. Attamen quid intelligat ipse nomen iuris, ipse videat. Ego dico, & quæro, an sit vocabulum Latinum? & Bal. sentit, quòd non, quod & comprobari
9 potest, † quia in toto corpore iuris tale vocabulum non reperitur. Non obstat tex. in d.
10 c. fundamenta, vers. deinde, † quia Compilatores illorum Decretalium non semper Latinis vocabulis vtebantur, quinimò sæpesæpius Barbaris, ac patrio idiomate, vt facilè obseruatori mille loci occurrent. ideoque Neoterici Iurisconsulti, uel conditores Decretalium, qui non sunt adeo obseruatores linguæ Latinæ, facilè vtebantur uocabulo recepto, quamuis non Latino: ideoque nullatenus dicta iura impugnant opinionẽ Bal. & illius Doct. quem allegat. quam opinionem asseruit etiam ipse Bal. in c. innotuit, de elect. ideoq; tenendum est, vocabulum non esse Latinum, sed Barbarum, quod satis post antiquos Iurisconsultos fuit receptum. & vnde deflexerit, latè tractat Marin. Freccia in suo tractat. de subfeu. lib. j. sub rubric. de origin. Baron. fol. 8. quo discusso, deuenio ad id, de quo quæritur, in quo animaduerten-
11 dum est, † quòd satis constat ex ista lege esse differentiã inter Comites, & Barones, quod probatur isto tex. ponuntur tanquam diuersi, vt dicit Barb. qui pro hoc allegat Dom. de Sanct. Gemin. in c. grandi, de supplen.
12 negli. prælato. † ideoque arguendo ab ordine literæ, Baro est inferior Comite, & hoc tenet Barba. in repe. istius legis, quem sequitur Curt. in tract. de feu. par. 2. vers. secundò principaliter, nu. 3. at in contrarium est suprascriptio c. grandi, de supplen. neglig. pręlat. in qua rubric. Baro præponitur. & tex. noster, vbi dicit, & solitum iuramentum ab emptore, tanquam à Barone recipiat. qui tex. clarè sentit, hoc nomen, Baro, complecti & Comites, Marchiones, & Duces, quod expressissimis verbis tenet Bart. in l. j. C. de
13 dignit. lib. 12. nu. 79. † ubi loquendo de Regibus, Marchionibus, Ducibus, & Comitibus qui habẽt potestatem legis condendę, vocat eos magnos Barones, ideoq; tenet verbũ, Baro, in genere cõplecti oẽs dignitates, etiam Regales, quod est verum, & probatur in hac
14 lege. † verum quòd si ponantur in sua specie, prout ponitur in principio istius legis, eo casu Baro in sua specie est minor Comite, vt di-
15 cunt Barb. & Curt. vt supra retuli. † & dicitur Baro ille, qui est inuestitus de aliquo castro vel feudo, qui habet sub se feuda quaternata, vt tenet Andr. in constitur. si quis Baro, vel miles, & dicit hoc probari in constit. post mortem Baronis, & ibi hoc idem annotat Andræas, & dicit Andr. in dicta constit. si quis Baro, vel miles, quòd Baro est, qui habet Baroniam, & feudatarius qui habet feudum. Cassan. autem in Tractat. Glor. mund. in 8. par. in 15. consideratione, dicit
16 † quòd Baronia est, quæ inter nobiles habet quandam pręeminentiam inter solos simplices nobiles post Principatus ex quadam consuetudine, secundum diuersas patrias. & ideo in Francia Barones dicuntur, qui habent præeminentiam aliquam vltra simplices nobiles, & subsunt Ducibus, & Marchionibus, & Comitibus, vt ipse dicit, &
17 sic tenetur in Sicilia in sua specie. † at in genere verbum, Baro, complectitur superiores, & inferiores, feudum habentes, vt supra dixi. & ideo Bernardus de Medicis Saccurafa, semper loquitur de Barone, de quocunque loquatur, siue superiore, siue inferiore, & apud vulgus vocatur Baro, quicunque habet feuda, siue feudum, & simili consideratione est dicendum de nobili: nam vt probatur in isto tex. ex ordine scripturæ,
18 † Nobilis est minor Barone, cum ponitur vt species.

19 species. at † appellatione Nobilium in genere, comprehẽduntur Marchiones, & Comites, c. grandi, de supplen. negli. prælat. lib. 6. Nobilem virum, Comitem Bononiensem. & in c. constitutis. ibi, sororis Nobilis viri Marchionis. & annotat Gemin. in dicto c. grandi, & Cassan. in tracta. Glor. mund. 8.
20 par. 46. considerat. Quinimo † appellatione Nobilium comprehenditur & Rex, & Imperator, cum suo superlatiuo, ut est tex. Sceuolæ Iurisconsulti in l. quæris. ibi, sanctissimus, & nobilissimus Imperator, ff. de natalib. restitu. probatur ergo in tex. quòd Rex est Nobilis, & Imperator Nobilissimus. Nec mi-
21 rũ, † cum omnia hęc Nobilis, Altus, Spectabilis, & Egregius, sint sinonyma, vt docet locupletissimus in citandis iuribus & auctoritatibus, Tiraquell. in tracta. de Nobilit. qui liber est impressus, & quilibet, cui arridet, potest uidere in fonte.

S V M M AE.

1 *Lex ista statuit, quòd qui habet feudum alio titulo, quàm emptionis, tenetur infra annum & mensem præstare iuramẽtum fidelitatis.*
*Feudum qui acquirit emptione, vel permutatione, non cogitur ad hoc. nu. 2.*
3 *Feudi emptori non currit annus.*
*Andr. generaliter intellectus, est contra text. istius legis. nu. 4.*
5 *Inuestitura abusiua nil aliud est, quàm iuramentum fidelitatis.*

COLLIGITVR etiam ex isto text.
1 † quòd qui habent feudum alio titulo, quàm emptionis, tenentur infra annum & mensem unũ præstare sacramentum fidelitatis: ideoque
2 clarè decidit, † quòd qui emptione, uel permutatione habet feudum, non cogitur; & hoc etiam erat de iure & consuetudine Regni ante istam legem. Nam emptores non tenebantur capere inuestituram de feudo empto de consensu domini, ut tenet Andr. in cap. si minori, si de feud. fuer. contro. inter dom. & agna. & in cap. j. §. similiter, de leg. Conrad. ut etiam tenet Blasc. Lanz. in repetit. istius legis. quinimò plus voluit Andr. in l. Imperialem, §. præterea si quis
3 in feudatus. uers. à proprio domino. † quòd in emptore & infeudato, ad quos per alienationem cum consensu domini peruenit feudum, non currit tempus anni. & Andr. refert, & simpliciter sequitur Gulielm. de
4 Pern. consilio 6. col. 8. † Attamen Andr. sic generaliter intellectus, est contra tex. istius legis, qui generaliter dicit, quòd habens feudum alio titulo, quàm emptionis, adire tenetur suam Maiestatem infra annum & mẽsem, & præstare iuramentum fidelitatis, quem tex. Andr. non uidit; ideoque ei, qui alio titulo quàm emptionis habet, currit ac præfigitur tempus anni ad inuestituram pe-
5 tendam, † quę inuestitura abusiua in Regno non est aliud, nisi iuramentum fidelitatis, ut tenent And. in c. j. quib. mod. feu. constit. potest. & in Regno fit nota iuxta dispositionem c. Regni.

S V M M AE.

1 *Rex prospexit sibi de iuribus suis.*
2 *Domini ex consensu non fit ei praiudicium.*
3 *Dominus potest conuenire possessorem feudi.*
4 *Principis expressa licentia faeit, quòd feudum non reuertitur ad dominum, si venditor decedat sine herede legitimo.*
5 *Clausula, saluis iuribus, non operatur in expressis. & nu. 6.*

1 PRINCEPS Legislator in fine, † ne relinqueret in ambiguo iura propria, expressis uerbis reseruauit sibi iura, & de seruitio, & de aliis, pro ut docet Andr. de Iser. in cap. j. §. sed nec alia iustior, col. 3. uers. sed nec consulendum
2 est. quæ fuer. prima cau. benefic. amit. † nam quamuis Andr. ibi teneat, quòd ex consensu non fit præiudicium domino, attamen cõsuluit ipse, ut dicatur, saluis iuribus seruitij & uassallagij, & ita uidemus quotidie seruari in literis. ideoque clarissimi iuris est,
3 † quòd pro seruitio Curia potest conuenire possessorem feudi, ut tenet Andr. in dicto c. j. §. sed nec alia iustior, col. 3. quæ sit pri. cau. benef. amitt. Operatur etenim & unũ aliud
4 ista clausula, † nam quamuis expressa licentia Principis circa alienationem feudi faciat, quòd feudum non reuertitur ad dominum, etiam quod deficiat, uel moriatur uẽditor sine hærede legitimo. & est tex. in c. j. circa finem, de alien. feu. quamuis secus sit, quando consensus est tacitus, pro ut ex ista lege

lege inducitur: nam tunc nullum resultat præiudicium domino, quin reuocet, si moritur venditor absq; legitimo hærede, ut videtur tex. hoc decidere in c.j. §. profecto, de leg. Conra. dum vult non posse fieri alienationem feudi alia lege, nisi ea, qua tenet ipse alienator; & exemplificat in his propriis terminis, & in indiuiduo determinat, And. in c.j. qui success. teneant. col. 4. vers. prædicta uero reseruatio. qui adducit ea, quæ habentur in c. si quis miles. Imperator Lothar. Eugen. Pap. & volunt Præpos. & Aluarot. in c.j. §. rursus. quib. mod. feu. amit. And. & omnes in l. Imperialem, in princip. de prohib. feu. aliena. per Freder. & latè Afflict. in d.c. j. qui succes. teneant. & Bal. in l. 2. §. sed quia, C. commun. de legat. rationes sunt penes præallegatos Doctores. ideoque opus est ex pressa licentia à Principe viuente, vt Blasc.

5 tenet hic. † sed quia in omni confirmatione adiicitur illa clausula, iuribus Curiæ & alterius semper saluis, an ex ista clausula censeatur restricta confirmatio, vt cēseatur Princeps confirmare, & de nouo dare ius illud solum, quod erat penes venditorem, vt illo resoluto resoluatur ius emptoris; & in hac specie non procedat text. in c. si clientulus, circa finem, de alien. feud. ? & And. in d.c.j.

6 nu. 9. qui success. tenean. tenet, † quòd etiam in tali specie procedit ille tex. quia illa clausula non refertur ad ea, quæ expressa sunt, sed ad alia non donata. & opinio Andr. tenetur ab omnibus, ut latè comprobat Afflict. ibidem, & tradit Gram. decis. 66. nu. 7.

## S V M M AE.

1 *Confirmatio Proregis, an operetur ac si esset Regis.*

2 *Confirmare est donare, & infeudare.*

3 *Infeudare non potest Prorex.*

4 *Prorex præstat consensum alienationibus feudorum.*

5 *Infeudare prohibitus, non prohibetur præstare consensum.*

6 *Consensum præstare, non est vera infeudatio.*

7 *Prælatus præiudicat ecclesiæ in quærendis.*

8 *Confirmatio Proregis valet, ac si esset facta à Principe.*

9 *Feudum sub quacunque forma sit, reuertitur ad dominū, decedente vēditore sine liberis.*



1 AT non est ociosum quærere; † si confirmatio alienationis fit per Proregem, an operetur ac si esset facta per ipsum Principem, & dominum, vt eo casu etiam procedat tex. in d. c. si clientulus, circa finem? Et uidetur dicendum, quòd non, si attendantur rationes

2 Andr. in d.c.j. qui success. tenean. † nam totus est Andr. in demonstrando, quòd Rex consentiens in illo casu, censetur ipse dare, ideoque infeudare, arg. tex. in l. lege obuenire, ff. de verbo. signific. si ergo qui confirmat, dat feudum, & ideo soluto iure datoris in eo casu, non resoluitur ius acceptoris, quia censetur noua datio, iam sequitur Pro regem non posse facere ac præstare talem cō

3 sensum, † qui potius est alienatio, & infeudatio, quam alienationem & infeudationē non potest facere Prorex in Regno, ut probatur in constitut. post mortem, & declarat Andr. in dicto c.j. de contro. feu. apud pares Cur. term. Et quamuis hæc vrgeant primo

4 aspectu, † attamen non redolent veritatem; nam Prorex præstat consensum alienationibus feudorum, & in his parem vim habet cū Rege, vt determinat Andr. in l. Imperialem, in princip. de prohibit. feu. alien. quem ibi nuncupatim sequuntur Martinus Laudens. Præposi. & Afflict. q. 16. nu. 11. eum sequen. qui latissimè examinat. Et quatenus Prorex non potest alienare, nec feuda de nouo concedere; attamen non prohibetur consentire alienationi, quinimò ei permittitur, etiam si expresse esset ei inhibita alienatio feudorū: nam nō esset prohibitus pręstare consensum

5 alienationi, † quia aliud est alienare, & aliud est alienationi consensum pręstare. ita determinat idem Andr. in d. l. j. in princip. de prohib. feu. alien. per Frederic. quem sequuntur ibidem Martin. Laudens. & Præposit.

Non obstat, quòd videtur alienatio feudi, vel datio in feudum, in isto casu, vt concludunt uerba Andr. in d.c.j. qui success. teneant. quam alienationem, & infeudationem non potest facere Prorex, ut supra di-

6 ctum fuit: † nam isto casu non est propria, ac uera alienatio, seu infeudatio, cum feudum fuerit penes alium, & iste consensus & confirmatio tollit ius acquirendum, & non acquisitum; & in hoc clarum est, quòd potest domino præiudicare, ut not. glos. & ibi Doct. in l. seruus, C. de pact. quod patet in pręlato,

7 lato, † qui ecclesiæ præiudicare potest in quærendis, vt per Freder. in consil. 9. casus talis est. & tradit Dec. in d.l.seruus,num.9. 10. & latissimè Laurent.Siluan.in consi.25. nu.33. voluitq; etiam Præposit.in c.sine ex-
8 ceptione,in fine,col. 12.q.2. † ideoque iure optimo cõfirmatio Proregis operatur etiam in isto casu, ac si esset facta à Principe ipso,
9 ac Rege. Et ex his infertur, † quòd sit quantumuis feudum sub tenore inuestituræ hæreditariæ, si ille qui accipit feudum, non habeat expressam cõfirmationem à Principe, siue à Prorege, quòd deficientibus liberis, & linea datoris, reuocabitur feudum ab acceptore, iuxta doctrinas præallegatas. & hoc vidi assertum à Rege Alphonso in quodam priuilegio feudi Toni de Milazo.

Enarrationis Io. Antonii Cannetii in extrauagant. Volentes, Finis.

# IO. ANTONII CANNETII,
## IVRISCONSVLTI CLARISSIMI,
### In Extrauagan. Si aliquem,
## IACOBI REGIS SICILIAE,
### elegans, iuxta ac perdocta Enarratio.

*SVMMAE.*

1 *Diffinitiones in ipsas quis se conijcere nõ debet.*
2 *Diffinitiones superuacuæ his, qui cognoscũt rẽ.*
3 *Diffinitio non est curanda, cum possit sine ea doceri illud, quod intenditur.*
4 *Feudorum transuersalium in successione, nulla cõstitutio seruatur in Regno, nisi c. Si aliquẽ.*
5 *Feudorum appellatione veniunt etiam Principatus, & cætera dignitates Regales.*
6 *Constit. Si aliquem, fuit prius edita à Papa Honorio.*

FACTVRO interpretationem Extrauag. Iacobi Regis Siciliæ, quæ incipit, Si aliquem, quę tractat de successione feudorum, videtur mihi prætermittendus tractatus de origine feudorum; & etiam pręter mittenda diffinitio feudi, quia de primo aliquid attigi in enarratione Extrauag. Frederici II. Regis Sicilię (si Phaselo credimus) quæ incipit, Volẽtes. De diffinitione autem videtur tacendum, quia (vt scribit Galenus 1 in lib. 4. cap. 2. dè differ. pulsuum) † non debet quis se ipsum in diffinitiones coniicere, de quibus nec inter ipsos Dialecticos conuenit; & quæ vt omnibus numeris absoluas, vsum magnum postulant, ne dicam nihil opus esse ad tradendas disciplinas diffinitione essentiali. Diffinitiones (quas vocant no 2 tiones) † his, qui iam rem cognoscunt, sunt superuacuæ, ignorantibus non necessariæ: quia doceri certè apertè pluribus verbis possunt; nam sensum, qui rei significatæ à vocabulo augere potest, & aperta oratione accuratè complecti, Doctor sit quidem præ 3 stantissimus. & ideo † tantopere non est curandum de diffinitione, cum absq; diffinitione possit doceri illud, quod intenditur. meritò omittenda diffinitio, seu descriptio feudi; & eo præcipuè, cum in locis vulgatis potest disci à cupidis huiusmodi rei studiosis, Ideoque Iureconsultus non minus doctè. quàm eleganter dicit, omnem diffinitionẽ in iure esse periculosam, ideoq; his tãquàm parergis omissis, tractandus est intellectus istius constitutionis, qui intellectus diligen 4 ter perscrutãdus est, † cum in hoc Siciliæ Regno nulla alia lex, nec constitutio, nec cõsuetudo seruetur in successione transuersalium in feudis, nisi sola dispositio istius constitutionis, cum sint omnes aliæ constitutiones, & consuetudines correctæ, vt & expressis verbis deciditur in fine istius constitutionis, & scribit Gulielmus de Perno in

conf.21.incip.vidi processum Solarini, col. 2. ideoque cum contineat ista constitutio maximam vtilitatem, & casus in ea compre hensi frequenter contingant, & error in his esset perniciosus; & cum tam grandem materiam complectatur, scilicet successionem 5 transuersalium in feudis, † & appellatione feudorum veniant etiam Principatus, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, vt probatur in c.j. §. prætereа Ducatus, de prohibit. feu.alien per Freder. de quibus latius disserui in dicta interpretatione extrauag. Frederici II. quæ incipit, Volentes. ideoque summis viribus enitendum est, ne error occupet intellectum, quod fieri nequit, ni summus Deus, & pater Domini nostri IESV CHRISTI, qui est Deus benedictus in secula, illuminet ipsum intellectum, & dirigat me in viam veritatis: nam ipse sicuti cæterarum rerum, sic & omnium scientiarum est dominus. Inuocato igitur eius sacratissimo nomine, accedo ad enarrationem istius Extrauag. 6 quæ incipit, Si aliquem. † quæ constitutio fuit edita prius à Papa Honorio, vt scribit Andr. quæ postea aliquibus additis, fuit à Iacobo Rege Siciliæ promulgata, & redacta in volumen Extrauag. istius Regni, quæ & moribus vtentium comprobata sola seruatur in hoc Regno in successione transuersalium in feudis.

S V M M AE.

1. *Cap. si aliquem, non loquitur nisi de feudis, & subfeudis, quæ tenentur in capite à Regia Curia.*
2. *Feuda sola quaternata tenentur in capite à Regia Curia.*
3. *Constitutio ista non vendicat sibi locum, nisi in feudis, & subfeudis quaternatis.*
4. *Barones non possunt infeudare nisi excadētias.*

1 IN QVA constitutione in primis annotandum est, † quòd ea non loquitur, nisi de feudis, uel subfeudis quaternatis, quod ostenditur, dum dicit tex. Si aliquem feudatariū, uel subfeudatarium, tenentem feudum in capite à nostra Curia. Ideoque non loquitur, 2 nisi de feudis quaternatis: † nam feuda quaternata sunt illa, quę tenentur in capite à Regia Curia, vt scribit And. in c.j.col.3. de contro.feu.apud par. termin. vbi etiam loquitur de subfeudis, quæ possunt teneri in capite à Regia Curia tanquàm quaternata, per tex. in constit.post mortem. & idem scribit And. in c. j. col. 4. vers. constitutio tamen Regni Siciliæ, de natu.success.feud. in quo loco interpretatur c. Papæ Honorij, quod est idem 3 cū ista, paucis additis, cōstitutione. † ideoq; ista constitutio non procedit, nisi in feudis, & subfeudis quaternatis, & non in aliis: quā uis in Regno nemo infeudat, nisi Rex, dicta constit.post mortem. & Andr. in d.c.j.de cō 4 tro.feud.apud par.termin.col.3.in fin. † nam Barones, vt dicit ipse Andr. non possunt infeudare, nisi excadentias, vt probat tex. in cō stitut.constitutionem diuæ memoriæ, circa finem. Ideoq; per istam constitutionem nil innouatur circa feuda plana, & de tabula, vt scribit etiam glos.in dicta constit. vt de successionibus, super verbo, in omnibus. & scribit And.in d.c.j.col.4.de natu.success. feu.

S V M M AE.

1. *Successio trāsuersalium tunc contingit, cum Baro moritur absque legitimo hærede.*
2. *Foriudicatus habetur pro mortuo.*
3. *Constitutio loquens de morte, verificatur tantùm in morte naturali.*
4. *Mors ciuilis nunquàm æquiparatur criminali, nisi quando à lege exprimitur.*
5. *Mors ciuilis si non operatur eundem effectum, quem mors naturalis, non æquiparatur morti naturali.*
6. *Feudi concessio censetur una in quolibet successore.*
7. *Dies fideicommissi non est aliud, nisi mors naturalis.*
8. *Ablatiuum absolutum importat conditionem.*
9. *Argumētum ab absurdo vitando, validissimū.*
10. *Ferè dictio, denotat improprietatem.*
11. *Religionem ingrediens dicitur verè mortuus, quia non potest retinere feudum. & nu. 12.*
13. *Monachus non potest tales filios procreare, qui possint succedere in feudo.*
14. *Maiestatis læsæ crimen committens perdit feudum, & applicatur domino.*
15. *Foriudicatus pro alio delicto priuatur feudo, et applicatur agnatis. & num. 16.*
17. *Bonorum in confiscatione non veniunt feuda.*
18. *Feuda degenerantia transeunt ad exteaneos hæredes.*
19. *Cap. Volentes, ex dispositione feuda hæreditaria transeunt ad extraneos hæredes.*
20. *Feuda in Regno sunt ad instar allaudialium.*

21 Feu-

21 *Feuda degenerantia quamuis venirent in confiscatione bonorum, at non venirent feuda hæreditaria in Regno. & num. 22.*

23 *Axioma est falsum, quòd ex dispositione c. Volentes, feuda transeunt ad extraneos hæredes.*

24 *Forma succedendi in transuersalibus istius constitutionis inest omnibus priuilegijs.*

25 *Hæres verbum, in inuestitura, non est elargatũ, vt comprehendat hæredes extraneos per c. volentes. sed comprehendit tantum comprehensos in c. si aliquem, & nu. 26.*

27 *Cap. volentes, dat formam, & modum, & permissionem tantùm alienandi.*

28 *Alienatio feudi ideo tenet per c. volentes, quia hæres non potest cõtrauenire facto defuncti, nõ quòd comprehendantur extranei in inuestitura; & nu. 29.*

30 *Cap. 1. de alienat. feu. pater. non comprehendit feudum hæreditarium, quando alienatur validè.*

31 *Feuda merè hæreditaria non transeunt ad hæredes extraneos.*

32 *Cap. volentes, non æquat formam pro te & hæredibus, formis feudorum degenerantium.*

33 *Cap. volẽtes, dispositio nõ operatur ab intestato.*

34 *Illatio non fit bona ex diuersis. & nu. 35.*

36 *Cap. volentes, non comprehendit alienationem ex contumacia. & nu. 37. 38.*

39 *Nisi, dictio, aduersatur præcedentibus.*

40 *Lex loquens cum aliquo præsupposito, non verificatur, nisi probato præsupposito.*

41 *Alienatio, quæ fit ex contumacia, non firmatur ex c. volentes.*

*Esset enim perabsurdum hoc. nu. 42.*

43 *Legis verba vbi non conueniunt, nec conuenit dispositio.*

44 *Cap. volentes, permittit alienationem integri feudi in vnam, eandemq́; personam æquè dignam.*

45 *Homagium præstare, non cadit in fisco.*

46 *Cap. volentes, dispositio tota in fauorem Baronum.*

47 *Constit. si quando, loquitur existentibus liberis.*

1 ANNOTANDVM est etiam, † quòd ista successio trãsuersalium in huiusmodi feudis tunc contingit, quando Baro moritur absq; legitimo hærede per lineam descendentem, sic loquitur tex. ideoque diligenter perscrutandum est, an iste tex. & dispositio istius constitutionis, vendicet sibi locum tantùm in morte naturali Baronis, an etiam & in morte ciuili, scilicet in foriudicato, vel deportato, vel deportato, vel ingrediente religionem, & similibus, de quibus distinctè est differendum? Et videtur in foriudicato prima facie dicendum, quòd statim quòd quis est foriudicatus, & reperitur absque liberis, quòd tunc non expectata morte naturali ipsius foriudicati, quòd proximior transuersa-

2 lis succedat in feudo. † habetur enim huiusmodi foriudicatus ferè in omnibus, & per omnia, pro mortuo, vt dicit Imperator in constit. pœnam eorum. per quem tex. sic in genere videtur determinare Afflict. in dicta constit. pœnam eorum, in 10. not. qui allegat etiam Bald. in auth. & omnino, C. ne fil. pro patre. & Innoc. in c. grauem, de senten. excom. & idem Afflict. in c. j. §. si quis hominem, in 12. not. de pa. tenen. hoc idem tenet, & affirmat. In contrarium facit iste tex.

3 qui loquitur de morte, † & ꝯstitutio de morte loquens, verificatur tantum in morte naturali, & nullatenus vendicat sibi locum in

4 morte ciuili, † quia nunquam mors ciuilis æquiparatur naturali, nisi quando hoc in lege exprimitur, glos. est not. in c. placuit. 16. quæst. j. in verbo, mortuus. & latè Alexand. in addit. ad Bart. in l. cum pater, §. hæreditatem, ff. de legat. 2. scribit etiam Ias. in l. j. C. de hæred. instit. facit quod scribit Ioan. Monach. in c. si Episcopus, de supplen. neglig. prælat. vbi dicit, quòd appellatione mortis in genere, intelligitur de morte naturali tantùm, & non de ciuili; & voluit Anchar. consil. 158. & consil. 438. nu. 2. & Mil. in repert. in verbo, mors. & ideo glos. in c. susceptum, de rescript. lib. 6. dicebat, quòd nũquam appellatione mortis, venit mors ciuilis, nisi fuerit à iure in eo casu expressum, & sequitur

5 Cardin. Paris. consil. 19. lib. 2. ideoque † quando mors ciuilis non potest operari eundem effectũ, quem operatur mors naturalis, tunc non operatur idem, quia in eo casu non ęquiparant leges mortem naturalem & ciuilem, vt scribit Bart. in l. cum pater, §. hæreditatem, in 3. not. ff. de legat. 2. Bald. in l. Deo nobis, colum. 3. C. de Episcopis, & cleric. & est communis opinio, vt testatur Ias. in cõsil. 135. colum. 2. vol. j. testatur etiam communem Lancil. Galiaul. in Repet. l. Gallus, §. & quid si tantum, num. 10. ff. de liber. & posthum. à qua opinione cęteri Repetentes non discrepant in d. §. & quid si tantum. Cũ

ergò mors ciuilis in hoc casu non operatur eundem effectū, quem operatur mors naturalis, iam consequitur, quòd ista constitutio non vendicat sibi locum in huiusmodi morte ciuili; & quod mors ciuilis hoc casu non 6 operetur idem,† quòd mors naturalis,demõstratur: nam concessio feudi semper cẽsetur vna in quolibet successore, ideoq; quot sunt personæ, tot censentur concessiones, vt scribit And.in c.j.§.hoc quoq;,col.2.de success. feu.facit tex.& ibi glo.Angel.& cæteri, in l. stipulatio,§ si quis ita, ff.de verb.oblig.ideo And.semper,& vbique æquiparat successionem feudorum fideicommissis, vt refert & sequitur Dec.cons.445.col.9.nu.47.cum ergo expectandus est dies, quo cedit fideicom 7 missum, † qui non est aliud,nisi mortis naturalis,vt probat tex.in l.Statius Florus,§.Cornelio Felici, ff. de iur.fisc. per quem tex. sic decidit Bald.in d.l.Deo nobis, col.3. C. de Episc.& cler.idem ergo expectandum est in successione feudi. quę successio æquiparatur fideicommissis,quia æquiparatorum est eadem dispositio, l. si quis seruo,& ibi glos. & Docto.C.de furt.& de ratione æquiparatorum latissimè scribit Sigism. Loffred. in cons.j.nu.77.ad quæ accedit,quod iste tex. loquitur cum qualitate,seu sub cõditione,scilicet nullo hærede, per ablatiuum absolutũ, 8 †quod importat conditionem,l.à testatore, ff.de condit.& demonstr.& scribunt Docto. maximè Moderni, in rubr. ff. solu. matri. in mortuo ciuiliter non potest verificari dicta conditio,cum adhuc naturaliter viuens possit secundùm naturam procreare filios, qui filij sunt legitimi hęredes in feudo, c.j.de natu.feu.cum simil.ideoq; non purificata conditione,non defertur successio transuersalis, sed expectandus dies mortis naturalis,iuxta tex.in d.l.Statius Florus, §.Cornelio Felici, ff. de iur. fisc. aliàs sequeretur absurdum, ꝙ transuersalis succederet; & si postea foriudicatus procrearet filios, essent exclusi filij cõ 9 tra tenorem inuestituræ; †& argumentum ab absurdo vitãdo validissimum est in iure, quo sæpesæpius vtuntur Iurisconsulti, vt in l.nam & absurdum,ff.de oper. liber. & alios tex. adducit Nicol. Eucrard.in sua centuria de loc.legal.In verb.argumentum ab absurdo.& ista opinio videtur vera,& tenenda.

Non obstat Bald.allegatus per Afflict. in auth.& omnino,C.de fil. pro patre. qa in eo titulo non est talis auth.nec etiam Bald.aliquid de hoc dicit in auth.sed omnino, C.ne vxor pro mari.Non obstat tex. in quo se fundat Afflict.in c.j.§.si quis hominem, de pac. tenen. quia ibi est expressum, vt succedant agnati contumaci in eo,casu speciali: meritò non est trahendum ad consequẽtiã,vt generaliter intelligatur, l. dotalem, §. de viro, & ibi Docto. ff.solu.matrim. facit tex. in l.si furiosi, C. de nupt. nec etiam facit aliquid 10 tex.in constit. pœnam eorum. † quia dicit, ferè pro mortuo habeatur. quæ dictio, ferè, denotat improprietatem,vt probatur in l.fi. & ibi annotat Curt.iuni.de impuber.& aliis substit.ideoque non potest verificari dispositio istius legis in foriudicato, & eisdem rationibus idem dicendum in deportato. attamen interim cui deferatur feudum,infra tractabo, ubi clarius deciditur ista quæstio. At secus dicendum est de ingrediente religio- 11 nem, † qui moritur mundo, & per omnia in eo mors ciuilis operatur eundem effectum, 12 quem operatur mors naturalis:† nam monachus nõ potest retinere feudum, c. clericus, si de feu.fuer.contro.inter dom.& agna.nec monasterium succedit in feudum,nec potest in Regno feuda retinere, prout latius scripsi super cap.Volentes, quo loco potest videri. &ideo non oportet in hoc loco eadem retractare, quia non est instituti mei libros ex libris consarcinare; nec etiam monachus po 13 test filios tales procreare, qui possint feudo succedere. ideoque cum mors ciuilis isto casu operatur idem per omnia,quod mors naturalis,meritò æquiparantur adinuicem per ea, quæ scribit Bald in d.l.Deo nobis,col.3. C.de episco. & cleric. & est communis opinio, vt supra dictum est. Meritò in isto casu procedit dispositio istius tex. vt videatur, ac censeatur Baro ingrediens monasterium mortuus absque liberis,atque sine legitimo hærede, hoc est liberis, vt sit locus dispositioni istius tex. si ingreditur religionem absque liberis.

Præsupposito ergo,quòd dispositio istius legis non habeat locum in foriudicato,quęrendum est, quid fiet de feudo interim, antequàm moriatur naturaliter foriudicatus, & quis succedat tali foriudicato? Et omisso casu foriudicationis pro crimine læsæ maiestatis, de quo casu non est disceptandum, cũ 14 sit crimen improbissimum: † nã propter tale delictũ cõmissum in personã Principis, amittitur feudum, & applicatur domino, c. j. §. porrò

porrò, quæ fuer. prima cau. benef. amit. & ibi Andr. & Doctor. in c.j. si vassall. feu. priuet. cui deferatur. & facit tex. in l. quisquis, C. ad leg. Iul. Maiesta. in isto casu, cum per foriudicationem habetur pro confesso, dicta constit. pœnam eorum. omnia occupabit dominus iure optimo. Si verò fuerit quis foriudicatus pro alio delicto, quia tunc nõ poterit domino seruire, bene priuabitur feudo, dicto c.j. si vassall. feud. priuet. cui defera. 15 † & scribit Alex. post alios, in l. si finita, §. si de vectigalibus, ff. de dam. infect. num. 26. motus rationibus, quæ magis militant in casu nostro, quæ ibi videri possunt; 16 † & eo casu non aperitur feudum domino, sed agnatis, vt per Alex. post alios in loco præcitato. 17 & facit, † quia in confiscatione bonorum nõ veniunt feuda, vt probatur, & sequuntur ibi communiter Docto. in dicta l. si finita, §. si de vectigalibus, vbi Alex. sub nu. 21. cum sequent. ff. de dam. infect. meritò cum non confiscantur bona feudalia, ea non applicantur fisco, sed in eis succedunt agnati, & in indiuiduo casus istius tenet Imol. in d. §. si de vectigalibus, col. 2. nu. 52. eandem opinionem tenent Ioan. Raynal. in repet. l. Imperialem, vers. pœna. nu. 3. de prohib. feud. alien. per Freder. Cepol. consil. 58. Iacob. testatur communem in sua inuestitura feudali, in verbo, dicti vassalli promiserunt non committere feloniam. quæ comprobantur, nam fiscus dicitur hæres extraneus, meritò ad eum non transeunt feuda, quæ ad extraneos hæredes non transeunt, vt scribit Afflict. in decis. 385. & ex his demonstratur, quòd ista conclusio procedit absque scrupo in feudis pacti & prouidentiæ Principis, & in aliis feudis de sui natura non transeuntibus ad hæredes extraneos. At in feudis de-18 generantibus, † quæ ex pacto deferuntur hęredibus extraneis, iuxta tex. in c. j. de feud. non habent. propr. natur. feu. videtur esse secus, prout voluerunt Roman. & Imol. in dicto §. si de vectigalibus, ff. de dam. infect. & ibidem Alex. sub nu. 30. & Curt. iunior con-19 sil. 4. & Anton. Rub. conf. 154. † cum ergo in Regno exceptis feudis tenoris pacti & prouidentiæ Principis, cætera feuda transeant ad extraneos hæredes ex dispositione c. Volentes, vt scribit Pern. in consil. 8. & dicunt omnes, quòd in Regno ex dispositione c. Volentes, est elargatum verbum, hæres, in feu-20 dis, † vt comprehendat etiam extraneos. ideoque in Regno feuda sint redacta ad instar allaudialium. & ideo talia feuda veniũt in confiscatione bonorum. meritò exceptis feudis pacti & prouidentiæ Principis, cætera feuda, sicuti alia bona, comprehenduntur in confiscatione, & applicantur fisco elapso anno. Quam tamen illationem reputo peni-21 tus falsam, ni fallor: † nam & si verum sit, ꝙ illa feuda sub tenore inuestituræ, de qua in c. j. de feu. non hab. propr. natu. feu. veniunt in confiscatione bonorum; non tamen feuda, quæ sunt sub eo tenore in Regno, pro te 22 & hæredibus, † quæ sunt merè hæreditaria, eadem sint degenerãtia, & feuda impropria, quæ pacto transeant ad hæredes extraneos, absit hoc credere; quinimò credendum est, ꝙ seruant propriam naturam feudorum, & nullatenus ad hæredes extraneos transeunt ab intestato, sed tantummodò ad hæredes sanguinis, cum clausula iuris Francorum, vt est tex. in hac constitutione, qui tex. hoc pro-23 bat. † ideoque falsum est axioma illud, quod ex dispositione c. Volentes, feuda transeunt ad extraneos hæredes, quia contra tex. istius 24 constitutionis, † cuius forma succedendi inest omnibus priuilegiis, vt dicit ista constitutio ĩ fine, & annotat Guliel. de Pern. in eius lectura, in verbo, concedendis. & consil. 7. & 25 21. ideoque † verbum, hæres, positum in inuestitura, seu tenore concessionis, nõ est elargatum, vt comprehendat etiam hæredes ex-26 traneos, vt hallucinantur omnes: † sed comprehendit tantùm comprehensos in ista constitutione, qui vocati sunt hæredes sanguinis. Nec facit aliquid c. Volentes, nec inno-27 uat aliquid circa hoc, verum † quòd dedit nouam naturam feudis circa alienationem tantùm, correctis constitutionibus Frederici, vt sint alienabilia. ideoq; facta alienatione ĩ extraneum, tunc dispicitur, an feudum sit pacti & prouidentiæ Principis: nam si fuerit huiusmodi formæ, reuocabitur per successorem; si autem fuerit hæreditarium, non po-28 terit reuocari: † quia cum teneat alienatio, hęres non reuocat, quia non potest contrauenire facto defuncti, l. cum à matre, C. de rei vendic. scribit Alex. in consil. 26. vol. 5. vt scripsi super c. Volentes. Non enim trãsit ad 29 extraneũ feudũ eo, † quod comprehẽdatur extraneus in inuestitura, tanquã sit elargatũ verbum, hæres, ex dispositione c. Volẽtes, vt somniant nostri, sed transit ad extraneum vi alienationis validę introductę cõsensu Prin-

cipis ex c. Volentes. Et quatenus talis alienatio non præiudicet agnatis non consentientibus, c. j. de alien. feud. pater. † attamen ille tex. ut Andr. dicit ibi, non procedit in feudo hæreditario, quia hæres non potest reuocare feudum licitè, & ualidè alienatū per tex. in d. l. cum à matre, C. de rei uend. meritò tali agnato in feudo merè hæreditario alienatio ualida feudi præiudicat. & tamen non uigore inuestituræ transit feudum ad extraneum, tanquam sit comprehensus in inuestitura, sed transit ex alienatione ualida ex cōsensu Principis, cui non potest hæres uocatus ex inuestitura contrauenire. ideoq; stat firma conclusio, † quòd in Regno feuda merè hæreditaria non transeunt ad hæredes extraneos, meritò non ueniunt in confiscatione bonorum. † nec c. Volentes, adeo informat inuestituram feudi meri hæreditarij, ut eam æquet illi formæ, pro te & hæredibus tuis, & quibus dederis, iuxta c. j. si de feu. fuer. contro. inter dom. & agnat. & in c. j. de feud. non haben. prop. natu. feu. nam ista forma comprehendit etiam hęredes extraneos ab intestato, ut latissimè probat Curt. iunior in consil. 4. † at dispositio c. Volentes, non operatur ab intestato, sed seruatur dispositio istius constitutionis. meritò non est eadem ratio, nec eadem symmetria, imò diuersa: meritò † ex diuersis, & diuersas habentibus rationes, non fit bona illatio, l. Papinianus exuli, in fine, ff. de minorib. † cum ergo per c. Volentes, non mutentur formę feudorum, sed conseruantur ab intestato, in formis feudorum non comprehenduntur hæredes extranei, sed tantum sanguinis usq; ad trinepotem. Merito c. Volentes, non innouat aliquid in hoc, sed tantum immutat naturam feudorum circa alienationem. ideoque cessat ratio, qua mouetur Imol. & Rom. per tex. in c. j. de feu. non haben. prop. natu. feu. quod ex pacto feudum deferatur ad extraneos. Et si dicatur, quòd per c. Volentes, præstatur licentia alienandi feudum, ideoq; uenit in confiscatione, quia iam cēsetur quędam alienatio, vt uidentur sub hac ratione tenere Roman. & Imol. in dicto §. si de uectigalibus. potest responderi, † quòd c. Volentes, non comprehendit huiusmodi speciem alienationis, scilicet ex contumacia, & sic ex delicto, quod sic probatur. Nam corrigit constitutiones Friderici, † & lex corrigens restringitur ad limites legis correctæ, vt probat tex. in Auth. de fil. nat. ante instrum. dotal. & scribit Bart. in l. nihil, ff. de coniug. liber. cum emancip. & interpretatione c. Volentes, scribit Corn. in consil. 199. col. 20. vol. 2. † ergo tantum permittit c. Volentes, quantum expressè prohibuerunt constitutiones Frederici, videlicet c. Imperialem, de prohib. feu. alien. per Frederi. & constit. constitutionem, quas correxit. quę constitutiones prohibuerunt alienationes feudorū fieri absq; licentia Principis; ideoq; intelligantur illas alienationes interdixisse dictæ constitutiones, quas de licentia Principis potuissent fieri, quod ostendit in dicta constit. constitutionem, illa dictio, nisi de speciali nostra licentia. & clarissimi iuris est, † quòd illa dictio, nisi, aduersatur præcedentibus, ut scribunt Bart. Alex. & Modern. in l. actione, C. de transact. ideoq; in illis casibus censetur per dictas constitutiones inhibita alienatio, in quibus poterat interdicere licentia Principis ad eam validandam: † quia quotienscunque lex loquitur cum aliquo præsupposito, non verificatur dispositio legis, nisi verificetur præsuppositum, vt probat gl. in l. si mancipia, & ibi Doctor. ff. de seru. fugit. ideoque apparet per dictas constitutiones eas fecisse prohibitas alienationes feudorum, in quibus poterat interuenire licentia Principis ad eas validandas, & pariformiter c. Volentes, easdem alienationes validasse & munisse, & non alias, per prædicta. † ideoq; nō videtur per c. Volentes, firmata alienatio, quæ resultat ex contumacia, & sic ex delicto, quia perabsurdum esset excogitare, † quòd in tali affetta alienatione soleat interuenire licentia Principis. Meritò c. Volentes, cum non loquatur, nec comprehendat quamcunq; alienationem, nil facit vt firmet decisionem Roma. & Imol. Præterea euidentius demonstratur, quod c. Volentes, non comprehendat huiusmodi speciem alienationis per delictum, nam hoc apparet, cū restringatur ad limites legis correctæ, ut dictum est; & tamen dicta constit. constitutionem, quæ corrigitur per c. Volentes, loquitur sub illa qualitate, quod non accedente speciali licentia Principis alienationes feudorum annullantur, & alienans iure proprio potest eas reuocare. cum ergo talia non possunt verificari in alienante ex contumacia, & sic ex delicto, meritò † cum non conueniant verba legis, nec eius dispositio, l. 4. §. totiens,

totiens, ff. de damn. infect. & ibi Docto. præcipuè vterq; Imol. Præterea ex alio non conueniunt verba c. Volentes, † quia c. Volentes, permittit alienationem integri feudi in vnam eandemq; personam æquè dignam: quæ qualitas respicit personam fisci, cum sit & repræsentet personam Regis excellentioris dignitatis qualibet dignitate existente in quouis eius subdito. Item dum præcipit, † quod ille, in quem fit alienatio, præstet homagium, & Curia teneatur recipere tanquã à Barone. quæ verba nullatenus conueniunt in huiusmodi specie alienationis fisco, ut de se patet, nec eius. ergo conuenit dispositio, ut per tex. in d. l. 4. §. totiẽs, & ibi Doctores, ff. de dam. infe. Vltimo efficaciter probatur, † nam dispositio c. Volentes, tota emanauit in fauorem Baronum & feudatariorum, ut demonstratur in multis locis ipsius c. & cõstit. non debet ergo interpretari, ut redundet in eius odium, l. quod fauore, C. de ll. quod esset, si interpretaretur quod c. Volentes, permitteret alienationem etiam in fiscum ob cõtumaciam, & sic ob delictum priuarentur feudis successores Baronum ob solam dispositionem dicti c. Volẽtes, quę emanauit in fauorem Baronum, vt obuiarent necessitatibus eorum. ideoq; remanet expedita quæstio, quòd ob contumaciam non aperitur feudum fisco, cum non possit confiscari sub quacunq; forma sit feudum, nisi sit feudum degenerans: sed aperitur agnatis, ut tenent Doctor. in dicto §. si de vectigalibus. ubi in indiuiduo Imol. qui determinant hãc quæstionem. Nec obstat constit. foriudicatorum bona, quia determinat tantùm quando ascendentes supersunt in feudo nouo, ut per Andr. post glos. ibi. Nec † etiam obstat constitut. si quando, quia loquitur tantùm, quando supersunt liberi: nam piè prouidet Imperator, ne excludantur, sed admittantur, & fiscus etiam pro numero liberorũ pro rata fructuum, dum viuit foriudicatus; & nulla dictorum constitutionum loquitur, quando nullis existentibus filiis soli agnati supersunt. Cum ergo casus iste sit omissus à dictis constitutionibus, remanet in dispositione iuris, & consuetudinum feudorum communium, argum. tex. in l. commodissimè, ff. de liber. & posth. vt agnati admittantur per ea, quæ scribunt Doctor. in c. j. si vassall. feu. priuet. cui deferatur. & in d. l. si finita, §. si de vectigalibus, ubi Imol. in indiuiduo. Præterea dicta constit. si quando, loquitur de feudis diuiduis, meritò non vendicat sibi locum in Regno, vbi viuitur iure Francorum, pro ut demonstrabo in alia quæstione, inferius tractanda, & ibi dicta censeantur hic transcripta, & repetita: meritò dicta constitutio non practicatur in Regno.

44 45 46 47

SVMMAE.

1 *Francorum iure in Regno ex consuetudine vetusta viuitur.*

Sed iuxta prędicta quęrendũ est, cum in isto casu successio feudi non deferatur vigore istius constitutionis, an succedant omnes agnati in eodem gradu, sicuti & de iure feudorum, c. omnes filij, si de feud. fuer. contro. inter dom. & agna. & ibi scribunt Doctor. & in c. j. de success. feud.? Et videretur dicẽdũ, quòd sic, ex quo non succeditur ex dispositione istius constit. in aliquibus, quæ introduxit ius Francorum in successione transuersalium. Attamen contraria pars est verior, 1 † nam in Regno ex consuetudine vetusta viuitur iure Francorum, vt scribit Guliel. de Pern. in consi. 4. col. 3. & consil. 6. col. 5. quicquid scribat consi. j. & ante eum Bernard. de Medic. in compendio super c. Volentes, quẽ omnes sequuntur. & credo quòd dicta consuetudo fluxerit à constitut. constitutionem diuę memorię. quę dum prohibet minui feuda, censetur prohibuisse diuisionem, & ideo introductum ius Francorũ; & ideo fuit illa vetusta consuetudo potius interpretatio dictæ constitut. vt latius infra differam; ideoque etiam in ista successione seruabitur ius Francorum.

SVMMAE.

1 *Quæstio in deportato non cadit.*

Quaestio in deportato nulla cadit, 1 † cum ipse retineat, quæ fuerãt ab eo acquisita ante deportationẽ. vt per Doctor. in l. j. C. de hæred. institu.

SVMMAE.

1 *Ablatiui absoluti faciunt conditionem.*
2 *Frater est caput lineæ transuersalis.*
3 *Feudo succeditur iure hæreditario.*
4 *Hæres legitimus est ille, qui succedit ab intestato.*

5 *Andrea*

5 *Andreæ ventilatur opinio, qui dicit in feudo succedi ex contractu.*
6 *Feudo non succeditur testamento, neque ab intestato.*
7 *Hæres verbum, in feudis accipitur pro hærede sanguinis.*
8 *Hæres verbum, in feudis accipitur pro filiis descendentibus.*
9 *Feudo in hæreditario etiam agnatus non succedit citra ius, & nomen hæredis.*
10 *Feudi meri pacti & prouidẽtiæ Principis agnati succedũt citra qualitatem hæreditariam.*
11 *Feudo in hæreditario succedens cum qualitate hæreditaria, non erit tamen hæres in feudo.*
12 *Hæres dispositione istius constitutionis accipitur pro illis personis vocatis ex ipsa constitutione.*
13 *Inuestitura derogat omni naturæ feudorum.*
14 *Hæres legitimus ex hac constitut. ille dicitur, qui descendit per rectam lineam descendentem.*
15 *Hæres legitimus propriè dicitur ille, qui ab intestato inuitatur.*
16 *Argumentum à contrario sensu non ducitur, cum resultat prauus intellectus.*
17 *L.3.§.de illo, ff. pro soc. & l. lege obuenire, ff. de verb. signif. conciliatio.*
18 *Hæreditas idem est, quod legitima.*
19 *Contractibus regulariter non comprehenditur casus improprius.*
20 *Aequitas in societate multum attenditur.*
21 *Hæreditas legitima ea sola simpliciter appellatur, quæ defertur ab intestato.*
22 *Hæreditas legitima ponitur tanquam genus.*
23 *Iurisconsultus non semper scrutatur propriam verborum significationem.*

EST præterea annotandum in verbo, nullo legitimo hęrede, quòd tunc deuoluitur successio ad trãsuersales, quando nullus superest hæres legitimus per lineam descendentem, 1 † nam ablatiui absoluti faciunt conditionẽ, l. à testatore, ff. de condit. & demonstra. & quamuis hoc sit iuris controuersi, attamen ista est communis opinio & vera, vt per Doctor. in rubric. ff. solut. matrim. ideoq; si Baro decederet relicto hærede per lineam de- 2 scendentem, frater non succederet, † qui est caput lineæ transuersalis, pro ut est tex. apertus in ista constitutione, dum conditionaliter loquitur. ex quo tex. illud præcipuè no- 3 tandum est, † ꝙ in feudis succeditur iure hęreditario. ad idem tex. in c.j.§. cum verò Cõradus, de his, qui feu. dare poss. ubi est similis tex. idem probat tex. in constit. vt de successionibus, & Anton. de Alex. scribit consil. vlt. inter consil. Loffre. & fortius, cum loquantur tam illa iura, quàm ista constitutio, non simpliciter de hærede, sed de legitimo, 4 † qui legitimus hæres est ille, qui succedit ab intestato, l.3.§. de illo, ubi glo. & Docto. ff. pro soc. scribit Socin. consil. 30. vol. j. quę omnia adiuuat mirum in modum iste text. in vers. defuncto succedat. ideoq; ex his apparet, quòd successio feudi, sit successio hæreditaria. nihilominus cõtra istam determinationem est decisio Andr. in c.j.§. donare, col. 4. qualit. olim feu. alien. poter. in quo lo- 5 co Andr. determinat, † in feudo succedi vigore contractus inuestituræ, & non iure successionis. refert, & sequitur Guliel. de Pern. in consil. 7. col. 2. Hinc dicebat Bal. in c.j. in 6 princip. de success. feud. col. 2. † quòd in feudis non succeditur neq; testamento, neque ab intestato, sed quodam alio iure successorio feudorum, & Bal. sequuntur Aluarot. & Præpos. in d.c.j. in princ. de succes. feu. Hinc dicebat Bal. in c.j. de eo, qui sibi, & hæred. 7 suis. col. fin. † quòd verbum, hæres, in feudis accipitur pro hærede sanguinis, & designat qualitatem successoris & non successionis. quam opinionem Bal. dicit posse substineri Afflict. in dicto c.j. de eo, qui sib. & hæred. suis. nu. 5. videntur ergo inter se isthæc adinuicem dimicare. Attamẽ pro cõciliandis di- 8 ctis opinionibus est pręmittendum, † quòd verbum, hæres, in materia feudali accipitur pro filio, & descendente masculo, secundum consuetudines feudorum, vt est tex. expressus in c.j.§. sed diuersum, de alien. feu. & scribunt Bart. & Doctores in l. Gallus, §. etiam, ff. de liber. & posth. Sed attenta ista constitutione intelligitur verbum, hæres, etiam de collateralibus, vt scribit Guliel. de Pern. in consil. 6. col. 9. & omnes sequuntur Doctor. ideoq; cum Andr. in d.c.j.§. donare, col. 3. dicat, quòd in feudis succeditur vigore concessionis, & inuestiturę, dispiciendæ sunt formæ, & inuestituræ. nam aliæ sunt merè hæreditariæ, aliæ mixtæ. & aliæ merè pacti & pro- 9 uidentiæ Principis. † In primis duobus non potest etiam agnatus succedere citra ius & nomen hæredis, vt per Andr. in c.j. an agna. & in c.j.§. hoc quoq;, de success. feu. latè per Sigism. Loffred. in consil. suo primo, & copiosè

piosè per Cardin. Parif. in confil. 23. uol.j. 10 † in feudis meri pacti & prouidentiæ Principis agnati fuccedunt citra qualitatem hæreditariam: filij autem non admittũtur ad feuda, nifi adeant hæreditatem paternam, vt eft tex. in c.j. an agna. de cuius tex. intellectu latiffimè fcripfi enarrans c. Volentes. quibus addo, quòd Sigifm. Loffre. in addit. ad And. in c.j. §. præterea Ducatus. verf. nõ obftat. dicit, quòd quamuis filius in feudis meri pacti & prouidentię Principis accepti pro filiis & defcendentibus, non poffit habere feudum, 11 nifi adeat hæreditatem patris; † attamen nõ erit hæres in feudo, nec feudum erit quid hæreditarium; & allegat hoc tenere Franc. Aretin. in l. pro hęrede, §. quid fi tamen, col. fin. ff. de acquir. hęred. Attamen quando feuda deferuntur non ex inueftitura, fed ex lege hæredi, pro ut ex difpofitione conftit. ut de fucceffionibus, & ex difpofitione iftius 12 conftitutionis; † tunc verbum, hæres, accipitur pro illis perfonis vocatis ex ipfa lege, vt declarat glof. in dicta conftit. vt de fucceffionibus. in verbo, ex vtroq; parente. & ideo ipfę perfonæ vocatæ erunt hæredes beneficio ipfius conftitutionis, & non inueftitura, nec pacto, ut declarat Anton. de Alex. in d. confi. vlt. inter confil. Loffre. Et ex his apparent conciliata ea, quę videbantur inter fe diffen- 13 tire, † vt attendatur tenor inueftituræ, qui derogat omni naturæ feudorum, ut fcribit Bal. in c.j. de duob. fratrib. de nou. benef. inueftit. quem fequuntur ubiq; Doctores, qui tractant de huiufmodi materia, ut in feudo hęreditario, vel mixto, detur fucceffio hæreditaria: in feudo verò meri pacti, & prouidentię Principis, fuccedatur ex contractu inueftituræ. at in Regno (quia fucceditur ex hac lege, & inueftituræ informantur ab ea) fucceditur beneficio iftius legis, & non aliter, nullo habito refpectu ad inueftituras, tã quam informatas ab hac lege.

Sed non inutiliter difcutietur, quis dicatur legitimus hæres in feudis? In qua quæftione fi diligenter difpiciantur verba tex. in c.j. §. fi verò Conradus, de his qui feu. da. 14 poff. & tex. huius conftit. Si aliquem, † ille dicitur legitimus hæres in feudis, qui defcendit per rectam lineam defcendentem: nam quamuis ex confuetudinibus feudorum ex beneficio Cõradi Imperatoris fucceffio feudorum deuolueretur ad collaterales, attamẽ ifti tales collaterales non appellabantur legitimi hæredes in feudis, quod manifeftè probatur in illo tex. c.j. §. cum verò Conradus. de his qui feud. dar. poff. ubi tex. expreffus, quòd beneficio Conradi fratri fine legitimo hærede defuncto frater fuccedit. ideoque frater fratri non eft legitimus hæres in feudis, quãuis ei fuccedat. idem probat tex. hic, per quem frater admittitur ad fucceffionem fratris in feudo decedentis abfq; legitimo hærede: nam non diceretur decedere abfq; legitimo hærede, fi frater effet legitimus hæres, quamuis hic tex. poffet euitari, cum dicat per lineam defcendentem; attamen tex. in dicto §. cum verò Conradus, difficulter euitatur, pro quo tex. in dicto c.j. §.j. de alienat. feu. & fentit hoc Præpofit. in d. §. cum verò Conradus.

15 Attamen videtur hoc nimis coactũ, † cũ propriè ille dicatur legitimus hæres, ficuti & legitima hæreditas, qui ab inteftato inuitatur, vt probat tex. in l.3. §. de illo, ubi glo. Bar. Bal. Raphael, Salic. & omnes, ff. pro foc. nam hæres ex teftamento, ficuti & legitima hæreditas, minus propriè dicitur legitimus hæres fecundum communem opinionem, l. lege obuenire, ff. de verb. fig. & ifta eft communis conciliatio iftarum legum, ut patet ex his, quæ fcribunt Iaf. Curt. Cagnol. Dec. Hippol. Riminal. in l.j. C. quand. non peten. par. ideoque omnes, qui uocantur ex ifta lege ab inteftato ad fucceffionem feudi, debent cenferi legitimi hæredes in fucceffione feudi, vt pote qui vocãtur immediatè ab ifta lege, quamuis fint tranfuerfales. & iftud eft verum, & non poteft tergiuerfari, cum habeat tex. in dicto §. de illo, qui hoc decidit. Non obftat text. in hac conftitutione, quia nil facit, cum dicat nullo legitimo hærede per lineam defcendentem; nec aliquid dicit de tranfuerfali, an fit legitimus hęres. nec etiam obftat lex in d. c.j. §. cum verò Conra- 16 dus. † nam ille tex. non probat nifi à contrario fenfu, & argumentum à contrario fenfu non probat, quando refultat prauus intellectus, l.2. C. de condit. infert. & fcribunt Doctores in l.j. §. huius rei, ff. de off. eius. nam benedicit, quòd fi frater decederet fine legitimo hærede, qui bene intelligitur de filio, & defcendente, vt eft tex. in dicto c.j. de feu. alien. attamen quando dicit, frater fuccedat, non dicit, quòd talis frater non fit hæres legitimus tranfuerfalis, quamuis non fit hæres legitimus defcendens, & per lineam

defcen-

descendentem.ideoq; stat firma conclusio, quòd illi,qui vocãtur ab intestato ab hac lege, propriè vocantur hæredes legitimi ad successionem feudi per decisionem dicti §. de illo.quamuis qui succedant ex testamen to ex dispositione c. Volentes, non sic propriè dicantur hæredes legitimi per text.in d.l.lege obuenire,ff.de verbo.obligat.& tenent communiter Docto. in d.l. j. C. quan. non pet.vbi Hippol.Riminald.& cęteri Moderni.quamuis communi opinioni fortissimè repugnet tex.in d.l.lege obuenire, ff.de verb.signif.ubi hoc animaduertit Alciat.& Brech.ibidem.in quo tex. apertissimis verbis Vlpian. scribit propriè hæreditatem ex testamento dici legitimam. & ideo apparet, quòd Docto.torquent illum tex.in d.l. lege obuenire,ne incidant in antinomiam tex.d. l.3.§.de illo, ff. pro soc.in quo tex. Paul.Iurisconsultus appellat tantùm legitimam hæreditatem eam, quæ defertur ab intestato. quę antinomia sic considerata torsit multos interpretes, & ingenia multorum excitauit. & primo Guliel.Bud.vir doctus & elegans, in annot.super dicto §.de illo,excogitauit illam differentiam inter verbum,iustam,& legitimam, quem sequutus fuit Alciat. in d.l. lege obuenire, vbi etiam Brech.& latius Al ciat.in lib.4.Paradox.c.7.quę opinio arrisit multis, quamuis eam oppugnarunt Hippol. in d.l.j.C.quan.non pet.par.& Arius Pinell. in l.2.C.de bon.matern. quibus tamen medijs, ipsi videant: nam ego (ni fallor) nullam puto dictas leges continere antinomiã,

17 quæ conciliatione indigeat, † cum Paul.Iurisconsultus in d.l.3.§.de illo,ff. pro soc.nullatenus neget hæreditatem,quę defertur ex testamento, dici propriè legitimam hæreditatem. quinimò si penitus excutiantur verba eius, hoc ipsum quod dixerat Vlpian.in d.l.lege obuenire,uidetur firmasse:nã Paul. agit ĩ proposita sibi hypothesi societatis coitæ sub illa specie,vt si qua iusta hæreditas al

18 terutri obuenerit,communis sit. † ex qua hypothesi quærebatur quæ sit iusta hæreditas, an ea quæ obuenit iure legitimo, an ea etiã, quæ obuenit ex testamento. & cum dictio, iusta, idem sit, quòd & legitima, vt probat tex.in l.j.C.de his, qui in testam. sibi ascrip. non immeritò Paul. Iurisconsultus dubitauit,an comprehenderetur etiam ea hæreditas,quæ ex testamento deferebatur, nam sciebat eam propriè esse legitimam hæreditatem: nam si teneret impropriè eam esse legitimam hæreditatem, vt interpretes dicũt, nulla esset causa dubitationis,& frustra quæreret,& tractaret tantus Iurisconsulus, quænam hæreditas comprehenderetur sub illa

19 pactione,† cum in contractibus, sicuti & in aliis dispositionibus, regulariter non comprehẽdatur casus improprius, vt probat tex. in l.fin.C.de his,qui ven.ætat.impetra.ideo que ineptè Iurisconsultus dubitaret,an com prehẽdatur sub tali pactione hæreditas etiã ex testamento,si non esset verè & propriè legitima hæreditas. ideoque dissoluens ipse Paul.dubitationem,respondet dictam conuentionem ad legitimam hæreditatem tantùm pertinere. & annotanda sunt verba Iurisc õsulti,nam primò dicit, probabilius est, & sic nõ erat disceptatio de proprietate ver borum, sed de voluntate contrahentium:

20 † nam in societate multum attenditur illa æquitas elicita ex intentione partium, siue ex alia æquitate ducta,ut probat tex.in §.illud, Instit.pro soc. & declatat Fortun. Garsias in repet.l.Gallus, §.& quid si tantũ. nu. 10.11.ff.de liber. & posth. ideoque attenta ista æquitate elicita ex voluntate contrahentium,& ex verbis conuentionis,Paul.Iurisconsultus probabilius duxit dictam conuentionem ad legitimam hæreditatem tantùm pertinere, & sic ad vnam speciem legitimæ

21 hæreditatis; † quæ scilicet defertur ab intestato, nam ea sola simpliciter appellatur legitima hæreditas. nam altera vocatur testamentaria, quamuis & ea sit legitima hæreditas,vt Vlpian.docet in l.qui autem, §.j.ff.de his, quæ in fraud.credit.ibi, proinde.& qui repudiauit hæreditatem,vel legitimam, vel honorariam,vel testamentariam, manifestã ergo Vlpian. Iurisconsultus facit nominum differentiam hæreditatis testamentariæ & legitimæ: nam legitimam vocat eam, quæ defertur ab intestato: & testamentariam eã, quę defertur ex testamento. & tamen idem Vlpian.in d.l.lege obuenire,vocat testamẽtariam propriè legitimã hęreditatem. Nec mirum,quia hæreditas legitima ponitur tan

22 quàm genus, † quod comprehendit quaslibet hæreditates legitimas, scilicet ab intestato, ex testamento,vel quæ defertur à quacunq; lege; & tamen simpliciter prolata, retinet nomen speciei, sicuti Socin.in simili affirmat in l.j.ff.de vulga.& pupill.substit.& boc exemplo accommodatissimo verbi ado ptionis,

ptionis, quòd verbum tanquam genus comprehendit omnes species, attamen simpliciter prolatum intelligitur ut species, & scribit Marius Salam. ĩ repet. l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posth. ideoque cum Paulo Iurisconsulto in dicto §. de illo, idem sit iusta hæreditas, quod & legitima, quod ex fine §. comprobatur, in ea specie probabilius esse respondit, comprehendi solum legitima, scilicet quæ defertur ab intestato quę sola hoc nomine vocatur exclusa testamentaria, quæ quamuis & ipsa sit legitima, tamen non sub isto nomine profertur à lege vel à contrahente, vt probatur in dicta l. qui autem, §. j. ff. quæ in fraud. credit. quia quando plures sunt species sub vna significatione, tunc recurritur ad significatum potiorẽ, ut probat tex. in §. quotiens, Institu. de iure natur. gent. & ci. & ideo nimirũ si exclusa testamentaria, respondit Paulus, ex voluntate contrahentium elicita ex illis verbis, in ea pactione comprehendi solùm legitimam hęreditatem, quæ defertur ab intestato: non tamen, quòd excluserit testamentariam, tanquam non legitimam hæreditatem, † quia 23 nõ semper scrutatur Iurisconsultus propriã verborum significationem, imò propter voluntatem contrahentium sæpesæpius recedit à propria significatione vocabuli, vt idẽ Paul. Iurisconsultus scripsit post Pedium in l. cum de lanionis, §. asinam, ff. de fun. instrũ. & instrum. lega. ideoque dictam sententiam Pedij obseruauit ipse Paul. in dicto §. de illo. quod & demonstrauit per illud verbum, probabilius, & ex illa dictione, hoc, quod non aliud significat, nisi hoc negotium, vel hæc conuentio, denotans quòd suum respõsum vendicet sibi locum in illa specie, & hypothesi præposita sibi, & non in aliis. & iste videtur mihi verus intellectus illius §. de illo, qui nullam antinomiam facit d. l. lege obuenire, ff. de verbo. signif.

Sed quærendum est, si moritur Baro relicto filio vel alio descendente, qui tamen in vita patris fuerit vel foriudicatus, vel deportatus, vel ingressus fuerit religionem, aut effectus clericus, vel fuerit mutus, surdus, vel cæcus, vel aliter imperfectus, an dici possit quòd fuerit mortuus, nullo relicto hęrede, ut sit locus huic tex. ut succedat proximior transuersalis defuncto? Et ne in confuso respondeam, singulas quęstiones separatim examinabo, quia earum quælibet separatas habet rationes, & ideo primò examinabo de foriudicato.

SVMMAE.

1 *Foriudicatus habetur pro mortuo.*
2 *Foriudicatus verius æquiparatur deportato.*
3 *Foriudicatus efficitur prorsus inhabilis ad succedendum.*
4 *Successio ab intestato defertur à iure ciuili, cuius foriudicatus est incapax. & nu. 5.*
6 *Foriudicatus in vita patris efficitur prorsus inhabilis ad succedendum, & facit aliis locum ad succedendum. & nu. 7.*
8 *Foriudicatione stante, feudum defertur aliis agnatis.*
9 *Constit. ob filiorum culpam, intellectus.*
10 *Andreæ responsio procedit in feudo pacti & prouidentiæ Principis.*
11 *Feudo in hæreditario, stante c. Volentes, aliter est respondendum.*
12 *Constitutio exorbitans non debet euagare, sed restringi.*
13 *Constitutio prædicta loquitur de feudis diuiduis.*
14 *Si dictio, conditionem facit.*
15 *Verba legis vbi non conueniunt, nec eius dispositio.*
16 *Feuda indiuidua in Regno.*

ET incipiendo à foriudicato, prę-1 mittendum est, † quòd foriudicatus habetur pro mortuo, ut est tex. in constit. pænam eorum. & quãuis naturaliter viuat, ciuiliter mortuus 2 est, vel verius reputatur: † quia æquiparatur deportato, ut scribit Andr. in constit. ob 3 filiorum culpam. ideoq; † per foriudicationem efficitur prorsus inhabilis ad succedendum tam ex testamento, quàm ab intestato, 4 † quia tales successiones deferũtur, iure ciui-5 li, † & ideo est incapax deportatus, & pariformiter foriudicatus, ut probat tex. & ibi annotant omnes, in l. j. C. de hæred. instit. l. de deportat. & ibi Docto. ff. de legat. 3. ideo-6 que † foriudicatus in vita patris efficitur prorsus inhabilis ad succedendum ob eius 7 delictum, † & facit aliis locum ad succedendum, pro ut determinat Andr. qui latissimè examinat istam quęstionem in c. j. §. præterea vassallus, in 4. col. quę fuer. prima cau. benefic. amitt. & ibidem Afflict. qui examinat 8 & dissoluit contraria. ideoq; † statim foriudicato filio Baronis, si non habet alios filios Baro,

Baro,& moritur non habita indulgentia for iudicationis à Principe, statim defertur feudum agnatis, secundum ordinem istius tex.Nec obstat constit.ob filiorum culpam, 9 quia respondit Andr. in loco pręcitato, † 9 illa constitutio loquitur de illis bonis, quæ liberè & absolutè deferebantur filio ex successione patris, & ideo non potest habere locum in feudis paternis & antiquis, quæ deferũtur post mortem vassalli agnatis,in quibus non valet ordinatio testamenti, c.j. in princip.de success. feu.sic respondet And.in d.c.j.§.præterea vassallus, col.5.quę fuer.pri 10 ma cau.benef.amitt.† quæ responsio Andr. in feudis pacti & prouidentię Principis,absque scrupulo procedit. Attamen in feudo hæreditario & nouo, adhuc remanet scrupus, cum de eis liberè possit testari Baro, etiam in præiudicium agnatorum, stante disposi- 11 tione c.Volentes. †ideoq; aliter respondendum est,scilicet quòd illa constitutio est ex- 12 orbitans, † meritò non debet euagare, sed contineri in eius terminis, in quibus loquitur, ex doctrina omnium in l.si constante, 13 in princ.ff. solut.matrim. † Cum ergo dicta constitutio loquatur de feudis diuiduis,non vendicabit sibi locum in feudis indiuiduis, quia de eis non loquitur constitutio,argum. tex.in l.si dotalem, §.de viro,& ibi Doctor. ff.solut. matrim. & fortius, quia illa constitutio loquitur sub conditione in admissione 14 fisci,si res diuidi possunt. † dictio etenim,si, conditionem facit,vt scribit Bart.in l.j.ff.de condi.& demonstr.ergo nisi sint feuda diuidua, non habet locum dispositio dictæ constitutionis. Quod etiam ex alio demonstra- 15 tur, nam iuris clari, nec controuersi est, † 9 vbi non verificantur verba legis, & nec possunt adaptari, nec etiã adaptatur eius dispositio,l.4.§.totiens,& ibi Doctor. ff. de dam. infect. cum ergo verba Constitutionis non possunt adaptari, nisi feudis diuiduis, pro ut de feudis diuiduis loquitur, meritò eius dispositio non procedet in feudis indiuiduis. 16 cum ergo † in Regno feuda sint indiuidua, cum in eis viuatur quodãmodo iure Francorum,ut scribit Guliel.de Pern.in consil.4.& consil.6.& prius Bernardus de Medico in compendio super c. Volentes. quem omnes sequuntur, quia in feudis sic viuitur in Regno, vt eorum vocabulis vtar: meritò dispositio d.constit.ob filiorum culpam, non vendicabit sibi locum in isto Regno, in quo in successione feudorum seruatur ius Francorum; ideoq; remanet decisum, quòd dicatur decedere Baro absq; legitimo hærede, si decedit cum filio foriudicato, & mortuo Barone, statim succedunt agnati secundum ordinem & prærogatiuas istius legis. & hæc procedunt, pro ut loquitur etiam Andr. si filius primogenitus committeret felloniam, & horrendum crimen læsæ Maiestatis, ut dicit Andr.in d.c.j.§.præterea vassallus,& ibidem Afflict.& Loffred.in addition.ad And. in dicto §. præterea vassallus. qui adducit exemplum Ducis Adriæ, qui tamen si habuerit indulgentiam, & restitutionem plenariam, auocabit feudum ab agnato. Et ex his apparet quàm iniustè per fiscum fuit detenta Baronia, nullibi in vita Alexandri Cuuello, cum statim mortuo Petro Antonio, excluso Alexandro primogenito,& foriudicato, statim successio Baroniæ fuit delata Ioanni Baptistæ secundo genito ex decisione Andr.& aliorum in d.c.j.§. præterea. quæ fuer.prima cau.benef.amit.

S V M M AE.

1 *Deportatus incapax successionis.*
2 *Clericus, & monachus sunt feudorum incapaces.*

DE deportato idem censendũ est, 1 † cum ipse sit incapax eorũ, quæ deferuntur iure ciuili, pro ut est successio ex testamento, & ab intestato, vt est tex. & ibi annotant Docto. in d.l.j.C.de hæred. instit.& est text.in dicta l. deportati.& ibi Bart.& Doctor.ff.de legat. 3.& ideo successio statim defertur agnatis, cum ipse sit ingobilis, ut per Docto.in locis 2 præcitatis,& per Alex.in consi.24.vol.j.† & fortius hæc procedunt in monacho & clerico, qui sunt feudorum incapaces, ut supra declaraui, remittẽs ad ea,quæ disserui,enarrans c. Volentes, in quo loco latissimè disserui.

S V M M AE.

1 *Tex.in c.1.an mutus, vel aliter imperfectus, obscurus.*
2 *Doctores ex ambiguitate tex.magis ambiguè loquuntur.*
3 *Finis an corrigat principium,quæstio est.*
4 *Opinio vltima censetur approbata.*
5 *Glos.si dicit, alij dicunt, censetur approbare primam,& non vltimam opinionem, si tamen*

*men recitat primam suam opinionẽ. nu. 6.*
7 *Ratio expressa multum operatur.*
8 *Obertus,& Gerardus, non formarunt dictas cõsuetudines feudorum. & num. 9.*
10 *Obertus nõ formauit dictas consuetudines iam radicatas.*
11 *Obertus sæpesæpius ab opinione sua resilijt.*
12 *Opinione a communi, et vera, nõ est recedendũ.*
13 *Marcus Antonius Floccaris, Vir eruditus.*
14 *Feudorum in consuetudinibus debet attẽdi prima opinio, secundum ipsum Marc. Antoniũ.*
15 *Opinio dicta Marci Antonij, falsa.*
16 *Camerarij obseruatio protinus futilis.*
*Tex. quos adducit, nil protinus faciunt. nu. 17. 18. 19. 20.*
*Tex. intelligendus, quòd vltima opinio fuerit approbata. num. 21.*
22 *Imperfectus ab accidenti, habet fundamentum in persona patris.*
23 *Imperfecti à natura, vel ab accidenti distinctio, non est vera.*
24 *Etiam, dictio, sua natura est extensiua, & implicatiua. & num. 25.*
26 *Correctio intelligitur iuxta terminos legis correcta.*
27 *Ratio expressa dat intellectum legi.*
28 *Imperfectus ex accidenti, non potest seruire in bello.*
29 *Dispositio qualibet regulatur ad limites rationis.*
30 *Ratio legis se habet ad legem, sicut anima ad corpus. & multa num. 28.*
31 *Ratio vbi est eadem, idem ius statui debet.*
32 *Causa, quæ cõueniũt radici, cõueniũt et effectui.*
33 *Seruitium non est de substantia feudi.*
*Causa in fine cap. impulsiua et nõ finalis. nu. 34*
35 *Seruitium debitum ex forma inuestituræ, est de substantia feudi.*
36 *Ratio & forma inuestituræ, est causa finalis.*
*Tex. ille in feudo, in quo nullum præstatur seruitium, non procedit. num. 37.*
*Tex. in d. c. 1. procedit absq; distinctione. nu. 38.*
39 *Opinio communis quæ dicatur.*

SED non sic facilè dissoluitur quęstio in muto, surdo, cæco, vel aliter imperfecto: 1 † nam in ista quęstione tex. prȩcipuus ĩ c. j. an mutus, cæcus, vel aliter imperfectus, adeo sibi non constat, quòd ex eo vix potest discerni, 2 qui sit verus eius literæ sensus. † ideoque ex hoc ambiguo magis ambiguè loquuti sunt Doctores, quinimò in varias, ac contrarias opiniones dilapsi sunt; ideoque conabor hunc labirinthũ (Deo Optimo, Maximoq; duce) retexere, & veritatem patefacere, si eam quoquomodo assecutus fuero. & relictis aliis opinionibus, quæ iure optimo ab 3 omnibus improbantur, est videndum, † an finis cap. corrigat principium, vel aliqua distinctione possit fieri, vt vtraque opinio seruetur. & quod principium per finem corrigatur, demonstratur ex notatis per glo. in l. qui filium, §. Sabinus, ff. ad Trebell. quæ gl. 4 per illum tex. decidit, † quòd vltima opinio relata censetur approbata: ideoque cum vltima opinio in dicto c. fit relata, censeri de- 5 bet approbata. & si dicatur, † quòd decisio glo. procedit, nisi dicatur, alij dicunt, quia tunc non censetur vltima, sed prima opinio approbata, vt scribit Dec. post alios, quos refert, in c. j. in prima lectura, in fin. verbis, 6 de constit. responderi potest, † quòd ista limitatio procederet, quando glo. vel Docto. primò recitarent suam opinionem, & deinde dicerent, alii dicunt: nam tunc clarum esset, quòd ipse residet in sua opinione, quam firmauit, quamuis postea recitet opiniones aliorum, secus quãdo recitat opiniones aliorum. nam quamuis dicat, alij dicunt, censetur vltimam opinionem, quam refert, approbare, cum eam non impugnet, vt probatur in dicto §. Sabinus. vbi Iurisconsultus recitans opiniones præsidis, & Imperatorum, censetur vltimam per eum recitatam approbare, ideoque ille tex. cum glo. dant præcipuum lumen intellectui dicti c. j. an mut. vel aliter imperfect. vt intelligatur approbata vltima opinio relata ĩ d. tex. & fortius, quòd in secunda opinione relata in ipso tex. addu- 7 citur ratio, † quæ ratio expressa multum iuuat, vt sic intelligatur. & quatenus fortè diceretur, ꝙ iam Obertus & Gerardus eorum primam opinionem recitarunt, & deinde dixerunt, alij dicunt, ideo non videntur recessisse ab eorum opinione prius firmata: quia nõ est verisimile Obertum & Gerardum statim eorum opinionem correxisse, argu. tex. in l. nam ad ea, ff. de condi. & demonstra. Po- 8 test responderi, † ꝙ non fuerunt ipsi Obertus & Gerardus, qui descripserunt dictas opiniones in dicta cõsuetudine recitatas, quod euidentissime demonstratur ex verbis vltimis dictæ consuetudinis, dum dicunt, sic dicemus in fœmina, & in clerico, & tamen de Oberto & Gerardo, in princ. fuit dictum in tertia persona; & tamen ratione recti sermonis (retẽto eodẽ temate) nõ poterat deueniri

T ad

ad primam personã,quia esset cõtra tex.in l.
9 Plautius,ff. de aur.& argen.legat. † Quid enim absurdius, quàm excogitare, quod Obertus & Gerardus descripserint dictam consuetudinem, nam primò dicit tex. mutum, vel aliter imperfectum, posse retinere feudum? quasi dicat, hoc tenuisse Gerardum,& Obertum. Et deinde subiungit, alij dicunt. Postea firmando dictam opinionem subiungit,sic dicemus in clerico & fœmina. Quis enim vnquàm sic scripserit, & recitauerit opinionem suam, & aliorum,vt aliquando se ponat in tertia persona, aliquãdo in prima?
10 nam † quamuis Obertus ipse fuerit compilator dictarum consuetudinum feudorum, attamen non ipse formauit dictas consuetudines prius radicatas,&cõfirmatas,ac scriptas, sed compilauit & in ordinem redegit. Meritò iure optimo,& vero,debet credi & teneri,quòd illa consuetudo,de qua in tex. in d. c.j.prout erat scripta & firmata, illam eandẽ reduxit in ordinem, & in compilationem libri dictarum cõsuetudinum redegit. Et quatenus superstitiosus quispiam contenderet, quòd Obertus fuit descriptor dictarum consuetudinum,non est mirum si posita opinione Gerardi, & sua, recitata opinione aliorũ, qua opinione radicata consuetudine, à qua non poterat ipse resilire, videatur eam consuetudinem firmasse, & descripsisse. nec ex hoc videtur suã opinionem correxisse, quia ipse non erat auctor legis, seu cõsuetudinis, seu compilator consuetudinum; ideoq; recitauerit, quatenus ipse scripsisset consuetudinem approbatam, & suam & Gerardi opi-
11 nionem reprobatam: † nam sæpesæpius contigit in Oberto, quòd posita opinione sua, ipse Obertus ab ea resilierit, vt probat tex. in c.j.§.similiter. vbi annotant Aluaro. Præposit. de Cap. qui Cur. vendi. meritò plures Doctores & magni nominis,in d. c.j. sequentes glo. tenent principium esse correctum,& finem seruandum,à quorum opinio-
12 ne,† tanquàm communi & vera,non est discedendum,tum in iudicãdo, tum in respondendo,per ea, quæ annotant Ioan. Andr. & Docto.in c.j.de constit.Contra hanc tamen
13 veram & probatã opinionem insurgit† Mar. Anton.Floccar. Neapolitanus, vir eruditus tempestate nostra, & exercitatus plurimum in scientia feudorum, dum respondit pro
14 Mariano Spatafora Messanensi,dicens† in consuetudinibus feudorum debet attẽdi primum dictum,& non vltimum: quod (vt dicit ipse) considerauit olim præceptor eius Camerarius in repet.c.Imperialem, de prohib.feud.alien.per Freder. pro qua opinione adducebat tex.in c.j.de eo,qui sibi & hæred.suis.& c.j.§.similiter,de Capit.qui Cur. vendi. & tex. in c.j. in fin. de natu. feud. & in c.j.si vassallus, in fine.& §.his consequenter.hic finit lex, & incipiunt consuetudines. &c. & in c.j.§.ex eadem lege,in fine, de leg. Conrad. & in c.j.de feud.fœmin.& in c.j.de contro.inter mascu.& fœm. deinde adducit tex.pro casu aperto,in c.j.qualiter domi.pro prij feud.priuet.Ideoq; inferebat ipse,quòd cum tex.in d.c.j.an mut.vel aliter imperfec. ponat primum dictum,quòd mutus, vel aliter imperfect.possit retinere feudum, meritò illud seruandum reiecto posteriori dicto:
15 † attamen ista sua opinio, seu eius præceptoris Camerarij,est ꝑtinus falsa, iudicio meo, & contra tex.& glo.in dict. §.Sabinus, ff.ad
16 Trebel.& illud,† quod obseruabat Camerarius,vt ipse dicit,fuit futilis obseruatio:nam tex.quos tam Camerarius, quàm ipse Floccar. adducunt, non probant eorum intentionem, quinimò verã opinionem adiuuãt.
17 † nam primò tex.in c.j.in fin.de eo, qui sibi & hæred.suis.ibi, alij dicunt, nil facit: nam esto quòd essent in cõtextu illa verba, quod negat Aluaro.& qui eum sequuntur,nihilominus cum illi alij loquantur de allodio,meritò stat primum dictum in feudo, & secundum in allodio; & ideo vtrunq; dictum seruabitur, & sic nihil facit ad intentionem Ca-
18 merarij. † Non obstat tex.in c.j. §.similiter. de Capit. qui Cur.vendi. nam tenendo opinionem Aluarot.& Præposit. probaret contrarium. Præterea,cum ille tex. habeat plures, & varios intellectus, vt ibi per Doctor. non potest ab eo argui, vt scribit Bart. & sequuntur Docto. in l. in ambiguo, ff. de reb. dub. Præterea ille tex. si rectè intelligatur, probat contrarium: nam primò in illo tex. recitatur opinio Gerardi, ex inde opinio cõtraria Oberti,exinde tertia opinio contraria opinioni Oberti:nam illud contra vltimum debet referri ad opin.Oberti,tanq̃ ad proximam,argu.tex. in l.si seruus plurium, §. fin. & ibi Docto.ff.de legat. j.& in l. cum de lanionis, §. asinam, ff. de fund. instruct. & instrum.legar.quod demonstratur apertissimè ex verbis subsequentibus,dum dicit tex. si filios ille habuerit. & sic voluit ille tex.quòd dum

dum primus inuestitus habuerit filios, scilicet masculos, quòd præferantur, & sic concordat cum opinione Gerardi, meritò il le tex. nil facit. non obstat tex. in c. j. in fine, de natu. feud. quia probat oppositum. nam seruatur dictum Modernorum vltimò relatum, vt per gloss. & Doctor. ibi. Non obstat tex. in c. j. §. si vassallus. & §. his consequenter. hic finit lex, & incipiunt consuetudines Regni. nam patet, quòd in dictis §§. ponitur opinio vera ipsius compilatoris, vt pa-

19 tet ibi, idem dico. † meritò, quatenus subiungit, alij dicunt, non censetur recessisse ab eius opinione prius firmata, vt scribit Deci. in dicto c. j. in prima lectura, in fin. de constit. & eodem modo respondetur §. his con-

20 sequenter. † Non obstat tex. in c. j. §. ex eadem lege, de leg. Conrad. quia primum dictum Oberti erat secundum consuetudinem Mediolanensem introductam, meritò seruanda, vt dicit ibi Andr. Et quatenus aliqui repugnabant, vt Gerardus, & quidam alij, dicentes non valere, si fiat inferiori alienatio feudi, etiam cum tota curia; opinio ista secunda præualebat in aliis locis, vbi non erat dicta consuetudo, vt sentit Andr. in d. §. ex eadem lege. dum dicit, hic vsus seruabitur, vbi est; alias vbi non est, seruabitur lex Conradi. ideoque vtrunque dictum potest seruari, & sic nihil facit ad intentionem Floccar. Non obstat tex. in c. j. de benef. fœmi. quia ille tex. habet duos intellectus. Primus quòd seruanda est vltima opinio, vt tenuit ibi glo. & And. magister artis. & secundum istam opin. probaret oppositum. altera verò opinio est, q; seruanda est prima opinio, & ideo ex illo tex. non bene arguitur, quia esset argumentari nô à tex. sed à dictis Doct. quod non est ferendū in hoc casu. & plus, cū habeat multiplices intellectus, nō potest ex eo tex. argui, vt scribit Bart. in d. l. in ambiguo, ff. de reb. dub. Non obstat tex. in c. j. de contro. inter mascul. & fœm. de benef. nam illa distinctio in fine posita, est tenēda, & seruāda, vt scribit ibi glo. & sequuntur And. Aluaro. & Præposit. & cæteri, ideo ille tex. non debuit allegari. Nō obstat tex. qui allegatur pro casu in c. j. qualit. dom. propriet. feu. priuet. quia ibi tex. expressè approbauit primā opin. recitatam; & ideo secus esset, si non esset expressè approbata illa opinio prima. ideoq; cum illa iura consuetudinum feudorum nil faciant contra glo. in d. §. Sabinus,

21 meritò eius opinio est seruanda. † & intelligendus est tex. in d. c. j. an mutus, vel aliter imperfect. quòd opinio vltimò recitata fuerit approbata, & ibi scribunt cōmuniter Doct. Et quatenus aliqui dicunt, q; imò vnum caput alterum corrigit tātum in imperfecto à natiuitate, vt primum caput procedat in muto, vel aliter imperfecto ex accidenti, finis illius cap. corrigit in muto, vel aliter imperfecto à natiuitate ea ratione, quia fundamentum non habet imperfectus à natiuita-

22 te in persona propria: † at imperfectus ab accidenti habet originem fundamenti in persona patris, & deinde in persona propria, & ideo in duabus radicibus subnixum est fundamentum. sic determinat Bal. in d. c. j. post longam disputationem, an mut. vel aliter imperfect. & eandem opinionem tenent Alua. & Præpos. in d. c. j. §. mutus Episc. vel Abba. & Bal. in d. l. quotiens, C. de legit. hæred. Socin. cons. 47. vol. 3. Attamen responderi po-

23 test, † q; dicta distinctio non est vera, & est contra tex. in d. c. j. an mut. vel aliter imperfect. quod euidentissimè sic demonstratur, nam principium cap. determinat, quòd mutus, vel surdus etiam sic natus, possit retinere feudum, quod videbatur magis dubitabile, cum sic natus efficiat, quòd contractus feudalis non possit conseruari in suo statu, vt considerant Bald. Aluaro. & cæteri in d. c. j. ideoq; multo magis illa prima pars cap. continet, & comprehendit imperfectum ex accidenti,

24 quod non negatur ex aduerso: † nam illa implicatiua dictio, etiam, sui natura est extensiua, & implicatiua, vt implicet & ponat illud, quod prius non erat dictum, vt notatur in rubr. C. etiam per procuratorem. & scribit Alexand. in consil. 116. colum 4. lib. 2. Aretin. consil. 62. diligenter, col. 2. Deci. consil. 696. num. 13. Bald. consil. 209. lib. 3. Gemin. consil. 65. nu. 4. patet ergo euiden-

25 ter, † quod in illa implicatiua, etiam, continetur in illo tex. etiam casus minus dubitabilis, scilicet imperfectus etiam ab accidenti, possit retinere feudum. Ideoque tam imperfectus à natura, quàm ex accidenti, possit retinere feudum. & ideo cum per finem cap. corrigatur principium, vt superius fir-

26 matum est, † & correctio censetur esse facta iuxta terminos legis correctæ, vt probat tex. in Auth. de fil. ant. instrum. dotal. nar. circa medium. & scribit Bartol. in l. nihil, ff. de coniungen. liber. cum emancip. &

Corn.conf. 199.vol.2. ideoque cum principium cap.correctum comprehendat vtrunq; vitium,scilicet naturale,& accidentale, pari formiter finis cap.corrigēs cōplectitur vtrunque vitium,ut complectatur limites l.correctæ.ideoque ex ipso solo tex.demonstratur, quàm fuerit & sit falsa dicta distinctio. quæ opinio confirmatur ex ratione expressa in ipso tex.† quę dictat,ꝙ ideo taliter imperfecti non possunt retinere feudum,quia ipsi seruire non possunt; quæ ratio comprehendit tā imperfectum à natiuitate, quàm ex accidenti;quia(vt manifestū est)†nec imperfectus à natiuitate,nec imperfectus ex accidenti,possunt in bello seruire.ideoq; cum ratio ipsius consuetudinis sit expressa,ꝙ ideo priuantur taliter imperfecti feudo, quia non possunt seruire.ideoq; in quocunq; casu, in quacūq; persona,in qua non est impotentia seruiendi,siue natura,siue ex accidenti,vendicat sibi locum dictus tex.in d.c.j. an mut. uel aliter imperfectus.quia ratio legis est mens ipsius legis, & est sicut anima in ipsa lege, & uerbum sicut corpus, & superficies, & scribit Bal.in l.siquis seruo,col.ult.uersic.ex his apparet, C. dę furt. & latissimè prosequitur copiosus And.Tiraquel.in Tract.suo cessāte cau.in j.par.num. 134. ubi plura adducit ad propositum; & in eodem loco sub nu. 135. adducit plures Docto. dicentes, quòd ratio legis est ipsa lex. ideoq; cum ratio dicti c. j. sit in potentia seruiendi, ideoque quomodocunq; accidit talis impotentia,siue à natiuitate,siue ex accidenti, uendicat sibi locū dispositio d.c.Et si dicatur,quòd in d.c.dicitur sic natus, ideoque secundum uerba uidetur solum comprehendere imperfectum à natiuitate.Respondetur,ꝙ sicut illa uerba ī prin. cap. correcti non excludunt, imò includunt imperfectum ex accidenti, sic iste finis corrigens complectitur utrunque rationibus antedictis.Et fortius,†quia quæcūq; dispositio extenditur,uel restringitur ad limites rationis,l.cū pater,§.dulcissimis, ff.de legat. 2. & ideo dicebat Abb.Panhor.in c.nihil. col. 5. uers.nec obstat si dicatur, de electio. †quòd ita se habet ratio legis ad uerba legis, sicut anima se habet ad corpus.ideoq; sicut aīa dominatur corpori,ita ratio dominatur. & eandem doctrinā scripsere Abb.& alij,respondēdo in contingētia facti,quos refert And.Tiraquel.in d.tract.cessant.cau.nu.citato 134. ideoq; non essent attendenda uerba d.c.quādo repugnarent,sed est attendenda ratio: nā † ubicunq; est eadem ratio, ibidē debet esse eadem iuris dispositio,l.illud,ff.ad leg. Aql. illa enim,† quę radice & causa cōueniunt,cōueniunt etiā in effectu,l.de quibus, ubi Ange.& Docto.annotant, ff. de legib. Cū ergo quo ad seruitium uitium natiuitatis,uel accidentale,si sit tale, quod reddat mutum , uel aliter imperfectum hominem, claudantur sub eadē ratione.ideoq; quò ad iuris dispositionem non sunt separanda,ut eleganter respondit Iurisconsultus in d.l.illud, ff.ad leg. Aquil.nec faciunt aliquid ea,quæ longo apparatu uerborū adducit in d.consi.præfatus Mar.Ant.Flocearis ad eleuandam istam rationem,dum conatur probare,† ꝙ seruitium non est de substantia feudi. ideoque inferebar,†quòd illa causa in d.c.j.in fine,erat causa impulsiua, & nō finalis; & causa finalis est substantia actus,allegans Bal.& Afflict.in d. c.j.an mut.uel aliter imperfect.in fina.uerb. quia isthæc argumentatio pessimè sic cohæret:nam esto seruitium non sit de substantia feudi,quod potest negari, † attamen eo casu in quo ex forma inuestituræ debetur, est de substantia feudi; & istud est,quod dicit Bal. in dicto c. j.an mut.uel aliter imperfect. in fina.uerb.ubi dicit,quòd ipse tenet opinionē illorum,qui magis adhærent rationi & formæ inuestituræ,quæ causa fina.substantia appellatur. ideoque sunt uerba clara Bald. † ꝙ ratio, & forma inuestituræ, est causa finalis, & ideo substantia ipsius contractus. meritò ratio posita seruiendi in dicto tex. est illa, quæ moderatur, & regit dictam dispositionem,iuxta tex.in l.cum pater, §.dulcissimis, ff.de legat. 2.ideoq; si esset feudum, in quo ex pacto nullum præstandum esset seruitiū, tunc fatendum esset,quòd ille tex. non procederet à cessante ratione legis,l.adigere,§. quamuis,ff.de iur.patron.c.cum cessante, & ibi Doct.de appella.& tunc procederet opinio illorum,qui dicebant in isto casu procedere primam partem cap.quorum opinionē sequutus est Mart.Laudens. in d.c.j. an mut. vel aliter imperfect.ideoq; stat firma conclusio ex rationibus supradictis,quòd absq; distinctione procedit dispositio vltimæ partis dicti c. quam opinionem tenuit Andr. magister artis,iam in d.c.j.§.mutus.Episco. vel Abba. quàm in dicto c. j. an mut. vel aliter imperfectus. & vtrobique Afflict. & multi alij Moderni. & Eguinar. Baro in c. j. §. fin.

Episc.

Episcop. vel Abba. & in c. j. an mut. vel aliter imperfectus, & latissimè Franc. Sotisbechius in Commentariis consuetudinum, & vsus feudorum, in 12. par. nu. 131. & cum verba Andr. sint clara & aperta, vt etiam procedat cap. illud primum, an mut. cæc. vel aliter imperfect. frustra Camerarius consulens in eadem causa conatur interpretari And. imò cō uellere & lacerare. & omitto responsiones, quia verba Andr. sunt clara; ideoque apparet, quòd ista sit communis opinio. † nam communis opinio non dicitur ex numero Doctorum, sed eorum auctoritate, & pondere, l. j. §. sed neque, C. de vet. iur. enuclean. & ideo dicebat Ias. in l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verbor. obligat. quod communis opinio est glo. & Bart. propter eorum auctoritatem. Dicebat etiam Ioan. de Imol. in clem. 2. col. 2. de elect. quod illa dicitur communis opinio, quæ maioribus rationibus est suffulta. cum ergo in ista quæstione concurrant glos. & Andr. quos multi sequuntur, & melioribus rationibus statuitur, meritò est communis, quamuis non opinione certandum sit, sed veritate; nam iura veritate, & nō opinione constituuntur, l. 2. §. sanè, C. de vete. iur. enucle. & secundum veritatem respondēdum est reiectis opinionibus, vt dicebat dominus Mosi, vt habetur Exodi c. 23. Et quatenus aliqui duræ ceruicis vellent potius adhærere distinctioni, quàm veritati; nihilominus illa esset intelligēda, quando vitium accideret post mortem Baronis, & sic post acquisitum feudum: nam eo casu verè concurrit duplex radix, vt considerauit Bald. & cæteri, qui eum sequuntur. secus autem si vitiū accidisset in vita Baronis, quia tunc cessaret ratio illa potissima, & causa, qua mouentur præfati Doctor. meritò cessaret eorum opinio, arg. tex. in d. l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patron. & in c. cum cessante, de appellat. ideoque nil faciebat talis distinctio in casu, quo consuluit præfatus Magnificus Marcus Antonius Floccaris, cum vitium illius Mariani, pro quo consuluit, accidit satis ante mortem patris, quamuis indistinctè tenenda est opinio glo. And. & aliorum.

*S V M M AE.*

1 *Feudi forma pro te & hæredibus, & cui volueris dare sub expresso seruitio, an in eo succedat mutus, vel aliter imperfectus.*

*Dicta forma inuestituræ comprehendit etiam hæredes extraneos. num. 2.*

3 *Quibuscunque dictio, in dispositione hominis non recipit restrictionem.*

*Sub tali forma sunt feuda conditionata, et admittunt inhabilem, num. 4.*

*Sub tali forma feudum improprium, & non excludit fœminas. nu. 5.*

6 *Dictio vniuersalis includit casus etiam non expressos. & num. 7.*

*Nec includit aliàs inhabiles, num. 10.*

*Extranei quamuis succedant ex tali inuestitura, non tamen inhabiles, num. 8.*

*Non est recedendum à Bald. cum non habet contradictorem. num. 9.*

11 *Opinio communis firmat opinionem Bal.*

12 *Distinctio, quæ fit de dispositione legis, & hominis, non vera. & nu. 13. 14. 15.*

16 *Bal. non dicit illud, ad quod allegatur.*

17 *Opinio communis censenda non est ex numero, sed præstantia Doctorum.*

18 *Bald. opinio in c. 1. de prohib. feu. alien. per Freder. magis communis.*

19 *Bald. opinio communis procedit, nisi concurrat duplex vitiū, et est vera limitatio. et nu. 20.*

21 *Barbatiæ reprehenditur opinio. & nu. 22. 23.*

24 *Feudum degenerans, non recipit interpretationem à consuetudinibus feudorum, secundum Socin.*

25 *Soc. reprehenditur doctrina. & num. 26.*

27 *Fœmina, & mutus, vel aliter imperfectus, non parificantur. & num. 28.*

*Parificatio fit in eis circa impotentiam seruiendi. num. 29.*

*Nō reperiūtur parificati circa successionē. n. 30.*

31 *Parificatio debet esse in eo, de quo agitur. & nume. 32.*

33 *Mutus in feudo degenerante absq; seruitio succedit.*

*Succedit etiam in feudo empto secundum aliquos. num. 34.*

SED non est omittenda discussio, si forma feudi sit, pro te & hæredibus quibuscunq;, vel cuicunq; volueris dare. quæ forma facit feudum degenerās & impropriū, iuxta tex. in c. j. de feu. non hab. propr. nat. feu. † an sub tali forma, & inuestitura, si sit promissum seruitium, in tali feudo succedat mutus, vel aliter imperfectus? In qua forma præfatus Marcus Antonius Floccar. in dicto cons. quod fecit pro dicto Mariano Spatafora, respondit mut, cæcū, vel aliter imperfectū, succedere, † quia talis forma inuestituræ (dicit ipse) cōprehendit etiam hæredes extraneos, & etiā

inhabiles. & dicit hoc firmasse Bald. in c. j. in princ. col. 6. de prohib. feu. alien. per Frede. Roman. vbi etiam Alex. in l. etiam, ff. soluto matr. Abb. in consil. 3. col. 3. in 3. dubio, vol. 2. & Alex. in l. quædam, §. nihil interest, col. j. ff. de eden. & in l. si patroni, col. pen. & fin. ff. ad Trebel. & in l. Gallus, §. etiam, ff. de liber. & posth. & in consil. 159. col. 3. in vj. vol. & in consil. 7. col. 2. in 3. vol. & Ias. in l. cum filiusfamilias, col. 18. ff. de lega. j. & in vsibus feudorum, col. fin. vers. feudum hæreditarium. & in consil. 89. col. 3. vers. 5. & in cons. 55. col. 2. vers. præterea. in 3. vol. vbi etiam masculos inhabiles comprehendi voluit, & in consil. 115. col. 8. vers. secundò adest. vol. 4. & Catel. Cott. in suis memorial. in verbo, quibuscunq;. & Dec. in consil. 78. col. 3. & 185. col. 2. & 395. col. 3. & Alber. Brun. in consil. 39. ac etiam Curt. iunior in suo tract. feud. in 3. par. in fin. & eundem Curtium in consil. j. nu. 7. & in consil. 32. nu. 8. circa finē. & in consil. 84. col. j. num. 3. in fin. cum seq. & Socin. iunior in consil. 72. col. 5. vers. & pro declaratione. in j. vol. & Marcus Anton. Natt. in consi. 159. cum sequen. adducit etiā Cardin. Paris. qui dicit id communiter teneri, in consil. 32. col. 18. num. 170. in j. vol. & eundem in consil. 71. col. 4. nu. 4. cum sequē. in 3. vol. & subdit, † quòd dictio, quibuscunque, in dispositione hominis, & non legis, non recipit modo aliquo restrictionem de habilitate, secundum Bald. in l. fin. C. fin. cēs. vel reliq. vbi dicit ipse, quòd Bald. firmauit hanc differentiam, quem Bald. refert, & sequitur Ias. in præludiis feud. col. 16. nu. 44. Curt. iunior in consil. j. col. 2. nu. 3. cum seq. Rip. in l. quæsitum, §. si quis, col. 3. nu. 6. ff. de priuil. credit. & in l. ex facto, §. si quis ita, col. 4. nu. 7. ff. ad Trebel. quam cōclusionem communem esse testatur, & asserit Cardin. Paris. in prędicto consil. 23. col. 18. nu. 170. in j. vol. & Mar. Anton. Natt. in consil. 159. nu. 7. col. 5. ex quibus correlariè inferebat, 4 quòd stante inuestitura prædicta, † ex quo feuda hæc non sunt recta, sed totaliter impropria, & conditionata, quod quilibet etiā inhabilis ad feudi successionem censetur admissus, quod comprobabat: nam fœmina regulariter à feudi successione excluditur, vt est tex. in c. j. §. hoc autem, de his, qui feud. da. poss. & in cap. j. §. penult. de success. feu. & in cap. j. de grad. success. in feud. & in c. j. quemad. feu. ad fę. pertin. cum simil. Vnde quando feudum non habet propriam naturam feudi, sed alteratam, † ita ꝙ improprium, & conditionatum sit, vt dictum est, fœmina ab illius successione non excluditur, prout firmauit Iacob. de Beluis. Bal. & cæteri scribentes, prout ipse dicit in §. quin etiam, in titul. Episcop. vel Abbat. Curt. iunior in tract. feud. in 3. par. qnæst. 29. & consulendo firmauit Dec. in consil. 208. num. 5. & consil. 269. col. 3. & stante clausula prædicta, pro hęredibus quibuscunque, consuluit Socin. consil. 10. col. 4. inter consil. Albert. Brun. & Carol. Ruin. in consil. 16. col. 2. vol. j. quos refert, & multis additis confirmat Ludou. Ara. in consil. 8. col. 5. nu. 25. ubi firmat non solum descendentes ex fœmina deuenire ad feudi prædicti successionem, sed etiam penitus inhabiles, & ab illius succes-6 sione alienos. † dictio enim prædicta uniuersalis includit casus non expressos, etiam maiores, ut uoluit glos. not. in clem. j. de re iudic. in uerbo, quamuis. in clem. 2. de reb. eccles. non alien. in glo. fin. refert, & multa cumulando sequitur, Ias. in consil. 147. col. fin. 7 nu. 3. vol. 4. † comprehendit etiam talis dictio vniuersalis, vt dicebat ipse, non solùm quæ veniunt ex propria significatione vocabuli, sed etiam quæ veniunt ex impropria. pro quo adducit tex. in l. omnes, iuncta glo. in verbo, quaslibet, C. de quadr. præscript. quam not. facit Alexand. in consil. 154. col. 2. in 2. vol. quem refert, & satis confirmat Ias. in consil. 63. col. 3. vers. confirm. adhuc in 3. vol. Quibus tamen non obstantibus, contrariam partem de iure teneo esse veriorem, quod etiam stante tali inuestitura feudi in feudo, quod habet annexum seruitiū, non succedat mutus, cæcus, vel aliter imperfectus. Nam quantumcunque ex dicta inue-8 stitura succedāt etiam hæredes extranei, † at tamen non inhabiles à lege feudorum: quia illa verba satis operantur, vt comprehendāt hæredes extraneos, contra dispositiones, & leges feudales. ideoq; non debet iterum extendi, vt cōprehendat etiam inhabiles, & repulsos à successione feudi. sic ī indiuiduo respondit Bal. in cons. 207. in 2. col. nu. 3. vol. 2. qui in indiuiduo dicit, ꝙ sub tali forma inuestituræ non cōprehēditur spurius, nec corpore vitiatus, vt in c. j. an mut. cæc. vel aliter imperfect. ideoq; cum Bal. cui adhuc non vīdi contradictorem, decidat in indiuiduo ca-9 sum istum, † durum ac propemodum præsumptuosum

ſumptuoſum eſſet reſpondere, vel iudicare contra apertam & manifeſtam Bal. deciſionem, non habentis contradictorem. nam dicebat Alex. in l. moribus, in 4. col. de vulga. & pupill. ſubſtit. non eſſe recedendum in iudicando ab opinione Bal. præſertim cum nō habeat cōtraditorem. ſic etiā dicebat Marc. Mant. de Vir. Illuſtr. dum de Bal. loquitur. & Bal. non ſolum non habet contradictorem, ſed etiam habet plurimos aſtipulatores. nā idem Bal. in c. j. §. donare, in 3. col. qualiter olim feu. alien. poter. dicit, quòd ſi aliter intelligeretur, eſſet dupliciter īpropriare feudum; vno modo ratione hæredum, qui non ſunt agnationis communis, videlicet extranei; alio modo ratione fœminæ contra ea, quę habentur in l. j. C. de dot. promiſſ. & iſtā opinionem Bal. ſequitur Alex. in conſil. 30. col. 5. vol. j. dicens, quòd iſta opinio Bald. non eſt contraria in exemplo alteri opinioni Bal. in c. j. in prin. col. pen. de prohib. feu. aliena. per Freder. ſed eſt limitatio dictę opinionis. ſic etiam refert, & ſequitur Carol. Ruin. in conſil. 39. vol. j. ſic tenet Alciat. in l. j. §. nunciatio, nu. 30. ff. de nou. oper. nunc. & eandē limitationem tenet ipſe Carol. Ruin. in conſil. 16. col. 2. quamuis poſtea malè ac peſſimè declaret dictum Bal. contra propriā intentionem Bal. & aliorum, & ſui met. quę opinio Bal. circumſcripta ſua auctoritate, firmatur ratione: nam vltra ea, quæ ipſe adducit pro confirmatione ſuæ opinionis, poteſt eius opinio firmari ex eo, puod decidit glo. relata ad tex. in l. 2. §. prætor, in fin. ff. qui ſatiſda. cogant. † in quo tex. apparet prætorē præcepiſſe capi, quicunque fideiuſſor. & dictum prætoris interpretatur ibidem Iuriſcōſultus, ut etiam capiatur fideiuſſor non locuples. & hoc ob illam dictionem vniuerſalem, quicunq;, & tamen gloſ. ibi dicit, reſtringens illam interpretationem Iuriſconſulti, dummodò ille fideiuſſor quicunq;, ſit habilis ad illum actum. ideoque ex illo tex. & gloſ. probatur, quòd illa dictio vniuerſalis, quamuis extendatur, non extenditur tamen, ut comprehendat inhabiles. & illam glo. ibidem ſequuntur Bar. Bal. Raphael, Iaſ. & cæteri, maximè Iaſ. qui eam exornat, & eandem gloſ. & conſimiles refert, & ſequitur Aretin. in l. Gallus, §. etiam, ff. de liber. & poſth. ubi etiam Socin. ideoque ſatis eſt in iſto caſu, quòd illa dictio vniuerſalis comprehendat etiam extraneum hęredem, & nō extendatur, ut comprehendat etiam inhabilem ad ſucceſſionem feudi. † & hæc opinio vera, & communis, adeò firmat opinionem Bal. in dicto conſil. 207. in 2. vol. quòd nepharium eſſet, & iniuſtum ab eius diſcedere opinione, præſertim cum non habeat contradictorem, imò Alex. Carol. Ruin. & Alciat. ſequuntur ipſum Bald. Non obſtat, † quòd prædicta doctrina glo. in d. l. 2. §. prętor, & Doctorum ibidem, ff. qui ſatiſda. cogan. procedit, quando illa dictio vniuerſalis profertur à lege, ſecus autem cum profertur ab homine: nam tunc cum profertur ab homine, nullam patitur reſtrictionem de habilitate, vt ſcribit Iaſ. in d. l. 2. §. prætor & in l. j. §. nunciatio, ff. de noa. oper. nunciat. qui allegat etiam Bal. hoc voluiſſe in l. fi. C. ſin. cenſ. vel reliq. idem voluit Curt. iunior in conſi. j. in 3. col. Rip. in l. quęſitum, §. ſi quis cum tutor, ff. de priuil. credit. Cardin. Pariſ. conſil. 23. vol. j. Siluan. conſi. 42. nam poteſt reſponderi, quòd iſta opnio & diſtinctio eſt penitus falſa, & contra text. expreſſum in l. ſi mihi Meuia, §. fin. ff. de legat. 3. ubi domibus legatis cum omni inſtrumento, & repoſitis omnibus, nullo omnino excepto. Attamen illa verba ſic vniuerſalia, & geminata, in diſpoſitione hominis patiuntur reſtrictionem: nam interpretatur Iuriſconſultus Paulus teſtatorem non ſenſiſſe de pecunia numerata, nec de inſtrumentis debitorum, per quem tex. ſic reſpondit Oldrad. ſic interpretans in conſil. 268. col. 3. & per illum tex. in l. ſi mihi Meuia, §. fin. ff. de legat. 3. & per dictam deciſionem Oldra. in dicto conſi. 268. in ſpecie teprehendit dictam diſtinctionem Alciat. in d. l. j. §. nunciatio, nu. 30. ff. de nou. oper. nunciat. † & iſtam opinionem, quòd maximè reſtrictio debet fieri ad habiles, quando eſt diſpoſitio ſub verbis generalibus, quòd multo magis procedat in contractibus, tenet Dec. in c. in præſentia, col. 23. dum loquitur de eadem quęſtione, de probat. eandem opinionem tenent Aretin. Soc. & cęteri, in l. Gallus, §. etiam, ff. de liber. & poſt. dum formant quęſtionem in inueſtitura, quę eſt contractus, & diſpoſitio hominis, ut ſcribit Cardin. Pariſ. poſt Andr. in locis citatis per Ioan. Cephal. conſil... & tamen dicunt debere fieri reſtrictionem ad habiles quantumcunq; ſint verba generalia ex illa doctrina gloſ. in d. l. 2. §. prætor, ff. qui ſatiſda. cogan. & iſtam opinionem firmat etiam Bal.

Bal. in dicto consil. 207. col. 2. vol. 2. qui loquitur in propriis terminis in inuestitura, de quo consil. Bal. nullus, quem ego viderim, 14 facit mentionẽ. & ista opinio est vera, † quia fundata in illo tex. in d. l. si mihi Meuia, §. fi. ff. de legat. 3. cui text. non arridet responsio Carol. Ruin. in repet. dicti §. nunciatio, ff. de dam. infect. nu. 133. cum sequentib. dum dicit, quòd ideo procedit ille tex. in d. l. si mihi Meuia, §. fin. quia illa pecunia in illa domo, & instrumenta, veniebant æquè principaliter, & sic erant in domo, & non accessoriè. & ideo non veniunt in illo legato sub illa generali dispositione, nam ista solutio nil facit ad illud, de quo agitur: nam probat ille tex. quòd dispositio hominis cõcepta sub quibuscunq; verbis generalibus, & geminatis, patitur restrictionem vbicunq; hoc suadet æquitas. ideoq; probat ille tex. opinio- 15 nem Alciat. & Oldra. † nam illud, quod respondit Ruin. non facit ad propositum, nam solùm adducit rationem, quando esset vera cur fiat illa restrictio, de qua non tractatur. & ideo dicta distinctio confunditur ex illo tex. Nec aliquid facit glos. quam adducunt, in l. cum pænam, ff. de arbitr. quia verbum nullum glo. ibi de hac inhabilitate & restrictione. Nõ obstat doctrina Bal. in l. fi. C. fine 16 cens. vel rel. † quia si rectè inspiciuntur verba Bal. in d. l. fin. potius probant oppositum, dum dicit Bal. quòd dispositio hominis dispositiuè patitur restrictionem de habilitate. Non obstat, quod sunt multi, qui tenent dictam distinctionem, ut Ias. Curt. Rip. Pa- ri. & Siluan. nam Oldra. Alciat. Dec. Aretin. Socin. & Bal. tenent contrarium, qui præualent in doctrina, & auctoritate; quæ censeri debet communis ex numero, & auctoritate 17 Doctorum. † nam communis opinio non tãtum censetur ex numero, quinimò ex præstantia Doctorum, vt per Mathesil. in suo tracta. opi. & per Ias. in l. stipulatio, §. alteri, ff. de verb. obligat. & pro eis est tex. qui non potest cauillari, in d. l. si mihi Meuia, §. fin. ff. de legat. 3. ideoq; cum illa distinctio conuincatur ex tex. claro, & aperto, esset reiiciẽda, quamuis eam tenerent communiter Doctor. per tex. in c. Capellanus, defer. & ibi annotant Doctores. & scribit Zasi. in repet. l. 2. in verbo, immurare, ff. de origi. iur. cum adhærendum sit potius veritati, quàm opinioni, ut superius sæpesæpius dixi. Nec obstat, 18 † quod opinio Bald. in d. c. j. de prohib. feu. alien. per Freder. sit communis, imo magis communis, ut patet ex Doctoribus citatis per dictum Marc. Anton. Flocca. qui habuit magna ex parte à Tiraquello in tracta. de re tract. §. j. glo. 7. sub nu. 21. & à Siluano in d. consil. 42. nã respondetur, quòd vltra quòd ista opinio est controuersi iuris, & Doctor. magni nominis, & ponderis, tenent contrariam opinionem, vt fuit ipsemet Bal. in c. j. §. donare, qualiter olim feu. alien. pot. & ibi sequuntur Martin. Laudens. & Cardi. Alex. & multi, quos refert idem Andr. Tiraquell. in dicto tractatu, in loco superius citato, nu. 19 27. & Anton. Rub. in consil. 110. in fine. † nihilominus illa prima opinio procedit, nisi concurrat duplex vitium & impropriatio; vna, quòd sub illis verbis in feudis comprehendantur extranci hæredes, & etiam inhabiles, pro vt sunt fœminæ, ut dicebat Bal. in d. c. j. §. donare, in 3. col. qnalir. olim. feud. 20 alien. poter. † & ista est vera limitatio d. alterius opinionis Bald. in dicto c. j. de prohib. feu. alien. per Fredcr. pro ut refert, & sequitur Alex. in d. consi. 30. col. 5. uol. j. & Carol. Ruin. consil. 39. uol. j. & Alciat. in l. j. §. nunciatio, nu. 30. ff. de nou. oper. nunciat. Non 21 obstat, † quòd Barb. in repet. l. cum acutissimi, quem refert & sequitur Curt. Iunior in consil. j. & in consil. 173. tenent, quòd sub tali forma inuestituræ comprehendantur etiã clerici. ideoq; pari ratione debent comprehendi mutus, vel alit. imperfect. quia vtriq; excluduntur ex eo, quia non possunt serui- 22 re. nam respondetur, † quòd dicta doctrina Barb. non est vera, nam est contra dictam decisionẽ Bal. in d. cons. 207. quem ipse Barb. 23 non vidit, † & fuit deceptus Barb. auctoritate glo. in clem. j. de iudic. nam glos. ideo procedit in illo casu, quia si restringeretur illa generalitas, de qua in dicto cap. nihil operaretur illa dispositio, nisi clericos comprehenderet, quod secus est in isto casu: nam illa verba vniuersalia satis est, quòd operantur, ut comprehendat etiam hæredes extraneos, & legatarios; ideoque non debet extendi ad alios inhabiles per dictam doctrinam Bald. in dicto consil. 207. & in d. c. j. §. donare, qualit. olim feu. alien. potet. & per Alex. Ruin. & Alciat. in locis superius citatis. nec etiam aliquid facit tex. in c. j. de feu. non habent. propr. natu. feud. & quæ scribit 24 Socin. in consil. 257. uol. 2. dicens, † quòd feudum degenerans, iuxta tex. in dicto c. j.

de

de feu.non haben.prop.natur.feu.non recipit interpretationem à cõsuetudinibus feudorum, sed verba stant propriè, argu.eorũ, quæ annotant Bal.in l.maximumvitium,C. de liber.præte. & deinde inducit tex.modo suo dicti c.j. de feu. non haben. prop.natur. feu.nam respondetur, quòd tota ista doctri
25 na Socin.est falsa: † nam opinio Bal.in d.l. maximum vitium, in qua primo se fundat, communiter reprobatur,ut patet ex his,quę scribit Ias.in auct.nouissima,col.6. C.de i offic.testam. & Alex. & Iacobin.in l.final.§.in computatione,ff.de iure deliber.& Alex.& Claudius de Seisell.in l.inter cætera,ff.de liber.& posthu.& Dec.consi.445.nu.50.Nec facit aliquid sua inductio d.c.j.de feud.non-
26 habent.propri.natu.feu.† nam ille tex.probat totum contrarium, nam clarissimis verbis decidit ille tex. quòd excepto eo, in quo degenerat ipsum feudum, sub tali tenore inuestiturę,in cęteris retinet naturam feudi. cum ergo feudum sub dicta forma,seu tenore inuestituræ, degenerat tantũ circa alienationem, & transitum ad extraneum hæredem,secũdum assertam communem opinionem. cum ergo in cæteris retineat naturam feudi,non debet extendi, vt etiam succedãt alij, qui prorsus sint inhabiles, siue descendentes, siue extranei, pro ut est mutus, cæcus,vel aliter imperfectus: nam talis interpretatio esset contra inuestituram & contractum Principis, qui ideo concessit feudum, vt pro feudo haberet seruitium, quod mutus,vel aliter imperfectus præstare non possint,ut est tex.in dicto c.j.in fin.an mut.cęc. vel alit.imperfect.ideoq; malè defendit prę fatus Marcus Anton.Flocca. dictam opinionem. quæ opinio etiam conuelli non potest
27 ex eo,† quòd in Regno sunt habilitatæ fœminæ per constit.vt de successionibus,& per tex.huius constit.quæ fœminæ cum non possint per seipsas seruire in bello, seruiunt per substitutum.pariformiter idem statutum debet censeri in muto, vel aliter imperfecto, qui circa impotentiam seruiendi parificantur, ut est tex.in dicto c.j.an mutus,vel alit.
28 imperfectus.† ideoq; statutum super vno ex parificatis, debet censeri super altero parificato,l.si quis seruo, & ibi Doctor. C.de fur. quoniam respõderi potest, quòd nulla ęquiparatio est inter mutum, vel aliter imperfe-
29 ctum,& fœminam in his. † nam parificatio est circa impotentiam seruiendi, ut ratio & finalis causa eos pariter excludebat à successione: ideoq; quicquid statuitur circa exclusionem successionis ratione impotentię seruiendi circa vnum ex æquiparatis,bene censetur statutum in reliquis æquiparatis, per tex.in d.l.si quis seruo, C.de fur.ubi glo.&
30 Doctor. † at si per aliquam legem admittatur fœmina ad successionem feudi, quòd sub eadem dispositione legis censeatur admissus mutus, vel aliter imperfectus, vel clericus, ratione æquiparationis. ista illatio est falsa,quia ista æquiparatio censetur tantùm in exclusione, & non inclusione, in qua nulla parificatio. nam oportet esse parificatio-
31 nem in eo, de quo agitur & disponitur, † & non sufficit in aliis parificatio,de quibus nõ agitur, vt scribit Ludou.Roman.consi.120. col.final.ideoq; cum parificatio fuerit circa exclusionem,non debet operari circa admis-
32 sionem, in qua nulla æquiparatio.† & ideo dicebat Afflict.in decis.320. quòd quamuis per constit. Regni admittantur fœminæ ad successionem feudorum, & sint habilitatæ, non tamen censentur ex hoc habilitati clerici, vt succedant in feudo,vt seruiant per substitutum; & tamen clericus,& fœmina æquiparãtur quò ad exclusionem successionis in feudo,d.c.j.an mut.vel aliter imperf.& eandem opinionem tenent Anton.Capic.in decis.10.& decis.32. & Sigismund. Loffre.in addit. ad Andr. in c.clericus, si de feu.fuer. contro. inter dom.& agna. & videmus quotidie seruari, quòd clerici non succedant in Regno. quæ opinio est magis communis ex solis consuetudinibus feudorum, ut testatur Carol. Ruin.in consil. 42. nu.9.uol.j.& Hieron. Cagnol.in reper. l.2.C.de pact.inter emptorem, & uenditor. ideo sicuti admissio fœminæ ad successionem feudorum non extenditur ad clericos, quãuis sint ęquiparati circa exclusionem, pariformiter non debet extendi ad mutos, vel aliter imperfectos eadem ratione.& ista est vera opinio,& tenenda,ni fallor. Quæ opinio limitatur pri-
33 mò, ne procedat, † quando feudum datur absque seruitio, quod potest esse, cum seruitium non sit de substantia feudi, secundũ opinionem multorum, ut probat tex. in c.j. §.huius autẽ generis.& ibi hoc firmat And. & sequuntur communiter Docto.ex quibus causis feu.amitt.nam in tali feud.absque dubio succedit mutus, uel aliter imperfectus, pro ut tenent multi, quos refert & sequitur

Martin.

Martin. Laudens. in d. c. j. an mut. vel alie. imperfect. limitatur & secundò, † nisi feudum fuerit emptum, nam in feudo empto non seruantur in successione regulæ feudorum, sed magis attenditur natura contractus, & ideo succedit fœmina, ut tenet Odoffred. quem refert, & videtur sequi Bal. dum illum non oppugnat, in c. j. §. & quia vidimus, de his qui feu. da. poss. hanc eandem opinionem tenet Bal. in c. significauit, de rescript. nu. j. & scribit Laurent. Siluan. consi. 52. nu. 11. Roman. consi. 368. Dec. consi. 361. ubi attestatur hanc esse communem opinionem. & eadem ratione in muto, vel imperfectis, nisi fuerit emptum non iusto precio, & sub seruitio, vt sentiunt præfacti Doctores, & in specie Curt. in d. tractat. feud. 3. par. quæ opinio quamnis sit communis, attamen Andr. magister artis, in c. j. §. hoc notandum, videtur tenere contrarium, quem ibidem sequuntur Præpos. Martin. Laudens. & Afflict. & Iacob. in sua inuestitura, in verb. & fœminis. & est vera opinio, ideoque videtur non iustè respondisse dictum Marcum Antonium Flocca. in dicta causa.

S V M M AE.

1 *Feudorum de iure progressio successionis transuersalium in feudis extenditur in infinitum.*

2 *Tex. in c. 1. §. hoc notandum, procedit in feudo nouo cum pacto succedendi transuersales.*

*Stante pro firma dicta opinione, procedit in terminis istius constitutionis. nu. 3.*

*Dicta opinio non est vera, nec altera, quæ sequitur ex ea. nu. 4.*

*Tex. in dicto c. 1. §. hoc notandum, hoc probat. nu. 5.*

6 *Legis, vbi est casus, nullus relinquitur dubitationi locus.*

*Diuinatio est mera, quod loquatur de feudo nouo. nu. 7. 8.*

*Dictum c. hoc notandum, procedit indistinctè. nu. 9.*

10 *Intellectus tex. in c. 1. de natu. success. feud. & in c. 1. si vassal. feud. priuet. cui deferat.*

11 *Lex posterior recipit interpretationem ab anteriori.*

12 *Feudo regulariter succeditur vltimò morienti.*

13 *Doctorum cathalogus tenentium veram opinionem.*

14 *Constitutione ex ista est absolutè verum, quòd non admittitur, nisi vsq; ad trinepotem.*

15 *Constitutionem per istam sunt correcta omnes constitutiones, quæ ei aduersantur.*

16 *Constitutio Regni restringit successionem transuersalium ad tertium gradum.*

17 *Lex corrigens debet intelligi secundum terminos legis correcta.*

18 *C. Si aliquem, abrogat omnes constitutiones, & consuetudines in contrarium.*

19 *Constitutionibus & legibus abrogatis non potest argui.*

20 *Constit. Si aliquem, procedit in feudo antiquo, & nouo.*

21 *Dispositio vna & eadem, non debet diuerso iure censeri.*

22 *Opinio vera procedit etiam in feudis dignitatum.*

23 *Transuersales in Regno succedunt solùm ex dispositione c. Si aliquem.*

Defuncto ergo Barone sine legitimo hęrede per lineam descendentem, deuoluitur successio feudi ad transuersales, quorum primus est frater, ut tex. istius constitutionis primo loco illum vocat, & inde prorogat dictam successionem vsque ad trinepotem ipsius fratris, & ideo primò sub his verbis quærendum est, vsq; quò progrediatur successio transuersalium in feudis? Et primò attenta dispositione consuetudinum feudorum, secundò ex ista constitutione. Et circa primũ videtur dicendum, † quòd ista successio trãsuersalium progrediatur usq; in infinitum, vt probat tex. apertus in c. j. de natu. succes. feu. & in c. j. si vassall. feud. priuet. cui defert. qui tex. cum sint clari & aperti iuris, nõ possunt cauillari. † ideoq; tex. in c. j. §. hoc notandũ, qui feud. da. poss. est conciliandus, ut procedat in feudo nouo, in quo agnati ex pacto poterant succedere. & istam opinionem tenuit glos. in c. j. in vers. vsq;. de success. feud. & in c. j. de feud. Marchiæ. ubi Bal. Aluaro. & Præposi. sequuntur, vt scribit Dec. in consil. 85. col. 3. & in l. certum, C. vnde cognat. Anchar. consil. 334. & Curt. iunior in tracta. de feud. in 3. par. Aret. consil. 166. col. 2. Franc. Curt. senior consil. 47. & ista in effectu videtur communis opinio, † qua præsupposita videtur quòd procedat, etiam stante dispositione istius constitutionis: nam cum tendat ista cõstitutio ad ampliandam successionem transuersalium, non debet operari oppositum, & per istam rationem sic nudam hoc tenet

net Blasc. Lanz. in repetit. istius constitutionis. Attamen nulla istarum opinionum est 4 vera, nam prima † quòd ex consuetudinibus feudorum agnati transuersales succedant in infinitum, est penitus falsa, quatenus esset vera. non tamen esset vera, sed falsa opinio Blasci Lanz. ex dispositione istius constitutionis. & quod illa opinio, quòd succedatur in infinitum per transuersales, sit falsa; demonstratur apertissimè ex tex. in dicto c. j. §. hoc autem notandū. de his, qui feu. dar. poss. 5 ubi tex. expressus, † quòd successio collateralium non extenditur, nisi vsq; ad septimum 6 gradum. † & ubi est casus legis, nullus relinquitur dubitationi locus, l. ancillę, & ibi Bal. C. de furt. & ridiculum est dicere, dispositionem dicti §. hoc autem notandum, procedere 7 re in feudo nouo, † cum ista sit mera diuinatio; & præsertim cum in feudo nouo collaterales non succedant, c. j. §. finautem. de his 8 qui feu. da. poss. Et quatenus dicunt, † quòd loquitur in feudo nouo, cū pacto quòd succedant transuersales, pro ut in dicto §. finautem. est duplex diuinatio. quinimò cum rarò contingat fieri pactum, ut in feudo nouo succedāt transuersales, non est verisimile dictam consuetudinem statuisse super his, quę non frequenter contingunt contra ea, quæ scribit Iurisconsultus in l. nam ad ea, ff. de le 9 gib. † & ideo verius dicendum est dispositionem d. §. hoc autem notandum, procedere indistinctè pro ut indistinctè loquitur, & indistinctè debet intelligi, etiam si sit maior ratio in vno casu, quàm in alio, arg. tex. in l. j. §. j. ff. de aleator. ergo est ibi text. expressus, qui non potest cauillari, in dicto §. hoc quoque. qui decidit istam quæstionem. est casus legis, vt dixi, meritò nullus relinquitur lo- 10 cus dubitationi. Non obstat † tex. qui videntur contrariari, scilicet text. in c. j. de natur. success. feu. & in c. j. si vasall. feu. priuet. cui defer. nam text. prædicti nil faciunt, si rectè considerantur: nam loquuntur sub alia hypothesi, nam tex. in dicto c. j. de natur. success. feud. loquitur in princip. de success. descendentium, & determinat eam progredi usque in infinitum, dum postea tractat de his, qui sunt ex latere descendentes per masculos, si feudum sit antiquum, si distant vltra septimum gradum ab vltimo moriente, quod succedant: nam de ista quæstione non loquitur ille tex. sed quòd omnes masculi per masculos descendentes usque in infinitum succedunt, & hoc ad exclusionem fœminarum, & descendentiū masculorum ex eis. quod euidentius demonstratur ex verbis sequentibus dicti c. dum loquitur de lineis. quæ verba declarant præcedentia, nam apertissimè demonstratur intellectus priorum verborū, vt intelligantur quòd simpliciter intelligantur comprehendi in tali successione collateralium omnes masculi, qui descendunt quo modocunq; à primo acquisitore descendentes, tamen per masculos. non tamen ille tex. aperit, nec loquitur de successione transuersalium habito respectu ad vltimum descendentem quò ad gradus successionis, sed tan- 11 tùm habito respectu ad lineas: † nimirum si debet recipere interpretationem a dicto §. hoc autem notandum, tanquam anteriore per ea, quæ habentur in l. sciendum, ff. qui satisda. cogan. & iste intellectus (ni fallor) verus est, & amicus literæ. & eodem modo respondetur tex. in d. c. j. si vasall. feud. priuet. cui defer. nam ille tex. loquitur de collateralibus masculis, qui comprehenduntur in successione, & nil disponit de gradib. scilicet, quoto gradu succedant. nam si quæstio esset quoto gradu, responderet tex. & diceret, in infinitum, tunc faceret. cum ergo de his nec quæratur, nec decidatur in illo tex. meritò standum est decisioni tex. in d. §. hoc autem notandum, cum præfati tex. habeant suum proprium intellectum. Non obstat ratio illa, quòd in feudis succeditur primo acquisito- 12 ri, quia hoc falsum: † nam regulariter in feudis succeditur vltimo morienti, cuius attenditur proximitas, ut probat tex. in d. c. j. in fi. & ibi hoc annotat And. & cæteri sequuntur, de natu. success. feud. & est vera & communis opinio, ut dicam infra in alia quæstione. 13 & istam opinionem, uidelicet † quòd successio transuersalium progrediatur solùm usq; ad septimum gradum, etiam in feudo antiquo, tenuit Andr. in d. c. j. §. hoc autem, de his quæ feud. dar. poss. & Bal. in c. j. col. 2. de feud. Marchiæ. ubi dicit hanc opinionem cōmuniter teneri. eandem opinionem tenuit Ias. in l. certum, C. vnde cogna. & tenuerunt plures, quos refert & sequitur Cardin. Paris. in consil. 23. antep. & penul. col. uol. j. quæ opinio (ni fallor) est vera, cum habeat pro se tex. expressum, cui non potest responderi sine cauillo & diuinatione: attamen quic- 14 quid sit de ista opinione, certum est, † quòd ex dispositione istius constitutionis non ad

mittuntur

tra legem,non facit ius generale, sed particulare. ad quod citat Ang.& Bald.in consil. 110.incipiente, sanctissima Regina. Sed respondcri potest, †quòd nulla lex præcisa est de hoc,contra quam legem expressam pronunciauerit Papa Honorius. at erat dispositio d.§.hoc autē, in illa dictione, vsque, quę diuersimodè capitur in iure inclusiuè, & exclusiuè: nimirum si And.voluerit, & bene, ex illa declaratione Honorij Papæ,quòd illa dictio, vsque,in illo tex. capiatur exclusiuè,&isto modo defenditur Andr. ab impugnatione Martin. Laudens. Sed mirandum est,†cur Blasc.Lanz.& alij,hoc tractēt in ista lege,in illa dictione, vsque ad trinepotem, quomodo capiatur, & hoc ex illa decisione And.cumAnd.expressis verbis teneat in ista lege dictionem,vsque,operari inclusionem, vt comprehendat, & non excludat trinepotem,quod manifestissimè demonstrat And. dum dicit,†trinepotem esse in sexto gradu, & allegat tex.in d.l.sexto gradu,ff.de gradibus.quod nō esset,si excluderetur trinepos. Præterea esset eius decisio contra tex. in l. Iurisconsultus, §. parentes. ibi, item liberi vsque ad trinepotem,ff.de gradib.& non est ferendum, quòd vir tantus determinauerit contra casum legis. ideoq; And.in casu istius constitutionis,sicuti in c. Papæ Honorij, quòd est idem,bene intellexit,quod ista dictio,vsq;, operatur inclusionem trinepotis. verum voluit, ac determinauit, quòd trinepos in hac lege sit in sexto gradu iuxta tex. in d.l.sexto gradu, ff. de gradib. & quamuis non rectè supputātibus videatur quòd And. non bene loquatur; nam esto, ꝙ verum sit, † quòd in linea descendenti trinepos sit in sexto gradu,nam est tex. qui hoc decidit in d.l.sexto gradu,ff.de gradib.ideoque in isto tex.connumerata persona fratris per rectam lineam descendentem vsque ad trinepotem sit trinepos in sexto gradu; attamen ille frater non est in primo gradu, habito respectu ad fratrem decedentem, sed in secundo, vt est tex.in l.Iurisconsultus,§.idem faciendū, ff.de gradib.ideoq; in ista successione transuersalium supputatio de trinepote, non cohæret,quod possit demonstrari ex d.l. sexto gradu. nam dum supputat sextum gradum in linea descendenti, in eo etiam ponit trinepotem,quod non facit in linea transuersali. † & ideo rectius numerādo à secundo gradu,in quo est frater trinepos in isto tex. amplectitur septimū gradum.ideoq; And.malè perpendit istum tex. Responderi potest, † ꝙ And.rectè loquutus est:†nam tex. istius constitutionis loquitur, quòd decedente Barone sine legitimo hærede,feudum capiat frater,aut ex liberis eius vsque ad trinepotem. ideoq; dum loquitur tex.de fratre succedente,& liberis eius vsq; ad trinepotem, loquitē de linea descendenti ipsius fratris succedentis.ideoque ille trinepos clauditur in sexto gradu,iuxta tex.in d.l.sexto gradu, ff.de gradib.& ideo verá supputatio And. Nō obstat quòd frater nō est nisi in secundo gradu, est verum, quia in linea transuersali non datur primus gradus,l.j.in princ.ff.de gradib. † & nihilominus fit etiam in linea transuersali recta supputatio de qualibet persona,quę facit gradum,vt probatur in d.l.Iurisconsultus, §.sunt & ex lateribus,cum duobus §§.sequētibus,ff.de gradib.nam tex.in dicto §. sunt, ponendo regulam dicit, quotiens quæritur quoto gradu persona distat, ab eo incipiendum, citius de cognatione quærimus. datur enim regula in illo tex.vt incipiatur à stipite in §. sequenti Iurisconsultus prosequitur de linea ascendenti & descendēti, in quibus lineis(dicit ipse)facilè inuenimus gradus supra per singulos proximum quemque numeramus, ideoque apertè Iurisconsultus numerat singulos gradus ex proximitate. & quia hoc erat facile in linea ascendenti & descendenti,idem attamen faciendum existimauit Iurisconsultus in transuersalibus, quamuis numerato patre fratres sint in secundo gradu inter se; nihilominus respectu proximitatis & personæ cōsideratur vt primus gradus, cum gradus sint dicti ad similitudinem scalarū locorumve procliuium, quos ita ingredimur,vt à proximo in proximum. idem in eum,qui quasi ex eo nascitur transeamus, vt dicit Paulus Iurisconsultus in d. l. Iurisconsultus, §. gradus. ideoque quamuis in linea collaterali non detur primus gradus, vt incipiat à secundo,attamen ille gradus primus, vel vacuus in successione trāsuersalium, vel non existēs ob impossibilitatem, non faciet numerum. ideoque quomodocunque computabitur, semper erit sextus gradus in trinepote, iuxta supputationem Andr. ideoq; remanet elucidatus intellectus Andreæ ad istum tex. quod successio transuersalium nō egreditur sextum gradum, sed in sexto gradu concluditur.

*SVMMAE.*

*1 Successionis prima causa in transuersalibus.*

*2 Constitutio ista admittit fratrem etiam nõ coniunctum à latere, vnde venit feudum.*

IN QVO etiam annotandum est, 1 † quòd in successione transuersalium in feudis prima causa est fratrum, nam illi sunt proximiores defuncto fratri, vt probatur in c.j.§.sed quia vidimus.de his, qui feu.da.poss. & in c.j. vbi Afflict.de gradib.successio. in feu. Sed vnum mirabile facit ista lex, 2 † nam admittit etiam fratrem non coniunctum à latere, vnde peruenit feudum ad defunctum, quod non erat in c.Papæ Honorij. ideoq; in Regno est sopita illa quæstio, quã tractat And. post alios in constit.vt de successionibus, de fratre vterino.

*SVMMAE.*

*1 Lex ista cum loquatur de fratre, non debet extendi ad sororem. & num. 2.*

*3 Frater & soror habẽt diuersa nomina, ideo appellatione fratris, non venit soror.*

*4 Lex ista in hac parte videtur irrationabilis.*

*5 Constit.vt de successionibus, loquitur de fratribus tantùm.*

*6 Specialia plura non tolerantur.*

*7 Fratris appellatione venit soror.*

*8 Præmissa dictio, demonstrat Legislatorem loqui retentis eisdem terminis.*

*9 Coniuncti admittuntur eodem ordine.*

*10 Constitutio ista prorogat successiones.*

*11 Successionis prorogatio continet fauorem.*

*12 Lucæ de Penn. decisio falsa.*

SED quærendum est, an ista lex, quæ loquitur de fratre non coniuncto ab eo latere, vnde prouenit feudum ad defunctũ, habeat locum in sorore non existentibus fratribus? Et videretur prima facie dicendum, 1 † quòd non: nam cum ista lex in ista parte sit correctoria legum, seu consuetudinum feudaliũ, 2 † cũ loquatur de fratre, non debet extendi, vt comprehendat sororem, quia de sorore non loquitur, argu.tex.in l.si seruum, §. non dixit.ff.de acqui.hæred.l.illud, C.de collat. c.ad audientiam, de decim.& maximè 3 † cum habeant diuersa nomina frater & soror. sic in indiuiduo respondit Benedict. Capr. cõsil.62. col.fin. & in statuto odioso firmat et Anchar.in repet.c.j.de constit. quem in hoc refert, & sequitur Alexan.in consil.85. col.j. vol.4. idem voluit Paul.de Castro, in consi. 119.vol.j.Curt.senior cons.9.& eandem opinionem in materia differenti, quòd appellatione fratris nõ veniãt sorores, tenet Corn. cons.94.col.j.vol.2.& fortius, quia ista constitutio loquitur in numero singulari, quo casu non venit soror appellatione fratris, vt scribit Paul. de Castro in l. tres fratres, ff. de pact. quod fortius dicendum est in isto casu: 4 † nam ista lex in ista parte adeo videtur irrationabilis, quæ admittit talem fratrem, scilicet vterinum, ut non consistat, nec teneat, vt voluit Luc.de Penn.in l.j.col.10. de impon.lucrat.descript.lib.11. Præterea 5 † hæc opinio probatur in d.constit.vt de successionibus.in vers.fratres, siue ex vtroque parente, siue ex altero tantùm. quæ constitutio loquitur in fratribus tantùm, & in fratribus tractant quæstionem Docto.ibidem. meritò in fratre solo intelligenda est ista constit. quæ tendit ad correctionem dictę cõstitutionis, & eius interpretationem. ideoq; secundum eius terminos intelligitur Auth. de fil. nat. ante instrum.dotal.circa medium. Præterea si comprehenderetur fœmina soror, concurrerent multa specialia. In primis, quòd esset fœmina habilitata ad feudum. Secundò, ꝙ admitteretur ad successionem feudi non cõiuncta à latere, vnde venit feudum ad defunctum. Tertiò, quòd masculinum conciperet fœmininum. 6 † quæ specialia non tolerantur de iure per ea, quæ habentur in l.j.C.de dot. promiss. Nec obstaret, si diceretur, quòd ex dispositione istius legis sunt habilitatæ fœminæ, & vocatæ; ideoq; præferuntur masculis vlterioris gradus. ideoq; soror admittitur ex dispositione istiusmet constitutionis, quia responderi potest, quòd nõ est dubium in sorore coniuncta ab eo latere, vnde feudum peruenit ad defunctum. Sed quæstio stat in terminis illius fratris vterini, an appellatione talis fratris comprehendatur soror & vterina, vt etiam ipsa admittatur ad successionem feudi? Ad quam quæstionem nil facit ista constitutio, quæ admittit fœminas, nam censetur admittere illas fœminas, quæ coniunguntur ex latere, vnde feudum peruenit ad defunctum. In contrarium facit, 7 † quòd appellatione fratris, venit soror. hoc prius probat tex. in l. tres fratres, ff. de pact. & ibi annotant omnes, & est tex. in l. Lucius,

Lucius, §. quæſitum, ff. de legat. 3. & in l. Lucius. §. Mæuia. vbi glo. Bart. & cęteri, ff. ad Trebel. cum ergo ſit hoc ſtatutum, ꝙ appellatione fratris comprehendatur ſoror, maximè cum proferatur à lege, vt per Doctor. in d. l. tres fratres, ff. de pact. meritò cum proferatur à dicta conſtitutione illa dictio, frater, comprehendit ſororem; cum non ſit ratio, cur excludatur. Probantur hęc efficaciter ex verbis iſtius conſtitutionis. nam cum primò loquatur de maſculo tantùm ſuccedente ad feudum, volens Legislator demonſtrare, ꝙ intellexerit etiam de fœminis, ſub illo maſculino, ſubiungit; in ſucceſſione verò præmiſſa, &c. 8 † nam dictio, præmiſſa, euidenter demonſtrat, quòd Legislator loquitur retentis eiſdem terminis, vt probat tex. in c. cupiẽtes, §. inſuper, cum gloſ. in verbo, præmittitur. de elect. lib. vj. quomodo ſtaret, quod in ſucceſſione pręmiſſa ſeruetur prærogatiua ſexus, & ętatis, ſi ſub illis verbis ante prolatis non contineatur ſoror? Nec poteſt dici, ꝙ illa clauſula, in ſucceſſione præmiſſa, referatur ad alios coniunctos tanquàm ad viciniora; 9 † quia illi coniuncti iam admittuntur eodem ordine, ideo in tex. iſtius cõſtitutionis deciditur iſte caſus. Non obſtant ea, quæ dicebantur in contrarium, ꝙ ſtatutum loquẽs de fratribus, non comprehendit in materia correctoria ſororem: 10 † quia iſta conſtitutio quamuis nil corrigit, tamen prorogat ſucceſſiones, nam primitus non admittebantur ad ſucceſſionem feudi fœminæ, nec etiam illi, qui non coniungebantur ab ea parte, vnde peruenit feudum ad defunctum, per conſtitutionem Regni fuit inde correctum illud de fęminis, per conſtit. ſcilicet, in aliquibus, vocans ibidem eam conſuetudinem prauã; & per iſtam conſtitutionem correxit illud de non coniuncto à latere feudi, & ſic prorogauit ſucceſſionem. 11 † quæ prorogatio ſucceſſionis continet merum fauorem, vt eſt tex. in §. fin. Inſtit. de ſucceſſ. cognat. cum ergo iſta conſtitutio non contineat odium, ſed fauorem, meritò extendenda; maximè contra Principem, qui de ſuo potuit facere quicqd voluit, vt per And. in d. conſtit. vt de ſucceſſionibus. & facit tex. in d. l. fin. ff. de conſtit. Princip. 12 Non obſtat † deciſio Luc. de Pen. quia falſa: nam cum iſta lex reducat ſucceſſionem in feudis ad ius commune, admittẽdo fœminas, & etiam vterinos, dicitur rationabilis, prout de fœmina dicit Andr. quem communiter ſequuntur Doctor. in c. j. §. hoc autem notandum. de his, qui feud. da. poſſ. Non obſtat deciſio Paul. de Caſt. in d. l. tres fratres, quia vltra ꝙ loquitur, & diſtinguit ex capite ſuo, attamen in iſto caſu non poterat aliter loqui Legislator, quia tantùm vnus admittitur ad ſucceſſionem feudi, & loquens de vno complectitur omnes, qui eodem ordine admittuntur ad feudi ſucceſſionem. Nõ obſtant, quòd non tolerantur plura ſpecialia, nam eſt verum, niſi procedant ex beneficio ipſius conſtitutionis, meritò tolerantur, ut dicunt etiam Doct. in d. l. p. C. de dot. pro miſ. & iſta opinio eſt tenenda, quam præſuponunt pro uera omnes, maximè Guliel. de Pern. in conſi. 21. col. 3. & tenent expreſsè quidam Apoſtillantes iſtam cõſtitutionem.

*S V M M AE.*

1. *Leges feudorum, & conſuetudines, recepta in Regno.*
2. *Leges, & conſuetudines eatenus ſeruãtur in Regno, quatenus nõ aduerſantur conſtit. Regni.*
3. *Conſtit. ut de ſucceſsionibus, per diſpoſitionem fuit decurtata ſucceſsio tranſuerſalium.*
4. *Conſtitutionem per iſtam corriguntur leges, & conſtitutiones, & conſuetudines feudorum, quæ aduerſantur circa ſucceſsionem tranſuerſalium, & ſeruatur ſola iſta conſtitutio, & nume. 5.*
6. *Sententia lata in cauſa dimidij Catuſi, iniuſta.*
7. *Qui uocãtur ad ſucceſsionem poſt fratres, & nepotes, uocantur beneficio iſtius cõſtitutionis.*
8. *Frater uterinus cenſetur uocatus cum qualitate excluſiua.*
9. *Voluntatis quæſtio in uerbis claris non admittitur.*
10. *Friuolum, & nugaciſsimum, quod qui deſcendunt a primo dicantur deſcendentes, ne ſit locus huic conſtit. etiam quòd tractetur de ſucceſsione tranſuerſalium, & nu. 11.*
12. *Conſtitutio loquitur de Barone ultimò moriente, & hærede ultimi morientis.*
13. *Perſona extranea non ſubintelligitur, niſi exprimatur, etiam in ſtatuto.*
14. *Hærede ſine legitimo uerba exponuntur ab Andr. & cæteris. i. deſcendente.*
15. *Deſcendens dicitur ille, qui tenet curſum ſuum ab eo, ad quem tranſiuit feudum.*
16. *Linea in tranſuerſali frater eſt primo loco.*
17. *Deſcendentibus finitis uocantur collaterales.*
18. *Lex corrigens intelligitur ſecundum terminos legis correctæ.*
19. *Lineæ aſcendentium, deſcendentium, & colla-*



*teralium,*

*teralium tres sunt.*

20 *Dispositio simplex loquens de linea, intelligitur de recta.*

21 *Constit. constitutionem diua memoria, est declaratiua istius constitutionis.*

22 *Fredericus Rex declarauit, istam cõstitutionẽ procedere etiam in feudo nouo.*

23 *Tex. in l. 1. C. si, socius Imperialis liberalita. lib. x. discutitur.*

24 *Dispositio debet indistinctè intelligi, etiam si sit maior ratio in uno casu, quam in alio.*

25 *Quod quis non loquitur, nec velle præsumitur.*

26 *Discedendum à scripto non est.*

27 *Illud, quod magis attenditur voluntas quàm verba, procedit quando fuit processum ad aliquam dispositionem voluntatis.*

28 *Regem non cogitasse hunc casum, non est verisimile.*

29 *Ciceronis verba clara, quæ abijciunt omnem dubitationem.*

30 *Statutum derogans iuri communi, non recipit ab eo interpretationem.*

31 *Imol. explicatur distinctio.*

32 *Constitutio ista vocat fratrem simpliciter, & tollit omnem interpretationem.*

33 *Determinatione sub vna venientia, non debēt diuerso iure censeri.*

34 *Agnatio sola consideratur in successione fudi.*

35 *Alternatiua posita inter plures casus, præscribit idem.*

36 *Constitutio ista vocat fratrem, & cæteros agnatos, cum prærogatiua gradus.*

37 *Comprehensus in inuestitura quòd præferatur proximiori, falsum est.*

38 *Agnatus post nepotem iam esset exclusus, ui ad esset ista constitutio. & nu. 39.*

40 *Inuestitura regulatur à constit. Regni.*

41 *Constitutionis istius beneficio nemo, nisi sit proximior, admittitur.*

42 *Blasc. Lanz. reprehenditur opinio.*

43 *Lex corrigens debet intelligi secundum terminos legis correctæ.*

44 *Successione in transuersalium ista constitutio sola seruatur in Regno, abrogatis alijs.*

45 *Blasci Lanz. opinio contra casum legis.*

46 *Vterinus excludit omnes inferioris gradus.*

47 *Lex etiam dura, seruanda.*

48 *Lex prorogans successionem, est fauorabilis.*

49 *Statutum corrigens ius medium, & reducens ad ius antiquum, est fauorabile.*

50 *Consuetudo admittens fœminam ad successionem, est fauorabilis.*

51 *Lex est quicquid ratione consistit.*

52 *Proximior, verbum appositum respectiuè referendo singula singulis.*

53 *Coniunctus minor ætate, præfertur nõ coniũcto.*

54 *Ex dicto, denotat causam immediatam.*

55 *Feudo in auito non succeditur vltimo, sed primo acquirenti.*

56 *Constitutio ista loquitur de feudo paterno, in quo non sunt agnati.*

57 *Proximior dictio, est posita inter collaterales defuncti. & nu. 58.*

59 *Constitutionem esse partim declaratoriam, partim noui iuris constitutoriã, non inconueniēt.*

60 *Constitutio ista, quæ vocat vterinum, debet intelligi deficientibus agnatis.*

*Contra prædicta est tex. apertus in ista constitutione. nu. 61.*

62 *Frater debet admitti absque distinctione.*

63 *Ius idem in æquiparatis statuitur.*

64 *Interpretationibus ceruicosis nullis vti licet.*

65 *Socin. nil boni dicit circa intellectum istius constitut. & num. 66.*

67 *Alciat. & Grat. loquuntur in diuersis terminis.*

68 *Constitutionis istius ad intellectum, de lineis frustra disceptatur.*

69 *Tex. in l. cum pater, §. pen. ff. de legat. 2. nil facit decisio.*

70 *Alternatiua est posita inter parentes, & non inter successores. & num. 71.*

72 *Blasci decisiones nil faciunt ad hãc hypothesim.*

73 *Prærogatiua gradus potentior cæteris.*

74 *Constitutio debet intelligi indistinctè, etiam si sit maior ratio in vno, quàm in alio.*

75 *Commentum vanum, quòd constit. constitutionem, sit partim declaratoria, & partim noui iuris constitutoria.*

76 *Veritati cedendum est.*

77 *Parentes verbum, complectitur oēs ascendētes.*

78 *Parentes verbum, secundum idioma Italicum accipitur pro agnatis.*

79 *Habito respectu ad vltimum defunctum, spectatur causa proxima. & nu. 80.*

81 *Feudo in antiquo quamuis succedatur primo, at spectatur proximitas respectu vltimi. & num. 82.*

83 *Lex ista quòd vocet vterinum deficientibus agnatis, falsum est.*

84 *Constitutio ista quò ad successiones transuersalium, corrigit Regni constitutiones, & consuetudines feudorum.*

85 *Constitutio ista non recipit interpretationem à constit. correctis.*

86 *Feudi in successione seruatur illud, quod est expressum.*

87 *Inuesti-*

87 *Inuestitura omni ĩest forma istius cõstitutionis.*
88 *Verba clara non recipiunt interpretationem.*
89 *Interpretatio vt succedat remotior, est contra istam constitutionem.*
90 *Constitutio ista non considerat lineas, sed gradus tantùm.*
91 *Remotior non admittitur ad successionem feudi, etiamsi sit comprehensus in inuestitura.*
92 *Iacobus Russus nil dicit in isto casu.*
93 *Ius quæsitũ agnatis, non põt tolli per Principẽ.*
94 *Principis potentia magis debet venerari, quàm de ea disputare.*
95 *Princeps condendo legem, potuit habilitare vterinum ad successionem feudi, cum admittatur beneficio iuris communis. & num. 96.*
*Agnati tales erant exclusi ex constit. Regni, & admittuntur beneficio istius constitutionis. num. 97.*
98 *Princeps potest tollere ius quæsitum alteri spe.*
99 *Princeps quod potest per rescriptum, multo fortius per legem.*
100 *Tex. & Doctor. in c. 1. quemad. feud. ad fœmin. pert. procedunt in iure quæsito.*
101 *And. opinio & Affl. in constit. vt de successionibus, declaratur.*
102 *Princeps condendo legem, potest præiudicare & in iure quæsito.*

PRAEMITTENDVM est etiam ad intellectum istius cõstitutionis, 1 † q̃ quantumcunque liber feudorum sit receptus in Regno, vt est communis opinio Doctorum scribentium in præludiis feudorum, vbi Afflict. col. 4. nu. 20. Guliel. de Pern. in primis not. Ioan. Raynal. in rubri. tituli de prohib. feu. aliena. per Freder. & Curt. iunior in tract. feu. in prima par. q. j. Sonclekius in suo tracta. de feud. fol. 5. Blasc. Lanz. & cęteri, qui scripsere in causa 2 Taui. Nihilominus † leges, & consuetudines descriptę in illo libro, tantùm seruantur, quatenus non aduersantur Regni constitutionibus: nam sic edixit Rex Fredericus in constit. post mundi machinam, circa finem. & in constit. Regni, puritatem. in qua mandat seruari primò constitutiones, & deinde con 3 suetudines receptas. Cum † ergo per Regni constitut. vt de successionibus, decurtata ac restricta sit successio trãsuersalium in feudis, quæ cũ esset ex consuetudinibus feudorum extẽsa ad septimũ gradũ, c. fi. de his, qui feu. da: poss. vt supra enarraui; attamen constitutio Regni, vt de successionibus, restringit dictam successionem vsq; ad fratrẽ & nepotẽ, qui adingreditur gradum patris, quæ constitutio obseruatur etiã hodie in Regno Neapolis, quod totum corrigitur in Regno per 4 istã cõstitutionẽ, † nã corriguntur & leges, & consuetudines feudorũ, loquentes de successione trãsuersalium in feudis, ac etiam dispositio dictæ constitutionis, vt de successionib. 5 quò ad successionẽ trãsuersalium, † & in Regno hoc seruatur sola dispositio istius constitutionis, q̃ ĩcipit, Si aliquẽ, vt scribit Guliel. de Pern. ĩ consi. 21. vidi processum Solarini, col. 2. quæ decisio elicitur ex verbis istius cõstitutionis, in fine. dum dictat, qualibet contraria consuetudine, vel cõstitutione cessan6 te. † ex quibus solis verbis potest apparere, quàm fuerit iniusta illa sententia lata in causa dimidij Catusi, cuius error apparet manifestus ex dispositione constitut. vt de successionibus, qua non admittuntur alij transuersales, nisi fratres, vel nepotes, qui adingrediuntur gradum patris, cęteri verò inferioris gradus excludebantur ab ipsa constitut. vt de successionibus, sub quacunq; forma fuerit inuestitura. cum ergo à Rege Iacobo fuerit elargata successio transuersalium in feudis vsq; ad trinepotem per istam constitutionẽ, & admissus frater etiam non coniunctus à latere, vnde prouenit feudum ad defunctum; 7 † Censentur ergo oẽs, qui vocantur post fratres & nepotes, vocati beneficio istius constitutionis, cum inuestitura recipiat formam & ordinem succedendi ab ista cõstitutione, vt in fine ipsius constitutionis dicitur. Cum ergo ipsa constitutio in primo gradu ponat fratrem etiam non coniunctum à latere, vnde prouenit feudum ad defunctum, nulla po 8 tuit suboriri dubitatio: † nam cum vocetur ad successionem fratris deficiente linea descendente, iam cẽsetur vocatus cũ qualitate exclusiua aliorum, nam vnius inclusio est exclusio aliorũ, l. cũ prętor, vbi annotatur, ff. de iudi. ita arguit And. in c. j. §. his verò, de gradib. success. in feudis. vbi ponderat verba cõcessionis, vel consuetudinis. Idem Andr. hoc arguendi genere vtitur in c. j. col. 5. Ibi, quęrit glo. de natu. success. feu. Idem tenet Abb. loquens in Maioricatu Hispaniæ, in consil. 85. incipien. in præsenti quæstione, colum. final. versi. nec obstat, vol. j. Ideoque cum verba sint clara admittentia fratrem, etiam non coniunctum ab ea parte, à qua non prouenit feudum ad defunctum, qui intelli-

gitur admissus cum qualitate exclusionis, si decesserit vltimus Baro moriens sine legiti mo hærede per lineam descendentem, † in verbis ita claris non admittitur quęstio voluntatis, l. ille, aut ille, §. cum in verbis, ff. de legat. 3. † & erroneum, ac penitus nugacissimum est, dicere quòd cum c. Si aliquem, dicat nullo legitimo hærede per lineam descendentem, quòd non est locus dispositioni ipsius c. nisi demum deficiant omnes, qui descendunt à primo acquisitore, cum hi dicantur descendentes, & succedunt in infinitum, cum successio transuersalium se extendat vsq; ad septimum gradum tantùm. quod tales succedant in infinitũ, determinat Bal. in c. j. de feud. Marchiæ. & ibidem Præposit. & Bald. etiam in c. j. de eo, qui sib. & hæred. suis. & Petrus de Anchar. in consil. 334. & latissimè scribit Curt. iunior in tract. feudo. in 3. par. nu. 48. & tenet etiam hãc opinionem Blasc. Lanz. in lectura istius c. quæ opinio an vera sit, fuit superius enarratũ: nam isthęc obiectio est omni liberide vanior: † nã sunt verba expressa istius constitutionis, quæ penitus reiiciunt dictam falsam interpretationem. verba enim sunt, Si aliquem tenentem feudum, nullo hærede per lineam descendẽtem mori contigerit. in his ergo verbis dilucidè demonstratur, † quòd ipsa constitutio non loquitur, nisi de vltimo Barone moriente, & pariformiter de eius hærede, scilicet ultimi morientis, de quo loquitur ipsa constit. † quia extranea persona nunquam subintelligitur, nisi exprimatur, ut respondit Iuriscõsultus in l. si ita stipulatus, §. Chrisogonus, ff. de verb. oblig. qui tex. quamuis loquatur in stipulatione, attamen procedit etiam in statuto, ut respondit Socin. in consil. 274. col. pen. vol. 1. & quod sic sit intelligenda dispositio istius constitutionis, probat tex. qui nõ potest cauillari, in l. ex facto, §. fin. ff. ad Trebell. nam tex. ibi referens verba fideicommissi, quæ dictabant sine hærede, hoc est sine liberis decedentis. sic ergo debet intelligi dispositio istius constitutionis, cum dicat, si mori contingat nullo hærede, vt intelligatur, nullis liberis Baronis vltimi decedentis. idem probat tex. in c. j. §. quia verò. qui feu. da. poss. in quo uerba tex. dictantia, fratre defuncto sine legitimo hærede, exponuntur ab Andr. & cæteris Doctoribus ibidem. maximè Afflict. in 7. not. hoc est sine descendente ex suo corpore, sed solo fratre superstite. in quo tex. sunt eadem verba, quę & in ista constitutione, & est tex. feudalis, qui loquitur de successione transuersalium, pro ut loquitur ista constitutio; & tamen illa verba, sine legitimo hærede, intelliguntur à Doctoribus, id est sine descẽdentibus ex corpore vltimi decedentis. qui tex. dat pręcipuum lumen, & intelligentiam isti constitutioni, & est vera interpretatio, quam Rex Iacobus, conditor istius constitutionis, ex sequentibus verbis magis dilucidauit: † nam quamuis verba illa, sine legitimo hærede, sint clara, & non possint intelligi, nisi de liberis vltimi decedentis, pro vt latissimè supra comprobaui, & etiam sic interpretatus est Guliel. de Pern. consilio feudal. 19. ad exuberantem tamen declarationem, ut tolleret omnem scrupum, Rex Iacobus, inquam, adiecit illa verba, per lineam descendentem. & clari, & non controuersi iuris est, † quòd linea descendens dicitur illa, quæ tenet cursum suum ab eo, ad quem transitum fecit feudum, nam illa est linea descendens, ut probat tex. in constit. ut de successionibus, & est tex. expressus in c. j. de gradib. success. in feud. & ibi Doctor. maximè Afflict. in 5. Reg. sic dicens, quòd deficiẽte linea descendenti, quam supra in 2. reg. declarauit esse liberorum illius, qui vltimò decedit, subiungit quòd tali linea descendente deficiente, tunc succedit linea transuersalis, in qua sunt descendentes primi acquirentis feudum, † in qua linea transuersali est primo loco frater. Quid dilucidius potuit dici, quòd successio fratris in feudis, & cæterorum agnatorum dicitur successio lineæ transuersalis? Cum ergo verba istius cõstitutionis dictent, deficiente legitimo hærede per lineam descendentem, non potest intelligi, nisi de liberis vltimi decedentis, nam agnati descendentes etiam à primo acquisitore, dicuntur ex linea collaterali: nam hoc etiam probat tex. & ibi annotant glo. & Docto. in c. j. de natura success. feud. & And. in c. j. Imperator Lothar. Eugenio Papæ. & declarat Cardin. Paris. in consil. 23. nu. 263. vol. j. quæ decisio etiam efficacissimè probatur ex tex. in dicta constit. ut de successionibus. ubi enumeratis filiis, & nepotibus in infinitum per lineam descendentem, quibus finitis ex collaterali linea, vocat fratres, filiosq; fratrum. † Secundum ergo terminos dictæ constitut. ut de successionibus, debet intel-

intelligi constitutio ista, cum tendat ad eius ampliationem & correctionem, † & lex corrigens intelligitur secundum terminos legis correctæ, ut in Auth. de fil. ante instrum. dotal. nat. & scribit Corn. consil. 199. vol. 2. & non est laborandum in re tam clara, & perspicua, † cum in iure tres reperiantur lineæ descriptæ ascendentium, descendentium, & collateralium, de quibus tractat Iurisconsultus in l. schemata, ubi glo. ff. de gradib. & sũt lineæ distinctę. Cum ergo loquatur constitutio specificè per lineam descendentem, non potest sine vi torqueri ad descendentes primi acquisitoris, qui collocantur in linea collaterali, cum sit perspicui, & non controuersi iuris, † quòd dispositio, quæ simpliciter loquitur de linea, quæ complectitur ascendentes, descendentes, & transuersales, d. l. schemata, vbi glos. ff. de gradib. & scribit Ioan. Andr. in arbore consanguinitatis. attamen simpliciter posita in dispositione, intelligitur de directa, vt voluit Bal. in consil. 321. vol. 2. non potest intelligi de linea, in qua continentur alij, qui sunt transuersales, sed de linea ipsius vltimi decedentis. hoc decidit per pulchras rationes Socin. in consi. 33. nu. 8. vol. 3. quanto ergo fortius, cum in ista constitutione non dicatur simpliciter de linea, sed per lineam descendentem, obtinebit ista interpretatio, cui interpretationi nullum negotium facessit constit. constitutionẽ diuæ memoriæ. † nam ea est declaratoria istius c. & intelligitur secundum terminos eius, iuxta tex. in Auth. de fil. nat. ante instrumen. dota. nã dicta constit. constitutionem, versatur in declarando illud, quod poterat scrupum mouere, uidelicet an ista constitutio procederet etiã in feudo nouo? Et quãuis verba ipsius const. non essent clara, quinimò magis admitterent contrariam interpretationem, † attamen declarauit Rex Fredericus istam constitutionem procedere & in antiquo, & nouo feudo. & quatenus statuit, quòd admittãtur collaterales deficientibus successoribus legitimis per lineam descendentibus, attamen non possunt ista verba aliter interpretari, nisi quòd successores legitimi descendentes per lineam vltimi decedẽtis, ut supra probatum est; & istam interpretationem amplectitur Guliel. de Pern. in dicto consil. 19. & Iacob. Chirc. in allegationibus, quas fecit in causa fluminis Dionisij, quamuis prędictas rationes non allegent. Et quatenus contra istam veram interpretationem adducebatur tex. in d. l. j. C. si loc. Imperial. libera. lib. 10. † illa lex tamen, secundũ primam expositionem glos. non aduersatur, quæ prima expositio defenditur à Decio in d. l. j. C. vnd. vir, & vxor. Et quamuis secunda expositio ad illam legem sit communis, nihilominus prima expositio in feudis procedit, ut determinat Ioan. de Platea ibi. cum ergo c. Si aliquem, tractet de feudis, meritò expositio dictæ glos. non solùm non contrariatur, sed adiuuat hanc interpretationẽ; & fortius, cum in dispositione istius constit. addatur, per lineam descendentem. quę verba tollunt omnem dubitationem, ut supra dictum est stantibus præmissis, cum feudum fratris deferatur fratri, siue coniuncto ab eo latere, vnde peruenit feudum ad defunctũ, siue non deficientibus liberis. Quis enim est tanta præditus auctoritate, vt dissecet, ac distinguat inter fratrem & fratrem, vt vnus admittatur, & alter reiiciatur in vltimã classem ad exclusionem fisci, cum constitutio ipsa figat pedem, & vocet fratrem vnico complexu, siue coniunctum, siue non coniunctũ, vnica determinatione? ergo † indistinctè debet intelligi, etiam si sit maior ratio in vno casu, quàm in alio, ut probat tex. in l. j. §. j. ff. de aleator. sic enim etiam argumentatur in his terminis Andr. in constit. ut de successionibus. & ista interpretatio est tenenda, quia si Legislator voluisset distinguere, distinxisset: cum ergo non distinxit, uoluit vno ordine succedere; quia si aliter voluisset, iam dixisset, argu. tex. in l. vnica, §. sinautem ad deficientis, C. de caduc. tollen. per quẽ tex. ibi dicit Bal. quòd illud, † quod quis non loquitur, nec velle præsumitur, & sequitur Dec. in consil. 312. ad idem tex. in c. inter, §. sed neque. vers. vnde. de translat. episco. ad quę accedunt pulchra verba Ciceronis in 2. Rethoric. de Inuentio. tit. 8. his verbis instruens eum, qui stat pro lege scripta, ut vrgeat iudices dicens, Non oportere de eius voluntate nos argumentari, quia nec id facere possemus. iudicium enim nobis reliquit multa incommoda sequi si instituatur, vt à scripto recedatur suę voluntatis; nam & eos, qui aliquid scribunt, non existimaturos id, quod scripserunt, ratum futurum, & eos, qui iudicant, certum quid sequantur, non habituros, si semel à scripto recedere consueuerint. quod si voluntas conseruanda sit, se & non

nō aduersarios ab eius voluntate stare, nam multo propius ad scriptoris volūtatem eum accedere videtur, qui ex ipsius eā literis interpretatur, quàm illum, qui sententiam scriptoris nō ex ipsius scripto spectet, quod ille suę voluntatis quasi imaginem reliquerit, sed domesticis suspicionibus perscrutetur. Quid enim dilucidius potuit scribi à tanto viro vt demonstraret, † non esse discedendum à scripto, cum in scripto (vt dicit ipse) sit sculpta quasi imago voluntatis scribentis? Cui Ciceroni etiam consentit tex. in c. ad audientiam, de deci.& isto modo arguit glo. per illum tex. in c. fin. de priuileg. lib. 6. Concinit & Iurisconsultus in l. quidam cum filium, ff. de hæredib. instit. per quem tex. dicunt Bal. & Imol. ibidem, † quòd illud, quòd dicitur magis spectari voluntas, quàm verba, procedit quando fuit processum ad aliquam dispositionem voluntatis, & sequitur Iaf. in l. 3. C. de liber. prętер. vnusquisq; enim videtur velle, pro ut sonant verba, l. Labeo, §. idem Tubero, ff. de supell. legat. ut etiam scribit Dec. in l. semper in stipulationibus, ff. de regul. iur. cum ergo Princeps ex dispositione istius constitutionis admiserit etiam fratrem non coniunctum ab ea parte, vnde peruenit feudum ad defunctum ad successionem fratris decedentis sine sobole, & hoc verbis pcisis, & nil disposuerit de alijs agnatis circa eūdem gradum, iam sequitur quòd voluerit illum fratrem habere feudum, & non agnatos remotiores in illo casu, sed eos admisit ordine suo. & certè neminem, qui in literis versatur, fugit, quàm diligentissimus fuerit Iacobus Rex, auctor istius constitutionis, & sacrum eius consilium. † Non enim est verisimile, non cogitasse hunc casum, uidelicet in feudo antiquo superesse agnatos, maximè cum ipse in eadem constit. elargauerit successionem transuersalinm usque ad septimum gradum, cum per constit. Regni vix cō plectebatur tertium gradum de iure ciuili. ideoq; si in hoc casu vellet præferre agnatos remotiores fratri vterino, de facili dixisset: quod cū non dixerit, cēsetur noluisse, quod eleganter prosequitur idem Cicero in loco præallegato, paulo inferius dicens, Scriptori neq; ingenium, neq; operam, neq; vllam facultatem defuisse, quo minus posset apertè præscribere id, quod cogitare non fuisset & graue, nec difficile eam excipere causam, quam aduersarij proferunt, si quicquam excipiendum putasset consueuisse eos, qui leges scribunt, exceptionibus uti. † verba ista Ciceronis sunt ita clara, quòd procul abijciunt omnem dubitationem ab isto casu: nā Princeps cum admittit illum fratrem non coniunctum à parte, vnde venit feudum ad defunctum ad successionem feudi fratris decedētis sine sobole, nulla vsus fuit exceptione. intelligenda est dspositio istius constitutionis in hoc casu, & Ciceroni concinit Iurisconsultus in d. l. j. §. j. ff. de aleat. & in l. generaliter, ff. de legat. præstan. & in l. de precio, ff. de publi. & faciunt ea, quę scribit Luc. à Penn. in l. fin. col. 6. 7. C. de his, qui spont. munera public. suscip. vbi recitat dicta verba Ciceronis. pro quo etiam facit not. decisio Bald. in l. maximum vitium, C. de liber. præter. in ratione sui dum dicit, † quòd quotiensсunq; statutum derogat iuri communi, non recipit ab eo interpretationem. rationē adducit, quia verbis statuti non possumus aliquid addere, vel diminuere. quā decisionem sequūtur Paul. de Castro, & Corn. in l. fin. §. in computatione, C. de iure deliber. & Roman. consil. 399. Alex. in consil. 227. col. 2. vol. 6. & in consil. 249. eo. vol. Hierony. Alba. consi. 40. & quamuis Alex. & Iacob. in dicto §. in computatione, reprehēdant Bal. & idem Alexan. in l. inter cætera, ff. de liber. & posth. & pleriq; sequuntur, attamen per dictos Doctores non impugnatur ratio Bald. sed eius decisio elicita à dicta eius ratione; quia eius ratio non bene quadrabat suæ decisioni, quamuis ratio eius esset in seipsa firma, quòd verbis statuti nihil addere, nec detrahere debemus, per tex. in l. j. §. hunc ergo, de Insti. Cod. confirman. nihilominus nō erit bona illatio, quod lex corrigens ius commune, non recipit ab eo interpretationem, quia in ista quęstione seruať distinctio Imol. in l. dotalem, §. de viro, ff. solu. matrimo. † distinguit enim Imol. hoc modo, quòd si constat legem nouam velle corrigere legem antiquam, & generaliter debet intelligi, quia sic videtur de mente disponentis. & ad hoc allegat tex. in auct. ex testamento, & in corpore, vnde sumitur, C. de collat. si verò non constat de mēte, quòd velit corrigere in materia, de qua quæritur, licèt constet, quòd in alia materia corrigat, lex noua poterit distingui per antiquam, pro ut erat in casu Bal. pro ut adducitur ab Alexandro in d. l. inter cętera, ff. de liber. & posth. at in casu, & dispositione

fitione constitutionis istius, ista ratio cessat, & stat primum membrum distinctionis Imo. cum constat Principem correxisse tam constitutiones Regni, quàm consuetudines seu dales, loquentes de successione transuersalium, cum expresse dicatur in ista constit. & annotat Guliel. de Pern. in consil. 21. col. 2. ideoq; cum indistinctè, & generaliter loquatur, indistinctè intelligi debet per iura, & rationes, & auctoritates superius adductas.

32 Confirmantur prędicta & alia ratione, † nam constitutio ista vocat ad successionem feudi fratris ipsum fratrem simpliciter; & ne fiat interpretatio, interpretatur ipse Princeps de quocunq; fratre, siue coniuncto à latere, vnde venit feudum ad defunctum, siue non cōiuncto eo modo: ideo sequitur, quòd sicuti frater coniunctus ab ea parte, vnde peruenit feudum ad defunctum, excludit agnatos remotiores, pariformiter & frater non coniūctus ab eo latere, vnde peruenit feudum ad

33 defunctum, † quia sub vnica determinatione non debent diuerso iure censeri, l. iam hoc iure, ff. de vulga. & pupill. substit. & pro hoc (iudicio meo) est tex. in l. j. C. de legit. hæred. vbi disponitur, fratres & sorores succedere de iure prætorio, pari iure ex capite vnde cognati, licèt non sint ex eadem matre suscepti, pariformiter & ista constitutio admittens fratrem non coniunctum à latere, vnde prouenit feudum, censetur admittere pari iure, sicuti admittit cōiunctum, ex quo ipsum habilitat, quia frater non coniunctus ab ea parte, vnde peruenit feudum ad defunctum, excludebatur: quia non reputabatur

34 agnatus, † cum sola agnatio consideretur in successione feudi, vt scribunt Bald. Paul. de Cast. & Corn. in l. j. C. de leg. hęred. & Alex. in consil. 9. in final. verb. uol. 5. ideo facta habilitatione, debet succedere eadem prærogatiua, quod expressius demonstratur in illa alternatiua, communibus, vel non cōmu-

35 nibus, † cum alternatiua posita inter plures casus præscribat, idem ius esse in vtroq; casu, ut probat tex. in l. quod Seruius, ff. de solut. & tex. in l. siue ex prætoriana, C. de ex-

36 cept. & exact. lib. 12. Præterea † constitutio ista ad successionem feudi vocat fratrem, & cæteros transuersales agnatos non simpliciter, sed cum prærogatiua gradus. cum ergo vocetur frater non coniunctus ab ea parte, unde peruenit feudum ad defunctum in successione feudi fratris p̄defuncti sub illa qualitate, quia proximior, quomodo agnatus inferioris gradus admitti potest existente proximiore uocato specificè ab ipsa lege?

37 certè est de directo contra tex. ipsum. † & illud commentum, quòd agnatus debet præferri, quia comprehensus in inuestitura, debet præferri: nam totum istud enthymema est falsum, nam circumscripta dispositione istius constitutionis, talis agnatus in Regno

38 † iam esset exclusus à successione feudi, nam quāuis ex consuetudinibus feudorum agnati transuersales admittātur ad successionem feudi usque ad septimum gradum; attamen

39 † totum hoc fuit correctum per Regni constit. ut de successionibus, quæ in successione transuersalium non admittit, nisi fratrem, & fratris pręmortui filium; & attenta dispositione dictæ constit. in inuestitura non com-

40 prehenditur remotior agnatus, † cum inuestitura reguletur ab ipsa lege, & Regni constit. ut per Bar. in l. iusiurandum, §. quod si liberi, ff. de oper. libert. & latissimè Loffred. consil. 39. ideoq; circumscripta ista constit. talis agnatus remotior iam esset exclusus à successione feudi. Si ergo ad successionem admittitur beneficio istius constitutionis, qua censetur etiam comprehensus in inuestitura, cum tenor ipsius constitutionis censeatur inesse omnibus priuilegiis, & concessionibus feudorum, ut probat tex. in ista cō stit. in fine, & annotat Guliel. de Pern. scribens in ista constit. in uerbo, concedendis, & in consil. 7. & consil. 21. col. 5. ideoq; per prius censetur uocatus, & comprehensus in inuestitura uterinus: qui quamuis alio iure esset exclusus, attamen per constit. Regni, ut de successionibus, erat inclusus, secundum opinionem Andr. ibidem & ueram. & nihilominus agnatus remotior per eandem cōn stit. ut de successionibus, erat penitus exclusus. ideoque si agnatus remotior beneficio istius constitut. recipitur, & eodem iure cēsetur comprehensus in inuestitura, fortius censetur comprehensus frater, non coniunctus à latere feudi. ideoq; cum pari beneficio vocetur proximior, debet pręferri, ut determinat ista cōstitutio. quinimò fortius arguebat Iacob. Chirc. non contemnēdus Doctor, in allegationibus ī causa fluminis Dionisij, quòd non erat præferendus comprehensus in inuestitura, si erat remotior illo, qui erat proximior, quamuis non comprehensus in inuestitura, quia constitutio dicebat,

bat ille, admittit ad successionem feudi in successione transuersali proximiorem, meritò proximior admissus solo beneficio istius constitutionis, & non comprehensus in inuestitura excludit agnatum remotiorem, 41 quāuis comprehensum in inuestitura: † quia nemo admittitur beneficio istius constitutionis, Si aliquem, nisi sit proximior defuncto. quæ decisio est uera & firmata optimo fundamento, & amputat omne dubiū. quod fieri poterat in hac quæstione: quanto fortius, quòd nec coniunctus frater non à latere feudi, nec agnatus remotior aliter comprehendebatur in inuestitura, nisi quatenus inuestitura informatur ab ista constitutione, & beneficio ipsius constitutonis admittuntur æquo iure, cum prærogatiua gradus.

42 & † ex his manifestus redditur error Blasc. Lanz. qui tenet, ac subscribit illi opinioni, quòd dispositio istius constit. quæ prorogat successionem transuersalium usque ad septimum gradum, & ultra eam non finit progredi, non uendicat sibi locum in illis transuersalibus, qui descendunt à primo acquirente, qui quodammodo sunt descendentes, & succedunt in infinitum per auctoritates, quas citat, quas & ego supra recitaui: nam ista sua opinio est protinus falsa, cum per constit. Regni, ut de successionibus, in successione transuersalium sint correctæ omnes consuetudines, quæ ei aduersantur, ut probatur in constit. post mundi machinam. vers. quā. Cum ergo dicta Regni constitutio, ut de successionibus, restringat successionem trāsuersalium ad tertium gradum, ut per Andr. in c. j. §. præterea. in fin. quę sit prima caus. benef. amitt. & per Afflict. in c. j. §. & quia, nu. 28. qui feud. da. poss. non uocet alios transuersales, nisi illos, qui descendunt à primo acquisitore, ut patet in tex. & infra dicam. meritò constitutio ista, quæ corrigit dictam constitutionem, ampliando successionem usq; ad septimum gradum, debet secundum terminos; d. constit. ut de successionibus, intelligi

43 † cum lex corrigens debeat intelligi secundum terminos legis correctæ, ut probat tex. in Auth. de fil. nat. ant. instrum. dotal. & scribit Corn. consil. 199. uol. 2. cum ergo dicta Regni constitu. ut de successionibus, uocet transuersales usq; ad tertium gradum, scilicet transuersales descendentes à primo acquirente, meritò eodem & modo debet intelligi dispositio istius constitutionis, ut extēdatur etiam successio transuersalium usq; ad trinepotem, etiam illorum transuersalium, qui descendunt à primo. quæ opinio comprobatur ex fine ipsius cōstitutionis, Si

44 aliquem. † nam abrogat omnes constitutiones, & consuetudines; & præcipit seruari tantùm dispositionem ipsius constit. quomodo potest argui ex iuribus, & consuetudinibus abrogatis, contra glos. & Docto. in c. contra Christianos, de hæretic. lib. 6. ? Probatur per constit. Regis Frederici, constitutionem, quæ declarat dispositionem istius constit. Si aliquem, procedere tam in feudo antiquo, quàm in nouo. cum ergo in feudo antiquo sint transuersales descendentes à primo acquisitore, & non in feudo nouo, non debet diuerso iure censeri, l. iam hoc iure, & ibi Doct. ff. de vulga. & pupilla. substit. Sed quid opus argumentis, cum tex. ipse istius consti. hoc decidat verbis non obscuris? nam statuit, quòd frater, siue coniunctus, illud capiat, aut ex liberis eius vsq; ad trinepotem, & tamen ille frater coniunctus descendit à primo acquisitore, vt supra etiam firmaui la-

45 tius differens. † ideoq; Blasc. decidit contra casum legis, ideoq; tenēda est vera opinio, quòd siue transuersales descendant à primo acquisitore, siue non, succedunt tantùm usq; ad septimum gradum per istum tex. Stat fir-

46 ma igitur conclusio, † quòd frater non coniunctus à latere feudi, excludit omnes remotiores, qui etiam sicuti & ipse, admittuntur beneficio pari istius constit. & nullatenus cō prehenduntur in inuestitura. Non obstat, quod ista īterpretatio est dura: † quia si esset dura,

47 esset etiam seruanda, l. prospexit, ff. qui & à quib. & nihilominus non fuit durum ita statuere, sed benignum, ac plenum omni fauore: nam comprehendit agnatos remotiores,

48 qui ante erant exclusi. † nam prorogare successionem, est fauorabile, ut est tex. in §. fin.

49 instit. de agnat. success. Quinimò † statutum corrigens ius medium, & reducens ad antiquum ius, est fauore plenum, vt decidit glo. in c. statutum, in verbo, numerādum, de prę bend. lib. 6. & opinionem glo. dicit communem Curt. iunior in l. venia, C. de in ius uocan. & glos. etiam sequitur Corn. in consil. 199. nu. 36. vol. 2. & Cassan. quasi in terminis nostris, consi. 8. nu. 32. pro qua decisione faciūt verba And. in c. j. §. hoc autem. de his,

50 qui feu. da. poss. vbi dicit, † quòd improbum esset dicere consuetudinem, quæ admittit fœmi-

fœminam ad successionem feudi, non valere, per quam reditur ad ius commune. quæ decisio Andr. truncat illam opinionem Lucæ de Penn. in l.j.col.10.C. de impon.lucr. descrip.qui dixit talem constitutionem,quę admittit collaterales ab ea parte, unde non peruenit feudum ad defunctum, esse irrationabilem, & tanquam irrationabilis non valet:nam ista sua doctrina confunditur ex dictis Andr. in d.§. hoc autem. Confunditur etiam ex omnibus legibus, quæ admittunt vterinum ad successionem, etiam eorum bonorum, quæ obuenerunt fratri defuncto ex successione patris eius, ut in l.meminimus, C.de legit. hæredib. in quo tex.Imperator

51 Iustinianus vocat ius istud legitimum.† si legitimum, quomodo irrationabile, cum lex sit quicquid rōne cōsistit,c.erit aūt lex.4.distinct.? Cum ergo ista constitutio reducat successionem in feudis ad ius commune,meritò tenet, vt dicit Andr. in d.§.hoc autem, quē sequūtur omnes,& est rationabile; quinimò omni fauore plenum, cum reducat ad ius commune per ea, quæ dicta sunt. Cum ergo sit ista vera, & irrefragabilis sententia, nihilominus non defuerunt, qui obstreperent, etiam conantes verba aperta istius cōstit.oppugnare: nam vltra oppugnatioues superius explicitas, dicebant quòd dispositio c.Si aliquem,non vendicat sibi locum,quando cum fratre non coniuncto à latere feudi, concurrunt alij agnati.nam dicebant, quòd ista lex vocat fratrem in singulari numero, & eius liberos. debet ergo intelligi, quòd primitus vocat fratrem coniunctum à parte vnde peruenit feudū ad defunctum, & eius liberos;& deinde vocat fratrem non coniunctum ab ea parte, vnde nō peruenit feudum

52 ad defunctum,& eius liberos. & † verbum, proximior, dicebant ipsi, est appositum respectiuè,referendo singula singulis, secundum glo. in l.fin.in verbo, vniuersitatis, C. de fideicommiss. & in l.j.§. finautem, C.de caduc.tollen.& pro decisione quæstionis adducebant Hier.Grat.consi.6.uol.j.& Alciar. consi.8.inter consilia Hieronymi Grat.eod. lib.& inferebant ex his,quòd illud verbum, proximior, intelligitur respectu lineæ. cum ergo vterinus non sit de linea, non vendicat sibi locum ista constitutio in eo, quæ confirmabant ex doctrina Blasc. Lanz. in lectura istius constitutionis, qui determinat quòd si concurrerent duo fratres ad successionem feudi, non coniunctus à latere feudi ab ea

53 parte, vnde peruenit feudum,† quòd quantumuis coniunctus esset minor ætate, præferretur non coniuncto maiori: pariformiter si concurrerent fœmina vtrinq; coniuncta in eodem gradu,& masculus nō coniunctus à parte feudi, quòd deberet præferri fęmina.& ex his decisionibus inferebāt,quòd coniunctus ab ea parte, vnde peruenit feudum ad defunctum, remotior debet præferri non coniuncto proximiori; & allegabant tex.pro decisione, in l.cum pater, §.pen.ff.

54 de legat.2.Dicebant etiam,† quòd ista constitutio loquitur in feudo paterno,& non in auito, neq; nouo; & hoc astruebant per illa verba, si feudum ipsum ab aliquo ex parentibus sibi,& fratri communibus, vel non communibus,peruenerit ad defunctum. nō enim poterat (dicebant ipsi) à parentibus peruenire,nisi fuisset paternum: nam si fuisset auitum, non peruenisset à parentibus, sed ab auo, vel alio antecessore. nam dictio, ex, denotat causam immediatam per tex.in l.j.§.ex incendio,ff. de incend. ruin. & naufrag.& considerat, & ponderat Bal.in consi. 110.inter consil.Angel. incipient.sanctissi-

55 ma Regina, subnectentes rationem,† quòd in feudo auito non succeditur vltimo, sed primo acquirenti,vt Bal.docet in d.consi. 110. & scribit Curt.in tracta.feud.ex qua ratione inferebant, quòd c.Si aliquem, dum vocat non coniūctum à latere feudi in successione feudi fratris decedentis absq; legitimo hęre-

56 de,†loquitur in feudo acquisito per patrem, in quo non sunt agnati, & ideo non fuit necessaria aliqua mentio de ipsis; & verbum, proximior, nō excludit agnatos in casu,quo nulli poterant esse agnati de medio. & ideo

57 † dictio, proximior, est posita inter collaterales defuncti à fratre vsq; ad trinepotem,& non est posita inter agnatos, & fratres descēdentes ex fratribus. & ex his concludebant,

58 † dispositionem istius constitutionis non vēdicare sibi locum in feudo antiquo, & respōdebant constit.constitutionem diuæ memoriæ, quæ penitus eneruat dictam erroneam interpretationem, quòd dicta constitutio est partim declaratoria,&partim nouum ius

59 constituens, † quod non inconuenit, vt scribit Alex.in consi.7.vol.2 post Anton.de Butri.& cæteros in c.fin.de præscrip.ideo dispo nendo in feudo auito,ī quo sunt agnati, procedere dispositionem istius constitutionis,

eis

eis preiudicaret,clausit suam dispositionem illa clausula,deficientibus successoribus per lineam descendentibus, in qua clausula cōprehenduntur omnes descendentes, iuxta tex.in c.j.de gradib.success.in feud.vt declarat Socin.in l.Gallus, §.nunc de lege,ff.de li-

60 ber.& posth.dicebatur etiam,† quod quamuis c. Si aliquem, vocet non coniunctum à latere feudi,attamen debet intelligi deficiētibus agnatis à patre, vnde peruenit feudū ad defunctum,argu.tex.in c.j.de eo, qui sib. & hæredib. suis.in quo tex.quamuis vocentur fœminæ in inuestitura, intelligitur tamē vocata fœmina, deficientibus masculis. ad idem tex.ī c.j.de duob.fratrib.& ibi Afflict. & Præposit.& quamuis prima facie obstaret verbum, proximior,positum in ista constit. Attamen dicebant ipsi debere intelligi secūdum subiectam materiam,vt declarat Socin.in dicto consil.252.nu.17. vol. 2.

Prædictis tñ friuolis non obstātibus,adhę rendum est veritati, quæ dilucidior apparebit ex responsis ad contraria. ideoque non obstat illud enthymema,quòd frater cōiunctus est vocatus singulariter, & eius liberi. ideoq; prius est intelligendus de eo, & eius liberis, quàm de non coniuncto à latere feudi, quia totum istud est contra tex. apertum

61 istius constitutionis. † nam vocat fratrem simpliciter nomine appellatiuo ; & ne fiat à lege interpretatio de quo fratre sentit,declarat quòd intelligit de fratre indistinctè,siue coniunctum ab ea parte, vnde peruenit feudum ad defunctum, siue non. cum ergo dicta lex vocet talem fratrem ad successionem feudi fratris decedentis, perquàm durum est contra uerba legis clara,& aperta,excludere fratrem, & admittere remotiorem: nā

62 hoc esset decidere cōtra casum legis,† quòd non est admittendum. quinimò cum frater siue sit non coniunctus, siue sit coniunctus, admittatur ad successionem feudi fratris decedentis, absque alia distinctione censendi sunt in hoc tanquam æquiparati, ergo eo-

63 dē iure admittitur vnus,sicuti & alter,†quia in æquiparatis idem ius statuitur, argu. tex. in l. Princeps, ff. de legib. & est glos.in l. si quis seruo, quam sequuntur communiter Doctor.de seru. fugit. ideoque dicta distinctio,quæ lege non probatur, quinimò de directo est contra tex. istius constitut.est reiicienda,iuxta tex.in l.j.§.j. ff.de aleato. Præterea non solùm vocat fratrem sub nomine appellatiuo, & ne fiat īterpretatio declarat, quòd intelligit tam de coniuncto, quàm de non coniuncto ; sed etiam adiecit qualitatē, vt proximior succedat,ideoque reiicere fratrem,& proximiorem,& admittere non fratrem, & remotiorem, non est aliud, nisi destruere dispositionem istius constitutionis

64 sub ceruicosis interpretationibus, † quod nulli licet, vt dicit Bald.in consil.110.sanctissima Regina. inter consil. Angel. nec iuuat dictam interpretationem Socin. in con-

65 sil.252.vol.2. † nam quamuis Soc. nil boni dicat circa ītellectum istius constitutionis, & meritò magna Curia in ea causa, in qua consuluit Socin. determinauit cōtra decisiones dicti consilij,vt refert Nicolaus Sollima in apostillis ad istam cōstitutionem,qui fuit vnus ex iudicibus eo tempore, & nihilominus Soc.nil dicit in dicto consil.quod adiuuet dictam contortam interpretationem:nā in casu & hypothesi Socin.erat quęstio inter patruum & filiam alterius fratris primogeniti defuncti ; & arguens pro nepote, dicebat quòd ista constitutio admittit fratrem maiorem, & eius liberos eo non existente, & generaliter debet intelligi l. generaliter, ff.de legat.præstan.Præterea dicebat ipse, ꝙ ista constitutio circa fratrem, & eius filios, determinat simul. debet ergo æqualiter determinare, l.iam hoc iure,ff.de vulga. & pupill.substit.quis enim non videat,nisi cæcu-

66 tiat,† quòd argumenta Soci. & si militarent in casu suo, quòd contra non coniunctum fratrem à latere feudi,ne pilum quidem faciunt. quinimò si sincero iudicio perpendātur, etiam adiuuat partem fratris vterini, dum arguit quòd ex quo ista constitutio vocat simul fratres, & eius liberos,debet ęqualiter determinare, l.iā hoc iure, ff.de vulga. & pupill.substit.nam hoc argumentum Soc. magis stringit in isto casu, cum magis clarè vocet fratrem complexiuè, siue cōiunctum ab ea parte, vnde peruenit feudum ad defunctum, siue non : meritò debet æqualiter determinare, vt quomodo admittitur vnus frater ad exclusionem aliorum agnatorum inferioris gradus, pariformiter & alter frater debet admitti. nec enim in isto casu tractatur, pro vt in casu Soc.de filiis fratris maioris præmortui, sed de agnato remotiori, quo casu non militant argumēta Socin. nec

67 eius rationes. † Nec etiā opitulatur decisio Hieron.Grat.consil.6.& Alciat.consil.8.inter

ter consilia Hieronymi Grat. vol.j. nam ipsi loquuntur in diuersis terminis, scilicet circa interpretationem illius verbi, maior. & volunt quòd intelligatur de maiori natu illius lineæ descendentis, ad quem peruenit feudum; & bene dicunt, & in Regno habemus hoc decisum per constit. vt de successionibus. at quomodo deducantur isthæc ad nostram hypothesim, vt concludant, nisi quis plusquàm lynceus esset, non perspiciet.? Nã quid ad rhombum quærere in hac hypothesi de lineis? † nam non agitur, nec disceptatur inter fratrem coniunctum, & fratrem nõ coniunctum, nec inter liberos vnius fratris & patruum, sed inter fratrem non coniunctũ à latere feudi, & agnatum, ad quem agnatũ nunquam peruenit feudum, † & magis à remotis est decisio tex. in l. cum pater, §. pen. ff. de legat. 2. nam ibi Iurisconsultus loquitur, quando legatum fit aliquibus disiunctiuè, inter quos cadit affectio. nam eo casu respondit, ac interpretatur Iurisconsultus, ꝙ non censentur vocati coniunctim de ordine scripturę; Primò illi, quos maior complectitur affectio, quę deprehẽditur ex ordine scripturę. in his terminis loquitur ille tex. vt declarant Docto. in d. §. fin. quid enim facit ille tex. ad quæstionem nostram? nam frater vocatur sub vnico complexu verborum, † & illa alternatiua est posita inter parentes, à quibus vel peruenit, vel non peruenit feudũ ad defunctum, & ad declarationem, de quo fratre intelligatur. ideoque inter vnum fratrem, & alterum, nulla disiunctio, vt possit ex illis verbis argui, nec inter descendentes fratrum. ideoq; ille tex. nil facit ad istam quæstionem, quia nõ constat argumentũ. & quãdo duci posset argumentum, constaret inter fratrẽ & filios alterius fratris. at inter fratrẽ non coniunctum ab ea parte, vnde peruenit feudum ad defunctũ, & agnatos, non potest deduci argumentũ: nã illa verba non cõprehendunt agnatos, qui non descẽdunt ex fratribus, sed omnino ille tex. nil facit, vt cesset etiam decisio l. pen. C. de verb. signi. † quia in ista constitutione nulla disiunctio inter personas honoratas. & quãuis fuisset responsum, ꝙ non refert, sic non referebat allegare predictos tex. qui in his terminis non loquũtur, nec etiam aliquid pungit decisio Blasc. Lanz. in repet. istius constit. dum voluit pręferri fratrem minorem coniunctũ ab ea parte, vnde peruenit feudum fratri maiori non coniuncto ab ea parte, vnde nõ peruenit feudum. Et fœmina minor ætate coniunctæ ab ea parte, vnde peruenit feudũ ad defunctũ, præfertur maiori non coniunctę. nã quando dictę decisiones essent verę, nã de earum veritate discutietur suo loco, † & nihilominus nil faciunt ad propositã quæstionem: nam dictę decisiones loquuntur de his, qui sunt in eodem gradu, & vterq; poterat succedere, & erat proximior defuncto; secus in isto casu, in quo agnatus non est proximior defuncto feudatario, nec illi potest succedere, nam in isto casu non procederent dictæ decisiones, quia essent & contra verba, & mentem istius legis, & totum falsum est illud, quod dicebatur, quòd illud, quod statuitur in prærogatiua ætatis & sexus, censetur etiam statutum in prærogatiua gradus, nam istud est protinus falsum. † nam prærogatiua gradus est præstantior cæteris, & semper remanet in cõcussa, ni ratio expressa aliud faceret, vt ĩfra, cum ex verbis istius constitutionis aliter nõ potest quis succedere ex collateralibus ad feudum, nisi demum sit proximior defuncto. quomodo potest constare argumentũ, si concurrant duo, vnus proximior, & alter vt non proximior, quòd admittatur non proximior excluso proximiore contra verba expressa, & mentem istius legis? & quòd pręrogatiua gradus sit potentior cęteris, est doctrina Andr. in c. j. & ibi Afflict. de eo, qui sib. & hæred. suis. & scribit Corn. in consil. 199. nu. 31. qui scripsit in causa Sclafani, & in eadem causa idem consulendo scripserunt Alex. de Imol. & Bald. Nouell. quorum consilia non sunt typis excusa. eandem opin. tenuit Prothon. in causa Chomisi, & est communis opinio omnium scribentium de eadem re, quã opinionem nunc nõ discutio, dum loquũtur de fœmina, sed de ea discutietur inferius. Ideoq; apparet quàm fuerit friuolum argumentum de masculo ad masculũ. Nõ obstat etiã, quatenus dicebatur, ꝙ dispositio istius legis procedit solùm in feudo auito, & non in antiquo: nam est noua, & inaudita distinctio, q̃ repugnat verbis, & menti istius legis, quæ indistinctè loqtur: † meritò indistinctè debet ĩtelligi, etiã si sit maior ratio ĩ vno casu, quàm in alio, l. j. §. j. ff. de aleator. quo argumento vtitur in feudis etiam And. in constit. vt de successionib. quinimò fuit facta declaratio inde per Regẽ Freder. declarantem istam legem procedere tã in feudis antiqs, q̃

in nouis. Et ne fieret distinctio inter feuda auita,& paterna,expressit vtrũq; ; & ideo dicta opinio est contra casum istius constitut. declaratum per dictam constitutionẽ. Nec potest conuellere veritatẽ illa consideratio, 75 † ꝙ dicta constit.constitutionem,est partim declaratoria,& partim noui iuris constitutoria: nam istud commentum est vanum,& vanius omni vanitate, cum dicta cõstitutio sit tota declaratoria, cum de nouo nil fuerit p eam statutum, sed declaratum illud, quod non erat sic apertum ex verbis istius legis, sed velatum, cum meram contineat diuinationem, censeri non comprehensum in dispositione istius legis feudum auitũ.Et quatenus fuit additum per constit.constitutionem, fuit de nouo constitutum, nam tendit talis consideratio contra verba dictæ consti. constitutionem,reiicienda est falsa interpretatio, 76 †& cedendum est veritati, quæ tanto dilucidior apparebit,dum respondebitẽ obiectis in contrarium.Et primò non obstat illa argumentatio sumpta à verbo, parentibus; 77 nam est satis inepta. †nam verbum,parẽtes, non solùm non comprehendit tritauum,sed etiam omnes ascendentes,vt est tex. in l.qui 78 que,§.j.ff.de in ius vocan.quinimò †verbũ, parentibus,secundum Italicum idioma,accipitur pro agnatis,vt est tex.& ibi Bal. & cæteri, in c.j.quemad.feud.ad fœmin.perti.nec etiam valet obolum illa excogitatio de dictione,ex,quæ denotat causam immediatã : 79 † nam verum est, ꝙ habito respectu ad vltimum defunctum,spectatur causa proxima & immediata, vt declarat Afflict.in c. j. col. 4. nu.6.Imperat.Lothar. Eugen. Papæ. non tñ ex hoc rectè deducitur,peruenit feudum ad defunctum per mortem parẽtis, ergo feudũ paternum : quia consistunt simul, & nullam habent repugnantiam, peruenisse feudum ex parente, hoc est patre immediatè, attenta proxima causa successionis, & peruenisse à primo acquisitore, considerata radice, & prima acquisitione feudi,vt perquàm optimè scribit Afflict.in dicto c. j. Imperat. Lothar. Eugen.Pap.& ibidem Sigism. Loffr.in 80 addit. Paraphrast.ad Andr.†& ideo non cohæret argumentum, neque consistit feudũ, venit à patre ad filium,ergo paternum:nam qui tale argumento vtitur, elenchis potius studuit,quàm verę dialecticę. Nec iuuat prædictũ falsum intellectũ, quod ideo dicit ista constitutio,defuncto proximior,vt exprimeret, ꝙ loquitur de feudo paterno. nam si voluisset comprehendere auita,nõ diceret, de- 81 functo proximior: † cum ĩ feudo antiquo nõ consideretur proximitas respectu vltimi,sed primi acquirentis per ea, quæ scribit Bald. in d.consil.110.incip.sanctissima Regina,inter consil.Ang.quia istud enthymema est fal- 82 sum. † nam esto quòd in feudis antiquis succedatur primo, attamen attenditur proximitas vltimi, & ei succeditur immediatè. sic scribit And.in c.j.in fine,de natu.succes.feu. & Ludouic.Gozadin.in consil.4. nu.17. qui ad hoc idem scribit Alciat.in consil.8. inter consilia Hieronymi Grat. vol.j.& Dec.consil. 445. num.19.& copiosius Cardin. Paris. consil. 23.nu.263. vol. j. & nihilominus, vt supra demonstraui, non potest argui à consuetudinibus feudorum, cum sint correctæ. & ideo,cũ sint verba clara, procul abiicienda est illa perniciosa subtilitas,dum diceba-tur,ꝙ illa dictio,proximior,ponitur inter descendentes fratris,& nõ inter alios agnatos: quia est contra tex.dum dicit, oĩbus personis feudatario,aut subfeudatario,simili gradu coniunctis, eodem ordine admittendis. ideo abiiciendæ sunt istæ interpretationes, tanquàm repugnantes veritati. Non obstat, 83 †ꝙ si ista lex vocet vterinũ, debet tamen intelligi deficientibus agnatis,quia est falsissimum,& ista lex nõ recipit talem interpretationẽ:nam tex.allegatus in c.j. de eo, qui si- 84 bi,& hæred.cum similib.nil facit, †cum ista constitutio,quę tractat de successione transuersaliũ,corrigat tum constitutiones Regni, tũ consuetudines feudorũ, de eadẽ materia loquentes,vt apparet ex verbis in fine istius ꝯstitutionis,& sola dispositio istius ꝯstitutionis seruatur,vt respondit Guliel.de Pern. in 85 cons.21.col.2. †ideoq; cum dispositio d.c.j. quò ad successionẽ trãsuersaliũ sit correcta, non recipit interpretationẽ dispositio istius legis à cõsuetudinibus feudorũ correctis in successione trãsuersalium,vt voluit Bal. in l. maximum vitiũ,C.de lib.præter. sequuntur Paul.de Cast.& Corn.in l.fin.§.in computatione,C.de iure deliber. Roma. consil.399. Alex.consil.227. & 249. vol.6. & Hierony. Alba. consil.40. & in isto casu decisio Bald. nõ habet dubium,& latissimè supra disserui. Ideoq; vanum est argumentum à dicto c.j. correcto per istam legem.Tex.dicti c.j. procedit inter fœminam & masculum, de qua quæstione nunc non discutitur: nam attenta opinione

opinione illorum, qui tenent fœminã potioris gradus præferri, vt latè prosequitur Card. Paris. in cons. 21. vol. j. nimirum si est plusquam ineptum argumentari à iuribus & consuetudinibus correctis, si tenetur illa opinio, quod masculus semper præferatur etiã remotior. Quid ad rombum, cũ tractetur inter masculum & masculum? & eodem modo responde tur tex. in c. j. & ibi annotant Præposit. & Afflict. de eo, qui sibi & hæred. suis. nam sunt iura correcta, à quibus nullatenus potest recipere interpretationem ista lex, cum corrigat illa iura, & aliter disponat quàm dictæ cõsuetudines feudorum disponant, meritò dictæ decisiones nil faciunt; ideo perabsurdũ est credere, quòd ista constitu. corrigens dictas consuetudines feudorum in successione transuersalium, recipiat interpretationem à legibus correctis & consuetudinibus in eadem materia, meritò Imol. in l. dotalem, §. de viro, in 3. col. in j. membro suæ distinctionis affirmat, ac decidit legem nouam corrigentem ius commune in eadem materia, in qua corrigit, nullatenus recipere interpretationem à legibus correctis. & quando nõ esset correcta dispositio dicti c. primi, seruaretur in casu suo in vterina, pro quo faciũt verba Socin. in d. consil. 252. sub nu. 17. vers. sed quò ad primum, dicentis † quòd in successione feudi seruandum est illud, quod est expressum: nam si est expressum ad quos debet peruenire, seruari debet etiam contra naturam successionis de iure & consuetudine feudorum. adducit tex. in c. j. §. præterea, quid sit inuestitura. & in c. j. de feu. non haben. prop. natu. feud. cum ergo sit expressè dispositum per istam legem, quòd fratri defuncto succedat etiam frater non coniunctus à latere, vnde feudum peruenit, & proximior defuncto: meritò dicta dispositio seruari debet, etiam quod aliter statuatur de iure communi, & consuetudine feudorum. Et non est dubitandum, † quin inuestituræ insit forma istius legis, cum hoc dictet ista lex in fin. & annotat Guliel. de Pern. in interpretatione istius legis, & in consil. 7. & consil. 21. col. 5. & ideo euidenter demonstratur, quòd non est curãdum, quid disponant consuetudines feudorum correctæ, sed quid disponat ista lex, cuius verba sunt adeò clara, dilucida, & aperta, quòd nullã habẽt difficultatem, nisi à cernicosis dilanietur; meritò extra aleam dispu tatur, an recipiat interpretationem à consuetudinibus feudorum, cum sint verba clara, & aperta in fratre, † & sic in masculo nullam recipiant interpretationem, dum decidit tex. quòd ille succedat, qui est defuncto proximior. includit enim proximiorem, & excludit remotiorem; & † interpretatio istorum, qui volunt, vt succedat remotior, est contra tex. ipsum. Nec obstat Socin. in dicto consi. 252. sub nu. 17. vers. ad primam, vol. 2. nam etsi interpretatio Soci. esset vera, nil faceret ad istam hypothesim. nam dicit ipse, quòd ista constitutio dum dicit, defuncto proximior succedat, loquitur de existentibus in eadem linea: nam quando frater concurrit cum filiis fratris prædefuncti, dicta constitutio (dicit ipse) non loquitur, ideo succedit dispositio iuris communis. Ex his Socin. verbis non potest capi sensus, quòd voluerit, quod admittatur remotior stãte dispositione istius legis, nisi in casu, in quo non loqueretur ista lex. at cum in isto casu expressissimis verbis lex ista vocet fratrem non coniunctum ab ea parte, vnde peruenit feudum; & vult, quod proximior defuncto succedat, & frater est in eadem linea; certè nil facit Socin. qui loquitur in terminis penitus diuersis, quamuis Socin. pessimè dicat: † nam ista lex non considerat lineas, sed tantùm gradus ibi, simili gradu coniunctis, vt elegantissimè explicat solemnis Doctor Iacob. Chir. in allegationibus in causa fluminis Dionysij. & ideo apparet manifestissimè Soci. contra veritatem respondisse, quod etiam ostenditur; nam decidit, quòd existentes in eadem linea admittuntur simul proximiores cũ remotioribus, quod est penitus falsum. nam quamuis Anton. de Butri. in consil. 47. ab eo citatus, hoc asserat in vna solutione; attamen postea adhæsit doctrinæ Bal. verę in c. j. de natur. succes. in feu. volentis, quod proximiores defuncto succedant, quod & prius voluit And. in d. c. j. quem cæteri ibidem sequuntur, & dicebat Iacob. Chir. in dictis allegationibus. in causa fluminis Dionysij, † quod remotior nunquam admittitur ad successionẽ feudi, etiam quod sit comprehẽsus in inuestitura, vt excludat proximiorem vocatum beneficio istius legis. & ideo cũ pessimè responderit Socin. in dicto consil. meritò magna curia iudicauit contra eum in eadem causa, vt testatur Nicol. Sollima in quibusdã apostillis, sua manu scriptis ad istã legem; & fuit ipse in eadẽ causa vnus ex iudicib. magnæ Curiæ. idem testatur Iac.

92 Ruſſus in cauſa Linguæ groſſæ, † qui nil dicit contra, ſed tantùm, ꝙ in caſu ſuo non habebat locum iſta cõſtitutio. ideoq; apparet, & euidenter demonſtratur, iſthæc nil obſtare. Dicebant etiam impudenter, ꝙ ſi clara eſſent verba cap. & appareret de mente Principis, qui voluiſſet præferre illum fratrem non coniunctum à latere feudi, attamen hoc nõ potuiſſet facere Princeps, quia ius quæſitum agnatis non poteſt per Principem tolli, & hoc aſtruebant ex doctrina And. Bal. & aliorum, in c. j. quemadmod. feu. ad fœmin. pertin. dum volunt, quòd ille tex. procedit in

93 feudo nouo: † nam in feudo antiquo nõ poſſet Princeps inueſtire fœminam in præiudicium agnati; & hãc doctrinã ſequitur Curt. in tractat. feud. in 3. par. col. 2. ſub nu. 4. pro qua opinione magis facit deciſio Andr. quã ſequitur ibi Afflict. in conſtit. vt de ſucceſſionibus. dum dicit, quòd per illam conſtit. vt de ſucceſſionibus, non præiudicatur illis, qui bus erat ante ius quæſitum. At reſpondetur,

94 † quòd magis debebant venerari auctoritatem, & potentiam Principis, quàm de eius poteſtate diſputare, cum ſit hoc ſacrilegiũ;

95 † & tamen quis vnquam dubitauit, Principẽ potuiſſe condẽdo legem habilitare non coniunctum à latere feudi ad ſucceſſionem? nã videtur, ꝙ And. hoc decidat in c. j. §. hoc autem. de his, qui feud. da. poſ. dum dicit, ꝙ fœmina ex conſuetudine poteſt admitti ad ſucceſſionem feudi; improbum eſſe dicere talem conſuetudinem non valere, perquam redditur ad ius commune, l. maximum vitium, C. de liber. præte. pro quo etiam allegat tex. in l. ſi vnius, §. quod in ſpecie, ff. de pact. iſta ratio And. ſicuti concludit in fœmina, quæ de iure communi fuit admiſſa ad ſucceſſionem, d. l. maximum vitium, eadem ratione

96 concludit in iſta ſpecie: † nam & ipſi beneficio iuris communis admittuntur ad ſucceſſionem, l. meminimus, cum ſimilib. C. de legiti. hæred. & quamuis excluderentur à ſucceſſione feudi, ſicuti etiam & fœminæ; nihil ominus ſicuti fœminæ conſuetudine, vel pacto, poſſunt admitti: ſic eadem ratione & iſti coniuncti non à latere feudi, ideoq; Andr. decidit optima ratione iſtum caſum. & mirandum eſt quid ſomniant de iure quæſito, cum diſpoſitio iſtius legis circa agnatos remotiores, nullis talibus agnatis facit præiu

97 dicium, † cum ex conſtit. Regni, vt de ſucceſſionibus, erant excluſi, & recipiantur ſolùm beneficio iſtius legis, vt ſupra differui; meritò de nullius præiudicio tractatur, ſed de mero beneficio. quinimò eſt clari, aperti, nec controuerſi iuris, † quòd Princeps poteſt ius quæſitum alteri in ſpe tollere. hoc

98

primo probat tex. in l. quæris, ff. de natalib. reſtit. in quo tex. Iuriſconſultus decidit, ꝙ ille, qui reſtituitur natalibus à Principe, iure optimo poteſt vti omni iure ingenui, etiam in præiudicium alterius, cui erat ius quæſitũ in ſpe. & ratio eſt efficax, quia Princeps nil facit aliud, niſi quia remouet obſtaculum: nam non conceſſit eſſe fratrem, quia hoc eſt naturæ, ſed quia quamuis frater non poterat ſuccedere fratri in ſucceſſione feudi, quia nõ erat cõiunctus à latere feudi, ideo Princeps remouit obſtaculum illud, & elargauit ſucceſſionem, quod potuit fieri, argu. tex. in d. l. quæris. pro quo eſt mirabilis deciſio gloſ. in c. naturales, ſi de feu. fuer. contro. inter domi. & agna. nam in dicto §. naturales, ſtatuitur quòd naturalis non ſuccedat in feudo; & tamen ſi legitimatur, ſuccedit etiam in præiudicium agnatorum, quibus erat ius quæſitum in ſpe. & in ſpecie reſpondit Alber. Brunus in conſil. j. in quo conſuluit pro fœmina admiſſa ad ſucceſſionem feudi ex reſcripto. & concludit, quòd potuit hoc fieri per Principem, etiam in præiudicium agnatorũ, quibus erat ſpe ius quæſitum, quem ſequuntur in eodem caſu Campe. in conſil. 2. Ioann. de ſancto Iulian. in conſil. 3. Ioan. de Coconato conſil. 4. Nicol. de Agaciis conſil. 5. & quidã Aduocatus conſiſtorialis conſil. 6. Barthol. Socin. in conſil. 10. inter conſil. Brun. eandẽ opinionem firmauit Deci. conſil. 390. & cõſil. 498. & Curt. iunior conſil. j. & Deci. & Curt. refert & ſequitur Hieronymus Grat. conſil. 4. num. 76. volum. j. & ſecundum eandem opinionem reſpondit Carol. Ruin. conſilio 36. volum. j. eandem opinionem tenet Lucas de Pen. vir magnæ auctoritatis, in l.

99 diuæ, C. de Decurio. lib. 10. † ſi poteſt Princeps ex reſcripto hoc facere, quanto fortius per legem: nam legem condendo poteſt alteri dominium quæſitum tollere, vt ſcribit Bart. quem ſequuntur communiter Docto. in l. fina. C. ſi contra ius, vel vtilita. public. ideoque euidenter demõſtratur, quòd Princeps voluit, & potuit condendo legem, hoc facere.

Nõ obſtat tex. & quę ibi ꝑ illum tex. annotant Doct. in c. j. quemad. feu. ad fœm. perti.

† quia

100 †quia tex.& Doct.loquuntur in iure quæsito agnatis mortuo feudatario, quæ decisio nil obstat his, quæ diximus: nam sunt diuersi termini, cum casus iste non apprehendit agnatos, quibus fuerit ius quęsitum re, sed spe tantùm; quo casu loquuntur Albert. Brun. & cæteri superius citati, quamuis (vt sæpe fuit dictum) talibus agnatis nunquàm, nec re, nec 101 spe, fuit ius quęsitum. †Non obstat auctoritas And. & Afflict. in d. cõstit. vt de successionibus. & quia eorum opinio nõ potest intelligi, nisi de illis, quibus esset ius quęsitum in re, aliàs esset contra decisiones pręallegatas, 102 & minimè tenenda; & fortius quia condendo legem Princeps potest præiudicare etiã in iure quæsito, vt Bar. annotat & sequuntur communiter Doctor. in d.l. fin. C. si contra ius, vel vtilit. public. ideoque demonstratur euidentissimè, quàm friuola sit isthæc obiectio. ideoque apparet (remotis omnibus obiectis) esse veram opinionem, & tenendam, quòd ista lex est seruanda, prout loquitur etiam in fratre non coniuncto, vt cæteris pręferantur ex sola gradus prærogatiua.

S V M M AE.

1 *Forma si dictat, pro te & hæredibus de tuo corpore legitimè descẽdẽtibus, non succedit vterinus secundum opinionem Andr.*
2 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
3 *Opinio contra Andræam, & sequaces, verior & communior.*
4 *Doctorum catalogus tenentium contra opinionem Andr.*
5 *Ioannes Aloys. testatur communem opinionem.*
6 *Consuetudinibus feudorum stantibus, idem est dicere pro hæredibus, & pro descendentibus.*
7 *Hæres in feudis pro descendente capitur.*
8 *Constitutionis istius tempore, communis forma erat pro hæredibus de tuo corpore legitimè descendentibus.*
9 *Iacobus Rex de illa forma consueta intellexit.*
10 *Principum beneficia latissimè interpretanda.*
11 *Lex debet indistinctè intelligi absque distinctione formarum.*
12 *Inuestituris omnibus inest forma istius legis.*
13 *Constitut. huius sola seruatur forma in successione transuersalium.*
14 *Hæres verbum, in feudis comprehendit tantùm descendentes. & num. 15.*
16 *Andreæ decisio procedit attenta dispositione constitut. Regni.*
17 *Princeps in successione trãsuersalium iubet seruari istam constitut.*
18 *Feuda & fideicommissa æquiparantur.*
19 *Fideicõmissarius, non obstãte prohibitione alienationis, potest habere hæredem ab intestato.*
20 *Inuestitura cessat, postquàm deoluitur successio ad transuersales.*
21 *Prothonotarius dicebat, quòd ista lex non procedit in forma expressa sub clausula iuris Frãcorum.*
22 *Princeps censetur statuere legem absque præiudicio tertij.*
23 *Princeps super iure quæsito non disponit. (põt.*
24 *Princeps nõ præsumitur disponere illud, quod nõ*
25 *Lex corrigens, intelligitur secundum terminos legis correctæ.*
26 *Interpretari, est corrigere.*
27 *Mens ex verbis colligitur.*
28 *Princeps potest dare naturã, quàm vult, feudis.*
29 *Pacto quod potest fieri, multo fortius per legem.*
30 *Princeps condendo legem, potest dare naturam quam vult feudis.*
31 *And. opinio est intelligenda de illis, quibus erat ius quæsitum re.*
32 *Princeps potest cuilibet præiudicare, cum esset ius quæsitum spe.*

OPINIO supradicta procedit absque aliqua difficultate, quando forma inuestituræ dictet, pro te & hæredibus. sed si addatur, de 1 tuo corpore legitimè descendentibus, † in ista forma inuestituræ videtur ꝙ non succedat ille, qui non est coniunctus à latere feudi, quia inter dantem, & recipientem, fuit cõuentũ, ꝙ succederent descendentes acceptoris; meritò cęteri exclusi, argu. tex. in l. cum prætor, ff. de iudic. & hoc arguẽdi genere vti 2 tur And. in c. j. §. his autem, ff. de iud. & † contractus ex conuentione legem accipiunt, l. j. §. si cõuenerit, ff. depos. & ideo decidit And. in cõstit. vt de successionibus, col. 5. & sequit Sigis. Loffr. in addit. ad And. in c. j. de natur. success. feu. ꝙ sub tali tenore inuestituræ nõ admittitur vterinus; & istã opin. tenet etiam Blasc. in repetit. istius legis, q. 13. & istã eandem opin. tenet Antonius Ramundetta in consil. quod fecit in causa Naphctiæ, vbi attestatur hanc esse communem opinionem.

Attamen prædictis nõ obstãtib. contraria 3 sententia est verior, & cõmunior: † nã ista lex procedit etiã sub tenore ĩuestiturę pro te & 4 descendẽtibus de tuo corpore, † vt hãc opi. tenent Gualter. in quodam suo consi. & Prothon. Gerard. Alliata in quodã cons. Guliel.

de Pern. in consil. 7. & cons. 21. vidi processum feudi Solarini, & Franciscus Riccius in eadem causa scribens, Ioan. Aloys. in consilio, quod fecit in causa Naphctiæ. † in quo consilio attestatur hác esse communem opinionem, quam etiam tenet Iacob. Chir. in allegationibus in causa fluminis Dionysij.

6 Mouetur Gualter. in dicto consil. † quòd stãtibus consuetudinibus feudorum, nulla est differentia, dicere pro te & hęredibus, & simpliciter; vel addere, de tuo corpore legitimè descendentibus. † quia verbum, hæres, in feudo accipitur, & intelligitur de descendente, c. j. §. si clientulus, de aliena. feud. & expressio eorum, quæ tacitè insunt, nil operantur; & quod non differant istæ formæ, tenet etiam Guliel. de Pern. consil. 14. col. 3. Cum ergò in primo tenore inuestituræ procedat dispositio istius legis, pariformiter & in alia, cum censeantur eiusdem formæ, & qualitatis. Præterea dicebat idem Gualt. in dicto consil. † ꝙ in Regno à tempore istius constit. communis forma erat pro te & hæredibus tuis de tuo corpore legitimè descendentibus, vt scribit And. in l. j. §. præterea, de prohib. feu. alien. per Frederic. volens ergo Rex Iacob. ampliare successionem feudorũ, † clarum est, & non debet in dubium reuocari, ꝙ de illa forma consueta intellexit, argu. tex. in l. nam, ff. de legib. † maximè cum beneficia Principum sint latissimè interpretanda, l. j. ff. de constit. Princi. comprobabat etiam istam opinionem ex verbis istius legis ibi, deficiente linea descendente. ergo inferebat ipse, feudum erat concessum sub tali forma, de qua intellexit Princeps, cum esset cõmunis, & forma solita in Regno, quas rationes comprobat Ioan. Aloys. in d. cons. Naphctiæ. quæ opinio efficaciter probatur in tex. istius legis, in fine, dum Rex Iacob. præcipit obseruari dispositio. istius legis, tam super feudis antiquis, quàm concedendis. cum ergo velit seruari dictã dispositio. super concessionibus feudorum tam concessorum, quàm concedendorum, † & indefinitè loquitur, & generaliter, ergo generaliter, & indistinctè debet intelligi absque distinctione formarum, etiam si esset maior ratio in vno casu, quàm in alio, vt probat tex. in l. j. ff. de aleato. † & per dicta verba in fine istius legis apposita, dicebat Guliel. de Pern. in consi. 7. & in consil. 19. & in consil. 21. inesse formam istius legis omnibus priuilegiis, † meritò sub quacunque forma sit priuilegium, & inuestitura deuoluta successione ad transuersales, seruabitur dispositio istius legis. Quæ opinio comprobatur, nam si opinio contraria teneatur, nunquàm haberet locum dispositio istius legis quò ad vterinum: nã illa forma pro te & hæredibus, æquipollet illi formæ, pro te & hęredib. de tuo corpore descendentibus, vt dicit Guliel. de Pern. in consil. 14. col. 3. & Gualt. & alij in præallegatis consil. Item non haberet locum, quando adest clausula iuris Francorum, † quia clausula iuris Francorum stringit illud verbum, hæres, vt comprehendat tantùm descendentes, vt scribit Guliel. de Pern. in d. consil. 7. & tamẽ istud vltimum est contra tex. in ista lege ibi, Francorum more viuentes in Regno. ideoq; attenta dicta opinione, semper, & in quocũque tenore inuestituræ excluderetur frater non coniunctus à latere feudi, † cum verbũ, hæres, in materia feudorum semper intelligatur de descendentibus & masculis, vt est tex. in c. j. §. si clientulus, de alien. feu. & scribit Bar. in l. Gallus, §. etiam, & ibi Doctor. sequuntur, ff. de liber. & posth. & ideo talis interpretatio, & opinio, est contra tex. expressum in ista constitutione, dum vocat fratrem non coniunctum à latere feudi; quæ vocatio de directo est contra formam dictarum inuestiturarum, quæ non admittunt, nisi descendentem & masculum, attentis consuetudinibus feudorum: meritò tenendum est pręd ictum non coniunctum à latere feudi vocari beneficio istius legis, deficientibus descẽdentibus, & comprehensis in inuestitura. & ita intelligit, & perquàm optimè declarat, Guliel. de Pern. in dicto consil. 21. col. 4. 5. & Franc. Riccius in eadem causa, & hoc idẽ sentit Iacob. Chirc. in allegationibus in causa fluminis Dionysij, dum vult, quòd admittitur proximior beneficio istius legis, quamuis non sit comprehensus in inuestitura; & ista est vera opinio & communis. Nõ obstat decisio And. † quia ipse loquitur attenta dispositione constit. vt de successionibus. quæ non vocat expressis verbis fratrem non coniunctum à latere, vnde peruenit feudum ad defunctum, & nihilominus volebat ipse cõtra glo. & communiter Doctor. quòd ex quo illa constitutio loquitur indistinctè, quòd indistinctè debet intelligi, vt admittatur frater, siue coniunctus, siue non coniunctus. & dicebat, quod antiqui periti Regni intelligebant

gebant etiam in feudo nouo, vt frater fratri succederet: quod tamen ipse limitat, nisi forma inuestituræ dictaret pro hæredibus de tuo corpore legitimè descendentibus, nam contractus ex conuentione legem accipiunt, l. j. §. si conuenerit, ff. deposit. nam ipse loquitur eo casu, quo per interpretationem, & argumenta cēsetur vocatus talis frater. meritò cum non sit clara, & aperta lex, quæ illum vocet, non debet recedi à tenore inuestituræ, quæ tantum admittit descendentes primi inuestiti; meritò cum ille frater vterinus non coniunctus à latere, vnde feudum peruenit ad defunctum, censetur exclusus ex verbis ipsius inuestituræ apertis & claris, qui in eo casu nullo iure erat vocatus: secus in casu istius constitutionis, † quę non distinguit formas & inuestituras ad successionem feudi, in quo vult Princeps, & præcisè mandat seruari dispositionem istius legis ĩ omnibus feudis, tam antiquis, quàm veteribus, & nouis concedendis. ex quibus verbis apparet Principem voluisse omnino succedere talem fratrem, uel eius filios usque ad trinepotem, etiam non coniunctum à latere feudi. ideoq; si videatur ex tenore inuestituræ exclusus, attamen admittitur beneficio istius constitutionis informantis, & reformantis ipsam inuestituram, ut non excludatur, sed includatur. quæ constitutio tunc habet locum, quando deficiunt verba inuestituræ, vt declarat, ac determinat Guliel. de Pern. in d. consil. 21. Pro qua opinione adduco rationem inconuincibilem, iudicio meo: † nam feuda, & fideicommissa ęquiparantur, vt æquiparat Andr. in cap. j. §. hoc quoq;, de success. feu. & scribit Dec. consil. 445. nu. 21. Attamen fideicommissum est restrictum, ne fideicommissatius possit alienare bona extra familiam: † nihilominus talis fideicommissarius non prohibetur habere hæredem ab intestato etiam extraneum, ut probat text. in l. cum pater, §. cum inter, ff. de legat. 2. & ibi annotat Bart. & est communis opinio, ut demonstrat Alexa. consil. 56. vol. j. & consil. 59. vol. 3. pariformiter quamuis feudatarius non posset sub dicta forma alienare feudum extra comprehensos in inuestitura, attamen ab intestato non prohibetur ei successio hæredis, qui non sit de comprehensis in inuestitura. Cum ergo per istā legem decrebatur successio ab intestato, & sit habilitatus frater etiam non coniunctus à latere feudi ad succedendum, meritò non est curādum de inuestitura, cum vocetur beneficio legis citra inuestituram, in qua successione est manifesta statuentis voluntas: quia voluit talem formam succedendi seruari in omnibus feudis veteribus, tā antiquis, quàm de nouo concedendis. & ista ratio cōfundit argumenta Andr. Afflict. Blasc. & Sigism. Loffred. nam ipsi immorātur, & faciūt uim in ipsa inuestitura, quæ derogat omni naturę feudorum; & nihilominus non tractatur de succedendo vigore inuestiturę, sed beneficio legis informantis & reformantis ipsam inuestituram. † nam inuestitura cessat, postquàm deuoluitur feudum ad transuersales; & informatur ab ista lege, cuius beneficio vocantur. & ista opinio est vera, & verissima, quicquid dicat And. & qui eum sequūtur. nam Andr. & illi, qui eum sequuntur, non viderunt dispositionem istius constitutionis: nam si eam vidissent, aliter dixissent, vt dicunt Iacob. Chirc. in allegationibus in causa fluminis Dionysij, & Ioan. Aloys. in cō sil. Naphtiæ. At quid si est addita clausula iuris Francorum, an habeat locum dispositio istius cap.? Et Gerard. Alliata in allegationibus in causa fluminis Dionysij, tenet † quòd ista lex non procedit in feudo, seu inuestitura expressa, cum clausula iuris Francorum, quod probat primò ex tex. istius legis, in fine; dum dicit, & statuit in ea Principes eius formam seruari tam in feudis antiquis & veteribus, quàm nouis. si ergo vendicat sibi locum ista constitutio in feudis ante ipsam constitutionem concessis, non est præsumendum Principem in iniuriam agnatorum, quibus ex forma iuris Francorum erat ius quæsitum, statuisse: † quia in dubio Princeps censetur statuisse absq; tertij læsione, argu. tex. in l. 3. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loc. public. & in l. cū auus, C. de man cip. libero. & in c. ex tuarum, de vsu pall. & si voluisset, nō posset, cum dictis agnatis esset ius quęsitum ex contractu feudi, quia ē contractus nominatus, ex his quæ scribit Bar. in l. iuris gentium, ff. de pact. † nam Princeps super iure quæsito non disponit priuatiuè, vt scribit Innoc. in c. quia pleriq;, de immunit. ecclesia. & Bar. in prima constit. ff. Vete. † nec Princeps præsumitur in dubio disponere illud, quod nō potest disponere expressis verbis, vt scribit Ioan. Andr. in d. c. j. de immunit. ecclesia. & facit (vt ipse dicit) tex. in l.

in l.si pater, ff.de his, quæ in fraudem credit. Secundò arguebat etiam ex verbis ipsius cõstit. dum dicit, masculum fœminæ præferri: nam si procederet inuestitura expressa sub clausula iuris Francorum, frustra sic exprimeret, cum esset inclusum sub illa clausula iuris Francorum. Vt ergo aliquid inducat, intelligendum est in feudo informi, cui additum est tacitum ius Francorum, arg. text. in l.j.ff.de munici. & per ea, quæ scribit Bar. in l.4.§. hoc autem iudicium, ff.de dam.infect. adducit ad hoc etiam tex.in l.j.ff.de vsu capio. & glos.in c.j.de rescrip.

Tamen prædictis non obstantibus, contraria sententia est verior & tenenda, quòd omnino dispositio istius legis vendicat sibi locum in forma inuestituræ cum clausula iuris Francorum: nam hoc expressis verbis dictat ista constitutio ibi, in Regno Frãcorum iure viuentes. nec possunt dicta verba restringi ad tacitum ius Francorum introductum ex ipsa constitutione, quia verba sunt generalia, quæ generaliter debent intelligi, etiam si fit maior ratio in vno casu, quàm in alio, l.j.§.j.ff.de aleator. ergo debet intelligi de quocunq. iure Francorum, siue tacito, siue expresso. Quæ interpretatio suadetur, nam ista constitutio tẽdit ad correctionem, & interpretationem constitu. vt de successionibus. meritò sec undum terminos illius cõstitutionis debet intelligi: 25 † quia lex corrigens debet intelligi secundum terminos legis correctę, vt probat tex.in Auth.de fil.na. ant.instrum.dotal. & scribit Corn.in consil. 199. sub nu.63.vol.2. & clarum est, quòd ista constit. Si aliquem, corrigat dictam constitutionem: nam extendit successionem transuersalium in feudis vsque ad trinepotem, & nihilominus ex dispositione constitut. vt de successionibus, successio transuersalium extendebatur tãtùm vsq; ad tertium gradum, Ideo in hoc corrigitur. quinimò corrigit in non coniuncto à latere, vnde peruenit feudum ad defunctum stante opinione glos. in dicta constitu. vt de successionibus. & stante opinione Andr. illam interpretatur in hoc, 26 † & interpretari est corrigere, ut probat tex. & ibi glos. in l.j.§. qui operas, ff.ad Tertull. & scribit Corn.in loco pręcitato. & ꝙ ista cõstitutio corrigat dictam constitut. vt de successionibus, scribit Guliel.de Pern.in consil. 21. col.2. Cum ergo dicta constit. vt de successionibus, loquatur de feudis sub expressa clausula iuris Francorum, meritò & ista constitutio corrigens debet intelligi in eisdem terminis, & est veritas. Non obstant rationes Gerard. Prothon. in dicto consil. quia friuolæ: nam prima de voluntate Principis, & eius mente, patet ex verbis dictæ constitutionis, dum dilucidè explicuit ordinem succedendi in feudis, quo ad transuersales, & inde voluit quòd seruetur dicta forma tam in feudis veteribus, & antiquis, quàm in nouis concedendis. 27 † ex his verbis claris colligitur eius mens, l. Labeo, §. idem Tubero, ff. de supell.lega. & in verbis claris non admittitur voluntatis quęstio, l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff.de legat.3. nec potest considerare non affuisse mentem, ex quo non poterat, 28 † quia Princeps potest dare feudis eam naturam, quam vult, tam circa successiones, quàm circa alia; & ratio est, quia rei suæ quilibet est moderator & arbiter, l.in re mandata, C.manda. l.non vsque adeo, ff.si quis à paren. fuit manumiss. & quod possit dominus alterare naturam feudi, probatur in c.j. de feud.non haben. prop. nat.feu. Nec potest dici, quòd ille tex. procedit, quando sic dictat inuestitura, cum inuestitura deroget omni naturæ feudorum, ut scribit Bal. quem omnes sequuntur, in c.2.de duob.fratrib.de nou.benefic.inuestit. 29 † quia sicuti potest per pactum, multo fortius per legem per ea, quæ scribit glo.in rubric.de decret.decurio. lib. 10. & probatur: nam de iure antiquo feuda erant annalia, postea ex legis dispositione prorogata ad vitam, ex inde ad filios, & successores, ut est tex.in c.j.§. cum vero Conradus, de his qui feud.da.poss. vt scribit Bal.in consil.90. incipien. sanctissima Regina. Item prius non poterant alienari, deinde fuit constitutum, quòd possint alienari vsq; ad partem definitam, ut in c.j.de prohib.feu.alien. per Lothar. deinde fuit reuersum ad pristinum ius, ne possit neq; in totum, neq; in partem alienari, ut in l.j.in princip.de prohib. feu.alien. per Freder. & in constit. constitutionem diuæ memoriæ. Rursum in hoc Regno fuit mutata talis natura, & fuit tradita alia natura feudis, & effecta alienabilia per extrauag. Frederici Regis incipien. Volentes. Quinimò in Regno per constit. ut de successionibus, & istam constitutionem, succedunt fœminæ contra primæuã naturam feudorum, quorum fœminæ erant incapaces, c.j.§.notandum, de his qui feu.dar.poss. ex

quibus

30 quibus demonstratur apertissimè, † ꝙ Princeps legem condendo potest dare feudis illam naturam, quam vult; quinimò potest legem condendo, cuilibet præiudicare, & auferre dominium, ut scribit Bart. in l. fin. C. si contra ius, vel vtil. public. & sequuntur communiter Docto. ibi. Exemplum in præscriptione, & bonis damnatorum, & similibus; & in terminis nostris demonstratur in constit. vt de successionibus. nam cum successio transuersalium extenderetur vsq; ad septimum gradum, c. fin. de his, qui feu. dar. poss. dicta constitu. decurtauit eandem successionem ad tertium gradum: nimirum si postea ista constitutio elargauit. Et quamuis And. & Afflict. in d. constit. vt de successionibus, velint quòd in ante concessis nõ possit Princeps præiudicare agnatis; attamen intelligendus est Andr. quando esset illis agnatis

31 ius quæsitum in re. † nam si intelligeret de illis, quibus erat ius quæsitum in spe, malè ac pessimè diceret: nam est vera & communis opinio Doctorum in l. Gallus, §. & quid

32 si tantum, ff. de liber. & posth. † quòd Princeps potest prȩiudicare tertio in iure quæstio spe, & est glos. in argum. in c. naturales, si de feu. fuer. contro. inter dom. & agna. qui vult, quòd Princeps potest habilitare, & legitimare spurium in præiudicium agnatorum, quibus erat ius quæsitum in spe; & sequuntur communiter Doct. & latissimè scribit Brun. in consil. j. & Campeg. consil. 2. & cȩteri, ut patet inter consi. Brun. & est doctrina Angel. in l. fina. ff. de Senator. qui vult, ꝙ Princeps legem condendo, potest cuilibet rei ponere conditionem, etiam quòd priuato sit ius quæsitum, & allegat tex. in l. qui fundos, C. de omni agro deser. lib. 11. qui bene probat. quæ decisio truncat opinionẽ, & assertionem Gerardi Prothonotarij. Minimè obstat etiam secunda ratio Prothonotarij, nam fuit necesse exprimi ex eo, quia cum essent multæ formæ priuilegiorum in Regno, si non diceret, viuentes in Regno iure Francorum, non poterat dispositio seruari, nisi in expresso iure Francorum. At per illam expressionem fuit in successione ab intestato, sub quacunq; forma fuerit inuestitura, introductum ius Francorum, quod & seruatur in Regno, vt per Bernar. de Medic. in compendio suo super c. Volentes. vbi omnes, & scribit Gulielm. de Pern. consil. 4. & consil. 6. meritò reiecta opinione Gerardi, tenenda est opinio contraria, quam firmauit Guliel. de Pern. super ista lege, in verbo, cõcedendis. & in consil. 7. & in consil. 21. eandem opinionem tenuit Iacob. Chirc. in allegatio. in causa fluminis Dionysij. in quo loco nuncupatim reprehendit ipsum Gerardum Prothonot. eandem opinionem tenuit Francisc. Riccius, scribens in causa feudi Solarini. & Gualt. de Patern. scribens in causa Roccellæ. eãdem opinionem tenuit ipse Gerardus Prothono. sibi ipsi contrarius, in causa Roccellæ, & Ioan. Aloys. in consil. feudi Naphictiæ. & aliàs ego respondens in causa Comitatus Sancti Marci, firmans prȩdictam opinionem. eam comprobarunt præcipui, ac doctissimi viri Neapolitani, Francis. Ant. Villanus, & Ioan. Angel. Pisanell. & est vera, & communis opinio. sed hodie quò ad vterinum, est facta declaratio, cui standum est: ideoq; seruit ista interpretatio solùm pro illis causis, quæ ante declarationem contigerunt. & vt cognito errore, forsan dictæ declarationis, ea correcta fiat reuersio ad verũ intellectum istius constit.

*S V M M AE.*

1 *Seruitium militare est onus feudi.*

2 *Seruitium militare in Regno est seruire cum vno equo armato pro quibuslibet vnciis viginti redditus.*

*Nam taxato à principio seruitio, sic taxatur. num. 3.*

4 *Feudum recipiens simpliciter, an teneatur ad seruitium consuetum.*

5 *Seruitium non venit, nisi exprimatur.*

6 *Contractus naturalia veniunt, etiam si non exprimantur.*

7 *Seruitium est de natura feudi. & nu. 8.*

9 *Lex generaliter loquens, non recipit restrictionem.*

10 *Feudum nunquam præsumitur Francum.*

11 *Feudum Francum quid sit.*

12 *Fidelitatis in iuramento continetur præstatio seruitij.*

13 *Intellectus tex. in c. 1. §. fin. ex quib. caus. feu. amitt.*

14 *And. ab opinione non est incongruum recedere.*

15 *Redditus pro seruitio attenduntur tempore concessionis.*

16 *Feudo aucto, non augetur seruitium.*

17 *Subfeudi in concessione attenditur valor tempore concessionis eius.*

*Secus est in mera confirmatione, quia nil tribuit*

*buit de nouo.nu. 18.19.*

10 *Inuestitura noua non præiudicat veteri.*

IN tex.ibi, sub onere consueti ser uitij, In primis annotandum est, 1 † q seruitium militare est onus feudi, pro quo potest vendi, & alienari feudum, sub quacunq; sit forma cõcessum, vt per Andr.in c.j.§. quid ergo, de inuestit. de re alie. fact. in constit. post litem.de quibus oneribus feudi latè disserui super c. Volentes, in quo loco e propria materia, meritò non est hic iterum tractanda, ne libros ex libris conficiamus. Secundò an notandum est, quòd succedens in feudum non potest aliter illud habere, nisi sub one- 2 re seruitij consueti, † & quòd seruitium con suetum in Regno non est aliud, nisi seruire cum vno equo armato pro quibuslibet vncüs viginti redditus valoris feudi quolibet anno, vt per Andr.in c.j.§.similiter, & ibi Afflic.de Capit.qui Cur.vend.& in c.j.§.huius autem generis. ex quibus cauf. feud.amitt. 3 ideoq; † non taxato à principio in inuestitura seruitio, sic taxatur per doctrinas superius allegatas: nam quando à principio est conuentum de certo, & determinato seruitio, illi conuentioni est standum, quia contractus ex conuentione legem accipiunt, l.j.§. si conuenerit, ff.depofit. vt declarat And.in 4 locis prçcitatis.† At si i inuestitura nulla mẽtio sit facta de seruitio, an recipiens sic feudum teneatur ad seruitium consuetum? in qua quæstione Andr.in d.c.j.§. huius generis, mirabiliter tenet, quòd nullum seruitiũ debeat sic recipiens feudum, innixus huic fundamento, quòd seruitium non est de substantialibus feudi. cum ergo stat feudum in 5 sua essentia absq; seruitio, † meritò seruitiũ non venit concesso feudo, nisi demum exprimatur; & tota vis suorum argumentorum stat in prædicta assumptione, quòd argumẽtum non concluderet, nisi negaret etiam, & probaret seruitium non esse de substãtia feudi solùm, sed etiam non esse de natura feudi: nam si seruitium esset de naturalibus feudi, veniret in contractu feudi, etiam quòd 6 non exprimeretur, † cum naturalia contractus comprehendantur, etiam si non exprimantur, l.cum quid, ff.si cert.petat.ubi annotant Doctor.ideoq; Andr.in loco prçcitato, quamuis turbulento stylo, nititur probare quòd seruitium non sit etiam de natura feudi, dum declarat l.cum quid, ff.si cert.petat. cum simil. quòd si verum esset, quæstio remaneret sopita. Attamen contraria opinio 7 est tenenda, † nam negari non potest, quin seruitium sit de natura feudi: nam hoc probat tex.qui cauillari non potest, in l.j.§.firmiter, de prohib.feud. alien. per Freder. in 8 quo tex.deciditur, † quòd vassallus monitus non seruiens domino per se, vel substitutũ, amittit feudum; & in illo tex. nulla mentio de seruitio conuento, meritò intelligitur in contractu feudi, tanquam ex natura contractus, iuxta tex.in d.l.cum quid, ff.si cert.petat.& iuxta ea, quæ scribunt glos.& Doctor. in l.pacta, ff.de contrah.empt. & durum esset intelligere illum tex. quòd fuerit seruitium promissum, quia esset diuinatio, qui- 9 nimò destructio tex. † cum generaliter loquatur lex, meritò non recipit restrictionẽ, l.j.§.j.ff.de aleat.l.j.§.generaliter, ff.de lega. pst.ad idem tex.in c.j.in prin.hic finit;lex.in quo tex.deciditur, q vassallus tenetur seruire domino in bello iusto, & tunc soluitur à seruitio, quando dominus esset excommunicatus, vel bannitus.ideoq; tex.est ibi apertus, quòd eo ipso vassallus tenetur seruire statim, quòd est vassallus, & recipit feudum. ad idem tex.in cap.j.in fi. secundum veram lecturam, an mut.vel alit.imperfect.vbi tex. quòd ideo priuantur imperfecti, quia seruire non possunt, sicuti fœminæ & clerici, & ideo seruitiũ est de natura feudi, quod etiã probatur ex isto text.dum vocat seruitium consuetum: nam illud quòd est consuetum, est de natura actus, vt probat tex.in d.c.j.ex quib.cauf.feud.amitt.vt annotat ibi Afflict. nu.206.vbi plura allegat. Præterea contra opinionem Andr. facit quod dicit Bal.in c. inter dilectos, col.3.de fide instrum.in quo 10 loco dicit, † quòd nunquam prçsumitur feudum Francum, nisi nominatim sit dictum, & sequitur Ias.in prælud. feudo.num.116.qui alios citat, & nihilominus feudum Francum dicitur, quod sit liberum à seruitiis non ex- 11 pressis. † & quòd non teneatur sequi dominum cum exercitu, vt voluit Oldrad.consil. 234.quem refert & sequitur Bald.in c.j.de leg.Conra. & Ias.in prælud. feudo.nu.115. ergo sentiunt præfati Doctor.quòd quando nominatim non conceditur feudum Francum, tunc inest ei seruitium. quæ doctrina eneruat totum enthymema Andr. nam tota vis suorum argumentorum stat in hoc, vt pa-

tet

ret ex eius scriptis, dum dicit seruitium non esse de substantia feudi, & ideo eo simpliciter concesso, intelligitur sine seruitio. quæ verba repugnāt doctrinis prçallegatis, † quinimò & in iuramento fidelitatis, quod est de substantia feudi, continetur præstatio seruitij: nam quid volunt, & important illa verba, & si sciuerit velle iustè aliquem offendere, & inde generaliter, vel specialiter fuero requisitus, meum tibi, sicut potero, auxilium prçstare, nisi seruire in bello, cum de bello iusto loquatur tex. ? ideoq; in iuramento fidelitatis inest seruitium, quod Andr. negauit. Non obstat tex. in d.c.j.§. fin. ex quib. caus. feu. amitt. † nam ille tex. probat contrarium: nam quando describit beneficium feudi, subiungit quòd intelligitur, vt ille & sui hæredes fideliter domino seruiant. & sicuti intelligitur etiam, quòd non exprimatur, ꝙ beneficium transeat ad hæredes, sic etiam intelligitur de seruitio, quatenus postea dicit tex. siue seruitium sit expressum, siue indeterminatè, non derogat præcedentibus: sed voluit intelligere generaliter, siue sit expressum, & determinatum seruitium, siue non; & non negat quin veniat ex natura contractus eo non expresso, & sic indeterminatum. & ista opinio est vera & tenenda, quam contra Andr. firmant Martin. Laudens. & Præposit. in dicto c.j. ex quib. caus. feud. amitt. & opinionem Andr. validissimè oppugnant dicentes, seruitium contineri in iuramento fidelitatis, & esse quid intrinsecum, & de natura feudi, quamuis Afflict. in d.c.j. ex quib. caus. feu. amitt. dicat non esse tutum ab opinione Andr. discedere. nam responderi potest, ꝙ imò tutissimum, quia non est tanti faciendus And. quamuis fuerit vir mirabilis & sciẽtia feudorum, apprimè doctus, vt eius opinio çquetur Iurisconsultorum opinionibus, vt nefas sit ab eius opinionibus discedere, iuxta tex. in c. ego solis, 9. distinct. Quinimò † comperta veritate, ab eius opinione discéditur, sicuti disceditur ab opinione Innoc. Archid. & Ioann. Andr. & aliorum, qui fuerũt semper maioris auctoritatis, quàm And. ideoq; stat firma conclusio, quòd concesso feudo simpliciter, censeatur promissum seruitium consuetum, quod est vt seruiat Baro pro quibuslibet vnciis viginti redditus, qđ dicitur vnum feudum cum vno equo, & armato equite, vt prædictum est. † & isti redditus attenduntur tempore concessionis feudi, & tunc æstimantur: nam postea siue creuerint, siue decreuerint, non variatur seruitium, vt per Andr. in c.j.§. similiter, col. 2. de Capit. qui Cur. vendid. & in c.j. col. 2. de vassal. decrep. ætat. & in c.j. §. si quis de manso. 4. & 5. col. de contro. inuestitu. in quo loco quamuis Andr. perplexè loquatur, attamen tenet istam opinionem, vt intelligit ibi Aluaro. & Sigism. Loffred. in add. ad Andr. quinimò seipsum declarat Andr. in d.c.j. col. 2. de vassall. decrep. ætat. dum dicit, † quòd aucto feudo, non augetur seruitium; subdens vt dixi in §. si quis de manso. in præcitato c. j.§. similiter, de Capit. qui Cur. vendid. quæ decisio limitatur, vt non procedat, quando feudum ob finitam lineam deuolueretur ad collationem Regis, & esset subfeudum quaternatum: † nam Princeps concedendo subfeudum sub debito & consueto seruitio, non censetur concessisse sub illo seruitio, quod præstabatur prius à Barone, & subfeudatario priore, sed secundum valorem redditus tempore vltimæ concessionis, vt seruiat Baroni, cuius est subfeudatarius, quia non præsumitur Rex velle prçiudicare Baroni, cuius est seruitium, vt per plura determinat Bartho. de Capua in constit. post mortem Baronis. quã decisionem refert, & sequitur Luc. de Penna mirum in modũ laudans Barth. de Capua in l.j.C. de vendi. rer. fisca. & Afflict. in d. constit. ob mortem. & in d.c.j.§. similiter, sub nu. 86. de Capit. qui Cur. vendi. quç decisio absque scrupulo procedit in terminis, de quibus loquitur. aliter enim dicendum esset, si esset mera confirmatio priuilegij, † quia nil faceret de nouo, quamuis diceret sub debito & consueto seruitio: nam intelligeretur de debito seruitio tempore concessionis primæ, & consueto præstari, quia talis confirmatio non recipit robur à confirmante, sed ab ipso cõfirmato, vt scribit Dec. post Bal. quem allegat, in rubric. de confirm. vtil. vel inutil. nam † confirmatio non tribuit aliquod ius, sed habitum confirmat, vt declarat And. in c.j. & ibi sequuntur Docto. per quos fiat inuest. & ideo tantum operatur, quantũ ipsum confirmatum, à quo dependet; & fortius, † quia ista noua inuestitura non præiudicat veteri, nec ab ea censetur discessum: quinimò ista secunda censetur inefficax, tanquam ab errore procedens, vt per Bald. in c. j. col. 3. & ibi cçteri sequũtur, de feu. Guard. & idem Bal. in consi. 215. incip. proponitur, quòd

quòd inuestiturę.col. 2.lib.2.& Paul.de Castro consil... & faciunt ea, quæ scribit Alciat. si ergo hæc procedunt, quando verba clara,& apetra repugnarent primæ inuestituræ, quanto magis in isto casu,in quo verba sub proprietate verborum adminiculantur: nam aliud non potest intelligi propriè sub illis veibis,nisi de illo seruitio consueto semel, statuto & consueto per Baronem, seu eius prædecessores, & non est fienda alia interpretatio,ne fiat præiudicium tertio, quia in isto casu de nullius præiudicio tractatur, nisi ipsius Principis confirmantis. & ideo lata debet fieri contra eum interpretatio, l.fi. ff.de constit.Princip.

SVMMAE.

1 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
2 *Feudum quodlibet censetur valoris unciarum viginti.*
3 *Feudatarius quid si summonitus fraudauit,ad quid tenetur.*
*Neapolis in Regno fuit constitutum,quod teneatur pœna quadrupli.nu.4.*
5 *Pœnæ inflictæ pecuniaria non exiguntur absq; scrupo conscientiæ.*
6 *Pœna non censetur in posita, nisi specialiter sanciatur.*

ET quia Andr.in d.c.j.§.similiter, determinat seruitiũ debere præstari, vel vt cõuentum est, † quia contractus ex conuentione legẽ accipiunt,l.j.§.si conuenerint,ff.deposit.vel vt fuerit præscriptum, vel vt fuerit positum in registris pro quolibet feudo, secundum consuetum seruitium vnius equitis armati: 2 † nam quodlibet feudum est illud, quod est valoris vnciarum viginti redditus quolibet 3 anno. † qd enim si feudatarius seruierit summonitus, sed fraudauit seruitium, qua pæna punietur? In quæstione respondit Andr. in constit.si dominus à vassallo, quòd tenetur in quantum fraudauit. verum quòd per Regem Neapoli fuit declaratum teneri pæ-4 na quadrupli.† quæ tamen determinatio cũ sit localis,non seruaretur in Regno,maximè 5 † quia istę pænæ sic inflictæ non exiguntur absq; scrupo conscientiæ, ut per Hieron. Alba.consil. 5. ideoque seruanda esset dispositio iuris in hoc casu; & ego credo (quicquid dicat And.) quòd in nullam pænam incidat, sed teneatur tantùm ad interesse. ad quod dicendum moueor,nam cum requisitus seruierit, iam satisfactum est legi imponenti pænam ei, qui requisitus non seruierit. ideoq; cessat pæna in isto casu, cum non 6 reperiatur specificè in eo casu in posita, † cũ pæna non vendicet sibi locum, nisi specialiter à lege sit imposita, vt scribit Bald.quem omnes sequuntur, in auth.ex testamento, col.3.C.de secund.nupt. glo.in c.penult.de iu.patron.ideoq; nulla alia pæna imponi potest, nisi quòd exigatur æstimatio interesse, vel quòd iterum præstentur, argu.tex.& ibi glo.& Docto.in l.si duobus, cum lege sequẽ ri,ff.de oper. libert.& ista, iudicio meo, est vera resolutio istius quęstionis.

SVMMAE.

1 *Rex non potest cogere vassallos, vt pugnent extra Regnum.*
2 *Rex tamen pro vtilitate Regni, & reipublicæ posset trahere vassallos extra Regnum, vt ibi pugnent.*
3 *Agathocles Rex Siciliæ traiecit Aphricam, ibi pugnaturus, vt amoueret bellũ à Siracusis. Scipio Aphricanus idem fecit.nu.4.*
5 *Agathocles Rex nõ reliquit Siracusas inermes.*
6 *Principis & Imperatoris optimi non est relinquere Regnum destitutum omni præsidio, vt pugnet extra Regnum.*
7 *Vassalli iustè dicerent, nolumus venire extra Regnum.*
8 *Vassalli ne seruire cogantur extra Regnum,per quàm optimè fuit statutum à Rege Iacobo.*
9 *Princeps potest pro vtilitate publica cogere vassallos,vt soluant seruitium in pecunia.*

QVaerit etiã And.in d.§.sed nec alia iustior, colu.5.quæ sit prima 1 cau.benef. amitt. † an Rex possit cogere vassallos suos, vt seruiant extra Regnum? & dicit, quòd non: quia ibi coguntur seruire,vbi est feudum,pro quo tenentur seruire, & cæteri sequuntur. Verum 2 (dicit ipse) † quòd si Rex extra Regnum velit obuiare inimicis,vt detineat bellum extra Regnum,& pro utilitate Regni, ac reipublicæ in isto casu posset rrahere uassallos extra Regnum, arg.tex.in c.dominus, 24.q.2. 3 quem ipse Andr.inducit,sed nil facit.†adducit exemplum Agathoclis Regis Siciliæ,qui accessit pugnaturus in Aphricam cõtra Car-4 thaginem,ut amoueret bellum à Sicilia;†ac etiam Scipionis, qui traiecit in Aphricam expu-

expugnaturus Carthaginem, vt illuc traheret Annibalem, qui per annos sexdecim de uastauerat Italiam. quę exempla etiam ne pilum quidem faciunt: nam & verum est, † quod Agathocles accessit ad Aphricam, ibi pugnaturus, at non reliquit Siracusas inermes, & sine præsidio. Similiter & Scipio nō reliquit Italiam inermem, & sine præsidio. † ideoq; non esset optimi Principis ac Imperatoris relinquere Regnum destitutum omni pręsidio, vt pugnaret cum numeroso exercitu extra Regnum. Cum ergo Rex teneatur ex debito optimi Imperatoris, ac ductoris exercitus, præsidium in Regno tenere, † possunt iure optimo dicere vassalli, Nos remanemus in Regno cum reliquo præsidio: nam quamuis tangat te, ò Rex, principaliter bellum, nos tamen etiam lacessit, nam agitur de capite, & & fortunis nostris, & erit sancta & iusta petitio. ideoq; inclitus Rex Iacobus statuit, † quod Barones non cogantur extra Regnum seruire, prout patet in c.39. incip. Barones. in quo c. determinatur, quod Barones tenentur personaliter seruire ad tollendum dubium, quod erat de iure feudorum, ex tex. in c.j. §. firmiter, de prohib. feu. vbi scribētes, & per And. in c.j. §. similiter, de Capit. qui Cur. vend. vbi Afflict. in quo loco etiam tractār, † quòd prò fauore publicę vtilitatis quāuis Baro teneatur seruire de persona, & vellet sic seruire; at tamen posset Princeps, si viderit esse vtilius, cogere vassallos, vt pro seruitio personali seruiant in pecunia.

5 6 7 8 9

## SVMMAE.

1 *Descriptio Reipublicæ Regia.*
2 *Respublica Regia præ cæteris laudatur.*
3 *Principatus Regius assimilatur cœlesti Principatui.*
4 *Principatus vnitas laudatur ab omnibus.*
*Exemplum de Apibus & Gruibus. nu. 5.6.*
7 *Congratulari debent omnes, Reipublicæ Regiæ, qui subduntur.*
8 *Princeps ille verus est in, Republica Regia, qui præ cæteris est sapientior in gubernando.*
9 *Rex ab Homero appellatur pastor populorum.*
10 *Socrates ascribit Regi scientiam, & peritiam gubernandi.*
11 *CHRISTVS IESVS, verus Princeps, vocauit se pastorem bonum.*
12 *Princeps censetur habere omnia iura in scrinio pectoris.*
13 *Fortitudo in Principe requiritur, quæ sit uirtus.*
14 *Pastor bonus ponit animam suam pro ouib. suis.*
15 *Temperantia requiritur in Principe.*
16 *Regis ad exemplum totus componitur orbis.*
17 *Iustitia requiritur in Principe.*
18 *Liberalitas requiritur etiam in Principe.*
19 *Cyrus dicebat, Principem eligendum, qui esset melior cunctis.*
20 *Cyri scitum responsum. & num. 21.*
22 *Virtus omnigena, ac germana debet residere in Principe.*
23 *Rex beneuolentia ciuium regnat.*
24 *Gratia, & beneuolentia debet prosequi subditos, si praoptat eorum amorem.*
25 *Regnum beneuolentia ciuium debet esse septū, non armis.*
26 *Ciuium amor, munimentum est inexpugnabile.*
27 *Dionysii tiranni à Platone obiurgatio.*
28 *Principum perfectiones sunt scientia & peritia gubernandi.*
29 *Iustitia parturit omnes virtutes.*
30 *Principis munus est ferre leges.*
31 *Princeps debet ferre leges rectas, & bonas.*
32 *Communitati nil est præstantius, quàm leges rectè posita.*
33 *Leges bonæ sunt præcepta rempublicā cōtinētia.*
34 *Legum duplicia præcepta.*
35 *Leges bonæ, & rectæ quæ sint, cognoscuntur ex descriptione.*
36 *Lex est donum Dei.*
37 *Principem Legislatorem scientiam habere oportet diuinarum & humanarum rerum.*
38 *Leges diuinæ voluntati reclamantes nō valēt.*
39 *Leges habent fixas radices in cælo.*
40 *Rex & Sacerdos idem apud Aegyptios.*
41 *Socrates desiderabat in Principe scientiam diuinarum, & humanarum rerum.*
42 *Lex vt sit iusta, debet consentire dogmati omnium Philosophorum.*
43 *Lex optima curat, ne Respublica inficiatur.*
44 *Lex bona curat vt castiget malos.*
45 *Pœnarum relaxatio præstat incentiuum delinquendi.*
46 *Lex est exemplar, & regula, ac viuendi modus.*
47 *Iustitia et rectitudo legū, pēdet à bono Principe.*
48 *Rempublicam à bono Principe gubernatam impossibile est non habere optimas leges.*
49 *Leges non debent esse multæ.*
50 *Legislator non debet curare omnibus maleficijs proprias pœnas imponere.*
51 *Leges debent habere pro scopo bonum publicū.*
52 *Leges sunt ad Rempublicam accommodandæ, & non è contra.*
53 *Princeps efficere debet, vt legibus pareatur. & num. 54.*

4 inferna, ac terrena, † quam vnitatem Principis prius laudauit Homerus, quem sequuti Arist. & cęteri, summis laudibus extulerunt; quam pręstantiam Principatus Regij demō strauit ipse Deus non solùm in seipso, sed ēt 5 in cæteris, tum animantibus, tū rebus. † Nōne & Apes suum habent Regem, cuius auspiciis ea, quę ad ea spectant, cōponunt? Quinimò (quod est mirandum) cum plures apparent Reges in initio operationum, oēs occidunt, & eiiciunt extra castra, seruato vno solo, quem eligunt in Regem. O diuinam prouidentiam, quàm inscrutabilia sunt iudicia 6 tua. † Quid Grues? nonne gradatim sequuntur vnum, tanq̃ Ducem ac Principem? & in oībus est reperire principium. Quid de Sole & Luna? nonne tanq̃ Principes pręsunt cęteris astris? meritò Pontifex attribuit Pontifici Romano, & Imperatori, in c. solitæ, de ma 7 io. & obed. ideoque † congratulari debemus nos oēs, qui subiicimur Regiæ Reipublicæ, 8 & sub Principibus sanctis, ac iustis. † nam verè Princeps in Republica Regia est ille, qui melior est & sapiētior cunctis, qui omni sciētia gubernandi pręditus gubernationem suam ad modum disponit, vt multitudinem, tanquàm oues, pascat; semper attendens ad 9 communem vtilitatem: meritò † Rex ab Homero, pastor populorum appellatur. quam nuncupationem illustrauit Plato in dialogo ciuili, vel de Regno, quo loco scribit quę per 10 tinent ad Regem; † & inter cætera ascribit 11 ei scientiam, & peritiam gubernandi. † Hac nomenclatura se nominauit verus & ęternus Princeps noster, CHRISTVS IESVS, qui est Deus benedictus in sęcula, dum dicebat, Ego sum pastor bonus, dum segregat bonū pastorem à mercennariis, hoc est à tirannis. 12 Ideoq; † rectè Doctores nostri dicunt Principem habere in scrinio pectoris omnia iura, quæ conducunt ad rectam, & exactam Re 13 gni administrationem, † non absque tamen fortitudine, vt oīa diligentia præuideat, & constanti, ac recto, & nō dimisso animo, exequatur pro vtilitate, & commodo subiectorum, quorum vtilitati, ac Reipublicæ Regię, oportet esse Principem intentum; & si aliquid incommodi, ac sinistri acciderit, erecto ac animo inuicto obuiet, consulat, ac sum 14 currat gregi: nam † bonus pastor ponit aīam 15 suam pro ouibus suis; quin etiam † & temperātia debet pręcellere Princeps, qua cuncta redigat in communem vtilitatem gregis, vt reluceat in eo tanquam splēdor, vt eum cuncti imitentur, ac se cōponant ad eius exemplum: sic dicebat Claudia. ad Honorium,

*Componitur orbis*
*Regis ad exemplum.*

16 Nec non † requiritur & fortitudo in Principe, qua suos ciues defendat, & propulset inferentes iniurias, non quæ lacessat finitimos populos sine causa: nam talia affectantes, & patriam & Regnum afflictant, meritò eā fortitudinem damnauit in Principe Socrates, quo Socratis monitu sanctissimi nostri Principes, nunquàm aliquos populos, vel Reges lacesserunt absq; probabili, nedum iusta, sed 17 iustissima causa. † debet inesse etiam Principi iustitia, quæ est constans, & perpetua voluntas, ius suum cuiq; tribuendi; quæ radicatur in Principe, quæ fructus adeo dulces, & odoriferos producit, quòd eis refocillantur, & sub eis quiescunt omnes subditi. 18 † Oportet enim Principem cunctis præeminere liberalitate, fortitudine, temperantia, 19 & iustitia: ideoque † Cyrus Rex Persarum dicebat, illum oportere imperare, qui me-20 lior subditis esset; & ideo † scitè respōdit cuidam Spartanorum, et Regi dicēti, præter Re 21 giam dignitatē alio nihil nobis prestas. † scitè (inquam) respōdit Rex, At si uobis melior non essem, nūquam adeptus essem Regiam 22 dignitatem. † Residere ergo debet in Principe Reipublicæ Regiæ omnigena ac germana virtus, qui sic debet esse erga ciues affectus, ac pater erga proprios filios, & subditis sic consulere, ac consulit pater propriis filiis: ideoque dicebat Claudianus ad Honorium sentiens hæc,

*Tu patrem, ciuemq; geras, tu cōsule multis.*

Sic enim faciendo amabitur à suis subditis, sicuti ipse amat ipsos subditos. Qua propter 23 † Agasicles Rex Lacedęmoniorū respōdit cuidā, qui eū interrogauerat, quonā pacto sine custodia quis tutò imperare posset? Respondit, Si suis ita imperauerit, vt pater filiis. Insinuans, sicuti pater in filios benegnitate potius vtitur, & clementia, quàm nimis rigida 24 austeritate, vel seueritate sic dicere, † Regē in subditos, si pręoptat eorū amorem & gratiam, quæ vel maximè expetere debet Princeps, quod & testatur Cicero in Philippicis dicens, Nullum esse armatorum præsidium 25 ipsis Regibus, † nam charitate, & beneuolentia ciuium, oportet esse septum Regē, & non aliis armis. Hinc dicebat Seneca ī lib. de clementia

mentia, Non opus est altas ædes construere, & multiplicibus muris, turribusq; Regẽ sepi re: nam saluum Regem clementia in aperto 26 monstrabit, † cùm vnum sit munimentum in 27 expugnabile, amor ciuiũ. † Hinc Plato, cum vidisset Dionysiũ Syracusanorum tirannum, multis stipatum custodiis, & militibus, ad hoc conductis exclamauit, Cur (inquit) tan tum malum fecisti, vt à tãtis necesse habeas custodiri. cauillatus in eum, qui non amorẽ subditorum, sed odium procurauerat. Ideo. 28 que † perfectiones Principum sunt scientia gubernandi, quæ dicitur sapientia, ac etiam 29 fortitudo, tẽperãtia, ac iustitia, † quę generãt ac parturiunt omnes virtutes, quæ cõciliant 30 sibi amorem ciuium, & subditorũ. † cuius mu nus inter cætera est ferre leges, vt scribit Pla to in Dialogo ciuilis, vel de Regno. ad mu- 31 nus ergo Principis spectat ponere leges, † & eas optimas ac rectas. Sic enim bonas leges censet Arist. 4. Polit. c. 8. si sint rectè positę. Hinc dicebat Euripides, vt refert Stobæus, 32 † nil esse cõmunitati præstantius, q̃ leges rectè positæ: nam sunt leges perq̃ egregia res, 33 vt dicebat Menander, † cum leges bonæ, sint præcepta Rempub. continentia, cũ ciues aut exequãtur, quæ volent, aut abstinent ab his, quæ vetant. & sicuti præcepta medicorum sunt duplicia, quędã diffinientia, quæ salubria sunt; quędã vero prohibentia cibos insa 34 lubres. † duplicia sunt iura, quę cõstituuntur; alia sunt, quę iubẽt quid faciendũ, vt Deum colere, honestè viuere, alterũ non lędere, ius suũ cuiq; tribuere, prępositis obedire, & his similia; altera, quę vetãt ac prohibent, vt Nõ occides, Nõ mœchaberis, & his similia. Hinc dicebat Modestinus Iuriscõsultus in l. legis virtus, ff. de legib. ꝙ legis virtus hęc ẽ, imperare, vetare, permittere, punire. Verbũ, impe rare, est generale, & cõtinet simpľr pręceptũ legis, siue affirmatiuũ, siue negatiuũ. verbum vetare, continet pręceptũ prohibitiuum. ver bũ, permittere, cõtinet pręceptum legis affir matiuæ; nã lex, q̃ non vetat, fieri permittit. il lud verbũ, punire, respicit pœnas delictorũ, quæ veniunt in consequentiã trãsgressionis legum, quod & Martianus Iurisconf. apertius demonstrauit, dum in l. 2. de legib. in fi. dicit, legem pręceptricem quidẽ faciẽdorũ, prohibitricem autem non faciendorũ; & cũ ponere & ferre debeat Princeps leges rectas 35 ac iustas, † quæ nã sint iustę leges, cognoscun tur ex ipsa diffinitione, seu descriptione legum (Diffinit enim, seu describit hoc modo legem Martian. in l. 2. ff. de legib. ex Demo- 36 stene pręstãtiss. Oratore dicẽs, † Oĩs lex est inuentio quædã, & donum Dei: dogma aũt omnium sapientum, correctio autem volun tariorum, & non voluntariorum peccatorũ; ciuitatis autem cõpositio cõmunis, secundũ quã oẽs decet viuere, qui in ciuitate sunt. Et hęc ꝯm interpretationem Martiani Iuriscon sulti: tamen aliter ĩterpretatur Guliel. Bud. ĩ d. l. 2, verba Demosthenis sic exemplificãs, Lex oĩs inuentum quidem, ac munus Deorũ est: decretum verum hoĩum prudentum. ad hæc flagitiorum consultorũ inconsultorũq; emendatio, conspirantis deniq; ciuitatis con uentum, ad cuius præscriptum oẽs in ciuitate agentes vitam instituere par est. sic etiam fermè interpretatus est Fran. Conn. in lib. j. comment. Iuris ciuilis, c. 8. ex qua interpretatione cessat difficultas, quæ torsit Marium Salom. in d. l. 2. de delictis non voluntariis. nam Demosthenes sensit de delictis ĩconsul tis, ideoq; cessat difficultas. idem autem Iurisconsultus diffinit, seu describit ex Chrisip po Stoicorum facilè Principe dicẽs, Lex est omnium rerum diuinarum, & humanarum notitia. oportet autem præstare & bonis, & malis, & Principem, & Ducem esse, & secun dum hoc regula est iustorum, & iniustorum, & eorum, quæ natura ciuilia sunt, pręceptrix faciendorum, prohibitrix aũt non faciendo rum. ex quib. diffinitionibus, seu descriptionibus, demonstrantur perfectiones, ac rectitudines legum: nam cũ dicat Demosthenes, ꝙ lex oĩs est inuentum, ac munus Deorum, satis deprehenditur, ꝙ illa erit firma lex, quę respondet Dei voluntati, ac illi se subiicit. Cum ergo voluntas Dei sit, vt bona ac optima faciamus, ideoq; vera, & recta est lex, quę præcipit bona fieri à populo, & prohibet ma la fieri: quinimò punit, immo coercet bona lex, ac rectè posita peccatores, & malorũ per petratores, cum oporteat primò Legislatorem accedere ad perscrutandam voluntatẽ Dei, cui se debet conformare in legibus con dendis. ideoq; rectè Chrisippus dixit, ꝙ lex est diuinarum humanarumq; rerum notitia; hoc est quod lex dependet ac substentatur ĩ notitia conditoris diuinarum & humanarũ rerũ. Ideoq; Imperator Iustinianus Instit. de iur. natur. gent. vel ciui. §. iuris prudentia, hoc ipsum explicans dicit, Iuris prudentia est diuinarum, humanarumq; rerum notitia,

37 tia, iusti atq; iniusti scientia. † ideoq; oportet Legislatorem Principem habere cognitionem diuinarum humanarumq; rerum, & se accommodet Dei voluntati, ne offendat
38 eum in aliquo in legibus: † nam non valerêt leges, diuinæ voluntati repugnantes. iccirco doctissimus Plato in 3. lib. de legib. dicebat,
39 † leges habere fixas radices in cœlo, quasi ꝙ illæ sunt optimæ & rectè positę leges, quæ non discrepant à Dei præceptis, ac voluntate, quod efficere minimè potest Legislator,
40 si ignoret diuina. † ideoque non immeritò apud Aegyptios idê erat Princeps & Sacerdos, nec etiam potest scire iustum & iniustũ, si nesciat humana; ideoq; in Principe Legislatore oportet inesse & notitiam rerum diuinarum, & humanarum, ac scientiam iusti & iniusti; & sic omnimodã philosophiam, scilicet illam verã, ac cœlestem Theologiam; & terrenam illam philosophiã, scilicet Ethicã,
41 & Politicam, † quam Socrates in Principe desiderabat. & non ab re sequitur in diffinitione, ꝙ est dogma oĩum sapientum. quid enim
42 aliud demonstrant dicta verba, † nisi ꝙ tales leges sunt promulgandæ, quæ consentiant, scilicet dogmati omnium sapientum, quorũ sapientum nil aliud fuit intentionis, nisi curare ea, quæ neminem læderent, & quę honesta essent, & suum cuiq; tribuerent? & est correctio oĩum peccatorum, siue consultorum,
43 siue inconsultorum. † nam istud curat optima lex, ne corpus inficiatur, sicuti bonus medicus præcidit contagiosa mẽbra corporis, ne cætera inficiantur, & totũ corpus inficiat̃,
44 & corruat. pariformiter † bona lex hoc curat, vt castiget & corrigat eos, qui peccant tã cõsultè q̃ inconsultè, ne fortè impunitas peccatorum ita latè serpat, ac attrahat bonam partem Ciuium ad se. † ideoq; impunitas, & rela
45 xatio pœnarũ, facilè præstat incentiuum delinquẽdi, qđ semper studuit lex sancta obtrũcare, & de medio tollere. Subdit Iurisconsultus ex Demosthene, ꝙ lex est cõpositio communis ciuitatis. tu vel addas, & prouincię, vel totius Principatus Regiæ Reipublicæ, sm quam decet viuere omnes, qui in Republica
46 sunt. † ideoq; præscribitur lex, vt sit exẽplar, & regula, ac viuendi modus oĩbus, qui sunt sub eadem lege, quæ vt efficiat ipsa lex, oportet ꝙ sit iusta, sancta, ac rationabilis: nam lex (vt diffinit etiam Rodulf. Agrico. in Topic.) est cõmune iussum manus potestatis ad tuendum ciuitatis statum, ex ęquo & bono ꝯstitutum: aliàs esset inefficax, vt habetur 4. dist. c.
47 erit autem lex. † pendet ergo iustitia, & rectitudo legum à bono Principe. Hinc dice-
48 bat Aristo. Pol. lib. 4. c. 8. † impossibile videri ciuitatẽ ab optimo Principe gubernatã non bonis legibus institutam. at in ferendis legi-
49 bus ea moderatio adhibẽda est, † ne sint multæ, sed capita contineat, vt scribit Tullius de
50 legi. † Nec enim curare debet Legislator, vt oĩbus maleficijs proprias pœnas constituat: nam dicebat Plato, amputare caput hydriæ eos, qui singulis maleficiis legibus conantur occurrere. Ideoq; leges rectè positas curabit ferre optimus, ac sapientissimus Princeps in sua Republica Regia, accõmodatas optimis
51 moribus Reipublicę, ac tẽpori, † quæ pro scopo habeant bonum publicum. nam dicebat
52 Arist. 4. Polit. c. j. quòd † leges sunt omnes ad Rempublicam accommodandæ, non autem
53 Respublica ad leges. & † non solum oportet leges rectas esse positas, sed efficere debet Princeps, vt eis pareatur: nam, vt idẽ Aristot. dicebat in 4. Polit. c. 9. non est habere bonas leges ex eo solo, ꝙ sint rectè positæ, si eis nõ
54 pareatur: † quia vna legum institutio est eas
55 rectè ponere, altera vt eis pareatur. † Indignum quippe (vt dicebat Cicero pro Aulo Cluent.) in ea ciuitate, quæ legibus continetur, discedi à legibus. hoc enim vinculum est huius dignitatis, qua fruimur in Republica; hoc fundamentũ libertatis; hic fons ęquitatis, mens, & animus, & cõsiliũ, & sentẽtia ciuitatis posita est in legib. vt corpora nostra sine
56 mẽte, sic ciuitas sine legib. † Meritoq; Poeta egregius vocauit leges fundamẽta ciuitatis, dum Aeneidos 6. dixit,

*Qui legibus vrbem*
*Fundarat.*

Et ideo non indoctè explicãt illud Psalmographi, Commouebuntur & fundamẽta terræ, ꝙ tunc manifestè apparebit indignatio Dei, quãdo peribunt fundamenta terræ. hoc est ꝙ leges cõculcabuntur, & eis non obedietur. de quo tamen non est nostrum disserere, sed de vero sensu dicti versiculi Psalmographi sentiendum est illud, quod sentit, tenet, ac amplexatur Sancta Ecclesia Romana. fundare leges rectas, & quòd eis obediatur, facilè perfici non potest, nisi ipse Princeps, legis conditor, & auctor, sicut verbo, sic compleat opere le-
57 gem ipsam: † nam omnem prorsus firmitatem assumit lex, quæ fuerit exemplo Principis comprobata; quod sentiens Claudianus

ſic conatur perſuadere Honorio dicens,

*In commune iubes ſiquid cenſeſue tenendũ,*
*Primus iuſſa ſubi, tunc obſeruantior æqui*
*Fit populus, nec ferre negat, cũ uiderit ipsũ*
*Auctorem parere ſibi, componitur orbis*
*Regis ad exemplũ, nec tantũ flectere mentes*
*Humanas edicta ualẽt, quàm uita regentis.*

58 Huius † rei exemplum dedit Zaleucus Locretium Legislator, qui apud eos Regis auctoritate & gratia valebat: nam cum filius, quem vnicum habebat, reus eſſet adulterij, eiq́; ex lege effodiendi eſſent oculi, pœnæ neceſſitatem dum remitteret populus, contradixit. vt tamen ſalua lege poſſet aliquid indulgeri, iuſſit oculum vnum filio, alterum ſibi erui. Et idem Zaleucus ſancita lege pœna capitis, ſi quis armatus ad concionem acceſſiſſet, & ipſe ſumptis armis ad propulſandum periculum, quod imminebat ciuitati, ſubitò vocatus, armatus imprudens in conſilium acceſſit; accuſatus quòd contra legem feciſſet, quamuis omnes condonaſſent, quia imprudenter fecerat: ipſe tamen recuſauit, ideoque vt compleret leges, quibus niſi ſua morte ſatisfacere nõ poterat, ſtricto gladio, quo erat accinctus, pectus in conſpectu populi ſibi transfixit. 59 miris † quidem modis demonſtrans neceſſarium quidem eſſe Legislatorem eſſe ſubiectum legibus, quas fert: nã non poteſt efficacius inducere populum ad obſeruationem legum à ſe conditarũ, quàm 60 ſuiipſius exemplo. & ideo ſcitè † reſpondit Thales Mileſius, interrogatus quonam pacto poteſt quis iuſtè viuere? ſi quæ iubet, inquit, ipſe faciat. 61 Et † Solon etiam interrogatus, quomodo ciuitas bene regi poſſit? Reſpondit, ſi Principes, & maiores ſecundum leges vixerint. Quapropter perquàm dignè ſanxerunt Imperator Theodo. & Valent. aſſerentes perquàm dignum eſſe Imperatorẽ, & Principem profiteri ſe alligatum legibus, vt demõſtratur eorũ conſtit. in l. digna vox, 62 C. de legib. & mirandum eſt, † cur obiiciatur antinomia tex. in l. Princeps, ff. de legib. in quo deciditur Principem eſſe ſolutum legibus, quo priuilegio decorauit etiam Auguſtus Auguſtam: nam quamuis diligentiſſimus Guliel. Bud. in annot. ĩ ipſa l. Princeps, dicat ex Ariſtotele 3. Polit. quòd ideo Princeps dicitur ſolutus legibus, quia aliter non dicitur Princeps, niſi omnibus vndique virtutibus fuerit ornatus, & ipſemet ſibi eſt lex. quod etiam Diuus Paulus ad Thimot. ſcribens dicit, quòd lex non eſt poſita iuſtis, ſed iniuſtis: attamen iſta ſua opinio non poteſt ſubſiſtere, quia talem propriam iuſtitiã non potuiſſet in vxorem priuilegio transferre, niſi fuerit dotata eiſdem virtutibus, & tunc haberet etiam abſque alio priuilegio. & ideo 63 dicendum eſt, † bene fuiſſe Principem ſolutum legibus ex priuilegio, & condonatione populi, vt ſcribit Dionyſius lib. 53. Et ideo Imperator Theod. & Valent. ſcientes ex priuilegio ſe ſolutos legibus, attamen pronunciarunt illam vocem Principum, confitentiũ ſe eſſe alligatos legibus, eſſe dignam, ac reſpondentem muneri abſoluto Principis, qui non aliter poſſit rectè, iuſtè, ac ſanctè gubernare, ni profiteatur ſe eſſe legibus alligatã, non obſtante priuilegio. & iſta eſt vera conciliatio dictarum legum. 64 Oportet † etiam Principem non ſolum bonas, ac rectas leges ſancire, & inſuper ipſemet obſeruare eas, & profiteri eis ſe alligatum, 65 † ſed etiam debet eligere viros præcipuos, ac ſanctos, ac bene intelligentes efficaciam ipſarum legum, vt adminiſtrent ipſas: nam ſi improbos, ac peſſimos viros, vel ignorantes poſuerit, & elegerit, inutiliter conſulet eius Reipublicę; quin imò erit perturbatio & confuſio, & incendium inextinguibile perturbationis, quod etiam animaduerterũt Plato, ſiue Socrates, & alij collocutores in Dialogo de Regno. Ideoq; cum Regem oporteat eſſe ſanctum, iuſtũ, imbutum ac plenum omnimoda ſcientia, ac iuris prudentia, qui rectas ac ſanctas, & incommutabiles leges debet ſancire; & 66 non ſolum ſancire, ſed obſeruare, † & miniſtros ſanctos ac doctos ponere in adminiſtratione legum, quomodo ei permittiť, vt omnia faciat pro ſua voluntate. & dicant, 67 † ꝙ iuſta cauſa eſt voluntas ipſius Principis, prout annotat Accurſ. in l. relegati, ff. de pœn. 68 † quinimò ſtatutum ſit, ac ſancitum, ne quis audeat diſputare de poteſtate Principis, ac eius conſiliis, niſi velit eſſe ſacrilegium, l. diſputare. 69 † quinimò adeo progreditur eius poteſtas, vt poſſit ex cauſa ius diuinũ limitare, ac etiam ius naturale, & leges, funditus ſine cauſa penitus tollere, & de plenitudine poteſtatis etiam ſine cauſa, cum ſufficiat ſua voluntas pro cauſa. 70 † dicitur etiam poſſe tollere bona à ſubditis, & in alios transferre, vt ſcribunt Doctores in cap. quæ in eccleſiarum, de conſtitut. & in aliis locis. poſſet enim re71 ſponderi, † quòd eſto quòd poſſit, ideoque

iſta

ista via sit solutus legibus, attamen non de-
72 beret Princeps sanctus talia facere. † non enim quod potest, sed quòd decet, debet facere Princeps, pro vt scribens ad Honorium dicebat Claudian.

*Non tibi quod liceat, sed quod fecisse decebit*
*Occurrat, mentemq; domet respectus honesti.*

73 Nam † cum conueniant Principi præcipuè illa tria, prudentia, iustitia, & potentia; scilicet ea, quæ iustè sancita sunt, possit mittere executioni, quid prodigiosius, si relictis prudentia & iustitia faciat, quæ & prudentiæ &
74 iustitię nō respondent? † Non erit talis Princeps potens, sed impotens. dicit enim And. de Isern. in d. cap. j. §. similiter de Capit. qui
75 Cur. vend. † quòd Princeps contra legem faciens, quāuis tenerent actus, peccaret. hoc ipsum affirmat etiam Francisc. Curt. in consil... & Abb. etiam in dicto c. quæ in eccle
76 siarum. ideoq; † misera potentia est illa peccandi, cum ille, qui peccat, sit seruus peccati, vt testatur Dominus in euang. & fuit etiā sententia Aristotelis. & ideo, o misera potē-
77 tia inquam, † quæ potentem illum Principem facit seruum non hominis, quamuis nebulonis, sed seruum teterrimæ bestię, diaboli scilicet, & peccati, quòd peccatum ducit ad mortem perpetuam, ni emendetur &
78 condonetur. Ideoq; † verè potens est Princeps, qui stipatus omni virtute, facit quę cōueniunt prudentiæ ac iustitiæ. qui tunc assimilatur Deo Optimo Maximoq; eiusq; filio Christo Iesu, qui est Deus bene-
79 dictus in secula, † qui verè est omnipotens, & tanto fortius omnipotens, cum non possit, quæ imperfectionem denotant, facere & operari, quicquid blacteret Plinius ethnicus in 3. Natural. hystor. c. 7. & ideo scitè Bal. dicebat in l. j. ff. de constit. princip. col. 2. quòd non adimit potentiam Principi, qui facit eum sanctum ac iustum. & sequitur Barb. cō sil. .. ideoq; Princeps tunc dicitur verè potens, cum facit ea, quæ conueniunt prudentię & iustitię, & non aliter. nam dicere, quòd Principes possunt limitare ius diuinum, vel addere interpretando, videtur hoc mihi duriusculum, cum sit contra expressum præceptum Dei, qui dixit Deuteron. cap. 4. Verbo meo, quod ego præcipio vobis, nihil addatis. Item nihil ei detrahatis, vt faciatis omnia pręcepta Dei vestri, quæ pręcipio vobis. & Ecclesiastes c. fina. Si Dominus mandat nec addi, nec detrahi his, quæ præceperit, quomodo cōsistet ista limitatio, & interpretatio iuris diuini? ideo videtur mihi Doctores in hac quæstione decipi similitudine rerum: nam quatenus dicunt illud præceptum legis diuinæ, Non occides, limitari in multis casibus à legibus editis à Principibus, quæ imponunt, & infligunt pœnam mortis, ideoq; limitatur illud præceptum, Non occides, in illis casibus. Istud cōtortum enthy-
80 mema nil efficit, † nam illemet Dominus, qui dixit, Non occides, idem etiam dixit, Ne patiaris maleficos viuere super terram, vt habetur Exodi cap. 22. Idem Dominus iubet coeuntem cum bestiis, & adulteros, ac blasfemos, lapidari absq; misericordia, & morte mulctari, vt habetur Exodi c. 20. vbi de aliis, ac etiam Deuteron. cap. 17. Moses
81 † etiam vir Dei, ac sanctus, cultores idoli morte puniuit, vt habetur Exodi 32. Phi-
82 nees † quoque Iudæum cum Madianita coeuntem transfixit gladio, quod fuit reputatū illi ad iustitiam, & cessauit clades. & Moses iussit occidi omnes peccatores, & cecidերunt illa die viginti quatuor milia, vt habetur Nume. c. 25. & scribit Paul. Apostol. ad Corint. j. cap. 10. ideoq; lex ipsa diuina est, quæ mandat puniri pœna mortis maleficos. ad hoc sunt ordinatę potestates ab ipso Deo
83 dicēte Paulo Apostolo, † Quotquot sunt potestates, à Deo ordinatæ sunt, ad Roman. c. 13. quibus potestatibus pręcipit omnē animam esse subiectam; & subiicit, quòd non sine causa gladium portat, cum sit vindex cō-
84 tra malos à Deo deputatus: † meritò Principes, qui condunt leges contra maleficos, quibus iubet Deus, ne viuant super terram, ex præscripto Dei faciūt nō limitando legē Dei, sed adimplendo eius voluntatem, qui iussit ne permittant Principes viuere maleficos super terram, quòd totiens repetitis exemplis commonstrauit. Ideoque dicebat
85 Hieron. super Hiere. lib. 4. c. 22. † homicidas, & sacrilegos, & venenarios occidere, non est effusio sanguinis, sed legum ministerium: ideoq; qui punit maleficos, non detrahit, nec addit præcepto diuino, Non occi-
86 des; † quia intelligitur illud præceptum de eo, qui nullam habet iurisdictionem, nullo zelo, nec mandato Dei facit. Exemplum in Sansone, & Ieptæ, qui à Paulo recensentur in catalogo iustorum, & tamen seipsum vnū cum multis interfecit, alter filiam. ideoque
87 † leges Principum sancientis pœnas malefi cis,

cis, conformantur iuri diuino, cum ab ipso Deo sit ordinata potestas, quæ potestas, & magistratus sunt aliàs ministri Dei. Nec etiam dicitur limitatio iuris diuini ex eo, ꝙ ius diuinum dicit, In ore duorum, vel trium stat omne verbum, vt scribitur Deutero. c. 9. & Dominus affirmat, vt habetur Ioan. c. 8. & Summus Pontifex in c. in omni nego-tio, de testib. † & tamen leges non adhibēt fidem in quibusdam actibus, tribus testibus. nam istud non est contraire diuinæ legi, nec eam limitare, quia loquitur diuina lex generaliter, & sub eo scopo, quod satis certum sit de veritate, si duo testes affirment, vel tres. ideoq; si in aliquo casu appareat Legislatori ad maiorem expressionem veritatis, vel vt euitetur omne scandalum falsitatis, aliter statuere, non dicitur hoc correctio, vel limitatio legis diuinæ, quamuis Diuus Augustin. lib. 16. contra Faustum Manichæum c. 13. exponat, illud fuisse dictum misticè ad reuelationem patris & filij, quinimò id ipsum legem diuinam statuisse, † cum Deus ipse censeatur hoc fecisse, qui ordinauit ipsos magistratus ad condendas leges, & iusserit, vt omnis anima Potestatibus sublimioribus subdictæ sint, vt Paul. Apostol. scribit ad Romanos c. 13. nam leges, † quamuis sint promulgatæ ore Principum, attamen sunt per ora Principum à Deo institutę, nam sic dicit ipsa veritas Prouerb. c. 8. Per me Reges regnant, & conditores legum, iustam decernunt iustitiam. ideoq; quicquid Princeps statuit, legem rectam ac iustam condendo, videtur ipse Deus statuisse, quod exprimit Imperator in l. fin. C. de pręscrip. 30. anno. ideoque quando Princeps in aliquo casu statuit, quòd non credatur tribus testibus, non ipse statuit, sed Deus ipse: ideoq; Iurisconsultus ex Demosthene in l. 2. ff. de legib. dicit, † ꝙ lex est donum Dei, † nimirum quia Legislatores sunt in hoc Dei ministri, dum condunt leges iustas, ac sanctas ex his, quæ scribunt Chrisost. ac Theofilact. super dicto cap. 13. Paul. ad Roman. † & quia scopus legis diuinæ respicit veritatem, vt excludatur falsitas, quę veritas eo tempore & generaliter stabat in ore duorum, vel trium, † quamuis in aliquibus casibus videatur hoc non tutum, & sit aliter statutum circa numerum testium: non tamen censetur variatum, vel mutatum ab illa incommutabili lege diuina, scilicet quæ respicit exclusionem falsitatis, nam in hoc nulla mutatio, nec limitatio, quamuis circa accidentia sit mutatio, scilicet circa numerum testium per ea, quæ scribit diuus Augustinus in lib. j. cap. 6. in fin. de libe. arbitr. ideoq; non est verum, iudicio meo, ꝙ Principes possunt ex causa addere, vel detrahere iuri diuino, quia in hoc contrarium se habet veritas per tex. apertū in d. c. 4. Deuteron. in c. fin. Ecclesiast. cum lex diuina sit immutabilis, dicente Domino, Cœlum & terra pertransibunt, verba mea non pertransibunt, vt habetur Mac. c. 5. ideoque videtur dicendum, quòd neq; interpretando, neque limitando, posse Principem aliquid facere contra ius diuinum, nisi seruato scopo circa ea, quæ tendunt ad eundem scopum: quia tunc censetur non immutatum ius diuinum, sed seruatum per ea, quæ scribit Augustinus in dicto lib. j. c. 6. de libe. arbitr.

Deuenio ad ius naturale, † quod quidem ius quamuis immutabile, vt Instit. de iusti. & iur. §. sed naturalia. tamen dicunt Docto. in dicto c. quæ in ecclesiarum, de constit. ex causa Principem posse illud tollere. & certè videtur hoc mirabile, † quod naturę aliquid addatur, uel detrahatur. igni etenim secundum eius proprietatē naturalem nec addi, nec detrahi potest, quin semper & ubiq; eodem modo vrat: quia est effectus productus à natura, quæ est immutabilis; sic aliis effectibus, qui ius constituunt, efficiunt ut ea iura nturalia sint penitus immutabilia, d. §. sed naturalia iura, Institut. de iustit. & iur. quam sententiam comprobat Cicero in 4. de Republica dicens, † Est verò lex recta animi ratio, naturę congruens, diffusa in omnes, constans & sempiterna, quæ uocet ad officium uetando, à fraude deterreat, quæ tamen neque probos frustra iubet, aut uetat, nec improbos uiuendo, aut vetando mouet: huic legi neque refragari fas est, neq; derogari ex hoc aliquid licet. neque uerò per populum, aut per Senatū hac lege solui possimus, nec est quęrendus explanator, aut interpres eius alius, nec erit alia lex Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia post hac, sed apud omnes gentes, & omni tempore, una lex sempiterna, & immutabilis continebitur. Et Augustinus lib. j. c. 6. in fi. de libe. arbit. dicit enim, Cum ulla uis, ullus casus, ulla rerum labes unquā affecerit, ut iustum non sit omnia esse ordinatissima. hæc est illa constantissima lex naturæ, contra quam nil facit tex. in l. ius ciuile,

le, ff.de iusti.& iur. vbi Iurisconsultus dicit, Illud, quod additur, vel detrahitur iuri natu rali, dico ius ciuile. non ergo est immutabi le ius naturale, cui detrahitur,& additur, & sunt iura aperta. nam Princeps legem condendo aufert dominium rerũ priuatis, quod eis acquiritur de iure naturali, §.per traditio nem, Instit.de rer. diuis.vt patet in lata lege cõfiscationis bonorum, nam tollit ipse Prin ceps legem condendo dominia.idem videmus in vsucapione, & præscriptione, toto tit.de vsucap.& præscriptio.ff.& C.videmus in prædio assignato militibus, vt est tex.in l. item verberatum, §.j.ff.de rei vend. quæ iura compulerunt Doctor.dicere, quòd Princeps & lex possunt ex causa ius naturale tollere, quæ simpliciter intellecta non sunt ve- 97 ra: nam † nulla causa potest suboriri, vt tollatur illud, quod est constitutum à natura, ac primo iure apud omnes gentes custoditum, & obseruatum, tanquam à naturali ratione perfectum, ac apud omnes stabilitum. ideoq; si quando aliter reperiatur sancitum, vel errore processit, vel incolumi seruata illa naturali ratione, quamuis in accessoriis videatur aliquid naturali legi derogatũ his, qui non inspiciunt medullam rerum, sed cor 98 ticem tantùm, † nam publicatio bonorum non derogat iuri naturali, nec ei aduersatur, quinimò idipsum iuuat. Nam inter homines ius naturale quandam cognationem constituit ipsa natura, vt Florentinus Iuriscõsultus scripsit, & habetur in l.vt vim, ff.de iu 99 stitu.& iur. † ex quo iure ex quadam consequentia statuitur esse nefas hominem homini insidiari; ideoq; ipsa natura apud omnes gentes statuit vim compulsari, vt habetur in d.l.vt vim,& per Ciceronem tum in oratione pro Milone, tum in lib.j. Officiorum; & hoc priuatis, quanto magis videtur hoc ab ipsa natura Magistratibus præscriptum, vt in sidiatores, & maleficos puniant,& mulctent & capite & bonis.non est enim derogatio le gis naturæ, sed executio eius: nã naturæ vox 100 est illa salus populi.† natura enim tuetur co gnationem hominum, cui cognationi & beneuolentiæ glutino inter ciues, multum aduersantur facinorosi, qui si bonis & capite mulctantur, non ex hoc aduersatur lex ipsi naturæ, imò ei obsecundat, quamuis videatur quòd ex ablatione dominij offendatur lex naturæ, & tamen non est vt autumant. nam quid vehementius clamat ipsa naturæ lex apud omnes gentes æquè custoditas, al- 101 terum non lædere, † cum sit vnum ex illis tribus præceptis iuris naturalis, & tamen illa ipsa natura permittit vim repellendo alterum lædere, ac occidere, vt habetur in locis præallegatis? quãto magis Magistratus mulctans sceleftos homines, censetur ipsi naturæ obtemperare, quę statuit cognationem & vinculum inter ciues, quod potissimum attendendum est; & eodem modo responden 102 dum pręscriptioni.† nam cum natura ipsa fugiat turbulentos ciuium affectus, & ideo statuit inter homines cognationem qnandam, vt mutuò se adiuuent; meritò lex sancta statuit, ne diu dominia sint in incerto, & deserantur potius, quàm excolantur agri, in perniciem Reipublicæ, & excitentur lites longiores, quę dissociant animos ciuium, ipsam 103 præscriptionem protulit, ac sanciuit,† quod in re haud dissimili fecit Aratus Sycionum Rex, vt in eius vita Plutarchus scribit,& cõmemorat Tull.extollens illum magnis laudibus in 2.Offic.lib.3.pari ratione responde tur l.item si verberatum, §.j.ff.de re.vendic. nam cum ab ipsa natura sit præscripta defen 104 sio, l.vt vim, ff.de iustit. & iur. † quæ defensio consistit in propulsanda iniuria,& arcendis hostibus infestis à Republica, quod vel maximè per milites efficitur, vt scribunt Pla to in lib.de Republi.& Aristotel. in lib. Polit. nimirum si adiuuat naturam Princeps, 105 † qui condonat aliquid militibus, qui Reipublicę seruiũt, etiam cum incommodo pri- 106 uati:† quia ( ut Augustinus docet in lib.j.c. 5.de libe.arbitr. ) lex respicit publicam utilitatem principaliter,& non priuatum commodum. ideoq; optimus Princeps non dicitur statuere contra ius naturale, quando illud principali intentione adiuuat, quamuis quodammodo in dependentibus uideatur ei contrarius, quod & sensit Siluester Aldobrand.in d.§. sed naturalia, Instit.de iur.natur.gent.uel ciui. stat ergo firma conclusio, quòd Princeps non potest statuere, etiam ex causa, contra ius naturale, quod clara uoce testatus est Dionysius ille Siracusanorum 107 tirannus dicens, † Tirannum ferre leges, sed non leges naturæ, ut refert Plutarchus in apophthem.potest bene ex causa iusta dominium rerum auferre priuatis, si hoc conducat Reipublicę, quam moderatur & regit: quia sic faciens, non immutat ius naturale, sed illud adiuuat; non tamen hoc faciet sine causa,

108 causa,† quia nullatenus accedendum est opinioni illorum, qui dicunt Principem etiam sine causa posse bona alicuius auferre de plenitudine potestatis, seu potius violẽtia, quãuis Doctores honestiore vocabulo loquantur, vt respondet Alciat. in lib. Respons. 208. Responso. & ideo dicebat Bald. in titul. de
109 pac. Constan. §. libellariæ, † quòd populus Romanus nũquam vsus fuit tali clausula. ex quo inferebat Alciat. in dicto Responso, ꝙ in Imperatorem translata est potestas legitima tantùm, l. j. de constit. Princ. & ordinaria, vt commodius Respublica administraretur, l. 2. §. nouissimè, ff. de orig. iur. l. j. §. regimentis, ff. de offic. præfect. prætor. & idem scribit Alciat. in eodem libro Respons. 201. quod
110 & verum censeo: † nam ista potentia absoluta in Principe non consideratur, nisi sit adiuncta prudentiæ & iustitiæ, cum aliter non sit Princeps, nisi sit iustus & sanctus, vt supra dictum est. ideoq; cùm concedatur potentia Principi, censendum est de illa, quæ tanquã virtus censetur attributa, quæ propriè vocatur fortitudo, non quæ nec nominanda est, nisi sit virtus, quæ secundum Philosophos non consistit, nisi sit virtus radicata, quæ & cæteras habeat, & complectatur virtutes, vt dicebat Socrates apud Platonem in Protagora, quomodo censenda est ista plenitudo potestatis in Principe, quæ prorsus recedit à iustitia, spolians tertium sine causa. ideoque non immeritò Cardin. in clement. pastora-
111 lis, de re iudic. † vocat illam clausulam non plenitudinis potestatis, sed tempestatis, & Socin. consil. 164. vol. 2. & Marius Salomo. citat, & sequitur in l. Princeps, in final. verb. ff. de legib. & amara est ista plenitudo potestatis, qua quotiens Princeps vtitur, incidit in peccatum, vt scribit Hostiens. in Summ. qui fil. sunt legit. quem sequitur Paul. de Castro consil. 34. vol. 2. Alciat. in dictis Responsis, Andr. de Isern. in c. j. §. similiter, de Capit. qui Cur. vendi. & ideo Reges nostri sancti nõ vtuntur in Regno hac clausula, vt scribit Guliel. de Pern. in c. ideoq; quatenus di
112 citur, † quòd non licet disputare de potestate Principis, debet intelligi de potestate legitima, non de illegitima, quæ inducit pec-
113 catum. Ius † autem ciuile nulli dubium est, ꝙ idipsum potest figere, atq; refigere Princeps, vt dicunt omnes in d. c. quæ in ecclesiarum, de constitut. nam lex quæcunq; fertur tuendi populi causa, quæ præfert communẽ vtilitatem priuatæ, vt scribit Augustin. de li-
114 ber. arbitr. lib. j. c. 5. & c. 6. † quæ lex potest vno tempore esse iusta, & conducens Reipublicæ, quæ alio tempore mutatis moribus potest esse perniciosa; meritò prima tollitur non quòd eo tempore iniusta, sed veritatis moribus potest apparere iniusta. Nam si à principio esset iniusta, & perniciosa Reipublicæ, tunc cum ferebatur, iam à principio non teneret, c. erit autem lex, distinct. 4. nam
115 propemodum quasi impossibile est† Legislatorem, dum cunctis in vniuersum prouidet, adamussim omnia describere, quę nullo vitio constet, & quibus meliora & reipublicæ aptiora excogitari non possunt, moribus & tempori accommodata, quò fit vt rectus ac sanctus Legislator cogatur recedere ab his legibus, quas tulit, & nouas ferat, quod & diuinus Plato in dialogo de Regno com-
116 probat. Ideoq; † rectè Solon statuit eius leges per centum annos duraturas, quo tempore poterat videri & conspici, si quid non recti, aut duri continerent: ideoq; sanctè ab omnibus dici ius ciuile mutari posse, verum in melius pro commodo, & vtilitate Reipublicæ, si quando inueniuntur meliora, & nõ pro commodo, & utilitate priuata, siue Principis Legislatoris, uel alterius: nã tunc aliud esset, cum eo modo non esset leges rectè po
117 nere, nec rectè positas custodire. † Legibus ergo rectè positis à Principe debent præponi hi, qui sanctè ac iustè intelligunt dictas leges, qui timent Deum, qui nec prece, nec precio, nec amore, nec timore discedunt à lege iustâ, & sancta; alioquin omnia turbabuntur, ut idem Plato scribit in eodem dialogo. Qua propter dicebat Ecclesiast. cap. 7. Noli quærere fieri iudex, nisi ualeas uirtute tua irrumpere iniquitatem, ne forsan pertimescas vultum potentis, & ponas scandalum in agi
118 litate tua. Quin etiam † & Principis Consiliarios eadem sanctitate oportet esse prædictos, vt eodem loco Plato disserit. Ex his ergo facilè potest videri, quomodo, & quando procedat opinio Andr. quòd Princeps, neglecto seruitio personali, potest cogere vassallos, vt seruitium soluant in pecunia.

*S V M M AE.*

*1 Ius Francorum non est aliud, nisi prærogatiua primogeniti.*

*2 Primogenitorum prærogatiua reperitur apud multas nationes.*

*3 Primo-*

3 *Primogeniti prærogatiua antiquissima apud Siculos.*

4 *Primogeniti prærogatiua in Francia inter nobiles est generalis.*

5 *Dispositione in qualibet, in qua fit mentio de iure Francorum, in ea censetur vocatus primogenitus.*

6 *Clausula iuris Francorum ex vi censetur vocatus primogenitus, & cæteri exclusi.*

Ex. in verbo, Francorum iure viuentes, est prius videndum, ac 1 perscrutandum,† quid sit ius Frãcorum? Et certè non est aliud, nisi prærogatiua primogeniti, quo admisso ad successionem, cęteri excludũtur. sic elicitur ab Andr. in c. omnes filij, si de feud. fuer. cõtro. inter dom. & agnat. & in l. j. §. præterea Ducatus, de prohib. feu. alien. per Frederic. 2 vbi Afflict. & in constitu. speciale. † At cum ista prærogatiua primogeniture reperiatur apud multas nationes, & apud Vngaros, vt scribitur ĩ c. licet, de vot. & apud, Hyspanos, qui vocant dialecto eorum maiorasco, de quo maioratu Hyspanico tractat Pau. de Castro in consi. 165. in præsenti causa Maiorię, volu. j. Roman. consil. 29. in causa Maioriæ. Cardin. Alex. in c. ius naturale, distinct. j. Socin. consil. 47. vol. 3. Abb. consil. 85. in præsenti quæstione, lib. j. Barb. consil. 10. lib. 2. Dec. consi. 397. viso puncto, Didac. Couarr. lib. variar. resolu. c... Rodoric. Isuares in Repet. l. quoniam, de inoffic. testam. & pleriq; alij. Reperitur etiam in Regno Aragoniæ, vt patet ex his, quæ scribit Oldrad. consil. 94. & consi. 231. & Alber. in l. donationes, quas. C. de donatio. inter vir. & vxor. & in prima parte stat. quæst. 144. Reperitur etiam ista consuetudo in Lusitania, quam Portugalliam Modern. vacant, vt constat ex c. grandi, & ibi annotatur, de supplen. neglig. prælat. & ex Philipp. Dec. in consil. 443. in casu ad me transmisso. Scribunt etiam ad plenũ Moderni quidam Lusitani in trac. de primo gen. Apud Anglos viget etiam dicta consuetudo. Apud alias quoq; nationes, vt diffusè Tiraquell. scribit in pręfatione tractatus de iure primogenit. Quæro ergo cur in Regno ista consuetudo sortita est nomen à iure Frãcorum, potius quàm ab alio loco, vt statim si in inuestitura, vel in qualibet alia dispositione dicatur, quòd viuãt iure Francorum, statim censeatur vocatus primogenitus, ut per Andr. in dicto c. j. §. præterea Ducatus, de prohib. feu. alien. per Frederic. & per Af- 3 flict. in dicta constit. speciale. † cum etiam primitus, & antiquitus fuerit hoc ius Siculorum in successione Regni, vt patet ex Iustino in initio lib. 21. qui narrat milites, mortuo Dionysio, suffecisse Regno maiorem natu ex filiis. Sic mortuo Gelone, Siracusanorum Rege, successit Hieronymus cæteris fratribus maior natu, vt scribit Diodorus Siculus lib. 11. & Phasel. Cur ergo vocatur speciali nomine ius Francorum, cum tali iure vtebantur, & utuntur aliæ regiones? Respon- 4 deri potest,† quòd in Francia adest ista consuetudo generalis, præsertim inter nobiles, in omnibus prouidẽs primogenito circa pręrogatiuam successionis, vt scribit locupletissimus Tiraquell. in pręfat. tract. de iure primoge. nu. 3. in quo loco citat, more suo, plures Doctores, qui hoc affirmant. nimirum si vocatur ius Francorum, quod ius est apud illos generale, cum in cæteris nationibus vel sit ex constitutione priuatorum, testamẽto, vel alia valida dispositione, vt in Hyspania, vel in successione Regni, vt patet in c. licet, de vot. & in cæteris dignitatibus Regalibus, vt Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, vt per Doctor. in d. c. licet, de voto. quod inde statuit expressis verbis Freder. in l. j. §. pręterea Ducatus, de prohib. feu. alien. per Frederic. dum statuit tales dignitates non diuidi, meritò censetur primogenitum ad eorum successionẽ vocasse. ideo que Imperator iure optimo in constit. vt de successionibus, tale ius speciali nomine vo- 5 cauit ius Francorum. ideoq; † in quacunq; dispositione sit mentio, vt uiuatur iure Francorum, ex tali dispositione censetur vocatus primogenitus, vt scribit Andr. in c. j. §. hoc quoq;, de success. feud. & in c. omnes, si dę feu. fuer. controu. inter dom. & agnat. & in c. j. §. pręterea Ducatus, de prohib. feu. alien. per Frederic. & Philipp. Dec. in consil. 445. qua clausula iuris Francorum apposita in dispositione, adeo vocat primogenitum, & 6 eius descendentes, † quòd eius ui censentur omnes alij exclusi, ut uoluit Andr. in d. c. j. §. hoc quoq;, de success. feu. & Andr. refert & sequitur Anton. de Alex. in consil. ultimo, inter consi. Loffred. & Ioan. Aloys. in Repet. c. Volentes. Hinc dicebat Bernard. de Medico in compendio super c. Volentes, quòd in expressa clausula iuris Francorũ non vendicabat

*moritur primus ante patrem.*

13 *Filiatio per mortem extinguitur, sed non spes, & potentia succedendi.*

14 *Pater quando nil habet, etiam in spe, nil transmittit.*

15 *Primogeniti plurimum amantur à patre.*

ET QVIA tam ex clausula iuris Francorum, quàm ex clausula Maioriæ vocatur primogenitus, 1 nõ esset ociosum quærere, † quis sit primogenitus? In qua quæstione respondit Summus Pontifex in c.Ioseph.de verbo. signific. dicens, Ille verè ac propriè dicitur primogenitus, qui primò natus, non sequantur, vel subsequantur alij. & hoc voluit etiã Bald. in l.cum antiquioribus, col.4. C.de iure delib.& Alber. in procemio Digestorum, §.discipuli, & quod ille dicatur propriè primogenitus, qui primò natus est, vt determinat Iacob. de Are. & Bald. in l. quotiens, C.de rei vendic. quos refert, & sequitur Are 2 ti. consil. 162. col. 2. Verum † quòd impropriè dicitur primogenitus ille, qui post primogenitum nascitur, qui mortuo primogenito capit locum primogeniti, & iste non dicitur naturaliter primogenitus, sed impropriè, vt determinat Imol. in consil. 113. col. 2.& Ioan.Lupus in repet.cap.per vestras, de 3 donat.inter vir. & vxor. char. 84. & † talem primogenitum non naturalem, sed subeuntem locum primogeniti vocat Bald. in l.eã quam, col. 4. C. de fideicom. primogenitum cognitum à iure dicens, quod duplex est primogenitus; vnus naturæ, alter iuris. Primogenitus naturæ est ille, qui natus est primò: primogenitus iuris est ille, qui agnoscitur à iure tanquam primogenitus, quamuis non sit propriè, nec verè primogenitus. & ad istam symmetriam possunt reduci omnes doctrinæ, ac opiniones Doctorum, ac eadem symmetria reconciliari, quatenus ap 4 pareant contrariæ opiniones. † Ideoque stãte statuto, vel pacto loquente de primogenito, prout loquitur c.Regni de filio primogeniti, cum verba statuti non possint aliter capi, nisi propriè, argum. tex.in l.quicquid astringendæ, ff.de verbo.obligat. l.3. §. hæc verba, ff.de negot.gest. scribunt Doctores, in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posthu. non potest statutum, vel pactum verificari, nisi in filio primogeniti naturalis, qui ꝓpriè dicitur primogenitus; & ideo hac ratione Bal. in c.j. de fil.nat.ex matrimonio 5 ad Morga.contract.determinat, † quòd Regnum Sicilię, quod ex pacto defertur primo genito, eo mortuo non defertur secundogenito, primogenito etiam mortuo: quia de primogenito loquitur pactum, & non de secundogenito.& Bald. sequuntur Præpos.& Martin.Laudens.ibidem.Ias.in l.quotiens, C.de rei vendic.& in l.is potest, col.4. ff.de acqui. hæredit. Anton. de Rosell. Georg. Nact. & alij, quos refert, & sequitur Ioan. Lupus in repetit.c.per vestras, fol. 83. 84. de donat. inter vir. & vxor. Catell. Cott. in memorialibus suis, in verbo, primogenitus.

6 Nec † obstat quatenus Bal. videt̃ sentire cõtrarium in dicta l.cum antiquioribus, C. de iur.deliber.dum dicit, quòd de Regno Neapolis fuit iudicatum pro Rege Roberto secundogenito, quia Bal. non loquitur in d. l. cum antiquioribus, nec retractat ea, quæ dixit in d. c.j. de fil. nat. ex matri. ad Morga. contra. Et quatenus dicit fuisse iudicatum pro Rege Roberto secundogenito, nõ dicit iustè ac iniustè; nec loquitur, nec disputat de illa inuestitura, de qua disputauit in d. c.j. vt animaduertit Catell.Cott.meritò nulla con 7 trarietas in Bald. † nam in aliis locis citatis à Tiraquell. in Tracta.de primogenit.loquitur de primogenito impropriè cognito à iure, & non de primogenito naturæ, & propriè. & illa decisio Iacobi de Are. Alber. & Bald.in l.si quis prior, §. talem, C.de secun. nupt. dum præfati Docto. ponunt quæstionem, quòd stante consuetudine, quòd primogenitus ex primo matrimonio succedat in Baronia, accidit quod quidam Baro habuit tres vxores, ex prima non produxit filios, ex secunda sic, & tertia; an primogenitus ex secundo matrimonio habebit Baroniam? soluunt, & determinant, quòd sic: moti per glos. in dicto §. si quis prioris. in 8 verbo, ex secundo thoro. quæ dicit, † quòd secundum dicitur primum respectu tertij, & sic non simpliciter, & absolutè. & subiungit Bald. magis in specie ibi, quòd si ex omni matrimonio sint filij, & primogenitus sit inhabilis, ꝗ habebit locum consuetudo, ꝗa habet locum consuetudinis ratio. Istæ decisiones non militant in isto casu, nam fundantur in auctoritate glos. quæ non asserit secundum esse primum simpliciter, quia hoc esset falsum euidenter, imò repugnans, sed esse primum respectu tertij, & sic impropriè;

meritò non possunt verificari verba statuti seu consuetudinis strictè, quia strictè sunt intelligéda, & in casu proprio, prout infra demonstrabo latius. & † quòd secundogenitus dicatur impropriè primogenitus, determinat punctualiter Imol. in consil. 113. col. 2. & Io. Lupus in d. Repet. c. per vestras, de donat. inter vir. & vxor. char. 84. facit doctrina Bald. in auth. cessante, in vltim. col. C. de suis, & legit. vbi loquens de filio primogeniti, dicit quòd non potest dici primogenitus, † quia naturalis terminus veritatis non potest mutari, & hoc etiam sentit Bald. in d. l. si quis prioris, §. talem. dum dicit, quòd ideo habet locum cõsuetudo in secundogenito, quia est eadem ratio, & sic per viam comprehensionis. & quod statutum loquens de primogenito, non habeat locum, nisi in eo, qui verè & propriè est primogenitus, † & non in eo, qui per fictionem, determinat in indiuiduo Iacob. Butrigar. & Bald. in l. quotiens, C. de rei vendic. quos sequitur Aretin. cons. 162. col. 2. nec potest fieri extẽsio, siue comprehensio ex identitate rationis, secundum sententiam Bald. in d. §. talem. quia tale statutum, seu consuetudo, est correctorium iuris communis, vt de se patet. Ex quibus euidenter, ac dilucidè demonstratur, quòd statutum loquens de primogenito, non potest comprehendere filium secundogenitum. & fortius procedit in casu, quando secundogenitus moritur ante primogenitum, quia tũc nec verè, nec fictè, dicitur primogenitus. Verè non, quia præcedebat primogenitus; fictè etiam non, nam nunquàm dictus secundogenitus obtinuit locum primogeniti, cum decesserit ante primogenitum. nam tex. in quo se fundat Imol. in dicto consi. 113. ad dicendum, quòd secundogenitus dicitur fictè primogenitus, est in c. nam & ego, de verbo. signifi. nam Prouerb. 4. c. dicebat Salomon, Ego vnigenitus fui coram matre mea. Perpendens Hieronymus, quòd Bethsarbee peperit alterum filium ante Salomonem, quærit cur se nominat vnigenitum, quem frater vterinus præcessisse scriptura testatur? Respondet, quia ille decessit, & sic est ac si nunquàm esset. & sic patet ex tex. † quòd tunc fingitur secundogenitus primus, quando primus prædecessit secundo, sed non quando secundus prædecessit. sic decidit Afflict. in c. j. de gradib. success. in feu. qui non habet cõtra dictorem. ideoq; in secundogenito, qui remanet mortuo primogenito in vita patris, non verificabitur cap. Regni. nam tota vis, & potentia rationum illorum, qui tenent pro filio primogeniti, stat in illa doctrina Bar. in l. is potest, ff. de acquir. hæred. vbi voluit, † quòd quamuis per mortem extinguatur filiatio, tamen spes, & potentia succedendi, non extinguitur, imò transmittit ad filio.s ex qua decisione infert Paul. de Castro ad primogenitum, qui illam spem transmittat in filium: nam alia argumenta, quod caro filij est caro patris, & est portio viscerum paternorum, & quòd sunt vna & eadem persona, in hac ratione concluduntur, quia omnia ista transmittit. Nam † si ipse pater nihil habebat, saltem in spe, non poterat aliquid in filium transmittere in vita sua, cum pater nil consequutus fuisset, minus potuit ad filium transmittere in vita sua, l. nemo plus iuris, ff. de regu. iur. cum similib. videndum est ergo, si secundogenito, qui moritur ante primogenitum, adest tempore eius spes probabilis succedẽdi in Baronia, quam possit transmittere in eius filium? Et certè concludendum est, quòd non: nam Bart. in d. l. is potest, fundat eius intentionem, quòd illa spes, quam habent filij in bonis paternis, transmittitur, quia probabilis, & cum eo cõcurrit votum parentum; & ideo agnati non transmittunt, quia eorum spes est improbabilis in secundogenito, qui in vita primogeniti, & maximè moriente viuo primogenito, nulla spes probabilis, nec cum ea concurrit votum patris, immo spes improbabilis, quia oportebat desiderare mortem fratris primogeniti, vt ipse succederet, nec cum ea poterat concurrere votum patris, qui desideraret mortem primogeniti, vt succederet tertiogenitus, quia primogeniti plurimùm amantur à parentibus, vt voluit Oldrad. consil. 94. Alber. in §. discipuli. multa congerit Tiraquell. in tractat. de primogenit. chart. 242. vbi declarat illud scripturæ, quando dicit, Primogenitus meus Israel, quod est in signum dilectionis. & ibi multa congerit tam ab Ethnicis, quàm à sacris literis, & sacris Scriptoribus. ideoq; illa opinio Bart. in d. l. is potest, procedit de spe vera, & solida. Et declarat Iacob. in d. l. de quæstione, in prin. C. de pact. post Bar. vbi dicit, ꝙ illud dicitur nobis debitũ spe, qđ procedit ab aliqua causa de præterito. Cũ ergo in secundogenito de prẹterito nulla spes erat succedẽdi ĩ Baronia

nia viuēte primogenito, non pōt dici ꝙ trāsmisit aliquod ius in filium: nā spes debet esse acquisita natiuitate, & debet firma esse, & inuariabilis cum potentia de facili reducibili ad actum, nam tunc habetur pro actu, & sic trasmittitur in filium, vt in terminis scribit Abb. in conf. 85. vol. j. vbi consuluit pro filio primogeniti cōtra secundogenitum. ideoq; ex his apparet c. Regni loquens de filio primogeniti, non vendicare sibi locū in filio secundogeniti simpliciter, & fortius in filio secundogeniti mortui, antequàm decederet primogenitus.

*S V M M AE.*

1 *Iure Longobardo an in Regno viuatur.*
2 *Ius Francorum est ius speciale in Regno.*
3 *Andreæ opinio & aliorum, falsa.*
4 *Ius Francorum in successione ab intestato in Regno per istam constitutionem fuit declaratum seruari.*
5 *Prohibita diminutione feudi, prohibetur diuisio, meritò inducitur ius Francorum.*
6 *Ius Francorum ex prohibitione diuisionis, censetur inductum. & num. 7.*
8 *Argumentum ab absurdo, validissimum.*
9 *Lex ista tendit ad correctionem, & ampliationem constitut. vt de successionibus.*
10 *Mens constitutionis, Si aliquem, non fuit introducere ius Francorū, sed inductū confirmare.*
11 *Ius Francorū quòd sit ius speciale in Regno, falsum est.*

SED præstat quærere, quomodo viuatur in Regno in successione feudorum; & videtur dicendum, 1 † quòd viuatur iure Longobardo, quo oēs filij succedunt. & quod seruetur in Regno ius Longobardorum, videtur probare tex. in constit. puritatem, quem tex. ad hoc probādum adducit And. de Isern. in l. j. §. præterea Ducatus, col. 2. de prohib. feud. alien. per Freder. quod ipse And. confirmat 2 ratione. † Nam Ius Francorū est ius speciale in Regno, vt probat tex. in constit. vt de successionibus. ibi, qui viuunt spāliter iure Francorum. meritò si est speciale ius, non debet seruari, nisi probetur sic specificè fuisse concessum: sed seruādum erit ius Longobardū, quod cōmune est, & generale in Regno, d. cōstit. puritatem. & istam opin. latè prosequitꝰ Afflict. in d. §. præterea Ducatus, col. 3. & ibidem Loffred. in addit. suis paraphrast. eandē opin. tenuit Guliel. de Pern. in conf. j. & consi. 14. & Petrus à Gregorio in tract. de cōcessio. feu. 3 † quæ opinio (iudicio meo) est penitus falsa, & contra Regni constitutiones, & 4 contra c. istius Regni. † nam tam per Regni constitutiones, q̄ per c. Regni in successionē ab intestato fuit declaratum in Regno seruari in successione feudorum ius Francorū. qđ primò probatur per constit. Scire volumus, in qua Rogerius prohibuit diminutionem feudorum, vt expressis verbis dicit gl. fi. in d. consti. Scire volumus. Probat hoc etiam Fredericus Imperator in constit. constitutionē, in qua dicit se ampliare constitutionem Rogerij loquentem super prohibita diminutione feudorum. & gl. ibidē super verbo, constitutionem, alludit ad dictam constitut. Scire volumus. Ideoq; demonstratur euidenter, ꝙ per constitutiones prædictas fuerat prohibi5 ta diminutio feudorum. † prohibita ergo diminutione feudi, sequitur ex necessaria consequentia, ꝙ censeatur per easdem constitu. prohibita diuisio, cum per diuisionem diminuatur feudum, vt probatur per glo. in auth. vt iud. sine quo. suffrag. §. ... in gl. in verbo, susceperit. & scribit Bal. in d. §. præterea Ducatus. dicens, quod ideo feuda dignitatis nō diuiduntur, quia per diuisionem minuerentur dignitates. & prosequitur Afflict. ibi, col. 2. si ergo censetur per dictas constitutiones prohibita diuisio per illam regulam, ꝙ prohibito vno, cēsetur prohibitum omne illud, per quod peruenitur ad illud, l. illud, & l. ad 6 rem legatam, ff. de procurat. meritò † stante prohibitione diuisionis feudorum, censetur inductum in Regno ius Francorum, cum feuda non possint deuenire, nisi ad vnum. hoc enim probat tex. in dicto §. præterea Ducatus. in quo tex. prohibetur solùm diuisio, ex qua prohibitione diuisionis censetur vocatus primogenitus, vt differit ibi And. & sequuntur Docto. idem dicit Andr. in dicta cōstit. vt de successionibus, in verbo, speciali iure Francorum. vbi dicit; Ius commune est, vt feuda diuidantur, nisi sit Marchionatus, Ducatus, & Comitatus, l. Imperialem, §. præterea Ducatus. Qui ergo dicit se esse Francum, & non diuidere, probet. vide intentionem Andr. nam apertis verbis asserit in feudis, quæ non diuiduntur, seruari ius Francorum. idem dicit in c. omnes filij, si de feudo fuer. controu. inter dom. & agnat. & sub ista ratione hoc determinat Docto. omnes in c. licet, de vot. quod ī Regno vocatur

ſolus primogenitus, quia Regnum non diui ditur. annotant etiam Alberi. in proœm. ff. §. diſcipuli,& Fel.& Dec.in c.prudẽtiam, in princ.de offic. delegat. ideoq; perſpicua red ditur illa concluſio, † quòd in Regno prohi bita per dictas conſtitutiones diminutione feudorum,& per conſequens diuiſione, meritò per eas cenſetur introducta uocatio primogeniti,& ſic ius Frãcorum. quam opinionem,iudicio meo,probat tex.in conſtitu. vt de ſucceſsionibus. nam ibi Imperator præmittit,ne aliqua dubietas poſſet oriri,diluci da conſtitutione ſancire; & nihilominus in ſanctione enumerat gradus ſucceſsionis in feudis,& non vocat ad ſucceſsionem;nec de alia ſucceſsione loquitur,niſi de ſucceſsione ex iure Francorum, quo iure Francorum aſſerit dicta conſtitutio viuere vaſſallos in Regno, quamuis ſit ius Frãcorum ius ſpeciale, & iſte eſt verus intellectus dictæ conſtitutionis: nam perabſurdum eſſet, ꝙ Imperator tanta lucubratione voluerit ſancire,& ſtatuere ſuper iure ſpeciali Francorum in qualibet perſona ex pacto, ſi non eſſet tale ius Francorum generale in Regno, & dimittere ius generale, & ſucceſsionem ordinariam iuris

8 communis feudorum. † & argumentum ab abſurdo vitando, validiſsimum eſt, quo vtuntur ſæpeſæpius Iuriſconſulti, vt patet in l. nam & abſurdum, ff.de bon.liber. & alios locos citat Nicol.Euerar.in ſua cẽturia de loc. legalib.in verb. argumẽtũ ab abſurdo. Quin imò verba ipſius conſtitutionis hoc probant dum dicunt,ſeruata tamen ſexus prærogatiua,vt mulieri maſculus præferatur, nec non maioris ætatis ĩter eos,qui viuunt in Regno ſpecialiter iure Francorum. Ideoque per dicta verba clariſſimè denotatur, & præſupponitur,quòd in ſucceſſione feudorum viuitur illo ſpeciali iure Francorum,ideoq; illa verba,viuunt in Regno, importãt ac ſi dixiſſet, qui conſueuerunt in Regno iure Francorum uiuere,iuxta illud Ouid. in j. Metamoph.

*Viuitur ex rapto.*

Hoc eſt aſſuetũ eſt rapi,vt Ambroſius Calepin.teſtatur. ideoq; nil aliud eſt viuere ſpeciali iure Francorum,quàm ab eo habere vigorem: nam ſi loqueretur de illo ſpeciali iure Francorum,non inducto ex conſtitutionibus, & conſuetudine Regni, ſed ſpecialiter ex pacto, fruſtra diceret,ꝗ viuunt in Regno ſpecialiter iure Francorum: qa iſti tales non dicerent viuere,hoc eſt vigorem habere,niſi ex pacto & prouidentia concedentis abſque aliquo fauore Regni.& iſtã differẽtiã ſentit Iacob.Chirc.in alleg.in cauſa fluminis Dionyſij.& ideo ex illis verbis in dicta ꝯſtitutione poſitis,demonſtratur ꝙ quamuis ius Francorum ſit ſpeciale ius; attamen illo ſpeciali iure Francorũ viuitur in Regno. Ideoq; non eſt neceſſe aliter probare,cũ ſit generale ius Regni. & ideo retorquentur in oppoſitũ ea, quæ ſcribit And. in d. §. præterea Ducatus.

9 †quę opinio manifeſtius cõprobatur ꝑ iſtam conſtitutionem,Si aliquem, ꝗ venit ad declarationem,& ad ampliationem, & correctionem dictę conſti.vt de ſucceſſionibus. Et qđ tendat ad declarationem, & ampliationem dictæ conſtit.patet manifeſtiſſimè;& ea,quę manifeſta ſunt,non indigent demonſtratione,l. 2.ff.de dot.præleg.& quod corrigat dictam conſtit.vt de ſucceſſion. demonſtratur ex fine iſtius conſtitutionis ibi,qualibet conſuetudine cõtraria,vel conſtitutione ceſſante. & firmat Guliel.de Pern.in conſ. 21. col. 2. Cum ergo lex interpretans & corrigens, ſe recipit ad limites legis correctæ, vt probatur in Auth.de fil.ant.inſtrum.dotal.nat. circa med.& ſcribit Corn. conſ. 199. uol.2. cũ ergo iſta cõſtitutio loquatur ſub eiſdem terminis ibi,ĩter feudatarios,in eodem Regno Francorũ iure viuentes.quæ verba intelligũtur de iure Francorũ introducto in ipſo Regno ꝑ ipſas Regni conſtitu. quæ conſtitutio fuit ſic declarata per Regem Fredericum. ideoq; qui dixerunt per iſtã conſtitut.eſſe in Regno introductum ius Francorum in ſucceſſione feudorũ,non ſatis perceperunt ipſi-

10 us mentem:†nã eius mentis non fuit introducere ius Frãcorũ, ſed introductum ꝑ alias conſtit.præſupponere. Et iſtam opin. ꝙ ĩ Regno in ſucceſſione feudorũ viuat̃ iure Francorum,tenuit Guliel.de Pern.ſibimetꝯ̃rius, in conſ.4.col.3.& conſil. 6. col.5. motus eo fundamento,quòd in Regno feuda ſunt indiuidua,vt diſponitur in c.Volentes.ibi, feudo ipſo integro, & indiuiſo permanẽte.ſi ergo feuda ſunt indiuiſibilia, ergo ad vnũ debẽt peruenire,& ſic ad primogenitũ. meritò ĩ Regno ab inteſtato viuit̃ quodãmodo iure Francorum.Hanc opin.prius tenuit Bernardus de Medico in cõpendio ſuo ſuper c. Volentes.dicens,ꝙ ab inteſtato in Regno ſuccedit iure Francorum,& ſequuntur oẽs ſcribentes ſuper c. Volentes. & Blaſc. de ſancto Ang.in conſi. qđ fecit pro Comite Auguſtę.

& ni-

& nimirum, quia est tex. in ista constitut. Si aliquem, sic declarata per Regem Fridericum in constit. constitutionem editã. ideo que ista est vera, firma, & iuridica opinio, ꝙ in Regno in dubio viuitur iure Francorum, in successione feudorum.

Non obstant auctoritates adductæ in cõtrarium, quia non sunt veræ, & pugnant cum ipsis Regni constitutionibus, vt disserui: nã qui tenent contrariam opinionem, ipsi duo præsupponũt, ꝙ ius Longobardum sit ius generale in Regno per tex. in constit. puritatẽ. 11 & † quod ius Francorum sit ius speciale in Regno, & tamen vtrunq; est falsum: nam ex eadem constitut. puritatem, demonstratur ꝙ ius commune in Regno sunt Regni constitutiones, secundum quas præcipit iudicari. & quamuis postea dicat Imperator, quòd debeat iudicari & in defectu constitutionum, secundum consuetudines approbatas, & iura communia Longobarda, videlicet & Romana, non ex hoc elicitur, quòd ius Lombardum, & Romanum sint in Regno ius per se, & principaliter, & per prius; sed ita demum deficientibus Regni constitutionibus ac cõsuetudinibus approbatis, & exinde non simpliciter, sed pro vt exegerit qualitas litigantium: nam si litigantes viuant iure Lõgobardo, præcipit Imperator eis reddi ius secundũ iura communia Longobarda: si viuant iure Romano secundum iura cõmunia Romana; & istud important illa verba, pro vt qualitas exegerit litigantium. Igitur cum per Regni constitutiones & consuetudines approbatas in Regno, sit inductum ius Frãcorum in successione feudorum, iam cõsequitur quòd dicta constitutio non solum non iuuat And. & qui eum sequuntur, sed militat contra eum: nam cum ius Francorum in Regno sit introductum per Regni constitutiones, vt supra probaui, quamuis ex speciali prærogatiua; attamen est ius commune in Regno, & ideo in constit. Regni, vt de successionibus, dum dicitur, qui viuũt in Regno speciali iure Frãcorũ, nam hoc specialiter non significat tam particulare, quam significat proprium, veluti peculiare, vt dicit Ambrosius Calepin. in suo Lexico. ideoque sensus est dictæ constitutionis in illis verbis, inter eos, qui viuunt in Regno specialiter iure Francorum, hoc est propriè, ac peculiariter ex prærogatiua concessa in Regno, vt sic viuant ex constitutionibus, vel consuetudine. Et si vrgeatur, quòd illa dictio, specialiter, apud Iurisconsultos est idẽ, quod nominatim, l. 3. in princip. ff. de legit. tuto. & in l. vxorem, §. fælicissimo, ff. de legat. 3. potest etiam responderi, quòd & secundum hanc interpretationem iam non offenditur verus sensus: nam verè dicitur in Regno, quòd viuitur illo specifico iure Francorum: ideoq; illa verba sunt declaratiua, quòd in Regno viuitur specifico iure Francorum, & est vera interpretatio, & conformis aliis constitutionibus prohibentibus diminutionem feudorum, & per consequens diuisionem; quibus prohibitis, necesse fuit deuenire ad vnum, scilicet primogenitum, quod non est aliud, quàm ius Francorum, vt per Andr. in dicto §. præterea Ducatus, & in locis superius citatis.

*S V M M AE.*

1. *Iuris Francorum clausula taxat personas, & vocat proximiorem.*
2. *Lineæ transuersalis prima causa est fratrum.*
3. *Coniunctus vtrinq; est proximior.*
4. *Soror vtrinq; coniuncta minor, præfertur maiori non vtrinque coniunctæ, secundum opinionem Blasc. Lanz.*
5. *Blasc. opinio contra tex. istum.*
6. *Legis vbi casus est, nullus relinquitur dubitationi locus.*
7. *Lex de iure communi nulla defert successionem primogenito, & viuẽtibus iure Francorum.*
8. *Argumentum ab vtraque coniunctis, in his est elumbe.*
9. *Iure de communi non arguitur in feudis, vbi est constitutio feudalis.*
10. *Blasc. Lanz. in vtraq; quæstione pessimè decidit.*
11. *Andrea declaratur opinio.*

1 ANNOTANDVM est etiam, † quòd ista constitutio sub clausula iuris Francorum, quæ taxat, & designat personas, censetur vocare proximiorem ad successionem feudi, vt scribit Andr. in c. j. §. fin autem deficientibus, de natu. success. feud. quinimò expressis verbis proximiorem uocat supra defuncto proximior succedat; ideoque statuit deficiente linea descendente deuoluũtur successiones 2 ad transuersales proximiores. & † quia prima causa lineæ transuersalis, est fratrum, ut scribit Afflict. in c. j. de natur. success. feud. ideo statuit, quòd frater habeat feudum declarãs quisquis fuerit ille frater, siue cõiunctus à la

tere feudi,siue non;decidens dubium,quod erat in constitut.vt de successionibus.& hoc fuit additum cap.Papę Honorij. Attamen,vt magis dilucidè distingueret inter fratres, adiecit,qui tempore mortis superererit defun cto proximior, ex quibus quęritur si concur rant fratres, vnus coniũctus vtrinq;, & alter ex vno latere,quamuis sint in eodem gradu: 3 attamen † vtrinq; coniunctus dicitur proxi mior, quod & videtur ex eo, quòd respondit Socin.nepos in consil.94.nu.14.vol.j.fa ciunt ea, quæ scribit Dec.in consil.444.nu. 16.& quod vtrinq; coniunctus dicatur proximior, tenet Ioan.Faber in §. si plures, Instit.de legit.agnat.success. Ideoque deberet præferri ex hac ratione.Et ideo Blasc.Lanz. in consil.quod fecit in causa Billudiæ,& Ca 4 tatausi, respondit,† quòd soror vtrinq; coniuncta minor præfertur primogenitæ non vtrinq; coniunctæ. & idẽ scribit idem Blasc. in lectura istius legis, in 6.q.de fratre mino re vtrinq; coniuncto,vt præferatur fratri ma iori natu vterino, pro quo allegat decisionẽ And.in constit.vt de successionibus.& tenet hanc opinionem Petrus de Gregorio in tra ctat.de concess. feu.& sequuntur Modernio res hic scribentes super hac cõstitutione. At 5 tamen † in vtraq; quæstione videtur, quòd Blasc.decidat contra text. expressum istius constitutionis ibi, in successione pręmissa inter Feudatarios, & subfeudatarios Francorum iure viuentes sexus, & primogenituræ seruetur,vt inter duos feudatarios, vel subfeudatarios defuncto coniunctos fœminæ masculus,& minori maior natu præferatur. est ergo tex.clarus, & apertus, qui introducit in quolibet feudo ab intestato tacitum ius Francorum;& vult,quòd maior natu prę 6 feratur,siue sit masculus,siue fœmina.†Cum ergo sit casus legis, meritò nullus relinquitur dubitationi locus, l.ancillæ, & ibi Bald. C.de furt. & cum loquatur tex. de coniunctis, indistinctè debet intelligi, etiam si sit maior ratio in vno casu, quàm in alio,l.j.§.j. ff.de aleat.nam si voluisset Legislator distin guere, sciuisset vtiq;. & ideo non distinxit, quia indistinctè voluit procedere, quod disposuit, l.de precio, ff.de public. ad quæ faciunt verba Ciceronis superius relata in 2. Retho.de Inuenti o.quem refert,& sequitur Luc.de Penn.in l. fina. C. de his, qui spont. mun. sub.col.5.6. Non obstant argumenta Blasc.qui vult hanc legem recipere interpre 7 tationem à iure communi,† & nihilominus nulla lex est de iure communi, quæ deferat successionem primogenito, & viuentibus iu 8 re Francorum, † nam vanum est arguere de iure communi à coniunctis vtrinq; : nam ta le argumentum est elumbe, cum ius Franco rum admittat maiorem natu,& excludat mi norem natu. Ideoq; aut vtrinq; coniunctus vult succedere beneficio istius legis, & non potest,quia minor ætate:aut beneficio iuris 9 communis, nec etiam potest: † quia in feudis non succeditur de iure communi, ubi adest constitutio feudalis,c.j.de feu.cognit. & maximè, quia per istam constitutionem cassantur in successione transuersalium omnes consuetudines & constitutiones,vt in fi ne istius legis, vt scribit Guliel. de Pern.in consi.21.col.2.& ideo cum minor ętate nec ex dispositione istius legis, quę vocat maiorem, nec ex dispositione legis communis, quæ non attenditur in successione feudi, po 10 test succedere; † perspicuum est quòd Blasc. in vtraq; quæstione pessimè decidat,& contra casum legis. & ideo iure optimo Ioann. Aloys.in eadem causa feudi Billudię,& Catatausi, respondit contra Blasc.Non obstat, quòd vtrinq; coniunctus dicitur proximior, quia verum attenta dispositione iuris communis,quod non seruatur in successione feu dorum, secus de iure Francorum,in quo cõ sideratur tres prærogatiuæ gradus, sexus, & ætatis, vt colligitur ex ista constitutione, & scribit latissimè Corn.in d. consil.199.vol. 2. nimirum enim esset si excluderetur ille, qui habet prærogatiuam ætatis, & admittatur ille, qui nullam habet prærogatiuam,cõ tra tex.istum.& pariformiter videtur, quòd pessimè etiam dicat de fratre vterino maio- 11 re,cum sit eadẽ ratio: nã † Andr. ideo deter minat contra uterinum, quia in transuersali bus non erat tunc temporis statutum ius Frã corum : secus dixisset, si vidisset dispositionem istius legis, quę aliter non admittit ad successionem, nisi cum prærogatiua ætatis, & non est nostrum interpretari,& fingere ęquitatem, sed omnino debemus sequi legẽ, vt dicebat Bald.in d.consi.110.incip.sanctis sima Regina, inter consilia Angel.Nõ enim potest fingi æquitas, quæ non est scripta, l. placuit,ubi Paul.de Castr.& cęteri,c.de iud.

## SVMMAE.

1 *Fœmina non comprehenditur in inuestitura,ni si*

*si de ea fiat specifica mentio. & nu. 2.*

3 *Proximior verbũ, quomodo intelligitur in ista constitutione. & num. 4.*

5 *Gradus prærogatiua potentior cæteris.*

6 *Doctorum catalogus tenentium istam opinionẽ.*

7 *Feudorum ex consuetudinibus fœmina non succedit in feudo.*

8 *Fœminæ si vocentur in inuestitura, non admittuntur, dum supersunt masculi.*

9 *Feudorum consuetudines receptæ, tanquàm leges.*

10 *Constitutio nulla in regno, quæ corrigat dictas consuetudines feudorum.*

11 *Dispositio c. si aliquem, sola seruatur in regno in successione transuersalium.*

12 *Feudorum consuetudines censentur correctæ à c. si aliquem, quæ expressè aduersantur ei.*

13 *Fœmina, quòd excludat masculum inferioris gradus, non reperitur expressè decisum per c. si aliquem.*

14 *Correctio iurium non fit, nisi expressis verbis.*

15 *Iura iuribus concordari debent.*

16 *Correctio legum nec per subauditos intellectus inducitur.*

17 *Gradus de prærogatiua arguere non est firmum argumentum.*

18 *Proximior quòd succedat, censendum est esse statutum regulariter.*

19 *Agnatus proximior ad successionem de iure cõmuni vocatur.*

20 *Agnatus, qui habet integrum ius agnationis, remotior præfertur.*

21 *Regula põt recedi, ea illæsa particulari ratione.*

22 *Regula procedit, quando succedunt masculi.*

23 *Fœmina non vocatur simpliciter, sed quòd ei masculus præferatur.*

24 *Lex indistinctè debet intelligi, si non sit lex, à qua distinguatur.*

25 *Proximior verbum, quomodo intelligatur, scilicet electiuè. & num. 26.*

27 *Imperator Rex noster, interpretatus est vterinum excludi ab agnatis inferioris gradus.*

28 *Argumentum à contrario sensu non sumitur ad correctionem legis.*

29 *Doctorum opiniones probabiles tantùm.*

30 *Opinioni communi non est deferendum, si conuincatur melioribus rationibus.*

31 *Iura non statuuntur opinionibus, sed veritate.*

32 *Andr. opinio procedit in successione descendentium, vt loquitur tex. quem allegat.*

33 *Fratres sunt consanguinei.*

34 *Successionis prima causa est descendentium.*

35 *Filius descendens excludit transuersales.*

36 *Bal. in consil. 275. vol. 2. notatur.*

37 *Argumentum à contrario sensu non valet ad correctionem legum.*

38 *Alexãder notatur in consilio in causa Sclafani.*

39 *Leges feudales in feudis dum supersunt, non arguitur à iure communi.*

40 *Petrus de Gregorio notatur, allegans Bald. qui probat contrarium.*

*Petrus de Gregorio in sua ratione decidit hunc casum pro masculo. num. 41.*

42 *Statutũ fauẽs masculis, agnatis est fauorabile.*

*Doctorum catalogus tenentium hanc opinionẽ. num. 43.*

44 *Exemplis iudicandum non est, sed legibus.*

45 *Rex noster declarauit c. si aliquem, priuilegiare agnatos.*

46 *Dispositum in vno ex æquiparatis, censetur in alio dispositum.*

47 *Vterinus, & fœmina, non comprehenduntur in inuestitura*

48 *Agnatio per fœminam non conseruatur, nec per vterinum.*

49 *Sexum præferri gradui in declaratione est expressum.*

50 *Ratio est anima legis.*

51 *Legis dispositio elargatur, & restringitur ad limites rationis.*

52 *Opinio contra Socin. in Regno præualuit.*

53 *Ratio vbi est eadem, non fit extensio, sed comprehensio.*

54 *Lex ad limites rationis extenditur, etiã si verba deficiant.*

55 *Legis vbi constat de ratione, fit restrictio et elargatio ad limites rationis.*

56 *Patruus magnus verè, & propriè dicitur patruus.*

57 *Ascendentium, & descendentium par ratio.*

58 *Agnationis conseruandæ ratio non procedit, nisi in personis expressis, quando ratio non est expressa in lege vel statuto, aliàs secus. & num. 59.*

60 *Extensio non dicitur fieri, sed comprehensio.*

61 *Legis mens, & ratio non differunt.*

62 *Legis generalis ratio non restringitur.*

63 *Reductio ad legem antiquam permittitur etiã in correctorijs. & nu. 64.*

65 *Masculorum ob conseruandam agnationem inclusio est fauorabilis.*

66 *Opinionũ cõstitutio, dicitur declaratoria, etiam quòd non fiat mentio opinionum.*

SED tractandum esset, si concurrant masculus, & fœmina in dispari gradu, scilicet fœmina in potiori gradu, & proximior & masculus

lus remotior, quis præferendus? Videtur prima facie dicendum, masculum præferendum, † quia fœmina non comprehenditur in inuestitura, cap. primo, §. sed hoc notandum. de his, qui feu. da. poss. & † quando de fœminis fit specifica mentio, & vocantur simul cum masculis, tunc admittuntur deficientibus omnibus masculis, ut est tex. in c. j. de eo, qui sibi & hæred. suis. nimirum si ista constitutio, quę admittit fæminas, ĩtelligi debeat deficientibus masculis, & recipiat interpretationem à dicto c. j. de eo, qui sib. & hæred. suis. Et recipiendo istã interpretationem, non obstat uerbum, † proximior, positum in ista lege: nam intelligi debet de illo, qui est proximus respectu successionis, cum existente masculo nunquã succedat fæmina; meritò † proximus dicitur ille masculus, qui succedit. & istam opinionẽ latè examinat, tenet, ac defendit Iacob. Pilaia in allegationibus in causa Comitatus Sclafani. Gerard. Prothonot. in allegationibus in causa fluminis Dionysij, Iacob. Russus in allegationibus in causa Linguæ grossę. in quam opinionem videtur, inclinare Guliel. de Pern. in consil. 19. quamuis nutabundus loquatur. istam opinionẽ tenet etiam Alex. de Imol. in consil. 29. uol. j. contra prædictã opinionem responderunt multi, quorum opinio efficaciter probatur in tex. istius constitutionis, dũ expressis verbis dicit, ꝙ inter coniunctos eodem gradu masculus fœminę præferatur. secus ergo, si sunt in dispari gradu, † quia tunc non datur, nec conceditur dicta prælatio, cũ prerogatiua gradus sit potentior cæteris, vt demonstratur in ista constitutione, dum vocat ad successionem feudi proximiorem defuncto. † Pro qua conclusione facit dictum And. in c. j. de his, qui sib. & hæred. suis. dum dicit, quòd dispositio illius tex. non vendicat sibi locum in Regno, stantibus Regni constitutionibus. Andr. sequitur Cardin. Patis. consil. 21. vol. j. Alex. in consil. non impresso, quod fecit pro Comitatu Sclafani, Loffred. consil. 39. Blasc. Lanz. in allegationibus in causa feudi Tabariæ. accedat Bald. in consil. 275. quod pro regula, col. 3. vol. 2. vbi determinat, quòd dispositio vocans primogenitum, tunc primogeniti fœmina excludit masculum vlterioris gradus, & Bald. sequitur Licier in tractat. de primogen. lib. j. c. 19. Cardin. Patis. in dicto consil. 21. vol. j. Andr. Tiraquel. in tractat. de primogen. q. 10. & in indiuiduo sic determinant Alex. in consil. Comitatus Sclafani, & Bald. Nouellus in eadem causa, quæ consilia non sunt typis excusa. eãdem opinionem consulens in eadem causa tenuit Corn. in cons. 199. vol. 2. eandem opinionem tenet Iacob. Chirc. in alleg. in causa fluminis Dionysij. idem tenuerunt Christophorus de Benedictis, & Ioan. de Ansalono in eadem causa Sclafani, & Petrus de Gregorio in tractat. de concessio. feudo. in 4. par. q. 4. quę opinio efficaciter probatur in tex. istius constitutionis, dum vult quòd inter eosdem gradus existentes masculus fœminæ præferatur: secus ergo si existat masculus in inferiori gradu, quia tunc non præfertur, cũ non sit proximior, nihilominus prima opinio est verior, & tenenda. Nam clari, & non controuersi iuris est, † quòd ex consuetudinibus feudorum fœmina nõ succedit in feudo, d. c. j. §. hoc notandum. qui feu. da. poss. & §. filia, de feud. success. & latissimè prosequitur Alex. cons. 9. vol. 5. Tiraquell. in tractat. primogen. q. 10. in tãtum hoc est verum, † ꝙ si vocentur in inuestitura fœminæ & masculi, nunquàm fœminæ admittuntur, si sunt masculi etiam inferioris gradus, vt est tex. expressus in dicto c. j. de eo, qui sibi & hæredib. suis, cum similibus. & † istæ consuetudines feudorum, tanquàm leges Imperatorum vel quia latę per eos, vel approbatæ & ratificatę, debent seruari, vt tenent And. & omnes in commentariis dictarum consuetudinum, in princ. prout refert, & sequitur Curt. iuni. in tracta. feud. q. j. par. j. pagina 5. Sonsbekius in tracta. feu. in princ. & Blasc. Lanz. & cęteri, qui scripserunt ĩ causa Taui, nisi lege, statuto, vel consuetudine particulari corrigantur. † Cum ergo in Regno nulla sit constitutio, nec consuetudo, quæ corrigat dispositionẽ d. c. j. de eo, qui sibi & hæred. suis mascul. & fœmi. nec aliarum dispositionum feudalium, meritò in dispositione c. j. cum similibus, est decisum, quòd masculus quamuis remotior, debet præferri. ideo nullus relinquitur dubitationi locus, l. ancillæ, & ibi Bald. C. de furt. Non obstat, si dicatur, † ꝙ per dispositionem istius cõstitutionis in successione transuersalium corriguntur omnia iura feudalia, & sola dispositio istius constitutionis seruatur, vt probatur in fine ipsius c. si aliquem. & scribit Guliel. de Pern. in consil. 21. col. 2. quia verum est in his, quæ deciduntur

12 duntur expresse in ista constitutione:† nam per eam censentur correcta omnia iura, quæ aduersantur expresse decisis per dictam cõstitutionẽ. at nullibi reperitur expressis verbis decisum per istam constitutionem, nec
13 per aliquam Regni constitutionem, † quòd fœmina proximior excludat masculum remotiorem, meritò non censetur correcta dispositio d.c.j.de eo, qui sib. & hæred. suis.&
14 similib.† cum correctio iurium non fiat, nisi expressis verbis, l.præcipimus, in princip.
15 C.de appella. † nam iura iuribus concordari debent; & correctiones, si fieri potest, euitari. c. cum expediat, cum similib. de elect.
16 lib.6. quinimò † nec per repetitiones, & sub auditos intellectus, fit correctio legum, vt voluit glo.& ibi Ioann. Monac.& cæteri, in c.cupientes, §. item si per viginti, de elect. lib.6. cum ergo nulla expressa dispositio in isto casu, scilicet quòd fœmina præferatur masculis vlterioris gradus in ipsa constitut. Si aliquem. meritò remanet incorrecta dispositio d.c.j.de eo, qui sib.& hæred.suis.cũ similib. Non obstant, quatenus dicebant ipsam constit. vocare proximiorem; meritò videtur gradum præponere, & præferre, vt inter eodem gradu existentes cęterę prærogatiuæ, sexus scilicet, & ætatis, seruentur. in quo solo fundamento plurimi, qui contrariam amplectuntur opinionem, se continẽt,
17 quod est mirandum, † cum tale argumentum sit omni vanitate vanius; cum negari non possit, talem intellectum non esse expressum, nec expressis verbis sancitum ad istam constitutionem, sed tacitum, & subauditum, qui non sufficit ad inducendam correctionem legum, & d.cap.j.de eo, qui sib.& hæredi. suis. nam dictum est, quòd per subauditos intellectus non fit correctio legum, glos.& Doctor. in c.cupientes, §. quod si per viginti, de elect.lib. 6. Præterea potest euitari correctio dicti c.j.de eo, qui sib.& hæred. su. pulchra ratione, & imò vera ĩtelligentia; & ideo euitari debet, vt est tex. in d.c.cum expediat, de elect.lib. 6.& quòd euitari possit, probatur hoc modo: nam quamuis constitutio ista vocet proximiorem in successio
18 ne feudi, † attamen censendum est statuisse hoc regulariter, non quòd negauerit aliquo casu particulari contrarium admittendum, vt scilicet remotior excludat proximiorẽ: nam probatur hoc absumptum euidenter,
19 † cum de iure cõmuni vocetur ad successiones proximus agnatus, vt est tex. in l.post consanguineos, §.hæreditas, & §.legitimas, ff.de suis & legit.& Instit. de legit.agna.suc
20 cess.in princip. nihilominus agnatus, † qui habet integrum ius agnationis, pręfertur cognato proximiori, vt est tex. in §.amotis, Instit. de serui. cognat.& ideo glos.in d.l.post consanguineos. in verbo, proximo, dicit ꝙ Regula fallit in multis, & allegat tex. in d.§. amotis. Instit. de serui.cognat. ideoque non vitiatur regula, imò stat integra, quamuis ex aliqua particulari causa ab ea recedatᷣ. ideoque sic fieri debet interpretatio in isto casu,
21 † vt regula illæsa istius constitutionis ab ea recedatur, particulari ratione, ne inducatur correctio d.c.j.de eo, qui sib.& hæred.su.ut & masculus, qui habet integrum ius in successione feudi, præferatur fœminę, quamuis proximiori, vt probatur in indiuiduo in c.j.
22 de natur. success. feud. quo cauetur, † quòd proximiores admittuntur in successione feudorum, & tamen regula non procedit, quando admittuntur masculi, & fœminæ: nam tunc in succedendo in feudo masculus quantumcunq; remotior, præfertur fœminæ, d.c. j.de eo, qui sib.& hæred.su. meritò constitu-
23 tio ista, † quæ vocat masculos, & fæminas nõ simpliciter, sed cum illa ingenti nota, scilicet masculus fœminæ præferatur, debet intelligi indistinctè, vt semper præferatur masculus, siue proximior, siue remotior: nam debet interpretari à dicto c.j.de eo, qui sib. & hæred.suis mascul.& fœmi. iuxta dispositionem c.cum dilectus, vbi annotant Doct.
24 de consuet. Quinimò† indistinctè debet intelligi, quando non habet legem, à qua sumeret interpretationem, etiam si sit vna maior ratio in vno, quàm in alio casu, l.j.§.j.ubi glos.ff.de aleat.l.de precio, ff.de Public. faciunt ea, quę scribit Cicero in lib.2. Rethor. de Inuent. titul.8. ibi, scriptori neque ingenium, neq; operam, neq; facultatem vllam defuisse, quo minus posset apertè præscribere id, quod cogitare ei non fuisset graue, nec difficile; & eam causam excipere, quam aduersarij posuerunt, si excipiendum putasset. Quæ verba refert Luc. de Pen. in l.fin.col.5. C.de his, qui spon.munc.subc.lib.10. Certè nec ingenium Papæ Honorio, nec Iacobo Regi, conditoribus istius constitut. defuit, quòd si voluissent intelligere, quòd masculus præferatur in eodem gradu fœminæ distinctè non dixissent, meritò cum non dixerint

rint distinctè, indistinctè debet intelligi iuribus præcitatis. & istam opinionem, quasi in indiuidualibus terminis amplectitur Baldus in consil. 469.vol.j. vbi determinat, quod stante statuto, quo vocatur proximior agnatus, † quòd uocetur ille agnatus, quem nemo agnatus præcedit: non enim dicit ipse, accipitur proximus comparatiuè ad cognatiuam lineam, sed electiuè, quia præfertur, §. proximos, Instit.de legit.agnat.success. ergo † illud verbum, proximior, in ista constitutione ponitur electiuè inter masculos, & fœminas, vt ille dicatur proximior, quem nemo masculorum præcedit; & hoc quòd sit verũ, demonstratur ex declaratione ad istam constitutionem recolendissimæ memoriæ Caroli V.Imperatoris, Regis nostri: † nam interpretatus est vterinum, quamuis proximiorem, excludi à successione feudi à consanguineo remotiori. ex qua declaratione infertur, quòd non destruitur regula vocans proximiorẽ, si ab ea recedatur ob aliquam particularem rationem, pro ut in vterino declarauit Imperator Rex noster, vt vterino præferantur consanguinei comprehensi in inuestitura: sic & pariformiter cẽsetur etiam declaratum in fœmina, in qua viget eadem ratio, ne censeatur correcta dispositio dicti c.j.de eo, qui sibi, & hæredib.suis. ideoque apparet euidenter, quàm futili fundamento innituntur, qui tenent contrariam opinionem, nec eis aliquid subministrat ea pars cum dicit, & inter duos feudatarios, seu sub feudatarios coniunctos, masculus fœminæ præferatur, quia non dicit inter coniunctos eodem gradu: ideoq; nihil facit pro illa opinione; quinimò cum indistinctè dicat inter duos coniunctos, debet indistinctè intelligi, vt masculus coniunctus prçferatur cuilibet fœminæ quomodolibet coniunctæ, vt superius dictum est. Sed esto, quòd dixisset, inter duos cõiunctos feudatarios in eodem gradu masculus fœminæ prçferatur, sequeretur ne correctio dicti c.primi, & similium, de eo, qui sib.& hçred.su.? absit, cũ in sensu directo non dicatur, quòd masculus remotior excludatur à fœmina proximioris gradus, sed totum hoc intelligeretur & contortè à contrario sensu, † & nihilominus argumentum à contrario sensu nunquam capitur ad correctionem iuris, vt dicunt Docto. in l.2.C.de condit. inser.& in l.j.in princ.ff. de offic.eius, cui manda.est iurisd. Bal.& Salic.in l.conuenticula, C.de episco. & cleric. Riminal.latissimè in consi.231.col.2.vol.2. ideoq; nullibi probatur in ista constitutione, quòd fuerit correcta dispositio c.j.de eo, qui sib.& hæred.suis. quinimò in ista constitutione verbis expressis probatur contrariũ, dum disponit indistinctè, quòd masculus fœminæ præferatur, vt superius dictum est.

Non obstant auctoritates Doctorum tenentium contrariam opinionem, † quia opiniones Doctorum sunt probabiles, & nõ necessariæ, vt dicunt Docto. in l.j.ff.si cert. petat. nam dicebat Augustinus scribens Hieronymo, in quadam epistola, vt habetur distinct.9.c.ego solis, dum vrgeretur ab Hieronymo multorum auctoritatibus, quas refellens dicebat, quòd solis scriptorum generibus deferre solebat, quantum ratione, vel auctoritate niterentur. ideoq; verum est, † quod nõ est deferendum etiam communi opinioni, si conuincatur communis opinio melioribus rationibus, vt probat tex. in c.capellanus, defe. per quem tex. sic determinant omnes in c.j.de constit. vel si communis opinio habeat tex. repugnantem, pro vt in isto casu: nam illa opinio habet etiam tex. repugnãtem in dicto c.j. de eo, qui sib.& hæred.su. & ideo non esset sequenda, etiam si esset cõmunis opinio, vt scribit Zas.i Repetit.l.2. in uerbo, statuere, ff.de origi.iu. & diffusè Lancelott. Polit.in Repet.l.filium, quem habentem.nu.150. c.famil. erc.& nimirum hæc, † quia non opinionibus, sed legibus, & ueritate statuuntur, l.2.§.fanè, C.de uete.iu. enucle.& ideo dicebat Dominus Moisi, ut habetur Exodi c.27. Non acquiesces sententiæ multorum, ut à ueritate deuies. ideoq;, cum friuolis fundamentis nitantur, qui tenẽt cõtrariam opinionem, non est eis deferendũ: nam primi illi, qui scripserunt in causa fluminis Dionysij, mouentur ex constit. in aliquibus, versic. cæterùm. qui tex. admittit filias exclusis omnibus consanguineis, per quem tex. mouetur Andr. in d.c.j. de eo, qui sib.& hæred.su. ad decidendum, quòd filia Baronis prçdefuncti excludit patruũ. Et certè ille tex. nil facit ad hanc hypothesim, † quia loquitur de successione directa descedentium, & terminatur in filijs, & non ultra progreditur, ut fatetur etiam Iacob.Chir. in allegationibus dictç causæ fluminis Dionysij, nimirum si admittitur filia exclusis consanguineis defuncti, qui erãt filij trãsuersalis. nam

33 nam † fratres dicuntur consanguinei, vt probat tex. in §. j. Instit. de legit. agnat. succeſſ. & per illum tex. annotat gloſ. in l. j. §. poſt ſuos. in verbo, consanguinei, ff. de ſuis & legitim. & eſt melior tex. in l. constitutione. ibi, consanguineus, ideſt frater, C. de legit. tut. nimirum ſi admittitur filia per cõſtitutionem

34 excluſis tranſuerſalibus, † cum prima cauſa ſit deſcendentium, & per dictam conſtit. in aliquibus, admittebantur ad ſucceſſionem feudorum etiam filiæ fœminæ, & non tranſuerſales: meritò illa conſtitutio nil facit, imò concordat cum tex. in c. j. de duob. fratrib. à Capit. inueſtit. in quo tex. deciditur,

35 quòd in ea inueſtitura, † quòd ſuccedant maſculi, & eis deficientibus fœminæ, filia deſcẽdens excludit tranſuerſales, vt declarãt Doctores in c. j. de eo, qui ſib. & hæredib. ſu. & Sonclebius in ſuo commentario. Nec deciſio Andr. in ea fundata, quia non loquitur in terminis iſtius conſtitutionis in ſucceſſione tranuerſalium, ſed in ſucceſſione deſcendentium, in ſuo caſu tantùm. & nòn ita determinaret Andr. ſi ille primogenitus, qui reliquit filiam, relinqueret nepotes, vel pronepotes ex altero filio prædecedentem, quòd iſto caſu præferatur filia maſculis inferioris gradus. certè hoc Andr. non diceret; & ſi diceret, malè diceret, ac peſſimè, cum in caſu ſuo habeat And. validiſſimos oppugnatores ſuæ opinionis, videlicet Martinum Laudenſem, Præpoſitum, & Afflict. in d. c. j. de eo, qui ſibi, & hæredib. ſuis. & Iacob. de ſancto Georgio in ſua inueſtitura, in verbo, fœminis. dicentes dictam conſtitut. debere intelligi iuxta terminum d. c. j. de eo, qui ſib. & hæred. ſuis. & ab eo recipere interpretationem, iuxta ea, quæ habentur in d. c. cum dilectus, de conſuet. & nihilominus, vt dixi, auctoritas Andr. nil facit in iſto caſu, cum de eo non diſputet, nec loquatur. Meritò non eſt allegandus pro auctoritate per ea, quæ ſcribit Raphael Cuman. in conſil. 101. col. 3. & Abb. in c. bonæ, il 2. de poſtul. prælat. & Socin. iunior conſil. j. col. antepenult. vol. j. Non obſtat deciſio Bal. in d. conſil. 275. vol.

36 2. dum vult, † quòd diſpoſitio d. cap. j. de eo, qui ſib. & hęred. ſu. non habeat locum, quando in inueſtitura vocat̃ primogenitus, quia (ſi fas eſt loqui) nulla ratione, nec auctoritate, mouetur ad reſtringendum illum tex. & eius largam rationem, dum dicit, quòd non patet locus fœminæ, donec maſculus ſuper-eſt. Nam ſtante iſta ratione tex. quid inſipidius, quàm arguere, quòd primogenitus eſt ille, qui prior eſt in gradu? nam ſi fœminæ non admittuntur, niſi deficientibus maſculis, ille maſculus admittitur, qui reperitur prior ætate, & gradu cæteris maſculis, & ſic procederet ille tex. abſq; ſcrupo, & ſic fienda interpretatio: nam maſculus minor ætate præfertur fœminæ maiori, & nil facit argumentum Bald. Et ne dicamus, quòd tantus vir oſcitanter proceſſit, & loquitur, credendum eſt (vt ex verbis apparet) ꝙ eius mens & opinio fuerit, quòd pręrogatiua ętatis prę ualeat prærogatiuæ ſexus, quod latiſſimè diſputauit, & firmauit Alex. in conſil. 29. vol. j. nam aliter non concludit ratio Bal. quod tamen totum eſt falſum. nàm prærogatiua ſexus præualet prærogatiuæ ætatis, vt tenent omnes ſcribentes Siculi ſuper iſta conſtitutione, & eſt communiter recepta, & de ea nõ dubitatur: nã de ea eſt text. expreſſus in iſta conſtitutione. Præterea Bal. hoc dicit argumentando, & non decidendo, nec confirmãdo: nam dum in d. conſil. vltimo loco opponit contra ea, quæ dixerat in ſolutione, dixit ſub dentibus; tamen quod eſt ſeruanda cõſuetudo, ſicut & pactum. & verbis expreſſis dicit, quòd poteſt parificari fœmina, & maſculus in feudo, vt in c. cui militi, in capitulis extraordinariis. ideoq; apparet ipſe in eo caſu loqui, quo conſuetudo parificat fœminam, & maſculum, quod non facit iſta cõſtitutio, dum expreſsè præfert maſculum fœminis. & ideo Bal. intelligendus eſt in caſu, in quo loquitur, quando prærogatiua ætatis præfertur prærogatiuę ſexus, vt quando maſculi & fœminæ per conſuetudinem, vel pactum, ſunt parificatæ. At in caſu noſtro vtrunque deficit, nam attentis conſtitutionibus Regni & iſta conſtitut. prærogatiua ſexus præfertur prærogatiuæ ætatis, vt communiter tenent Docto. hic. Nec etiam ſunt parificati maſculi, & fœminæ in ſucceſſione feudorum, cum maſculus fœminæ præferatur. Pręterea Bal. non examinat caſum noſtrùm, ſed perfunctoriè loquitur, & examinat aliũ caſum. & quotieſcunq; Doctor non examinat punctualiter caſum, quamuis perfunctoriè videatur decidere aliquid, non eſt in illo ſic perfunctoriè deciſo trahendus ad auctoritatem, nec auctoritas illius Doctoris eſt alleganda pro deciſione illius caſus, vt ſcribit Raphael Cuman. in conſil. 101. col. 3. Abb.

in

in c.bonæ,il 2.de postul.prælat.Marian.Socin.in consil.j.col.antepen.vol.j.ideoq; doctrina Bald. nil facit ad istum casum, nimirum si non fuit allegatus Bald.in d.consiliis in conflictu dictarum quæstionum Sclafani, & fluminis Dionysij, quia non faciebat ad illam causam: nam non est verisimile tot proceres legalis scientiæ ignorasse Bal.in dictis consil.ideoq; concidit auctoritas Bal. & pariformiter eorũ,qui eũ simpliciter sequũtur.

Non obstant rationes Bal. Nouell. in dicto consi.quia totum eius fundamentum est, quòd ista constitutio vocet proximiorem, & ideo prærogatiua sexus datur inter existẽtes eodem gradu, vt conatur hoc probare ex verbis istius constitutionis ibi, inter duos feudatarios, seu subfeudatarios coniunctos, masculus fœminę præferatur. & addit illud, quod non est in tex. scilicet coniunctos eodem gradu. & cum viderit, quòd etiam illa dictio nihil faceret in sensu directo, confugit ad argumentum à contrario sensu in statutis. at non probauit tale argumentum à cõtrario sensu valere in statutis, & legibus ad correctionem alterius iuris, vel statuti, cum totum contrarium decidant Docto.in l.j.in princip.ff.de offic.eius,cui manda.est iurisd. pro vt supra latius dixi; meritò nil valet suũ argumentum,† cum sic commentando istam constitutionem, & arguendo à cõtrario sensu, tenderet argumentum ad correctionem, c.j.de eo, qui sib.& hæred. su.& aliorum iurium feudalium, disponentium quòd masculus, quantumcunq; remotior, excludat fœminam à successione feudi. Cum ergo nec in sensu directo, nec à contrario sensu, probet ista constitutio dictam restrictionem de eodem gradu, quia est diuinatiua; merito stat firma sententia, quòd indistinctè masculus fœminæ præfertur pariformiter.

37

Non obstant rationes Corn.in dicto consil.199.uol.2.quia ex eisdẽ mediis procedit de prærogatiua gradus ex verbo, proximior, & supra his rationibus satis est responsum.

Nec facit aliquid auctoritas Alex. in d.cõsil. non impresso ĩ causa Sclafani:† nã Alex. ibi solum mouetur auctoritate Andr.in dicto c.j.de eo, qui sibi,& hæred.su. quæ opinio Andr.nil facit ad hunc casum, vt supradixi: quia loquitur Andr. in terminis d.constitut.in aliquibus.vers.cæterum. qui tex. loquitur de successione filiæ descendentis nullis superstitibus masculis descendentibus, vt supra dixi. nihilominus opinio And.non est tuta, nam habet validissimos oppugnatores, videlicet Martin.Laudens.Præposit. & Afflict.in dicto c.j.de eo, qui sib.& hęred. su.& Iacob.in sua inuestitura feud.in verbo, fœminas. qui mouetur in conuincibili ratione, quòd iura debent iuribus concordari, & interpretari ab aliis iuribus, allegantes pro hoc vltimò tex. in c. cum dilectus, vbi annotant Docto.de consuet. Et hoc mucrone concidit etiam auctoritas Blasci Lanz.Sigismundi Loffredi, & Paris.in præcitatis cõsiliis: nam ipsi tantùm innituntur auctoritati Andr. quæ nil facit ad hanc hypothesim, vt dictum est. Nõ obstant rationes Petri de Gregorio in dicto tractat.j.4.q.4.nam omnes eius rationes vel non valent, vel retorquẽtur in oppositum: nam primum eius fundamẽtum est in ista constitutione, quod (ut supra ostensum est) probat contrarium, dum vult quòd præferatur masculus fœminæ, & debet intelligi indistinctè. & quatenus dicit, quòd Gulielm. de Pern.sic intellexit in consil.19.incipien.viso priuilegio.nam Guliel.de Pern.si rectè inspiciantur eius verba, tenet oppositum, quamuis nutabundus loquatur. Non obstat, quatenus idem confirmat ex dictis per Alex.in l.dotali, in vltima col.ff.solu. matrim.& consil.204.vol.2. qui Alex.loquitur in allaudialibus, † & argumẽtatur à iure communi; & nihilominus non potest sic argui in feudalibus, dum adsunt leges feudales, c.j.& ibi Docto.post glos.de feud.cognit.cum ergo de prælatione masculi ad fœminam sint leges feudales, & Regni constitutiones, scilicet dictum c.j.de eo, qui sib.& hæred.su.c.j.§.quin etiam.Epicop.vel Abbat.& constitutiones Regni: meritò non potest argui à legibus ciuilibus, & sic nil facit decisio Alex. Non obstat quod secundò adducit de doctrina Bal. ĩ auth. cũ cessante, C.de legit.hæred. † nam illa decisio Bal.est de directo contra eum in casu nostro: nam Bal.ideo decidit, quasi dispositio c.j. de eo, qui sib. & hæredib. su.non habeat locum in specie quæstionis ab eo propositæ: nam remouendo dispositionem dicti c.j.à casu suo dicit, quòd vendicat sibi locum, quando omnes masculi primo ponuntur in inuestitura, quibus deficientibus vocãtur fœminæ: ideoque aperto ore fatetur Bald. quòd eo modo concepta inuestitura, non sit locus fœminę, sed tantum quando vocantur pariter. quod

38 39 40

sensit

sensit Paul.de Cast.in l.quotiens, C. de suis & legit. Cum ergo in nostra inuestitura vocentur soli masculi (nam fœmina non comprehenditur in inuestitura, vt respondet integerrimus Doctor Anton.de Alex.in cons. vlt. nu. 51.inter consil.Loffred.) nam solùm vocantur fœminæ beneficio constitutionis Regni,& istius constitutionis, quod ante eũ etiam voluit Iacob.Chirc.in allegationibus in causa fluminis Dionysij. cum ergo non per inuestituram, sed beneficio istius constitutionis fœminæ vocentur ad successionem feudi cum illa nota, quòd masculus fœminæ præferatur, iam consequitur quòd fœminæ vocentur demum deficientibus masculis, & sic habet locum tex.in dicto c.j.de eo, qui sibi & hæredibus suis. à quo recipit interpretationem ista constitutio per ea, quæ dicta sunt.ideoque Bal.in dicta auth.cessante, C.de legit. hæred. probat hanc opinionem, quam teneo; quinimò & ipse Petrus de Gregorio in loco præcitato expressis verbis tenet hanc opinionem, dum respondet adductis in contrarium, scilicet decisionibus Doctor.arguentium à statuto, quòd extantibus masculis fœmina non succedat; quo statuto stante, masculus remotior excludit fœminam proximiorem: nam dicit ipse Petrus, quòd istud ideo deciditur, quia ratio dicti statuti est, vt conseruentur bona in agnatione, quæ ratio facit vt censeantur positi & vocati prius masculi, & deinde fœminæ: meritò tali casu procedit dispositio dicti c.j. de eo,qui sibi & hęredib.su. vt masculus remotior excludat fœminam proximiorem. ideo verum est, † quod dixi, quòd ipse aperto ore decidit hunc casum, cum in ista constitutione non possit assignari alia ratio in prælatione masculorum,nisi vt conseruentur bona in agnatione, de qua ratione hodie non dubitatur,cum sit expressa in declaratione ipsius constitutionis edita per Reges nostros. ideoq; tam Bald. quàm Petrus de Gregorio stant,& pugnant pro hac parte. Non obstat doctrina Bart. adducta per ipsum Petrum in l.hæredes,§.cũ ita.ff.ad Trebell. quia Bart. non loquitur in terminis nostris, nec loquitur de successione feudorum, nec ĩ materia feudali: ideo nimis coactũ est adducere decisionẽ Bart. ad nr̃am hypothesim,cũ sint diuersę rõnes,& à diuersis nõ fiat bona illatio,l.Papinianus exuli, ff.de mino. Nõ obst.qđ tertio adducebat ex auctoritate

41

Bernardi de Medico in compendio suo, sup. c.Si aliquẽ.nã Rex declarauit illã opin.Bernardi de Medico,in vtroq; casu esse falsam, vt patet ex ipsa interpretatione; meritò nõ obstat,qđ vltimũ allegauit ex Campegio in tracta.de dot.q.47.5.par.princ.quia ibi Cãpegius tenet oppositũ,attenta ratione cõseruãdi bona in agnatione.&dicit,ꝙ ita fuit obtentũ Mantuę; & nihilominus sunt termini diuersi,& nil faciunt ad hunc casum. ideoq; aptissimè nõ obstãtibus adductis in ꝯrium, apparet non esse correctã dispositionẽ d.c.j. de eo,q sib.& hæred.su. ab ista cõstitutione, imò stare illibatã,& est vera opin. & tenenda,† fauens masculis agnatis, & ideo statutũ fauorabile,vt tenẽt And.& ibi Afflict.in cõstit.ĩ aliqbus.Curt.seni.cõs.9. Pari.cons.16. lib.3.qui referunt multos tenere hanc opin. Georg.Natt.latissimè in tract.de statutis, excludẽtib.fœminas.par.j.in 3. q. & multi alij Moder.& antiqui,quos enumerare potius esset laboris, q̃ ingenij. Nec tñ pro hac opin. desunt Doct.nã† istã opin.prius tenuit Dux, & antesignanus noster in feudis, Guliel. de Pern.in lectu.d.c.Si aliquẽ.rursus & in cons. 19.& integerrimus,ac verissimus Doct.Alc. de Imol.in cõs.29.vol.j.vbi tract.de intellectu ꝯstitut.Regni nostrę, idẽ tenuit Iac. Pilaia,vir magnę auctoritatis apud Siculos,in allega.in cau.Sclafani,& in allegat.in cau.Linguæ grossæ.eandẽ opin.tenuit Iac. Russus in allegat.d.causæ Linguæ grossæ.Gerard.Protonot.in d.causa Linguæ grossę.eandem opinionẽ tenuit Martin.Laudens.Pręposi.& Afflict.in d.c.j.de eo,qui sib.& hęred.suis.& Iacob.in præcitata inuestitura,in verbo, & fœminis.dum reprehendunt And. q est Dux & antesignanus contrariæ opin. Ista ergo opinio roborata à tot clariss.Iurisconsultis,quę habet tex.pro se,est seruanda, etiam si altera esset cõis, vt in specie decidit Zas. in repeti. l.2. in verbo, statuere.de orig. iur.& scribit Lancilot.Polit.in repet.l.filiũ,quẽ habẽtẽ, sub nu.150.C.fam.ercis.non obstante,quod pro altera opin. asseratur fuisse iudicatũ,†quia non est exemplis iudicandum, sed legibus, l.nemo,C.de senten.& interlo.omn.iud. Et illud,qđ dicitur ab Afflicto in c. j.§.j. Episc. vel Abb.post Oldra.quem allegat, ꝙ standũ est opinioni,pro qua fuit iudicatum,& allegat tex. in l. j. §. Senatus. vers. & si in eo tecto,ubi Sextus ait, sæpe fuisse iudicatum, ff. ad Senatuscõsult. Syllcia. non põt aliter intelligi,

42

43

44

telligi,nisi quando ex tot sententiis iudicatur consuetudo,vt dicit glo. in dicta l.nemo, & ibi Doctores, C. de sentent. & interloqu. omn. iud.quod probat tex.præallegatus, dũ dicit sæpe fuisse iudicatum. & ista interpretatio est fienda, ne contradicat, & corrigat tex.in d.l.nemo, apertum & clarum. Patet ergo manifestè,quod ista opinio est vera, & seruanda: quia si tempore præterito fuit reuocata in dubium, attamen hodie stantibus declarationibus factis per inuictissimos Reges nostros ad istam constitutionem, nullam prorsus habet hæsitationem, cum per dictas declarationes appareat rectè intuenti comprobata ista opinio, explosa protinus contraria, quod apertissimè demonstratur. Nam primò inuictissimus Imperator Rex noster declarauit agnatos vlterioris gradus pręferri vterino proximiori, ideoque declarauit apertis verbis dispositionem istius constitutionis, magis priuilegiare agnatos, † quibus conseruatur agnatio & familia, quàm gradus, dum voluit agnatos vlterioris gradus,qui comprehendebantur in inuestitura, præferri vterino,qui non claudebatur in inuestitura, sed solum vocabatur beneficio istius constitutionis. ideoque sub ista declaratione expressa concidunt omnia enthymemata de prærogatiua gradus, cum Princeps declarauerit præferri agnatum vterino existenti in potiori gradu; & cum sit eadem ratio in fœmina,& vterino, merito in ista declaratione deciditur iste casus, l. illud, ff. ad leg. Aquil. pro quo facit, nam vterinus, & fœmina, in successione feudorum, æquiparantur: nam sicut non comprehenditur in Inuestitura fœmina, sic & pariformiter vterinus. Et quod non comprehendatur vterinus in Inuestitura, tractat Curt. iunior in tracta.feudo. 3.par.quæst.6. Et quod non comprehendatur in inuestitura fœmina, etiam stantibus constitutionibus Regni, determinat Anton. de Alex. in consil.vlt.nu.51. inter consilia Loffred.Ideoque vterinus,& fœmina vocantur tantùm beneficio cõstitutionis Regni,& istius constitutionis.Cum ergo fuerit dispositum in vterino,vt ei præferantur agnati masculi comprehensi in inuestitura,etiam si fuerint remotioris gradus, nõ ob aliam rationem,nisi vt seruentur feuda in agnatione, cur nõ censetur ita declaratum in fœmina,vt masculus remotior ei pręferatur, † cũ sit clari & non controuersi iuris, ꝙ dispositum in vno ex æquiparatis,censetur in alio dispositum.sic probat tex.in l.Princeps,ff.de legib. vt declarat Ludou.Rom.in cons.383. col.2.& facit glo.& ibi Doct.in l.si quis seruo,C.de ser.fugit.scribit etiã Rom.in consi. 319.& probat tex.in c.Titius,si de feu. fuer. contro.inter dom. & agnat. latissimè deducit, ac probat Sigismun. Loffred.in consil.j. num.79.Cum ergo † tam vterinus,quàm fœmina, non comprehendantur in inuestitura, nisi quatenus informatur à constitutionibus, & capitulis Regni; cum ergo vterinus excluditur à cõprehẽsis in inuestitura,q sunt agnati masculi,quamuis remotioris gradus, vt conseruetur agnatio,iã consequitur ꝙ pariformiter censetur exclusa fœmina, quãuis non sit expressũ,cum sit eadem ratio exclusionis:nam ideo reiicitur vterinus, quia per eũ non conseruantur feuda in agnatione. q̃ ratio etiã militat in fœmina,† cum per eã nõ conseruatur agnatio,cum transeat ad alienã familiam,vt Bal.scribit cons.275.col.3.vol. 2.& fortius cum sit ista ratio expressa, ideo ex vi rationis expressæ in ipsa declaratione comprehenditur fœmina,argu.tex.in l.nõis & rei,vbi Alciat.& Brech. ff.de verb. signifi. latissimè per Pari.cons.16.vol.3.& infra latius tangam,& nihilominus accedat & altera declaratio: Nam declarauit inuictissimus Rex noster in successione transuersalium nepotem masculum alterius fratris præmortui præferri amitę in successione patrui: ideoq; expressis verbis declarauit præferri sexũ gradui in successione ex ista constitutione, † cũ nepos sit in tertio gradu,& amita in secũdo, l.consanguinitatis,C.de legit.hære. Nec est credendũ hoc declarasse ob subintrationem in gradum patris,iuxta cons.Soci. 252. vol. 2.nam hoc non est verum,quia adiecit rationem,vt status & Baroniæ conseruentur in ea agnatione, à qua habuerunt principium.† & ista ratio est anima legis, vt Bal. scribit in d. cons.275.col.j.vol.2.latissimè Tiraquell. in tracta.suo,cessante causa, sub uerbo, cessante ratione legis. & ideo dicebat Iurisconsultus in l.cum pater,§.dulcissimis,ff.de lega.2. † quòd dispositio elargatur, & restringitur ad limites rationis; & ideo non ab re Iurisconsultus in l. illud, ff. ad leg. Aquil. idem statuit in altero casu, ubi ratio utrunque complectebatur, ideo non ob illam rationem subintrationis in gradum patris sic declarauit Rex,sed ob causam expressam seruandæ

52 dæ agnationis: † nam altera opinio contra Socin. præualuit in Regno,& ideo fuit iudicatum contra consilium prædictum Soci. in ea causa,in qua consuluit, vt testatur Nicol. Sollima in apostillis ad istam constitutionẽ, qui fuit vnus ex Iudicibus in eadem causa, ideo non est credendum Principem ex illa ratione,quam non expressit, fuisse motum: nam talis interpretatio esset contra tex. in l. j.§.finautem ad deficientis, vbi Bal. C.de ca duc.tollen. & ideo inhærendum est rationi expressæ,& non alia quærẽda est.Quod etiã comprobatur:nam est expressum in dicta declaratione,quòd nepos in successione patrui in feudo præfertur amitæ contra communẽ opinionem regiſtratam in Regno,adiecta illa ratione, vt status & Baroniæ cõseruentur in ea agnatione, à qua habuerunt initium; meritò cum ista ratio complectatur etiam
53 successionem patrui magni, & † ideo non vi extensionis,sed comprehẽsionis complectitur istum casum,vt probat tex.in d.l.illud,ff.
54 ad leg. Aquil.& † etiam si verba deficerent, intelligitur tamen talem fuisse mentem Legislatoris, vt probat tex. in l. scire oportet, versi.maxime.ff.de excus.tuto. Et ideo dicebat Bal.in consil.281.incip.Martinus Ioannis de Florentia,col.j. inter consilia Angel.
55 †quòd vbi constat de ratione legis,debet restringi & elargari ad limites rationis: quia licet offendere verba legis,vt deferatur menti,& propius accedit ad istum casum. nam
56 †patruus magnus verè & propriè dicitur patruus, vt Bal. scribit in l.j.C.de succes.edict. & Bald. sequuntur communiter Docto.ibidem, quamuis determinent,quòd stante statuto, quòd à successione patrui mater excludatur, non excluderetur mater à successione patrui magni, nam verba statuti debent accipi per prius. nam ista communis opinio limitatur, non habere locum, quando eadem ratio militat in patruo magno, vt puta propter conseruanda bona in agnatione: nam tunc illa mater excluderetur etiam à successione patrui magni. Sic limitat Roman. dictam communem opinionem in d.l.j. C. de succes.edict.referens aliàs consuluisse,quòd stante statuto, ꝙ soror excludebatur à fratribus; respondit ipse, ꝙ etiam excluditur à patruis fratribus defuncti. & hoc, quia non prçsumitur alia ratio in dicto statuto,nisi cõseruandi bona in agnatione: quæ cum militet etiam in fratribus testatoris,meritò ĩ eis militat dispositio statuti, & re vera ita consuluit Roma.vt patet in consil. 16. & Roman. refert, & sequitur Georgius Natta in tracta. de statutis excludentib.fçminas,in v.q.3. q. princ.vbi testatur auum suum Vbertum Nattã,eximium Doctorem,vt ipse dicit, tenuisse eandem opinionem. & idem tenet, & firmat Ioan.Campeg.in tractat.de statutis excludentibus fœminas, q.4. & quamuis Ias. in d.l.j.C.de success.edict.cespitet,nihilominus quãdo esset in statuto ratio expressa, illud idem firmat. Cum ergo in ista declaratione sit expressa ratio conseruãdi Baronias in agnatione, à qua habuerunt initium,meritò loquẽs declaratio de successione patrui, vt nepos excludat amitam, iam extenditur ad successionem patrui magni:ideoque si superesset masculus, frater defuncti, vel ipse defunctus superesset,& ageretur de succedẽdo ipsi patruo magno masculo, iam iste pronepos excluderet sororem ipsius patrui magni masculi ex dicta regula & doctrina Do-
57 ctorum.†pariformiter ergo ipse patruus magnus masculus debet excludere sororem pronepotis, cum ascendentium & descendentium sit par ratio in succedendo, l.nam & parentibus,ff.de inoffic.testam. & scribit And. in his terminis in c.j.in 3.col.Imperator Lothar.Eugenio Papç. & probatur in ista constitutio.ibi, in simili gradu coniuncti, scilicet ascendentium transuersalium, vt declarat Gerardus Alliata Protono.& omnes qui scribunt super istam constitutionem. Non obstat, si dicatur,quòd Dec.in dicta l. j. col.
58 2.C.de success.edict.dicit, †quòd ratio conseruandç agnationis procedit in personis tãtùm enumeratis,& allegat Bal.in l. sed si militem,ff.de excusa.tutor. Alex. in consil.80. vol.j.& Aret.consil.27.nam ipse Dec. loquitur, prout loquuntur Doctores, quos citat,
59 scilicet † quando ratio non est expressa in lege, vel statuto, vt dicunt Alexand. & Aret. in locis præallegatis. at quando est expressa ratio, tunc fit extensio ad casus, & perso-
60 nas,in quibus militat eadem ratio,†quia tũc non dicitur fieri extensio,sed cõprehẽsio potius. Sic decidit Bald.in auth.quas actiones, col.2.C.de sacrosanct.eccles.vbi Ias.& idem Bald. in l. cum uero, ff. de leg. dicit, quòd ubi est eadem ratio, non dicitur extensio, sed proprius intellectus statuti, seu legis; & allegat tex. qui bene probat in l. nominis & rei, §. verbum, ex legibus, ff. de leg.

quod quando vnica ratio complectitur plures casus, tunc non tractatur de extensione, sed de comprehensione potius: nam sicut genus complectitur plures species, sic ratio generalis complectitur plures casus, qui clauduntur sub eadem ratione. Sic etiam determinat Salic. in l. 2. C. de noxa. col. 3. & determinat Paul. de Castro per latiora verba in consil. 73. in 2. vol. nouissimæ impressionis, incipien. præsens, col. 2. Alex. de Imol. consil. 75. vol. 5. & Ioan. Cefal. in consil. 16. nu. 7. & nu. 43. latissimè circa hæc (more suo) cumulat Cardin. Paris. in consi. 16. nu. 21. cum sequen. vol. 3. vbi etiam allegando Din. Bal. & Salic. & quàmplures alios, dicit quòd essentia legis consistit in mente, & ratione; & 61 mens & ratio non differunt, † & ideo magis debet attendi ratio, quàm verba: quia in statutis, & legibus, ratio consideratur vt anima; & verba vt corpus, vt ibi latissimè per eum, qui etiam repetit in consil. 83. eodem lib. latius etiam scribit Curt. senior in consi. 9. & latissimè prosequitur Socin. iunior in 62 cons. 30. vol. j. vbi dicit, † quòd etiam in correctoriis ex ratione expressa fit extensio ex comprehensione de casu & personis, ad casum & personas, de quibus non est facta mẽtio; vbi in fortioribus terminis videtur decidere istum casum, & idem repetit idem Socin. in l. sciendum, nu. 137. ff. de leg. j. & consi. 63. nu. 157. vol. 3. fortius Riminald. consi. 235. vol. 2. Dec. consi. 227. & 284. Tiraquel. in Tractat. de retract. §. 20. nu. 11. & determinat etiam Alex. Ias. Crot. & Rip. in l. si constante, in princ. ff. solu. matrim. Natt. consil. 442. & consil. 346. Alciat. & Brech. in l. nominis & rei, §. verbum, ff. de verbo. sign. cum ergo illa ratio generalis, vt status, & Batomiæ remaneant in agnatione, à qua habuerunt initium, complectatur tanquàm genus omnem speciem casuum successionis masculorum in feudis, & pariformiter exclusionis fœminarum, meritò masculus, & inferioris gradus, debet præferri, si ipse masculus sit in ea specie & gradu, qui potest succedere: nam in success. transuersalium in feudis in Regno extenditur vsque ad septimum gradum per istam constitutionem, meritò excludit quãlibet fœminam proximioris gradus ex vi rationis comprehensiuæ, quæ limitat in qualibet specie masculorum per prædicta.

Et quãuis in eadem declaratione sint specificatæ certæ personæ, & in eis posita exempla, nihilominus ratio generalis non restringitur ex specificatis, vt est tex. in l. regula, §. fin. ff. de iuris, & fact. ignor. Et ideo dicebat Bald. in l. de quibus, col. 11. vers. item, ff. de legib. quòd quando plura habẽt eandem rationem, licèt de vno fiat mentio, hoc tamen videtur fieri exemplariter, & nõ restrictiuè. cum ergo omnes agnati masculi claudantur sub eadem ratione, meritò qui nominantur exemplariter, exemplariter censentur nominati. ideo Paul. de Castro in dicto consil. 33. decidit, quòd quamuis esset nominata tantùm in exclusione filia, attamen ex ratione vi comprehensionis comprehendebatur neptis in exclusione, in qua erat eadem ratio, fusius per Marian. Soci. in dicto consil. 130. vol. j. Riminald. in dicto consil. 235. vol. 2. & hæc procedunt etiam, quando talia capitula essent correctoria: nam sic loquuntur Doct. quãto magis quod dicta capitula sunt declaratoria; & magis, nam ex dicta declaratione, & interpretatione fit reductio ad ius an-63 tiquum, † quo fœminæ excludebantur à masculis, & ad ius feudorum innixum dicto iuri antiquo, & sic ad tex. d. c. j. de eo, qui sibi, & hęred. su. & c. j. §. quinetiã Episco. vel Abb.

64 Et extẽsio † ex identitate rationis, vt reducatur dispositio ad ius antiquum, permittitur etiam in l. correctoria, vt dicunt Alexan. Ias. Crot. & Rip. in d. l. si constante, in princ. ff. solut. matrim. Corn. consil. 199. vol. 2. Docto. in l. 2. C. de in ius vocan. & hoc per glo. in c. statutum. in verbo, numerandum. de rescript. lib. 6. Quanto magis in isto casu in leg. declaratoria, ratione expressa in ipsa lege. & quamuis sufficiat ratio absque verbis ad istam extensionem comprehensiuam, & intellectiuam, vt probat tex. in l. scire oportet, §. maximè. ibi, si verba deficiant, ff. de excus. tutor. & scribunt Alcia. & Brech. in dicta l. nominis & rei, §. verbum ex legibus, ff. de verbo. significat. latissimè prosequitur Cardin. Paris. in præcitato consilio 16. quinimò omnes Docto. superius præcitati. Attamen in ista declaratione non deficiunt uerba, sed adsunt, & pleniori modo: nã ĩ casu, quo declarauit Prĩceps, ꝙ filia fratris primogeniti, excludit amitã, subiũxit, nõ tamẽ excludat patruũ tertiogenitũ, uel vlterioris gradus; ideoq; aptissimis uerbis declarauit filiã fratris primogeniti nõ excludere patruum, vel vlterioris gradus: nã cũ dicit, vlterioris gradus, designat gradũ vltra gradũ patrui,

trui,l.non facilè,in prin.ff.de gradib.& cum
65 † dicat in materia fauorabili inclusionis ma
sculorum ob cõseruandā agnationem,quod
est omni fauore plenum, vt superius enarra-
ui; meritò illa indefinita æquipollet vniuer
sali,ac si dixisset,vel alterius cuiuscunq; vlte
rioris gradus,per ea, quæ scribit Bart. in l. si
plurib.in princ.ff.de legat.2.& Alex. in cõs.
132.viso processu,vol.2.Tiraq.refert, & seq
tur ĩ repet.§.hoc sermone,l.boues,in 3.lim.
nu.14.ff.de verb.sig.est ergo casus verbis ex
pressis in d.declaratione, ꝙ masculus etiam
remotioris gradus,excludit fœminas.& pro
maiori exuberantia fuit adiecta ratio conser
uandæ agnationis,ideoque absq; dubio fuit
declaratoria opinionum, & Rex declarauit
illam opinionem esse veram,quę voluit ma-
sculos fœminis præferri, etiam remotioris
gradus,& quod cõstitutiones Regni hoc nõ
66 derogarent. Nec dicatur, † ꝙ ex quo in di-
ctis declaratoriis non fit mentio dictarum
opinionum, ꝙ non sit declarata dicta opi-
nio pręualere:quia imo hoc declarant,dum
declarant, non obstante pręrogatiua gradus
masculum præferri fœminæ, prout in simili
fecit Summus Pontifex in clement. statutũ,
de elect. in quo cap. fuit reprobata opinio
Io.Andr. & approbata opinio Archid. & ni-
hilominus de eis non fuit facta mentio à
Summo Pontifice, & per hęc apparet mascu
lum esse præferendum, quantumcunque sit
in remotiori gradu.

S V M M A E.

1 *Filius adingreditur gradum patris, etiam in successione feudi. & nu.2.3.*
4 *Legum correctio non fit, nisi expressis verbis.*
5 *Blascus Lanza notatur.*
6 *Constitutiones, & consuetudines feudorum, in successione transuersalium sunt correcta per istam constitutionem.*
7 *Interpretatio à legibus, & consuetudinibus correctis, non sumitur.*
8 *Constitutio vocans proximiorem, censetur vocare illum, qui vere est proximus.*
9 *Filius quòd subintret à Iustiniano fuit statutum, gradum patris.*
10 *Alexand.in consil. 88.vol.1. notatur. & num. 11.12.*
13 *Constitutio ista non admittit subintrationem.*
14 *Intellectus gloss.in §. in fideicommisso, ff.de legat. 2.*
15 *Regnum defertur naturali ordine.*
16 *Statutum deferens successionem potiori in gradu,non admittit subintrationem.*
17 *Subintrationis æquitas reperitur scripta, quando tractatur de hæreditate diuisibili.*
18 *Areti. & Socin. notantur.*
19 *Lex ista defert successionem cum prærogatiua gradus.*

AN filius excludatur à nepote ma
sculo filio fratris, qui sit maior
1 ætate, † qui attento iure commu
ni adingreditur gradum patris,
§.cum filius,de hæredib.quæ ab intest. defe
runt. & in feudo est tex.in c.j.§.his autē defi
cientibus,de grad.success. in feud.Ista quæ-
stio est difficilis,in qua sunt difficultates ob
multitudinem opinionum.Et in primis So-
cin.in consil. 252.qui consuluit in terminis
istius constitutionis,quòd filius primogeni-
ti in successione feudi præfertur patruo;mo-
tus leuibus,ac futilibus argumentis,quæ lo-
co suo refellētur.Eandem opinionem tenet
Blasc.in lectura istius legis,in 3.q.qui moue
tur ex dispositione cõsuetudinis feudorum,
2 † quibus cauetur,quòd filius subintrat gra-
dum patris; & timens ne quis dicat illas con
suetudines esse correctas in successione trãs-
3 uersalium, † dicit quòd non est verisimile,
quod illud verbum, proximior, appositum
in ista constitutione,corrigat tot dispositio-
4 nes feudales: quia † legum correctio non
fit, nisi exprimatur in lege noua, adeo ꝙ
nec per subauditos intellectus inducitur le-
gum correctio,vt scribit glo.in c.cupientes,
§.quod si per viginti,de electio. lib.6. & ta-
men in hoc defecit illustre ingenium Blasc.
5 † nam illę consuetudines feudorum sunt cor
rectę in successione trãsuersalium in feudis,
vt expressissimis verbis exprimitur in ista cõ
stitut. in fine ibi, qualibet constitutione, &
consuetudine in contrarium cessante. Ecce
verba expressa in ipsa constitutione, vt ces-
set argumentum Blasc.per quæ verba hoc te
net Gulielm.de Pern. in consil.21. col.2. in
6 quo loco dicit, † quòd omnes constitutio-
nes, & consuetudines feudales, loquentes
de successione transuersaliũ,sunt correctę ab
ista lege.& Guliel.de Pern. refert, & sequit
Ioan.Aloy.in allegationibus in causa Calta
billoctę.ideoq; cũ sint dictę ꝯsuetudines feu
dorum correctæ circa successiones trãsuersa
7 liũ; † in eo in quo corriguntur, nõ recipit ista.

lex interpretationem ab eis, vt determinat Imol. in l. dotalem, §. de viro, in 3. col. ff. solut. matrim. & est in isto casu solemnis decisio Bald. in l. maximum vitium, C. de liber. præter. quem sequuntur Paul. de Castro, & Corn. in l. fin. C. de iur. deliber. & Hieron. Alba. consil. 40. quæ decisio optimè procedit in isto casu, vt non recipiat interpretationem à iuribus correctis, de eadem materia loquentibus, vt declarat Imol. in dicto §. de viro, colu. 3. menitò non est sudandum super illis consuetudinibus correctis. Sed videndum, quid statuatur ab ista lege, quæ cum statuat, vt qui supererit tempore mortis, defuncto proximior succedat, clarissimè demonstratur quòd potior in gradu præfertur: nam hoc demonstrat illud verbum, 8 proximior, † cum iuris sit non controuersi, quoties lex vocat proximiorem, quòd intelligitur vocatus ille, qui verè est proximus & censentur exclusi, qui sunt vlterioris gradus, etiam si sint filij illius, qui erat proximior, vt decidit Iurisconsultus in l. libertus præterito, §. j. ff. de bon. liber. & in l. tutela, §. duo, ff. de legit. tut. probat text. in l. j. §. gradatim, ff. vnd. cognat. Cum ergo frater defuncti feudatarij sit proximior, cum sit in secundo gradu, & nepos in tertio, l. consanguinitatis, & auct. cessante, C. de legit. hæredi. & in l. Iurisconsultus, §. 2. ff. de gradib. iam consequitur, quòd est ipse præferendus ex prærogatiua gradus, ex quo ista lex vocat proximiorem. Non obstat, quòd quamuis sic fuerit dispositum de iure antiquo & stricto, attamen ex inde per Iustiuianum Im-9 peratorem fuit statutum, † quòd filij fratris, vel sororis, præmortuorum subintrent in gradum patris, vel matris, & simul succedant cum patruis vel amitis, vt est text. in Auth. de hæred. quæ ab intestat. deferunt. §. defunctus. & in auth. cessante, C. de legit. hæred. & in §. cum filius, Instit. de hæred. quæ ab intesta. deferun. & in feudis est tex. in c. j. §. his autem deficientibus, de gradib. succes. in feudis. ideo dispositio istius legis, quæ vocat proximiorem, recipit interpretationem à dictis iuribus, quibus nepos per subintrationem dicitur etiam proximior. sic in indiuiduo in interpretatione statuti, vocantis proximiores ad successionē, respondit Alex. consi. 88. vol. j. quem sequitur Ias. cons. 159. vol. 4. Dec. consil. 484. & consil. 527. & in l. j. C. de secun. nupt. Tiraquell. in tractat. primog. q. 40. nu. 22. & in indiuiduo interpretādo istam constitutionem, sic respondit Aretin. in consil. 162. & Socin. in dicto consil. 252. nam ista obiectio, in qua consistit totū pondus istius quæstionis, facilè euitatur. Pri-10 mò, † quòd falsum est, quod respondit Alex. in dicto consi. 88. vol. j. nam dicit ipse, quòd illud statutum vocans proximiorem recipit interpretationem ab illis iuribus, quibus nepos per subintrationem efficitur proximior: nam quātumuis per illa iura probetur, quòd nepos subintrādo admittatur simul cum pa-11 truis ad successionem, † nihilominus iura nō dicunt, quòd nepos per subintrationem ef-12 ficitur proximior; † quinimò cōtrarium probat tex. in §. cum filius, Instit. de hæred. quæ ab intestat. deferunt. in quo §. Imperator Iustinianus, postquàm pariter admittit filium, & nepotem cum filiis, alterius fratris & filij præmortui, dicit nec qui gradu proximior est, vlteriorem excludit. Patet ergo ex his verbis, quòd remanet ille filius, vel frater proximior, quamuis per subintrationem pa-13 riter admittantur. Et ideo † cum statutum figat pedes, & vocet proximiores, nō veniūt, nec admittuntur tales nepotes per subintrationem, quia non subintrat in proximitate, vt fiat proximior. sic in indiuiduo respondit Anchar. consi. 82. & allegat tex. in d. l. libertus præterito, §. j. ff. de bon. libert. sic respondit etiam Paul. de Castro in consil. 164. col. 6. vol. 2. incip. in præsenti causa Maioriæ, in quo consilio tenet pro nepote cōtra patruū. attamen secus (dicit ipse) esset, si successio deferatur proximiori, quia tunc præferetur secundogenitus, quia proximior. & Anchar. & Paul. de Castro refert, & sequitur in locis præallegatis Affict. in c. omnes filij, si de feu. fuer. contro. inr. domin. & agna. ideo que apparet Alex. malè respondisse, & in terminis nostris in interpretatione istius legis contrarium ipse Alex. respondit in consilio, quod fecit in causa Comitatus Sclafani, in quo consi. consuluit pro Donna Beatrice de Luna, sorore Comitis prædefuncti, contra Antonium Spatafora, nepotem ex altera sorore, quod consilium non est adhuc tipis excusum. & in eadem causa consuluerunt Bal. Nouell. qui latius defendit istam in consil. non impress. & Corn. consi. 199. vol. 2. quos etiam refert, & sequitur Ioan. Aloys. in com-14 pendio suo, super hac constit. † Nec iuuat Alex. glos. in l. cum ita, §. in fideicommisso, ff. de

ff. de legat. 2. quia bene procedit in terminis, in quibus loquitur, scilicet in successione delata à lege, vt per Bald. & Raphael. ibi. & quamuis Alex. adducat dictam decisionē Bal. pro se in dicto §. in fideicommisso, nihilominus Bald. est contra eum, dum dicit, ꝙ quando dispositio considerat, & attendit ad gradum, tunc non attenditur subintratio. Et quod hoc dicat Bald. apparet ex tex. quē allegat, scilicet l. tutela, §. duo, ff. de legi. tut. qui tex. loquitur apertè, quòd filij fratris non subintrant; & non ob aliud dicit hoc Bald. quia eo casu vocatur proximus, iuxta terminos text. in l. libertus præterito, ff. de bon. libert. & clarius determinat hoc idem Bal. in d. l. tutela, §. duo, ff. de legit. tut. & ratio est (dicit ipse) † quòd Regnum defertur naturali ordine, non secundum interpretatiuum ordinem iuris ciuilis: nam quòd nepos subintret in locum patris, non est secundum naturalem veritatem, sed est quædam fictio. Ista ratio Bal. qui à nemine reprobatur, decidit istam quæstionem: nam per istā legem vocatur proximior, & ideo ille, qui est in potiori gradu, idem vocatur ordine succedendi, qui non est nisi prærogatiua gradus: nam ætatis & sexus sunt specificati, & ideo intelligitur de ordine succedendi, prout sentit Bald. in l. intestato, C. de suis, & legitim. vbi infert, † quòd quando constitutio defert successionem potiori in gradu, tunc succedit ille, qui potior est in gradu, & non nepos per subintrationem. & istam doctrinam Bal. refert, & sequitur Martin. Lauden. in tract. de primogen. q. 38. & Martin. Laudens. refert & sequitur Anto. Cors. in Repet. c. gradi, de supplen. neglig. prælat. & in tract. de potestat. Reg. in vlt. par. q. 105. Et quod hoc sit verum, quòd quādo lex defert successionem potiori in gradu, quod nepos non subintrat, tenet Andr. in indiuiduo casus nostri in c. j. §. his autē, de gradib. success. in feu. dicens, quando defertur successio cū clausula iuris Francorum, tex. in dicto c. j. §. his autem deficientibus, non procedere. sic determinat Andr. in dicto c. j. §. his autem. de gradib. success. in feu. & sequuntur Aluarot. & Præposit. ibidem, dum dicunt illum tex. non procedere in casu c. licet, de vot. eādem opinionem tenet Andr. & ibi Afflict. col. 5. in c. omnes, si de feud. fuer. contro. inter dom. & agnat. eandem opinionem tenet Guliel. de Pern. in consi. suo 11. feudal. col. 2. Et ratio est in promptu, nā de stricto iure præfertur ille, qui est proximior, & sic præfertur patruus & amita, quando concurrunt cum filiis alterius fratris, vel sororis, vt est tex. in l. libertus præterito, ff. de bon. libert. & in l. tutela, §. duo, ff. de legit. tut. Et quamuis ex æquitate postea fuit statutum, † quòd filius subintret locum patris, d. §. cum filius, Instit. de hæred. quæ ab intestat. defer. attamen ista æquitas reperitur tantùm scripta, quando tractatur de hæreditate diuisibili, vt nepos & succedat vna cum patruis, vt loquuntur d. auct. cessante, & in corpore, vnde sumitur, & d. §. cum filius, & §. his autem deficientibus. At quando per subintrationem nepos non tractaret de succedendo simul cum patruo, matertera, vel amita, sed tractaret vt eos penitus excluderet, tunc nulla in hoc casu reperitur æquitas scripta: meritò standum est rigori, qui pręfert patruum nepoti, tanquam potiorem in gradu, l. consanguinitatis, cum similib. C. de legit. hæred. Sic determinat Cyn. in l. si viua matre, C. de bon. mater. quam opinionem sequitur ibidem Salic. & Anchar. in dicto consi. 82. col. fi. idem tenēt Imol. Gemin. & Philip. Franc. in c. grandi, de supplen. neglig. prælat. eandem opinionem tenet Anton. de Rosell. in tract. de success. ab intestat. col. 11. eandem opinionem tenet Alex. in consil. 123. vol. 2. & Anton. Rub. Alex. in consil. 143. col. 3. Sigismund. Loffred. in addit. ad And. in c. j. de natur. success. feud. & ista ratione respondetur etiam consil. Alex. 88. in j. vol. quatenus verum diceret in eo consi. vt procedat in hęreditate diuisibili, ad quam rationem nec Aretin. nec Socin. respondent, † nisi quatenus ponderant tex. in §. reliquum, in Auth. de hæred. ab intestat. venien. nam illa ponderatio nil facit contra opinionem Cyni & communem: nam quamuis ille nepos, qui succedit, vel subintrat in locum patris vtrinque coniunctus in hæreditate diuisibili, excludat patruum non vtrinq; coniunctum in totum in hæreditate diuisibili, excludit tamen sub ea ratione, quia ille non vtrinque coniunctus, non dicitur proximus, vt scribit Socin. nepos in consil. 94. vol. j. & cum non succedat patruus, quia non proximior, nimirum si totum capit ille nepos, quia in hæreditate diuisibili reperitur scripta illa ęquitas, quamuis contingat solum nepotem obtinere totam hæreditatem: secus stante clau-

sula

(Marginal numbers: 15, 16, 17, 18)

sula iuris Francorum, quia succedit vnus: nam non reperitur talis æquitas scripta, vt subintret nepos, & excludat patruum; meritò debet stari rigori scripto, vt determinant prædicti Doct. qui non habent contradictores. Eadem ratione euincuntur ea, quæ scribit Tiraquell. in tractat. primogen. q. 40. sub nu. 25. cum sequentib. qui multipliciter inducit illum tex. quę inductiones prædicta vnica ratione euincuntur. Præterea ista† lex defert successionem cum prærogatiua gradus, quo casu non subintrat filius locum patris, auct. defuncto, & ibi annotat Paul. de Castro, C. ad Tertull. & sequitur Dec. consi. j. & ideo tenēda est ista opinio tanquam vera, & communis: nam cætera argumenta Socin. de primogen. filio, non pertinent ad istā quæstionem, nec argumenta Blasc. nam tendunt, quòd ista lex recipit interpretationem tum à consuetudinibus feudorum, tum etiā à iure cōmuni, quod totum est falsum, cum ista lex illa iura corrigat, meritò ab eis non recipit interpretationem, vt supra firmatum est: quinimò in casu istius legis filius etiam non potest adingredi locum patris, cum deferat successionem proximiori, tum etiam quia cum prærogatiua gradus, tum etiam quia cum clausula iuris Francorum, & defertur vni. ideoq; omnia eius argumenta cessant in isto casu, meritò tenenda est vera, & communis opinio, quę vult patruum præferri, quam primo tenuit Bernardus de Medico, vir irrefragabilis auctoritatis apud Siculos, in compendio super c. Volentes, dum tractat de successs. collateralium. quam opinionem referens sequutus fuit Iacob. Chic. in allegationibus in causa Comitatus Sclafani, & Ioan. de Ansalo. in consil. in causa dicti Comitatus Sclafani. & eandem opinionem tenuerunt consulendo Alex. de Imol. & Bal. Nouel. in dicta causa Comitatus Sclafani, quorum consilia non sunt impressa, sed habeo manu scripta. Eandem opinionem tenet Corn. consil. 199. vol. 2. & Iacob. Chirc. in allegationibus in causa fluminis Dionysij. & Gerardus Alliata Prothonot. in causa Chomisi, Ioan. Aloys. in causa Caltabillottę & in apostillis super ista lege, vbi attestatur hanc esse communem opinionem, & sæpius fuisse iudicatum pro hac opinione, pro vt re vera fuit iudicatum in illa causa Comitatus Sclafani. & eādem opinionem tenet Nicol. Sollima in apostillis ad istam legem, referēs vnà cum sociis iudicasse in causa illa Tonnarię Milacij contra consilium Socin. eandem opinionem tenet Sigisin. Loffred. in addit. ad Andr. in c. j. de natur. success. feud. ideoq; ista opinio est vera, & communis, & recepta; meritò ab ea non est recedendum, sed hodie est declarata per declarationem Regis, pro vt in ipsa declaratione.

S V M M AE.

1 *Proximior non succedit in feudo, nisi sit heres.*
2 *Inuentarium non prodest in feudo hæreditario.*
3 *Successio ab intestato dicitur legitima.*
4 *Oldrad. opinio, qui loquitur in filio, procedit etiam in transuersali.*
5 *Transuersalis in Regno non succedit, nisi sit hæres.*
6 *Agnatus in forma mixta non succedit, nisi sit hæres.*
7 *Agnatus in forma mixta reuocat feudum, confecto inuentario.*
8 *Fœmina secundum opinionem Antonij de Alexandro non reuocat.*
9 *Francorum ius facit, quòd agnatus non potest succedere, nisi sit hæres.*
10 *Agnati vocati beneficio istius constitutionis, possunt reuocare feudum alienatum.*
11 *Constitutionis istius dispositio procedit ab intestato.*
12 *Distinctio Guliel. de Pern. non tollit difficultatem.*
13 *Forma aliorum priuilegiorum extinguitur, & remanet sola forma tradita ab ista lege.*
14 *Forma mutata interimitur substantia rei.*
15 *Feudum cum alienatur, in eo non potest succedi per hæredem.*

COLLIGITVR etiam ex isto tex. ibi, succedat.† quòd iste coniunctus transuersalis proximior nō aliter succedit in feudo, nisi sit hæres defuncti: nam hoc importat verbum, succedat, vt per Sigism. Loffred. in c. j. de natur. success. feu. in addit. ad Andr. & latius in consil. j. nam verbum, succedere, & successio, designant successionem ab intestato, l. 3. §. de illo, ff. pro socio vt latè per Socin. in consi. 30. col. 7. vol. j. quod etiam comprobatur: nam cum ex dispositione istius legis inducatur ius Francorum, successio ex tali iure est hæreditaria, vt Oldrad. respondit in consil. 94. & sequitur Anchar. in cap. licèt, de vot. Martin. Laudens. in tractat. de primogen. vt latè

latè per Tiraquell. in tractat. de primogen. q. ideoq; cum tanquam hæres succedat, & titulo hæreditario, & aliter succedere non potest, nec debet; ex quibus correlariè sequi deberet, quòd non potest contrauenire facto defuncti, l. cum à matre, C. de rei vendi. vt scribunt omnes super c. Volentes. vbi aliquando dixi. & ista conclusio procedit absq; scrupo in feudo hæreditario, vel informi, vel simpliciter præscripto, quę sunt mera hęreditaria, in quibus hæres non contrauenit facto defuncti, etiam si conficiat inuentariũ, 2 † quia inuentarium non prodest in feudo hęreditario, vt scripsi super c. Volentes. at ista lex procedit sub quacunq; forma sit feudũ: ideo quærendum est, si tenor inuestituræ sit meri pacti, & prouidentię Principis, vel mixtæ formæ, an transuersalis succedens possit cõsequi feudum liberum, vel in forma mixta, saltem confecto inuentario seruari tutus à creditoribus. Et quò ad primum, videtur dicendum quòd transuersalis possit succedere in feudum repudiata hęreditate: nam hoc probat text. in c. j. an agnat. nihilominus in contrarium est veritas. Nam cum ista lex introducat successionem ab intestato, 3 † quæ dicitur legitima, vt probat tex. in l. 3. §. de illo, & ibi glo. ff. pro soc. & scribit Socin. in dicto consil. 30. col. 7. vol. j. & introducat ius Francorum, meritò non potest transuersalis, sub quacunq; forma sit feudum, succedere nisi vt hæres. & hoc tenet Oldrad. in dicto consil. 94. 4 qui † quamuis loquatur in filio, attamen eius rationes militant etiã in transuersali. ideoq; cum clausula ius Francorum deferat feudum cũ qualitate hęreditaria, 5 † meritò non potest transuersalis in Regno succedere in feudo, nisi vt hæres ex dispositione istius legis. Non obstat tex. in dicto c. j. an agnatus. quia loquitur in feudo diuisibili. Præterea non potest argui ab illo text. quia est correctus, sicut & aliæ constitutiones feudales in successione transuersalium, vt scribit Guliel. de Pern. in consi. 21. col. 2. Cum ergo per istam legem deferatur successio iure hæreditario per illud verbum, succedat, & per clausulam iuris Francorum, meritò transuersalis non potest aliter succedere, nisi vt hęres per prędicta. quod fortius statuendum est in forma mixta, 6 † nam in illa forma nemo dubitat, quin etiam collaterales debent succedere cum qualitate hęreditaria, vt scribunt Guliel. de Pern. in consil. 7. & in cõsi. 22. quicquid dixerit alibi Blasc. Lanz. cuius opinionem latius oppugnaui, scribens super c. Volentes. ideoque veritas est, quòd in Regno etiam transuersalis non succedit citra ius, & nomen hæredis, sub qua cunq; forma sit feudum, cum cuilibet formę insit ipso iure forma istius constit. vt probatur in fi. c. & scribit Guliel. de Pern. in lectura istius constitutionis, in verbo, concedendis, & consil. 7. 19. 27. & hæc est veritas. Sed ex hoc insurgit maxima difficultas, an succedens transuersalis beneficio istius legis, si feudum fuerit alienatũ, possit illud reuocare, si forma feudi fuerit meri pacti, & prouidentiæ Principis, vel mixta, confecto inuentario. Et in hoc passu 7 † Guliel. de Pern. in cõsil. 4. & cõsil. 13. tenet, quòd possit talis agnatus transuersalis reuocare ex eo, quia feuda non possunt alienari in præiudiciũ agnatorũ, c. j. de alien. feu. pater. & quatenus c. Volentes, permittit alienationem feudorum: attamen dispositio d. c. non procedit forma repugnante, & ideo inspicienda est forma feudi, quòd feudum si fuerit alienatum, & fuerit in forma larga, pręiudicabit agnatis, si fuerit in forma pacti, & prouidentiæ Principis, vel mixta, tunc nõ præiudicabit. Ideoque iste Doctor decidit, quòd transuersalis potest reuocare alienata feuda, si fuerint sub forma meri pacti, & prouidentiæ Principis; vel mixta. & idem videtur tenere Iacob. Chirc. in additio. ad tractatum Saccur. Contrariam opinionem videtur tenere Anton. de Alex. in consil. 52. sub nu. 56. dicens 8 in fœmina tamen, † quæ quamuis fuerit admissa ad successionem feudi beneficio constitutionis Regni, non tamen censetur admissa ad reuocandum alienata: quia & si cẽsetur admissa, nec tanquam vocata ad feudum ex pacto, & prouidentia Principis, neque ex tenore inuestituræ, sed tanquam hęres beneficio illius constitutionis. quæ decisio Anton. de Alex. & si loquatur in fœmina, tamen habet etiam locum & in vterino, & in aliis transuersalibus, qui non aliter ad mitterentur ad successionem feudi, nisi beneficio istius constitutionis. quæ opinio Antonij de Alex. posset substineri ex eo, quia ista constitutio vocat transuersales sub clausula iuris Francorum, 9 † quę efficit, quòd non potest aliter succedere agnatus transuersalis, nisi cum qualitate hæreditaria, vt scribit Oldrad. in d. consil. 94. qui etiam voluit, ꝙ in

in eo casu non releuaret inuentarium, & Oldrad. sequuntur multi, quos refert, & sequitur Tiraquell. in tracta. primogen. q. Ideoq; cum succedat vt heres beneficio constitutionis istius, quæ inest omnibus priuilegiis, vt supra dixi, non potest heres contrauenire facto defuncti, l. cum à matre, C. de rei vendi. nec curandum de inuestitura, quia recipit formam ab ista constitutione, vt sæpesæpius dictum est, & est mirabilis, ac fortissima oppositio, & non de facili eradicanda. Attamen prædictis non obstantibus, contraria opinio ē verior, cōmunior, & recepta: quod si agnatus succedens in feudo sub forma mera pacti & prouidentiæ Principis, vel mixta; quòd possit reuocare feudum alienatū, quia per istam constitutionem vocantur certe, & determinatæ personæ ad successionem feudorum. meritò non potest in alias personas, nec potuit fieri alienatio; † ideoq; possunt illi agnati vocati beneficio istius constitutionis, reuocare feudum alienatum. hoc determinat glos. & ibi sequuntur Docto. in constit. vt de successionibus. in verbo, ex vtroq; parente. Et pro decisione glos. faciunt ea, quę scribit Andr. in c. j. §. præterea Ducatus. de prohib. feu. alien. per Frederic. & in c. omnes filij, si de feud. fuer. contro. inter dom. & agnat. vbi firmat ex decisione plurimarum legum, quòd illud, quod defert lex, siue pactio, non potest priuatus auferre. cum ergo defert ista lex successionem feudorum agnatis vsq; ad septimum gradum, meritò nō potuit prædecessor eis auferre. Attamen si ista ratio staret, sequeretur vnum, quòd cum ista lex ab intestato deferat feudum vni, & cum clausula iuris Francorum sub quacunq; forma sit feudum, sequeretur vnum, quòd succedens agnatus transuersalis ex ista lege in feudo, quòd reuocaret omnes alienationes feudorum, ex quo sub quacunq; forma fuerit feudum, clauditur sub dispositione istius legis, cum forma omnium priuilegiorū obsequatur dispositioni istius legis, & ista lex attrahit ad se omnes formas. Adeoquòd nō obstantibus formis feudorum, aliter nō succeditur, nisi quatenus disponat ista lex, vt apertissimis verbis decidit ista lex in fine, & scribit Guliel. de Pern. in lectura istius legis, & in consil. 7. 19. 21. Ideoq; redderetur inutilis & vana dispositio c. Volentes, & non haberet locum nisi in vita alienantis, & prodeeret opinio; quæ fuit reiecta per duodecim annos in magna Curia, secūdum quam fuit iudicatum in causa Aminnæ. quæ postea apparuit falsa, vt dicunt omnes, & latissimè dis serui super c. Volentes. Nam respondetur, † quòd ea, quæ dicta sunt, non procedunt in distinctè: nam Guliel. de Pern. quem sequūtur oēs in Regno, vt mederetur huic morbo, distinguit quòd dispositio istius legis procedat ab intestato, dispositio c. Volentes, procedit facta dispositione vel inter viuos, vel in vltima voluntate, & tunc considerantur formæ hæreditariæ, vel pacti, & prouidentiæ Principis, ita quòd feudum hæreditariū alienatum, nec non & nouum sub quacunq; forma, non possit reuocari per agnatum, feudum vero pacti, & prouidentiæ Principis paternum possit reuocari; sic. & ita distinxit Guliel. de Pern. in consil. 4. & in consil. 13. & in pluribus aliis locis. & Iacob. Chirc. in addit. ad tractat. Bernard. de Medic. & istam distinctionem sequuntur communiter Docto. † & tamen ista distinctio non tollit difficultatem, quia quæstio stat sub finibus, ac dispositione istius legis, sub qua dispositione non considerātur priuilegia, cum omnia priuilegia, & omnes formas ad se trahat, & nouiter informet. & sic ista lex dat formam omnibus priuilegiis, vt dicit in fine, & scribit Pern. in eius lectura, & in consil. 7. 21. ideoq; † substantia & forma aliorum priuilegiorum extinguitur, & remanet sola forma tradita ab ista lege: nam † murata forma, propè interimitur substantia rei, vt Marcellus scribit, & enarrat Vlpian. Iurisconsultus in l. Iulianus, §. si quis rem fecerit, in fine, ff. ad exhiben. & ideo cum ista lex deferat feudum cum qualitate hereditaria per verbum, succedat, & clausula iuris Francorum, in qua non succedit quis citra ius, & nomem hæredis, vt scribit Oldrad. in consil. 94. quem sequuntur Docto. superius relati, iam consequitur q agnatus collateralis non potest reuocare feudum validè alienatum per prædicta, cum non possit illud habere citra ius, & nomem hæredis, & hæres non potest contra uenire facto defuncti, l. cum à matre, C. de rei vendic. & isto casu facilè procedere potest opinio Anton. de Alex. in dicto consil. cui opinioni non refragantur ea, quæ scribit contra eum Sigism. Loffred. in d. suo consil. j. sub nu. 77. nam ipse videtur loqui in alienatione inualida absq; consensu Principis. at in Regno est valida semper, stante dispositione

ſitione c.Volentes, & iſta difficultas non facilè ſoluitur. Et quamuis poſſet aliquo modo diſſolui, vt fecit tamen Alex. magnus in Gordiano nodo: attamen inſurgeret altera opinio, quæ vigebat antiquitus, & fuit obſeruata per duodecim annos, & poſt apparuit falſa: ideoq; poteſt dici;

*Incidit in Scyllam cupiẽs vitare Caribdim.*

Ideoque adhęrendum eſt diſtinctioni Guliel.de Pern. quam ſequuntur omnes, & eſt opinio recepta in Regno, à qua non poteſt diſcedi per ea, quæ ſcribit Dec.in c.at ſi clerici,in princip.col.17.de iudic.& per ea,quę ſcribit Andr.in c.j.§.delator.quæ fuit prima cauſ.benefi.amitt. quæ diſtinctio Guliel.de Perno poteſt ſubſtineri ex eo,quòd diſpoſitio iſtius legis tunc habet locum, cum ſuc-15 ceditur ab inteſtato; & ideo † cum feudum alienatur,in eo non poteſt ſuccedi per hęredem alienantis :nam qui ſuccedat in aliquo feudo, illud debet inuenire apud prædeceſſorem tempore mortis eius,quia in eo quod prius exiuit de bonis, quis non habet hæredem, vt ſcribit Bal.in l.emancipatum,§.j.in verſ.ex his apparet, ff.de Senator.quem refert,& ſequitur Dec.in conſil.445.ſub num.57.& ideo cum non ſuccedatur in dicto feudo alienato, inſpicienda ſunt verba priuilegij, an agnatus poſſit reuocare, nec ne.nam cum fuerit alienatum feudum ante caſum mortis alienantis,non poteſt dici,quòd forma priuilegij fuit translata in formam traditam per iſtam conſtitutionem, quæ loquitur tantùm de ſucceſſione in caſu mortis, merito remanet ante mortem priuilegium in ſua qualitate,vt diſpiciatur, an agnatus poſſit cõtrauenire facto defuncti,nec ne.& ideo ſunt diſtinguendę formę,vt dicebat Guliel. de Pern.quem ſequuntur communiter Docto. & ita tenendum eſt, quia ſic eſt recepta opinio, non ꝙ ex toto tollãtur difficultates.

SVMMAE.

1. *Gradatim vocare cenſetur ex quo tex. iſte vocat proximiorem.*
2. *Proximior dicitur ille, qui eſt vtrinque coniunctus.*
3. *Succedat,verbum denotat ſucceßionem ab inteſtato.*
4. *Legis vbi caſus eſt, nullus relinquitur dubitationi locus.*
5. *Frater maior ſi reperitur inhabilis, nec minor admittitur.*
6. *Minor vtrinq; coniunctus, quia non habet qualitatem maioris ætatis,non ſuccedit.*
7. *Lex iſta diſcernit coniunctos in eodem gradu nota maioris ætatis.*
8. *Princeps quod non dixit, ſiue lex, nec voluiſſe præſumitur.*
9. *Lex iſta prefert maiorem natu inter exiſtentes in eodem gradu.*
10. *Aequiparatorum quod excluditur per vnum, cenſetur excluſum per aliud.*
11. *Auth.ceſſante, non procedit in feudis.*
12. *Auth.ceſſante intellectus.*
13. *Coniunctio vtrinq; in feudis non conſideratur.*
14. *Lex quotiens loquitur cum aliqua qualitate, requiritur quòd verificetur qualitas, vt habeat locum.*
15. *Fratres ſunt in eodem gradu.*
16. *Andr.declaratur.*

NOTANDVM eſt etiam, quòd iſte tex.enumeratis aliquibus perſonis, quos admittit ad ſucceſſionem feudi, non tamen ſimpliciter, & in confuſo eos admittit,ſed ſtatuit, ꝙ ex ipſis vocatis vnus, qui ſit defuncto proxi-1 mior, ſuccedat. † ex quo verbo demonſtratur,quòd gradatim admittuntur tranſuerſales, iuxta tex.in l.fin. vbi Paul.de Caſtro, & Docto. C. de verb.ſignif. & ſuperius etiam 2 enarratum eſt.quibus addendum eſt,†quòd proximior circa exiſtentes in eodem gradu, dicitur ille, qui eſt vtrinq; coniunctus. ſic determinat Ioan.Faber,loquens de retract. in §. ſi plures, Inſtit. de legit. agnat. tutel. idem ſcribit Socin. iunior in conſil.94.nu.14.vol.j.idem videtur determinare Ancha. in c.j.14.q.princi.de conſtit. quem refert & ſequitur Dec. in conſil. 444. idem videtur velle Caſſan.ſuper conſuetudinibus Burgũdiæ de ſucceſſ.rubr.7.§.j. fol.mihi 229.col.j.Hinc dicebat Blaſc.in Repet.iſtius legis, in 6.q. quòd frater vtrinq; coniunctus, etiã ſi ſit minor ętate,pręfertur in ſucceſſione feudi fratri coniuncto ex vno latere, etiam ab ea parte, vnde venit feudum. Pro qua deciſione adducit auctoritatem Andr.in conſtit. vt de ſucceſſionibus, qui videtur in indiuiduo determinare. & adducit etiam auctoritatem Anchar.in d.c.j.14.q.de conſtit. & ſic reſidet tantus vir. Pro eo tamen facit, quòd lex iſta vocat proximiorem cum qualitate 3 hæreditaria, per illud verbũ,ſuccedat.†quia illud verbum denotat ſucceſſionem ab inteſtato,

ſtato, vt probat tex.in l.3.§.de illo,vbi gloſ. & Doctor.ff.pro ſoc.& ſcribit Socin.in conſil.30.in j.vol.Cum ergo exiſtente coniuncto fratre ex vtroq; latere,non defertur ſucceſſio alteri fratri coniuncto ex vno latere tantùm,vt eſt text.in auct. ceſſante;in Auth. de legit. hæred.& ſcribit Paul. de Caſtro in l.fin.C.de verbor.ſignif.vt refert,&ſequitur Socin. iunior in dicto conſil.94.nu.14.vol. j.iam conſequitur, quòd ille frater, quantumuis ſit maior, attamen cum non ſuccedat fratri, non poteſt habere feudum, quod non defertur abſq; qualitate hæreditaria. & iſtam opinionem tenet Loffred.in ſua paraphraſi ad Andr. hac ratione, quòd per conſtit. Regni non eſt cognitum ius cognationis in feudis, meritò debet ſeruari etiam in ſucceſſione feudorum diſpoſit. d.auct. ceſſante, C. de legit. hæred. & ſubdit ita fuiſſe iudicatum Neapoli. In contrarium tamē facit tex.iſtius legis, qui in ſucceſſione feudi admittit fratrem indiſtinctè, & inter fratres datur prærogatiua ætatis. nam maior ætate præfertur. cum ergo iſte frater ſit maior ætate, ergo debet præferri, quia eſt lex clara,& aperta,& 3 † vbi eſt caſus legis,nullus relinquitur dubitationi locus, l.ancillæ, & ibi Bald.C.de furt.Prętere ſi non fieret iſta interpretatio, ſequeretur abſurdum: nam nec frater maior admitteretur ad ſucceſſionem feudi,nec frater minor ætate.frater maior non,quia non eſt proximior, & ſic inhabilis. minor non, quia non vocatur. 5 † non enim ex hoc deuoluitur ſucceſſio ad minorem, quia frater maior eſt inhabilis.ſic dicit Andr.in c.j.§. præterea ſi vaſſall. col.3. quæ ſit prima cau.benefic.amitt.argu.tex.in l.plane, §.j.ff.de legat.j. 6 † quia minor coniunctus vtrinq;, non habet qualitatem maioris ætatis. & ideo mutuò ſe impedirent,ſicuti in ſimili in feudo hęreditario,in quo ſi ſuccedit hæres inhabilis ad feudum, non conſequitur feudum, 7 † nec agnatus, qui non eſt hæres, ex quo non poteſt habere feudum citra ius, & nomen hæredis. & ideo tunc ſuccedit fiſcus, vt determinat Franc.Curt. iunior in conſil.j.& in tracta.de feu.& ſequitur Socin.iunior in conſil.114.circa finē,in 2.vol. & eandem opinionem tenet Franc.Riccius, Doctor Siculus,in conſil.quod fecit in cauſa feudi Solari, & Alcia.Reſponſ.Ferr.in tractat.de feud.& argumentum ab abſurdo vitando validiſſimum eſt:nam ſic arguit Iuriſconſultus in l.nam & abſurdum,ff.de bon.libert.& in infinitis locis,quos enumerat Nicol.Euerard.in ſua centuria de loc. legalib. in verbo,argumentum ab abſurdo.quod manifeſtius videtur probare iſta lex, dum coniunctos in eodem gradu non diſcernit alia nota,niſi ſexus & ætatis.ſi enim voluiſſet diſcernere etiam vt præferantur vtrinq; coniuncti, dixiſſet vtique. cum ergo non dixit, nec voluiſſe præſumitur, vt probat tex.in l. j.§.ſinautem ad deficientis,C.de caduc.tollen.vbi Bal.dicit, 8 † quòd illud, quòd non dixit Princeps,nec voluiſſe pręſumitur.ad quę faciunt verba Ciceronis in 2. lib. Rethor. de Inuent.quæ ſupra recitata ſunt.Præterea iſta opinio efficaciter probatur in iſto text. 9 † nam præfert in eodem gradu maiorem natu, & clariſſimi iuris eſt, quòd vterinus eſt in eodem gradu cum vtrinq; coniuncto, vt probat tex.in auct.ceſſante,C.de legiti.hæredib.& in l.j.§.ſecundo gradu,ff.de gradib. pro vt per illos tex.determinat Socin.in cōſil.j.col.2.vol.j. Meritò maior debet præferri. pro quo facit, 10 † quòd quando duæ perſonæ æquiparantur,tunc illud, quod excluditur per vnum, excluditur per alium, etiam in correctoriis. ſic decidit Socin.in dicto cōſil.j.nu.14. cum ergo parificantur ad ſucceſſionem feudi, vtrinque coniunctus excludit minores vtrinq; coniunctos:ſic etiam & vterinus per deciſionem prædictam. & iſta opinio videtur verior, & eam ſequor, quia non facit violentiam diſpoſitioni iſtius text.ſed eam amplectitur; quæ opinio apparebit verior ex reſponſionibus ad contraria. Non obſtat,quod primo dicebatur, quòd ille dicitur proximior,qui coniungitur vtrinque: quia non alia ratione dicitur,niſi ex diſpoſitione tex.in auct.ceſſante,C.de legit.hęred. 11 † cuius tamen diſpoſitio non habet locum in feudis, vt ſcribit Bald. in l. 2. C. eod. tit. & latius ſcribit Curt. iunior in tract.de feu. in 3.par.in 6.q.Alex.conſil.14. vol.5.Ideoque non poteſt argumentari ex diſpoſitione dictę auct.ceſſante,cum non procedat in feudis. Non obſtat ratio Loffred.quod per conſtitutiones Regni,& fortius per iſtā conſtitutionem eſt cognitum ius cognationis, & illius lateris, à quo non peruenit feudum ad defunctum.ergo in feudis militat diſpoſitio d.auct.ceſſante,quia argumentum claudicat in iſto caſu; 12 † nam diſpoſitio dictę auct. procedit, quando omnes fratres, & ſorores ſucce-

ſuccedunt, necnon & filij filiæq; fratrum, & ſororum prędefunctorum; & non loqtur, quando ex omnibus ſuccedit vnus ſolus maſculus maior ætate, an tunc maſculus maior ætate coniunctus ab vno latere excludatur à minore vtrinq; cõiuncto? Certè iſte caſus non deciditur per dictam auth. ceſſante. remanet ergo in diſpoſitione iuris cõmunis,

13 ſcilicet feudorũ, † quo nõ conſideratur vtrinque coniunctio, vt excludat coniunctum ab vno latere. Cum ergo iſta conſtitutio admittat fratrẽ ſimpliciter, & appellatione fratris comprehẽditur etiã non vtrinq; cõiunctus, vt ſcribit Alex.conſ.144.vol.6.& Benedict. Capra, conſi.138.& Socin.d.conſ.j.admittit cum prærogatiua ætatis, non eſt dicendum, ꝙ poſtergato maiore natu poſſet admitti mi

14 nor ætate vigore iſtius conſtitutionis: † nam quotiens lex loquitur cum aliqua qualitate, oportet vt verificetur diſpoſitio legis, ꝙ adſit illa qualitas requiſita à lege, vt ꝓbat tex. in c.j.de hom.lib.6.vbi Io.And.& Doct.& ſcribit Bal.in l.ſiquis non dicam rapere, col. 3.C.de Epiſc.& cler.& Alex.in conſi.j. in 3. vol.non ergo poterit admitti minor ętate uigore iſtius conſtitutionis, qui tantùm inter maſculos admittit maiorem ætate ad ſucceſſionem feudi. Nec poteſt ille minor frater ex aliis iuribus ſuccedere, quia leges, & conſtitutiones feudorum, loquẽtes de ſucceſſione tranſuerſalium, in feudis ſunt correctæ, & tantum ſeruatur diſpoſitio iſtius conſtitutionis, vt dicit Guliel.de Pern.in cõſ.21.col.2. cætera argumenta Sigiſm.ex auctoritatibus, quas adducit, non ſunt refellenda, ꝗa nil faciunt.

15 Et nõ poteſt negari, † quin fratres ſint in eodem gradu, ut eſt tex.in d.auth. ceſſante, & in §.ſecundo gradu, Inſtit. de gradib. meritò in eis debet ſeruari, cum ſint in eodẽ gradu, prærogatiua ætatis. & ideo malè facit Blaſc.qui recipit interpretationem iſtius legis à diſpoſitione iuris cõmunis contra tex. & ibi glo.annotant, & Doct.ſequuntur in c. j.de feu.cognit.& ideo ceſſat eius argumentum de iure communi, & maximè vt dixi, ꝙ oẽs leges & conſtitutiones diſponentes de ſucceſſione trãſuerſalium in feudis, ſunt correctæ, vt dicit Guliel.de Pern. in d. conſ.21.

16 Ceſſat etiam auctoritas And. † quia nõ loquitur in his terminis, quia loquitur ſub ea ratione, quòd in tranſuerſalibus non datur ius Francorum, ergo ſecus ſentit in iſto caſu, cũ per iſtam cõſtitutionem ſit introductum ius Francorum in tranſuerſalibus, prout ſupra dixi. Non obſtat ratio per me adducta, nam cum iſte ſit in eodem gradu cum fratre minore vtrinque coniuncto, quem excludit ob prærogatiuam ætatis, quamuis excludatur à bonis allaudialibus, & ab hęreditate, non tamen facit, vt non conſequatur feudum: quia erit hæres denominatiuè in ipſo feudo per ea, quæ ſcribit Bald.in l.j.an agnat.quem ibi ſequuntur cõmuniter Doct. argu. tex. in l. nihil, de coniung. liber. cum emancip. qui tex. bene probat, & iſta opinio tanquam verior, & amica literæ, eſt tenenda prout etiã ſuperius tetigi, & adduxi bonas rationes.

S V M M AE.

1 *Acceſſione alterius qui utitur, debet cum ſuis vitijs vti.*
2 *Matre excluſa, cenſentur etiam excluſi filij.*
3 *Filia ſororis dotata excluditur à ſucceſſione feudi.*
4 *Nepos præfertur matertera, & amita.*
5 *Matris in gradu nullum vitium.*
6 *Sexus maſculinus vincit maiorem ætate in fœmina.*
*Vincit etiam priuilegium capilli.nu.7.*
8 *Excluſionis cauſa in nepote ceſſat.*
9 *Martin.Laudenſ.& Prapoſ.declaratur opinio.*
10 *And.declaratur opinio.*
11 *Nepos ſubintrat gradum, ſed ſuccedit ex perſona propria.*
12 *Salicet. declaratur opinio.*
13 *Bald.declaratur opinio in l.maximum vitium.*
14 *Nepos ex priuilegio ſexus debet præferri.*

ET multo magis ex his deciditur quæſtio tacta ac recitata ꝑ Blaſc. in 7.q.ſcilicet de fœmina vtrinq; cõiuncta, concurrens cũ maſculo in eodẽ gradu coniuncto, ex vno latere tantùm, nam præfertur maſculus prout etiã determinat Sigiſm.Loffred.in d.ſua paraphraſi in vlt.char.& Blaſc.in repet.iſtius legis, in 7.q.quamuis ipſe Blaſc. diſtinguat, quòd ſi ille maſculus coniunctus ex vno latere proueniret ab illa parte, à qua non peruenit feudum ad defunctum excluderetur, quæ diſtinctio expreſsè eſt contra tex. hunc, prout latius probaui in principio iſtius legis, dum examinaui de vterino.

Et pariformiter eſt falſa diſtinctio Blaſc. in ea quæſtione, quam tractat in repet. iſtius legis in 9.q.ſub illa hypotheſi de nepote maſculo

sculo ex sorore, an excludat materteram per subintrationem: nam posito, quòd ista lex admitteret subintrationem, quod cum communi opinione negaui supra. sed retenta sua opinione, ꝙ admittitur subintratio, distinguebat ipse, ꝙ aut filius masculus ex sorore ĩ successione feudi venit ex gradu matris, quia aliter non posset succedere, quia non esset proximior ex proprio gradu; ideoq; esset ei opus accessione matris, & tunc nõ posset vti matris accessione, nisi cum eius vitio, aut vult succedere absq; aliqua matris accessione secus. Et adprobandum primum membrum adducit rationes, † quia quotiẽscunq; aliquis vult se iuuare alterius accessione, est opus, vt ea vtatur cum eius vitio, l. Pomponius, §.j.ff.de acquir.possess.auth. malæfidei, C.de pręscript.xxx.annor.cum vulga. Secundò adducebat rationem inconuenientiæ, vt ipse loquitur dicens, Pone ꝙ mater viuat, certè excluderetur à sorore sua maiore, vel in capillo, per istum tex. idem à fratre quantumcunq; minore; & tamen si sic teneretur, filius eius vinceret uincentem matrem suã, contra regulam, Si uinco uincentem te, multo magis debeo uincere te, l. de accessione, ff.de dol.except.cum vulgar. Item † quia exclusa matre, etiam ex ea intelliguntur exclusi filij per decisionem Bar.in l.liberorum, ff. de uerb.signifi. deinde adducit decisionem Martin.Laudens.& Pręposi.in c.j.de his, qui sib.& hęred.su.in uers.nota ꝙ descendens dicitur etiam, &c.ubi determinãt, ꝙ stante forma concessionis pro masculis, & his deficientibus fœminis, si pater moritur relicto filio, & nepote ex filia præmortua, quòd talis nepos, quamuis masculus, excluditur à patruo; & quamuis de iure communi succederet cũ patruo nepos, ut in Instit. de hæred. quæ ab intest.defer.§.cum filius. attamen, quia fœmina de iure cõmuni feudorũ non succedit, c.j.§. sed hoc notandum. qui feud. da. poss. ideoque sicut excluditur mater, excluditur etiã & filius, qui descendit à matre, l. si uiua matre, C. de bo. mater. deinde adducit auctoritatem And. in constit. ut de success. in 7.col.in uers.unde secus.ubi dicit, † ꝙ filia sororis dotatæ excludiẽ à successione feudi, sicut eius mater, ex cuius persona peteret admitti, quãuis ipsa esset in capillo. deinde adducit auctoritatẽ Salic.in l.oĩmodo, §.repletionem, C. de inoff.test.in illa q. Si pater dotauit filiam, quæ mortua fuit cum filiis uiuo patre, deinde mortuo auo, isti filij petunt legitimã, an dos matris imputetur in legitimã eorũ, sicuti imputaretur matri, si viueret? Et decidit, ꝙ si nepotes volunt succedere cum patruis ex persona matris, ꝙ tunc sicut matris gradus subintrat, item & dotem eius ĩ legitimã imputare. Sed si volunt succedere cũ consobrinis ex propria persona, tunc secus. & istã opin. tenet etiam Imol.in l.post dotẽ, ff.solu.matri. Idem Imol.& Alex.in l.in quartam, ff.ad leg.Falc.& Alex.plenius in consil. 24.visis dubiis.in j.vol. Vltimò adducit auctoritatem Saccurafæ, in compendio super c.Volentes, in prima forma successionis, in c.item si Baro. in fin. verb. & in ista opinio. residet tantus Doctor, quamuis dicat eam esse subtilem, & dubiam.

Prædictis tamen non obstantibus, in casu superius firmato, contraria sententia est verior: nam præsupposito quòd ista lex admittat subintrationem, quod superius fuit negatum, tunc resultat clara cõclusio ex isto tex. † ꝙ iste nepos præferatur materteræ & amitę priuilegio sexus. nam nõ est dubitandum, ꝙ filius subintrans gradum matris, est in eodẽ gradu cũ matertera & amita, meritò præfertur matertetę & amitę priuilegio sexus, ꝑ tex.hunc, qui ad literã dicit, Masculus fœminæ pręferatur. & vbi est casus legis, nullus relinquitur dubitationi locus, sæpius citata l. ancillæ, & ibi Bal.C.de furt. Non obstãt allegata in ꝯrium, nam illud primũ de vitio matris ex l.quæsitum, §.Pomponius, ff. de acq. possess.cum simil.nimiùm durè & coactè trahitur ad istã materiam. † nã in gradu matris nullum vitium. nam ex quo plures non possunt succedere in feudo, pręfertur vel maior ætate, vel in capillo. ideoque in minore, vel maritata, in eius gradu non datur vitium, sed excluditur fauore maioris ætatis, vel capilli. & ideo in hoc casu non cohæret argumẽtum Blasc. quia in gradu nullum vitium.

Minus etiam obstat secundũ, quod adducit ratione inconuenientiæ: nam dicit ipse, Si mater viueret, excluderetur à sorore maiore, vel in capillo, per istũ tex. ergo non est dicendũ, ꝙ filius vincat vincentem matrem suam, contra regulam, Si vinco vincentem te, &c. quia ista ratio Blasc. etiam claudicat: nam ideo vincebatur mater, quia in ea non aderat vel priuilegium maioris ętatis, vel capilli, & nihilominus in filio adest priuilegiũ sexus, † qui vincit maiorem ætatẽ in fœmina,

mina; vt concludunt omnes hic per istam le7 gem: † vincit etiam priuilegium capilli, quòd priuilegium cessabat in matre, meritò non potest argui à matre ad nepotem, quia in nepote adest prærogatiua sexus, quæ si fuisset in matre, non fuisset exclusa, meritò nepos priuilegio sexus non excluditur, imò præfertur per istum tex. qui indistinctè lo-8 quitur, † cum in nepote cessat causa exclusionis, cessat effectus, c.cum cessante, de appella. Tiraquell. latè in tract. cessante causa.

9 Nec † obstat etiam decisio Martin. Laudens. & Præposi. adducta etiam per Blasc. in c.j. de eo, qui sibi & hæredib. suis. quia loquuntur, quando simpliciter excluditur fœmina: nam tunc excluduntur omnes, qui descendunt ab ea, siue masculi, siue fœminæ, quod secus est in isto casu. nam ista fœmina non excluditur à successione feudi, imò includitur; sed tamen præfertur altera ex priuilegio ætatis vel capilli, & tamen in nepote adest priuilegium sexus, quod vtrunque priuilegium vincit ex eadem lege, meritò in isto casu non loquuntur Martin. Lauden. & Præposit. & ideo nil facit eorum decisio ad istum casum, prout inferius in responsione vltimi argumenti deducam.

10 Non obstat † decisio And. in constitut. vt de successionibus. quia ipse loquitur, quando illa neptis venit ex persona matris, quod 11 secus est in isto casu: nam † quantumcunq; nepos subintret gradum matris, nihilominus succedit ex priuilegio, & persona propria, & non ex persona matris, vt notabiliter determinat Bart. in l. j. §. sed quid si nepos, & in l. j. §. sed quid si filius, ff. de coniungen. cum emancip. liber. quam decisionem magnifacit Franc. Aretin. in l. Gallus, §. instituens, ff. de liber. & posth. & tenent omnes in l. 2. C. de liber. præter. & idem Blasc. in repetit. istius legis, in 3. q. versi. 2. 3. prærogatiua. videtur determinare contrarium ex ista ratione illius, quod determinat hic.

12 Non † obstat decisio Salic. quam videtur sequi Alex. in consil. 23. vol. j. cum aliis similibus adductis per ipsum Blasc. nam eodem modo respondetur, quòd illę decisiones procedunt, quando nepos non posset aliter venire, nisi ex persona matris, prout loquuntur prædictæ decisiones. at in isto casu, vt dictum est superius, iste nepos quamuis veniat ex gradu matris, venit tamẽ ex persona propria, tanquàm masculus, qui ex dispositione istius legis præfertur fœminæ existenti in eodem gradu.

13 Nec † obstaret etiã si allegaret illa cõmunis opinio, de qua per Bal. in l. maximum vitiũ, C. de lib. pręter. & per Tiraq. in tract. primogen. q. 12. & per Brun. in tracta. de statu. excludentibus fœmi. in 6. par. in quibus locis volunt Doct. ꝙ si filia excludatur propter masculũ, ꝙ excluderetur etiã nepos masculus ex filia, quia dictę decisiones procedunt, quando fit exclusio fœminæ ob fauorẽ masculi: nam tunc verum est, ꝙ exclusa radice excluduntur omnes, qui descendunt ab ea, l. viua matre, C. de bon. mater. at ex ista lege admittuntur omnes eiusdem gradus ad successionem feudi. Verum quia feudum iure Francorum ad vnum tantùm peruenire põt, ideo in existentibus in eodem gradu dantur prærogatiuæ sexus, ætatis, & capilli. cum ergo tẽpore mortis Baronis reperiatur nepos ex sorore Baronis, qui subintrat gradum ma14 tris, qui certat cum materteris, certè † ex prærogatiua sexus debet præferri, quia per subintrationem fit proximior, sicut & cæterę; & ex persona propria, quia masculus. ideoque procul omni dubio debet pręferri ex dispositione istius legis; & ita tenendũ est, quamuis stante opinione vera, ista quæstio cessat, cum ista lex non admittit subintrationem.

S V M M AE.

1 *Ascendentes succedunt in feudo, secundum opinionem Blasc. Lanzæ.*
2 *Interpretatio fienda, ne pater priuetur luctuosa filij hæreditate.*
3 *Iura noua, et exorbitantia, extenduntur de persona ad personas.*
4 *Extensio in feudalibus fit de similib. ad similia.*
5 *Consuetudine stante, quæ vocat proximiores, ex ea vocatur pater.*
6 *Rubrica perfecta, disponit sicut Nigrum.*
7 *Lex ista non est extendenda ad ascendentes.*
8 *Inclusio collateraliũ, censetur exclusio ascendentium.*
9 *Omissum, censetur ex indicio omissum.*
10 *Frater est caput lineæ transuersalis.*
11 *Simili dictio, denotat eandem qualitatem.*
12 *Verba legis ubi non cõueniũt, nec eius dispositio.*
13 *Lege præsupponente aliquid, debet præsuppositũ probari.*
14 *Ratio illa, ne priuetur pater luctuosa hæreditate filij, nunquàm fuit recepta in feudis.*
15 *Arg. à legib. Romanis in feudis non recipitur.*
16 *And. loquitur contra tex. expressum.*
17 *Andr. distinctio vana.*

18 *Parentes verbum, secundum idioma Italicum comprehendit consanguineos.*
19 *Constitutiones Regni in successione transuersalium correcta.*
20 *Ascendentes in feudo antiquo non sunt propriè collaterales.*
21 *Amita, et matertera, et patruus, sunt collaterales.*
22 *And. etiam tenet in feudo nouo parentes non succedere.*

1 AT non erit ociosum quærere, † an pater, & cæteri ascendentes, succedant vigore istius legis? In qua quæstione Blasc. Lanz. in repeti. istius legis in 11.q. determinat ꝙ tam in feudo antiquo, quàm nouo, pater & ascendẽtes succedunt; & adducit rationem dicens, nam si vocati sunt fratres, & alij coniuncti ex illo latere, vnde feudum non peruenerit ad defunctum, multo fortius censetur inuitatus pater, qui maiorem habet cum filio coniun-
2 ctionem, & in gradu est astrictior, † & fienda est ista interpretatio, ne patri mors filij esset magis luctuosa, argu. tex. in l. j. C. de his, qui ante aper. tabul. & pro hoc adducit decisionem Andr. in c. j. in 2.3. col. de natu. success. feu. & in constit. vt de successionib. In feudo autẽ nouo, ꝙ succedat pater, arguit hoc modo, ꝙ ex quo iste tex. in successione feudi noui inuitat omnes collaterales, fortius intelligitur inuitare patrem, de quo minus videtur dubitari: nam omissis regulis iuris cõmunis, dicit ipse, in materia extensionum; attamen
3 ea est regula, † ꝙ iura noua etiam exorbitantia extenduntur de persona ad personam ex identitate rationis, vbi subest aliqua ratio fauoris. & adducit pro hoc glos. Bart. & Doct. ita dicentes in l. si constante, in 8.q. ff. solut. matri. & Alex. in l. miles, ff. de re iudi. & in l. si ita stipulatus, §. Grisogonus, ff. de verb. obliga. at in isto casu est maior ratio & fauorabilis, ne pater à filij successione excludatur, & succedãt alij in gradu vlteriori coniuncti,
4 ergo &c. Adducit & secũdò rationem, † ꝙ in materia feudali fit extensio de similibus ad similia, etiam in exorbitantibus, & etiã si esset apposita dictio taxatiua, vt est tex. in c. j. §. porrò. quæ fuer. prima cau. benefic. amitt. & idem And. ibi, qui legit illum tex. sub §. sed etsi delator. in 4. col. in fine. ergo potest dici, quòd licèt tex. non loquatur de patre, idem intelligendum est de eo, quod de aliis hic vocatis: quia si Princeps de patre fuisset interrogatus, certè idem dixisset: ergo sic intelligendum est, & interpretandum, iuxta glos. not. in l. tale pactum, §. fin. ff. de pact. pro quo facit, quamuis ipse non allegat, decis. Afflict. in c. j. col. 3. de natu. suc-
5 cess. feu. ubi decidit, † quòd stante consuetudine Neapolitana, quæ vocat proximiores ad successionem, in hac successione intelligunt vocati pater, & cęteri ascendentes.

Attamen non obstantibus prædictis, contraria sententia, & opinio est verior, & ideo amplectenda, quæ opinio fundatur in isto tex. Et primò in rubrica istius tex. quę dictat
6 de successione collateralium; † quæ cum sit perfecta, disponit sicut & Nigrum per ea, quæ scribunt Doctores, maximè Dec. & Moderni, in rubr. ff. si cert. petat. & sic in ista rubri. arguit Corn. in consil. 199. nu. 38. vol. 2.
7 Cum † ergo ista lex loquatur de successione collateralium in feudis, non est extendenda ad ascendentes, qui omni iure excluduntur à successione filij in feudis, vt est tex. & ibi annotant omnes, de natu. success. feud. & in constit. foriudicatorum bona, vbi expressis verbis cauetur, ꝙ ascendẽtes nõ succedũt in feudo. cum ergo tex. iste tam in Nigro, ꝗ in Rubro disponat de success. transuersaliũ, non debet fieri extẽsio ad successionẽ ascen-
8 dentium: quia † cũ Rex admisit ad successionem feudi collaterales, finita linea descẽdẽtium, censetur lineã ascendentium excludere, arg. tex. & quæ ibi annotant Docto. maximè Iacobin. in l. cum prætor, in princ. ff. de iudic. nã facilè fuisset Regi Iacobo, sicut vocauit lineã transuersalem, vocare etiã lineã
9 ascendentẽ, † quod & si non fecit, videtur ex iudicio dimisisse, argu. tex. in l. j. §. sinautem ad deficiẽtis, C. de cadu. toll. per quem tex. dicit ibi Bald. ꝙ illud, quod non loquit̃ Princeps, nec velle præsumitur. quę opinio efficacius probatur in ipso tex. istius legis: nã sta-
10 tuit, ꝙ mortuo fratre succedat frater, † ꝗ est caput, & principiũ gradus lineę trãsuersalis, vt habet̃ Instit. de gradib. & in l. j. ff. eo. titu. vbi Caius Iurisconsul. declarat fratrem esse caput successionis transuersaliũ, & esse in secundo gradu, cũ nõ possit primũ gradum obtinere, & nõ existẽte fratre admittit liberos eius, vsq; ad trinepotẽ, & sic solã lineã transuersalem admittit. deinde subiungit, ꝙ omnibus personis feudatario, seu subfeudatario, simili gradu coniunctis, eodem ordine admittẽdis. in quibus verbis clarissimè ex-

primitur

primitur voluntas Principis, ꝙ voluerit tantummodò admittere transuersales ad successionem feudi, postq̃ expressit oẽs alias personas cõiunctas feudatario, vel subfeudatario, ne includerentur ascendentes, adiecit notulam separationis, scilicet simili gradu coniũ 11 ctis. † quę dictio, simili, denotat eandem qualitatem, vt declarat Bal. post Arist. quem allegat, in l. j. col. j. C. quę sit lõg. cons. nõ enim sunt simili gradu coniuncti ascendentes collateralibus, imò dissimili gradu, vt patet ex Caio in d. l. j. in princ. ff. de gradib. succes. vbi dicit, ꝙ alius est ordo ascendẽtium, alius descendẽtium, & alius collateralium, ꝙ & Rex Iacobus, cum magis dilucidaret, expresit non solum dicens, simili gradu coniunctis, sed etiam eodem ordine admittendis, scilicet eodem ordine collateralium, & non ordine ascendentiũ: nam ordo ascendentium non esset idem, sed alius. idemq́; expresissimis verbis tex. istius legis admittit tantummodò collaterales, & nullatenus ascẽdẽtes. & ꝙ prædicta sint vera, demonstratur ex dua-12 bus regulis iuris cõmunis; vna, quę dictat, † ꝙ vbi non conueniunt verba legis, nec conuenit eius dispositio, l. 4. §. totiẽs, ff. de dam. in-13 fec. & ibi Doct. Altera, q̃ habet, † ꝙ quotiẽscunq; lex loquitur, & præsupponit aliquid, nunquàm verificatur eius dispositio, nisi verificato, & præsupposito, vt tenet glos. quam cõmuniter sequuntur ibi Doct. in l. si mancipia, C. de furt. cũ ergo verba istius legis vocãt proximiores, ad successionem feudi sub clausula iuris Francorum, ista verba non cõueniunt ascendentibus: nam inauditum est, ꝙ inter ascendentes fuerit aliquando inductum ius Francorum, nã primitus fuit receptũ tantùm inter descẽdẽtes, ut scribit And. in d. constit. ut de successionibus, qđ postea per istam legem fuit extensum ad collaterales. Attamen nunq̃ fuit auditum, ꝙ tale ius Francorum fuerit seruatum, nec ꝙ posit seruari in successione ascendentium. & quãuis posint uerificari illa uerba, masculus fœminæ præferatur, quomodo uerificabuntur illa uerba de fœmina existente in capillo? ideo nec uerba conueniunt, nec præsuppositũ potest uerificari; meritò ascendentes non uocantur ab ista lege.

Non obstat ratio Blasc. quòd debet fieri interpretatio, ut succedat pater, ne priuetur 14 luctuosa hæreditate filij: † nam ista ratio in successione feudi nunq̃ fuit recepta, nec ex consuetudinibus feudorum, vt patet in c. j. de natu. success. feu. & in constit. foriudicato-15 rum bona, † & in successione feudorum non arguitur, nec recipitur argumentũ à legibus Romanis, nec simile, vt est glo. & ibi Docto. annotant in c. j. de feu. cognit. Nec obstat auctoritas And. in c. j. in 2. 3. col. de nat. success. feud. in constit. vt de successionibus. nã And. 16 non bene fundat intentionem suã: † nam loquitur contra tex. expressum in d. constitut. foriudicatorum bona, quæ constitu. repellit ascendentes à successione feudi, quæ cum indistinctè loquatur, indistinctè debet intelligi, etiam si sit maior ratio in vno casu, quàm 17 in alio, vt probat tex. in l. j. ff. de aleator. † & ideo redditur vana distinctio And. de feudo nouo, & antiquo, cum lex ipsa indistinctè loquatur. sciuisset enim Imperator distinguere, si voluisset: meritò indistinctè intelligenda est, l. de precio, ff. de public. & faciunt ea, quæ scribit Cicero in 2. Rethor. de Inuent.

Non obstat tex in quo se fundat Andr. in constitut. si quando. in verbo, parentes. quia 18 † illud verbum, parentes, in dicta constit. positum, non accipitur propriè, sed secundum vulgare idioma: nam vulgares, parentes vocant consanguineos, vt est tex. & ibi Bald. & Doct. omnes in c. j. in verbo, parentibus. quẽ adm. feu. ad fœmi. pertin. & est glo. in clem. j. de iureiur. & ibi Docto. & Barba. in repet. l. cum acutissimi, sub nu. 116. cum sequent. C. de fideicommiss. Quapropter præstantissimus Doctor Barthol. de Capua in d. constitut. foriudicatorum bona, determinauit contra And. quòd parentes nõ succedunt in feudo multis rationibus, quem refert, & sequitur ibi Afflict. nihilominus quicquid sit, An-19 dr. mouetur per constit. Regni. & tamen † in successione transuersalium dictæ cõstitutiones sunt correctę, vt patet in fine istius legis, per quã sic determinat Guliel. de Pern. in cõsi. 21. vidi ꝓcessum Solarini, in 2. col. ideoq; non est expressum de descendentibus in ista lege, non est curandũ quid disponant Regni constitutiones, quæ sunt correctæ.

20 Non obstat, † quòd ascendentes in feudo antiquo iam sunt collaterales, quia non simpliciter, sed sunt collaterales ascendentium; & tamẽ ista lex vocat proprios collaterales, & nõ abusiuos descẽdẽtes, vt pater & mater, ẽ respectu vltimi decedentis nõ sunt collaterales, quos vocat ista lex. Nõ obst. decis. Afflict. in d. c. j. col. 3. de nat. success. feud. quia

conſuetudo vocabat proximiores ex parte patris,meritò cenſetur vocaſſe aſcendentes. at iſta lex vocat collaterales, meritò non cõprehendit aſcendentes. ideoq; patet, ꝙ iſta lege excluduntur aſcendentes,& admittuntur ſolummodò collaterales. Nec huic deciſioni contradicit Guliel. de Pern. in lectura iſtius legis, dum decidit patruum ſuc-

21 cedere nepoti, † quia patruus,amita, & matertera, ſunt collaterales, vt eſt tex.in l. j. §. tertio gradu,& Inſtit.de gradib.§.tertio gradu. quamuis ſint ex deſcendentibus.meritò ex iſta lege,quæ admittit trãſuerſales,in ſucceſſione feudi comprehenduntur. ideoque ſtat firma opinio,ꝙ aſcendentes non admittuntur ex diſpoſitione iſtius legis, quæ tantummodò vocat collaterales ad ſucceſſionẽ feudi. quæ opinio multo magis procedit in feudo nouo,in quo And.in conſtitut. foriu-

22 dicatorum bona, poſt gloſ.tenet, † quòd pater, & aſcendens in feudo nouo non ſuccedit, & idem tenet And.& ibi Afflict.in d.c.j. de natu.ſucc.feu. nec eſt aliquid innouatum per iſtam legem,quæ quamuis admittat fratres,& tranſuerſales ad ſucceſſionem feudi, etiam noui; attamen nil dicit de patre & aſcendentibus, meritò non poteſt de vno ad alium argumentari per ea, quæ ſuperius dicta ſunt, & in indiuiduo determinat Saccuraſa in compendio ſuper c. Volentes, dum tractat de ſucceſſione tranſuerſalium, & ſequitur Iacob. Chirc.in addit. ad dictum tractatum Saccuraſæ in loco præcitato,quicqd dixerit Blaſc. Lanz. qui tamen nutabundus loquitur, & non affirmat ſuam opinionem.

*S V M M AE.*

1 *Ius Francorum non eſt aliud,niſi admiſſio primogeniti excluſis alijs.*
2 *Ius Frãcorũ obtinuit primò inter deſcendentes.*
3 *Conſtitutionem per iſtam fuit elargatum ad tranſuerſales.*
4 *Tiraquell. notatur.*
5 *Ius Francorum continet tres prærogatiuas.*
6 *Prærogatiua capilli in eodem gradu inter fœminas potentior eſt.*
7 *Princeps ſi voluiſſet, expreſſiſſet.*
8 *Leges poſteriores interpretantur à prioribus.*
9 *Regula prædicta procedit, quando prior lex non eſt correcta.*
10 *Interpretatio nõ ſumitur,nec arg.à lege correcta.*
11 *Vxor ſine dote regulariter non ducitur.*
12 *Legi nõ poteſt quis addere, nec eã interpretari.*
13 *Maritata,verbũ eſt verbũ clarũ,et nõ abuſiuũ.*
14 *Matrimoniũ põt eſſe ſine dote, et non è contra.*
15 *Aequitas non ſcripta,nõ præualet rigori ſcripto.*
16 *C.Papæ Honorij paucis additis, fuit redactum in iſtam conſtitutionem.*
17 *Opinio recepta tenenda eſt, quamuis altera ſit verior, et communior.*
*Oportet vt ſit maritata de bonis illius,de cuius ſucceſſione agitur. num.18.*

His explicitis deuenio ad alteram partem tex. in qua expreſſis verbis dilucidat iſtam ſucceſſionem introductam à Iacobo Rege,fuiſſe introductam ſub clauſula iuris Francorũ,

1 †quod ius Francorum non eſt aliud, niſi admiſſio primogeniti, excluſis cæteris fratribus, vt probatur in c.licet, & ibi Doctor. de vot.& in conſtitut. vt de ſucceſſionibus, vbi And.& Docto.& per And.& Docto.in c.j.§. præterea Ducatus, & latiſſimè per Martin. Laudenſ.in tracta.ſuo de primogen.Ioã.Li-

2 cier.& Tiraquell. in tracta.de primogen.† ꝙ ius Francorum à principio non obtinuit,niſi inter deſcendentes,vt tenet And.in dicta cõſtitu .vt de ſucceſſionibus,quem refert,& ſequitur Guliel.de Pern.in conſ.7.& conſ.21. & in lectura iſtius legis in verbo, conceden-

3 dis. & † per iſtam legem poſtea fuit elargatũ ad ſucceſſionem collateralium; ſtante iſta lege conſuluerunt Aretin.conſil.162. diligenter. & Socin.conſil.252. viſis inſtrumentis.

4 ideoq; apparet, †non bene perſpexiſſe Tiraquel.in tracta.de primogen. q.41.dũ aſſerit ius primogenituræ comprehendere de iure

5 ſucceſſionem tranſuerſalium: †nam circumſcripta hac lege, hoc non eſt verum per prædicta,quod ius Francorum continet tres prętogatiuas, gradus ſcilicet, ſexus, & ætatis, quarum potẽtior eſt ſexus maſculini,vt ſcripſi ſupra,& non opus eſt hic repetere.verum

6 † quòd inter exiſtentes fœminas in eodem gradu, potentior eſt prærogatiua capilli, quàm maioris ætatis,in ea tamẽ, quæ eſt maritata. ideoq; ſuper his verbis tex.ſunt multæ quæſtiones examinãdæ. Et primò,an iſta conſtitutio,quæ repellit maritatam à ſucceſſione,intelligatur etiam,vt requiratur, vt ſit maritata ſoror,& etiã dotata, vt repellatur; & iſte tex.videtur decidere, ꝙ ſufficit, ꝙ ſit

7 marita: † nã ſi voluiſſet,facilè potuiſſet Rex Iacobus exprimere, ſicuti expreſſit Rex Fredericus in conſtit.vt de ſucceſſionibus.Cum ergo non expreſſit,non abſq; iudicio cenſetur

tur omisisse, argum. tex. in l. j. §. sin autem ad deficiẽtis, C. de caduc. tollen. & eorum, quę ibi scribit Bald. & faciunt ea, quæ adduxi in aliis locis istius legis à Cicerone in 2. Rethor. de Inuentio. & ista opinio de rigore iuris est verior, nam nihil est in contrarium, quod legitimè repugnet.

Nõ obstat ratio adducta per Blasc. in his, in 14. q. quòd ex quo est expressum hoc in 8 constitutione, vt de successionibus, † quòd debet ista secũdum illam interpretari, nam leges posteriores interpretantur ab anterioribus, l. nam & posteriores, ff. de legib. l. sciẽdum, & ibi Docto. ff. qui satisda. cogant. nã huiusmodi argumentum est nugacissimum, 9 † nam illa regula est vera, quando lex ante- 10 rior non est correcta: † nam à lege correcta non sumitur argumentum, nec interpretatio posterioris legis à lege correcta, vt per glos. in c. contra Christianos, de hæretic. lib. 6. sic argumentatur Anton. de Alex. in consil. vlt. inter consi. Loffred. Certè voluit hoc Imol. quem ipse nõ allegat, in l. si verò, §. de viro, in 3. col. ff. solu. matrim. cum ergo ista lex in ista successione transuersalium corrigat penitus dictam cõstitutionem, vt de successionibus, vt probat tex. iste in finalib. verbis, durum est, imò absurdum interpretari ea lege correcta. Nec etiã facit aliquid ratio adducta per Andr. in c. j. col. 6. versic. de æquitate durum est dicere. de natura successio. feud. vbi dicit, quòd iste tex. loquendo de cap. Papæ Honorij, quòd est idem cum isto tex. durum dicit. maritatam enim intelligit etiam & dotatam, respiciendo frequen- 11 tiam, † quæ est vt non ducat quis regulariter vxorem sine dote, nam ista ratio est infirma cũ ista lex non considerauit aliud, nisi quòd maritata exiit semel de domo, & familia patris. & ideo præfert eam, quæ est in capillo, hoc est in familia patris. & cõsiderare, quòd sub illo verbo, maritata, intelligatur etiam & dotata, est diuinare, cum facilius poterat 12 Legislator hoc exprimere, † & non est cuiusquam interpretari, & addere legi, vt scribit Bal. in consil. 110. incipient. sanctissima Regina, inter consilia Angeli. quod etiam Cicero affirmat in loco superius citato, scilicet 13 in 2. lib. Retho. de Inuentio. Cum ergo† verbum, maritata, sit verbum clarum, & non ambiguum, addere & dotatam, non esset inter- 14 pretari, sed addere dictæ legi: † nam matrimonium potest esse, & consistit sine dote, quamuis dos sine matrimonio non cõsistat, l. 2. ff. de iure dot. ideoq; cum Legislator figat pedes in exclusione sororis maritatæ, non est cuiuslibet adiicere, & dotatæ, quia non esset interpretatio, sed additio, quod non pertinet ad interpretes, sed ad Legislatorem, vt Bal. dicit in dicto consil. 110. incipien. sanctissima Regina.

Nec obstat etiam quatenus dicit And. in loco superius citato, quòd de ęquitate sic est 15 intelligendum, † quia nunquam præualuit æquitas non scripta rigori scripto, vt probat tex. in l. prospexit, ff. qui, & à quib. & volunt Doct. in l. placuit, C. de iudic. maximè Paul. de Castro. & quamuis ista opinio esset vera, & non facilè potest eneruari, quam opinionem contra Andr. tenet Alber. Brun. in tractat. de mascul. exclu. fęm. membr. 4. par. 6. q. 18. Attamen contraria opinio est tenenda, quòd ita demum excludatur primogenita maritata, si fuerit dotata: nam ita interpretatur istam legem And. in d. c. j. de natu. success. feud. nam quamuis loquatur Dec. Pa- 16 pæ Honorij, † attamen illud cap. Papæ Honorij fuit per Regem Iacobum paucis additis redactum in istam legem, & Andr. sequitur ibi Afflic. & Loffred. in additio. ad And. eandem opinionem tenent glos. And. & Afflict. in constit. vt de successionibus, & Blasc. Lanz. in Repet. istius legis, q. 14. & in consilio, quod fecit in causa propria Castanię, Gulielm. de Pern. in consil. 12. Petrus de Gregorio in tracta. de concessione feudorum, in 4. par. prĩc. q. 5. & nemo discrepat ab ista opinione, nisi Brun. in loco pręcitato, quem ego 17 viderim, & fuit recepta, meritò tenenda: † qa illa opinio est tenenda, quę fuit recepta, quã uis altera sit verior, & communior, vt latissimè comprobat, ac firmat Dec. post cæteros, quos allegat, in c. at si clerici, in princip. col. 17. de iudic. quanto magis est tenenda ista opinio, quam tenet Andr. à quo nemo discrepat, quinimò plures nuncupatim sequũtur. Ideoq; oportet, vt excludatur soror primogenita, vt sit maritata & dotata, non sufficit esse maritatam; & non solùm oportet es- 18 se dotatam, † sed hoc non simpliciter sed de bonis illius, de cuius successione agitur. sic intelligit glos. in d. constitu. vt de successionibus, in §. ex collaterali, in verbo, coniugatę, & in verbo, dotatæ, & ibi Andr. & Afflict. idem Andr. in c. j. & ibi Afflict. de natu. success. feud. & Bald. in l. j. C. de legit. hæred. &

sequuntur

sequuntur communiter Doct. Corn. in consil. 42. col. 3. vol. 4. Anchar. consil. 80. Corn. consil. 74. lib. j. Ias. in l. vt liberis, C. de coll. Beltran. consil. 145. viso themate, lib. j. Bal. consil. 10. lib. 2. Dec. consil. 279. col. final. & consi. 389. & Petrus à Gregorio in d. tracta. de concess. feud. in 4. par. princip. q. 5. vers. istam conclusionem. & faciunt ea, quæ dicẽtur in sequenti quæstione.

*SVMMAE.*

1 *Sororem fuisse dotatam de bonis patris sufficit, vt excludatur.*

*Idem censendum, si fuerit dotata ab auo. nu. 3.*

2 *Frater et hæres patris, cum patre censentur vna persona.*

4 *Soror, vt repellatur à successione, oportet vt sit dotata ab eo, de cuius successione agitur.*

5 *Pater & filius non sunt vna, & eadem persona simpliciter.*

6 *Penè & intelliguntur dictio, denotant fictionẽ.*

7 *Hæres hæredis & c. regula, procedit, quando tractatur de commodo, vel incommodo.*

8 *Veritate, non opinionibus, statuitur ius.*

9 *Opinio vltima relata censetur approbata.*

10 *Filio succedente desinit esse feudum patris.*

11 *Filij aditione desinit esse hæreditas patris.*

12 *§. filiæ autem, in constit. vt de successionibus, nullam patitur restrictionem.*

*Qui declaratur. num. 14.*

13 *Præcedentia ex subsequentibus declarantur.*

15 *Qualitas adiuncta verbo, debet secundum tempus verbi interpretari.*

16 *Dotata de bonis patris, censetur dotata à filio, & sic à fratre.*

17 *Pater dotando, censetur dotasse contemplatione filij.*

18 *Opinio glos. vera, et communis.*

19 *Afflict. notatur. et nu. 21.*

20 *Alij dicunt, quando dicitur, non censetur approbata illa opinio, sed prima.*

SED discutiendum est, an cum tractetur de successione fratris, an sufficiat sororem fuisse maritatam per patrem de bonis ipsius patris? Et glos. in constit. Regni in verbo, cõiugatæ, tenet † quòd sufficit fuisse dotatam (1) per communem patrem de bonis ipsius patris, quia debet esse contenta de eo, quod accepit in die votorum suorum, iuxta Longobardam de successio. l. si pater. & idem tenet glos. in eadem constit. in verbo, dotatæ. pro qua glos. Andr. in c. j. in 5. col. nu. 17. de natur. success. feud. adducit vers. dictæ constit. filij autem fratruum. quasi sufficiat habuisse dotem ab eo, cuius fuit feudum, in quo petitur succedi, † quia & hæres, & frater cum patre dotante, videntur vna persona, C. de in (2) puber. & ali. substit. l. fin. & subiungit Andr. † quòd idem censendum, si ab auo, & proauo, cuius fuit feudum, esset dotata, quia hæres hæredis testatoris censetur hæres, l. fina. (3) C. de hæred. instit. & de verb. signific. l. sciendum. & subdit And. quòd hic est communis intellectus ad dictam constitutionẽ, & And. sic intellectũ refert, & sequitur Blasc. Lanz. in Repetit. istius legis, in 15. q. & Petrus de Gregorio in d. tracta. in 4. part. in 5. q. Hanc opinionem tenet etiam Guliel. de Pern. in lectura istius legis, in verbo, maritata. nihilominus dicta opinio non videtur vera. nam cum sit communis opinio superius recitata, quòd quotiescunq; mulier dotata repellitur (4) à successione, debet esse dotata de bonis illius, de cuius successione agitur. Cum ergo de successione feudi fratris agatur, oportet ergo vt sit dotata de bonis ipsius fratris, iam consequitur quòd repelletur à successione patris, à quo fuit dotata, & non fratris, vt saluetur dicta communis opinio. Non obstat, † ꝙ pater & filius sunt vna & eadem perso- (5) na, quia non est verum simpliciter, sed quò ad quid. sic determinat Bart. in l. si dubitetur, §. filius, ff. de fideius. & ponderanda sunt verba in dicta l. fina. C. de impuber. & aliis substit. † scilicet, penè & intelliguntur, quæ (6) denotant fictionem, quę non inducitur, nisi suadente æquitate, vel necessitate, l. deniq;, & l. nec vtilẽ, ff. quib. ex caus. maio. & latissimè scribunt Bart. & Docto. in l. si is, qui pro emptore, ff. de vsucap. sic intelligit Curt. iunior in d. l. fina. nu. 5. C. de impuber. & aliis substit. & certè nulla æquitas in hoc casu hęc fingit, vt excludatur soror, & maior à successione feudi fratris ob dotem ei datam à patrẽ. & ideo ista ratio prima Andr. est inefficax. nec etiam altera ratio adducta per eum, quod hæres hæredis, &c. si põt vẽdicare sibi locum in isto casu, † quia illa regula proce- (7) dit, quotiens tractatur de commodo, vel in commodo hęredis. at in isto casu nil facit dicta regula, cum tractetur de admissione, & exclusione sororis in feudo fratris, quæ nullum participium habet in hæreditate patris, quò ad hunc effectum, meritò talis argumẽ

tatio

ratio est diluta, & inefficax.

Non obstat, quòd communis intellectus, vt asserit Andr. sit ille, quem scribit & sequi 8 tur glos. quia oporteret esse verum, † quia non opinionibus, sed veritate est statuendũ ius, l. 2. §. sanè, C. de vete. iur. enucle. & dicebat Dominus Mosi Exodi 27. cap. Non acquiesces sententiæ multorum, vt à veritate deuies. & quamuis Blasc. Lanz. & Petrus de Gregorio dicant, quòd Andr. teneat opinionem glo. in c. j. col. 5. de natur. success. feud. 9 Attamen† videtur Andr. tenere contra glo. nam subdit, quòd alij non extẽdunt dictam constitutionem, nisi ad casum, de quo loquitur: quia constitutio est odiosa, & ideo oportet, vt sit dotata de bonis eius, de cuius successione agitur, nam nõ sufficit feudum fuis10 se paternũ. Nam † postquàm successit filius, desinit feudum esse patris, & dicitur feudũ filij, argum. tex. in l. Paulus, ff. de acquir. hæ11 redit. cum similib. nam † per aditionem hereditatis à filio, desinit esse hereditas patris. & quamuis ipse alleget tex. i l. sed si plures, §. j. ff. de vulga. & pupill. substitut. attamen de hoc est glos. & ibi communiter Docto. in l. j. §. veteres, ff. de acquir. hæred. ideoque Andr. videtur tenere istam vltimam opinionem, per eum relatam per ea, quæ scribunt Doctor. maximè Felin. & Dec. in c. j. col. fin. de constit. & tanquam istam opinionem tenentem And. adducit Luc. de Penn. in l. fin. col. pen. quan. & quib. quat. par. deb. lib. 10. & istam opinionem Andr. vltimò relatam, & sic intellectam ab eis, sequuntur Afflict. & Sigism. Loffred. in d. c. j. de natura succes. feud. Afflict. scilicet in lectura, & Sigism. in additio. ad Andr. & idem Afflict. & Sigism. in cap. j. §. quin etiam. Episcop. vel Abb. qui plura adducunt in dictis locis pro confirmãda ista opinione. eandem opinionem latissimè prosequitur Luc. de Penn. in d. l. fin. col. pen. C. quan. & quibus quar. par. deb. lib. 10. vbi attestatur hanc esse communem, & veram opinionem, & specificis verbis asserit Andr. istam opinionem tenere in d. cap. j. de natu. success. feu.

Prædictis tamen non obstantibus, tenenda est opinio glos. in d. constit. vt de successionibus, quod soror dotata de bonis patris excludatur à successione fratris: nam efficaciter hæc opinio probatur in dicta constitutio. vt de successionibus, in vers. filij autem, & vers. cæterum. in quibus locis disponitur, quòd filiæ in capillo præferuntur maritatis, & dotatis de bonis patris, etiam maioribus, 12 † q tex. nullatenus patitur restrictionem, vt intelligatur tantùm, si tractetur de successione patris, quia ista restrictio esset cõtra tex. in dictis locis: nam antea non tractauit dicta constitutio, nisi de collaterali successione, ideoq; d. §. filiæ, & cæterum, veniunt ad declarationem successionis collateralium, 13 quæ est proxima præcedens: † nam ex subsequentibus declarantur præcedentia, argum. tex. in l. si seruus plurium, §. fin. ff. de legat. j. vbi glos. & Docto. maximè Angel. & in specie Afflict. in c. j. col. 11. vers. 3. de natu. suc14 cess. feu. † & quòd ille §. filiæ, cum sequenti, loquantur in successione fratris, demonstrant verba illius tex. dum dicit, filiæ autem in capillo post mortem patris in domo manentes maiores sorores coniugatas, & dotatas de bonis patris, excludunt. Ex quibus verbis satis efficaciter demonstratur, quòd non possunt adaptari ad successionem patris sed fratris, cũ dispositio & verba illius tex. loquantur de sororibus, quæ remanserunt post mortem patris, manentibus in domo in capillo, vt præferatur sororibus maritatis & coniugatis. Non ergo possunt intelligi dicta verba de successione paterna, quia non esset verum, quòd excluderent sorores, & coniugatas, & dotatas, tanquam existentes in ca15 pillo in domo post mortẽ patris: † quia qualitas adiuncta verbo, debet secundum tempus verbis interpretari, l. in delictis, §. si detracta, ff. ad leg. Aquil. ideoq; dictus §. si filiæ, non potest intelligi, nisi de successione, quæ contingit post mortem patris, quæ non est alia, nisi successio fratris, de qua loquitur §. coniugatæ. ad cuius declarationem, & determinationem, tendit dispositio dicti §. filiæ. cum ergo ibi sit casus legis, nullus relinquitur dubitationi locus, l. ancillæ, & ibi Bald. C. de furt. Et quamuis verba dictæ constitutionis in §. filiæ, propriè loquantur de successione transuersalium, attamen comprehendunt etiam multo magis successionem descendentium per ea, quæ dicit Guliel. de Pern. in consi. 2. col. 4. incipien. serenissimus Rex. & ideo nimirum, si glos. in d. constit. vt de successionibus, intelligat vers. cæterum. & pariformiter procedere in successione trãsuersalium, & sic fratris, & in d. §. filiæ autem. intelligit de successione descendentiũ: nam nõ aduersatur sibimet, sed interpretandum,

quod

quod senserint procedere in vtraq; successione,& dictum §. filiæ autem, allegat pro ca sit vltra glos. Andr. in d. constit. vt de successionibus, col. 5. Pern. in lectura istius legis, & Blasc. in locis superius citatis. pro quo facit decisio Bal. in cõsilio allegato per Brun. in tracta. de mascul. exclu. fœmin. in 6. q. ver 16 sic. quarto casu, in j. q. vbi dicit, † quòd dotata de bonis patris, censetur esse dotata ab ipso filio fratre sororis: nam clarum est, quòd stante dispositione constit. in aliquibus, frater vt excludat sororem, oportet eam dota-17 te, secundum paragium. ideoq; † si dotat pater, censetur dotem constituisse contemplatione filij, qui successurus erat in feudo; & sic censetur, quòd filia sit dotata à fratre, argum. tex. in l. dedit dotem, ff. de collat. Et quia ex dispositione d. l. dedit dotem, isti casus æquiparantur, dotata à fratre, vel à patre contemplatione ipsius fratris, meritò statutum superueniens in vtroq; casu militat; & iste Doctor plura dicit ad propositũ, quem refert & sequitur Brun. in loco præcitato: quæ decisio. determinant hanc quæstionem, & istam interpretationẽ videtur sequi Paul. de Castro in consil. 91. col. j. dum dicit doctrinam Bal. in d. l. j. C. de legit. hæred. procedere, quando statutum simpliciter diceret; quòd dotata non succedat: secus vbi vltra progreditur. at in isto casu ista cõstitutio Regni postquàm dixit simpliciter coniugatas, & dotatas excludi à fratris successionibus, postea aperit in dicto versi. filiæ, de quibus bonis oportet esse dotatas, scilicet de paternis. & istum intellectum ad constitutionem Regni in indiuiduo allegans Paul. de Castr. in tribus consiliis tenet. Alex. in consil. 29. col. fin. nu. 6. vol. j. & hanc opinionem tenet Anchar. in cons. 168. in j. col. vbi dicit, quod cum statutum excludat dotatam à successione plurium, sufficit ab vnò fuisse dotatam: Cum ergo constitu. Regni excludat maritatam, & dotatã à successione patris & fratris, sufficit ergo quòd fuerit dotata de bonis patris, vel fratris. ideoq; Anchar. determinat pro hac parte, & hãc opinionem tenet Corn. consi. 42. num. 9. vol. 3. vbi plures Doctores 18 refert, tenentes hanc opinionem, † & re uera est verior, & magis communis, quam tenent Glos. & Andr. & omnes alij, quos supra citaui, scilicet Paul. de Castro, Anch. Corn. & Alex. & è nostris Gulielm. de Pern. Blasc. Lanz. & Petr. de Gregor. in locis præcitatis, & Io. Aloys. à Septimo in apostillis ad hanc legem.

Non obstant adducta in contrarium, quia omnia illa argumenta tendunt contra expressam decisionem dictæ constitutionis, vt de successionibus, §. filiæ autem, vt superius declaraui. & ideo corruit primum argumentum Andr. seu aliorum, quòd illa constitutio non debet extendi, nisi ad casum, de quo loquitur, vt sit dotata de bonis eius, de cuius successione agitur: nam dicta constitutio non extenditur, quia loquitur etiam de successione fratris, & non potest aliter intelligi, & nihilominus determinat sorores in capillo excludere maiores sorores dotatas de bonis patris: ideoq; argumentum futile, ac nugacissimum, & contra expressam decisionem illius tex.

Non obstat secundum argumẽtum, quia non dotata à fratre, & de bonis fratris, de cuius successione agitur, sed de bonis patris, quia hoc ipsum determinat dicta constitutio, vt superius dixi: & argumentum procederet, quando constitutio simpliciter diceret, quòd dotata excludatur à successione fratris. sed constitutio Regni in d. §. coniugatę, vt sufficiat esse dotatam de bonis patris: nã cum excludat maritatam tam à successione patris, quàm à successione fratris, sufficit à quolibet ipsorum fuisse dotatam, vt responderunt Paul. de Cast. Anchar. Corn. & Alex. in consiliis præcitatis. & ideo cessant omnia alia argumenta, quę tendunt, quòd aliud est feudum patris, & aliud feudum fratris: nam esto quod sic esset, nil facerent contra dictam opinionem.

Non obstat inductio Afflict. in d. cap. j. de natur. success. feud. in tt. col. vers. 3. vbi in-19 ducit tex. in d. §. filiæ autem. † nam ille tex. vt superius declaraui, probat contra eum; & non est verum, quod ipse dicit, quòd §. ille loquatur de successione patris præcisè, cum in eo verbum nullum de hoc: quinimò non potest aliter intelligi, nisi de successione fratris, cum loquatur de sororibus remanentibus in capillo, post mortem patris, & manentibus in domo, vt excludant sorores dotatas & coniugatas: nam istę qualitates, quòd maneant in domo post mortem patris, non possunt verificari in successione patris, quæ statim defertur filio eo mortuo, l. cum quæritur, cum similib. de inoffic. testam. ideoque non potest intelligi, nisi de successione fratris

tris ad declarationem §.coniugatę, quamuis comprehendat etiam ex maioritate rationis etiam successionem patris, vt dixi ex Guliel. de Pern. in dicto consi.2.col.3. ideoque apparet euidenter quàm friuola sunt illa, quæ dicuntur in contrarium.

Non obstat auctoritas Andr. in dict. constit. vt de successionibus, in 5.col. quia Andr. ibi, & in aliis locis, semper tenuit opinionē glos. Et quatenus dicebatur, quòd censetur approbasse illam opinionem, quam vltimò loco recensuit, iuxta glos. in l. qui filium, §. Sabinus, ff. ad Trebell. & scribunt Moderni,

20 Felin. & Dec. in c.j. de constit. nam † verum esset, nisi Andr. diceret, alij dicunt: quia tūc illa opinio non censetur approbata, sed prima, vt scribit Dec. in loco præcitato, & opinionem glo. semper sequutus fuit And. tam in dicta constitut. vt de successionibus, & in constit. in aliquibus, in pluribus locis.

Nec obstat auctoritas Andr. adducta per

21 Afflict. † quia iste Doctor habet oculos plus quàm lincæos, nam vidit ea, quæ nusquam sunt: nam in illo loco Andr. loquitur de successione matris, & nihilominus semper se refert ad glos. in constit. vt de successionibus, quam semper, & vbiq; sequitur. & illa interpretatio facta per Reginam Ioannam, est cō tra verum intellectum dictę constitutionis, seruiet tamen in Regno Neapolis. at in isto Regno seruatur opinio glos. vera, & communis, à qua nullus Siculorum, quem ego viderim, discrepat. ideoque remanet firma conclusio, quòd dotata de bonis patris excluditur à successione fratris per sororem in capillo.

*SVMMAE.*

1 *Soror vnica etiam maritata et dotata, succedit excluso fisco. et nu.2.*

3 *Soror excluditur non vt succedat fiscus, sed vt præferatur soror in capillo.*

4 *Constitut. vt de successionibus, quamuis in principio loquatur de successione descendentium, complectitur etiam successiones transuersalium.*

5 *Intellectus §. filiæ autem, constitut. vt de successionibus.*

6 *Priuatio præsupponit habitum.*

7 *Statutum excludens fœminas propter masculos, vendicat sibi locū, si superfunt masculi.*

8 *Masculi existentia semel excludit in perpetuum.*

1 ATTAMEN si esset sola † soror, quāuis & dotata, succederet excluso fisco, vt videtur determinare Bartolo. de Capua in constitut. vt de successionibus, in vers. excludunt. cuius opinio, quæ mihi videtur vera, & æquior, & de mente constitutionis Regni, excludit anfractus quęstionis positę per Loffred. & Afflict.

2 in d.c.j. de natura success. feu. † nam & si soror esset etiam dotata à fratre, & esset sola, non excluderetur à successione fratris. nam

3 † ideo excluditur, non vt intret fiscus, sed vt ei præferatur soror in capillo, quæ est causa exclusionis: & ideo cessante fauore sororis in capillo, debet admitti etiam dotata ex altero capite inclusionis, quòd deficientibus masculis fœmina succedat ex verbis positis in dicta constit. vt de successionibus, in prin. ibi, ex descendenti linea cuiuscunq; sexus.

4 † quod principium cōstitutionis quamuis loquatur de successione descendentium, complectitur etiam & successionem transuersalium: nam quamuis constitutio ipsa dicat, quòd ex collaterali linea sorores in capillo succedant, & quòd coniugatæ & dotatæ ex-

5 cluduntur à successione fratris, † attamen eadem constitutio in §. filiæ, quæ declarat prę cedentia, ut superius deduxi, non excludit dotatas simpliciter, sed ita demum si sunt so-

6 rores collaterales: † nam illud verbum, excludunt, cum importet priuationem, pręsupponit habitum, l. decem, ff. de verb. obligat. Pro quo accedit propius tex. in l. fine. versi. sed si sunt sui, ff. ad Tertull. vbi Bart. infert

7 ad quæstionem, † quòd stante statuto, quòd existentibus masculis fœminæ non succedant, quòd tunc fœminæ censentur exclusę,

8 quando supersunt masculi, † quamuis super existentia semel masculi, excludat eas perpetuò, vt determinat Bal. quem refert, & sequitur Socin. in consil. 5. col. 2. volu. j. Ideoque tūc excluditur soror maritata & dotata, quādo supersunt sorores in capillo, secus si est sola. quæ opinio efficacius probatur ex text. istius legis, quæ non tractat de exclusione, sed de pręlatione, & ita determinat Ioan. de Ansalono in consilio, quod fecit pro Rogerio Spallitta in causa Furmicæ. ideoq; stat firma conclusio illa, quòd fœmina maritata & dotata tunc repellitur à successione fratris, quando concurrit soror in capillo; secus si est sola.

SVM-

S V M M AE.

1 *Maritata, et dotata à matre tutrice, censetur dotata de bonis propriis.*

2 *Mater tutrix non præsumitur maritare de suo.*

3 *Dotata de bonis patris, non excluditur à successione matris.*

ET quia superius fuit firmatum, quod soror maritata & dotata, siue de bonis patris, siue fratris, excluditur à successione fratris à sorore in capillo: nam si esset dotata aliunde, non excluderetur, vt superius est enarratum. quapropter Guliel. de Pern. in consi. 12. col. 14. decidit,† quòd primogenita maritata, & dotata à matre tutrice, quia censetur dotata de bonis propriis, non excluditur à successione matris tutricis: † quia non præsumitur mater tutrix maritasse filiam de suo proprio, sed patris, & de bonis propriis ipsius filiæ, argum. tex. in l. Nesenius, ff. de negot. gest. vt ibi per eum, qui etiam disputat, & tenet, † quòd dotata de bonis patris, non excluditur à successione matris, vt tenuit glos. in d. constitut. vt de successionibus, & ibi Andr. & in constitu. in aliquibus, & latissimè prosequitur dictus Guliel. de Pern. in loco superius citato, tenens eam opinionem firmissimam, quę vera est, & communis, quòd nunquam excluditur primogenita maritata, nisi sit dotata de bonis illius, de cuius successione agitur per ea, quæ superius dicta sunt.

S V M M AE.

1 *Andreæ de Isern. examinatur opinio, quam posuit in constit. vt de successionibus.*

2 *Constitutio illa, quæ loquitur de exclusione sororis dotatæ, non debet extendi ad nepotem.*

3 *Patruus non necessitatur dotare neptem filiam fratris.*

4 *Mater non tenetur maritare filiam.*

5 *Prærogatiuæ istius tex. in omnibus transuersalibus seruantur. & nu. 6.*

7 *Ratio vbi est eadem, idem ius statuendum est.*

8 *Dicta dictio, exprimit sigillatim.*

9 *Dispositio pœnalis extenditur ex idemtitate rationis.*

10 *Sororis in capillo respectu ista constitutio est fauorabilis.*

11 *Andr. rationes refelluntur.*

ET subsequenter quærendum est, an dispositio constit. vt de successionibus, §. coniugatæ, & istius tex. statuentium, quòd maritata, & dotata, excludatur à sorore in capillo, procedat etiam in aliis transuersalibus, vt puta in successione patrui, scilicet dotantis neptē de proprio? In † qua quęstione And. de Iser. in d. constit. vt de successionibus, col. 7. vers. quid si patruus, tenet neptem dotatam à patruo non excludi à sorore in capillo. Mouetur primò, † quia illa constit. loquitur tātùm de exclusione sororis dotatæ à successione fratris: non ergo debet extendi ad successionem patrui, & contra ius commune non debet extendi, l. quod vero, §. de viro, ff. solut. matrimo. Secundò nititur Andr. ista ratione, quia ista neptis descendit à fratre ipsius patrui, qui frater si viueret, habuisset partem feudi, quando feudum esset sub iure Longobardo. & si esset iure Francorum, habisset vitam, & militiam: succederet enim fratri suo in feudo, quia non inuenitur, quòd ex hoc excludatur, sicut excluditur soror ex dote. igitur si frater succederet, eodem modo filius & filia eius, idem ius habentes, vt probat tex. in dicta consti. vt de successionibus. Tertiò mouetur Andr. † quòd patruus non necessitatur dotare filiam fratris. cum ergo ista dos sit voluntaria, & non necessaria, non operatur ad exclusionem ipsius dotatæ, & istud vltimum vrget Afflict. multis rationibus in dicta constit. vt de successionibus, qui tenet opinionem And. Contrariam opinionem tenet Blasc. Lanz. in repet. istius legis, in 16. quæst. mouetur, quia ista lex simpliciter dat ordinem succedendi omnibus mulieribus transuersalibus, & præfert existentem in capillo maritatæ, ergo simpliciter intelligendo. satis enim est, quòd suppleat illud, quòd sint dotatę de bonis eius, de cuius successione tractatur: nam si aliter intelligeretur, resultaret absurdum. Nam si ex eo fratre, vel ex altero, habeat patruus dua neptes, quarum vnam maritauit, & dotauit, altera remansit in capillo: nam si maritata succederet secundum opinionem Andr. habebit & dotem, & feudum, & altera remanebit inops. certè hoc videtur absurdum. Præterea dicit ipse, † quòd mater non tenetur maritare filiam, nisi filia esset inops, vt probatur in l. fin. C. de dot. promiss. vt scribunt Docto. in l. j. ff. solut. matrim. & tamen si maritat, dotat de bonis suis, excluditur filia dotata & maritata à successione feudi matris, ideoq; ratio And. quam ipse allegat pro manifesta, non concludit. & ideo concludit ipse,

5 se,†quòd etiam in his transuersalibus seruãtur omnes prærogatiuæ capilli, saltẽ ex isto tex. qui indistinctè loquitur. q̃ opinio Blasc. videtur mihi verior, maximè stante dispositione istius legis, quæ introducit ius Francorum in successione trãsuersalium, & dictum ius Frãcorum complectitur omnes gradus, quod declarat & ostendit illud relatiuum, præmissa, ex eo quòd scribit glos. in c. cupiẽtes, §. insuper, in uerbo, pręmissa, & §. ad hoc, ubi glos. in uerbo, præmittitur, de electio. 6 lib. 6. †cum ergo lex ista complectatur omnes gradus successionis, in quibus, & in omnibus statuat ius Francorum, cum prærogatiuis sexus & capilli, ergo in omnibus gradibus seruandus est ordo. Præterea cũ ista lex tendat ad declarationẽ, & extẽsionem dictæ constitut. vt de successionibus, uidetur ꝙ sicuti excluditur soror maritata & dotata à successione fratris, sic statuendũ in aliis succes-7 sionibus elargatis per istam legem, †cum sit eadem ratio, ergo idem ius statui debet, l. illud, ff. ad leg. Aquil. Præterea hoc expressè decidit iste tex. in uers. nisi fortè. iũcto vers. in fine, ut altera in dicta successione præce-8 det. † nam illa dictio (dicta) exprimit, ac si sigillatim exprimeret omnes gradus successionis introductæ ab ista lege per ea, quæ scribit Ias. in consi. 15. vol. j. & idem Ias. in l. filiusfamil. §. diui, ff. de lega. j. cũ ergo sit casus apertus in ista cõstit. nullus relinquit̃ dubitationi locus, l. ancillæ, & ibi Bal. C. de furt.

Non obstat ergo prima ratio Andr. quòd illa cõstitut. ut de successionibus, quæ loquitur de exclusione sororis dotatæ à successione fratris, non debet extendi ad successionẽ patrui, ut neptis dotata à patruo excludatur à successione feudi patrui ab altera nepte in capillo sorore dotata: nam isthæc ratio non est uera, nam oppositum probat tex. in l. Se-9 natus, ff. de rit. nupti. ubi †dispositio pęnalis, quæ loquebatur de filio tutoris, extenditur ex idemtitate rationis ad eius nepotem. ad idẽ tex. in l. filium habeo, ff. ad Maced. quos tex. adducit Rom. in consi. 429. col. fi. & Doctor. Moderni in l. si constante, in princ. ff. solut. matrim.; quanto fortius in isto casu, quæ quamuis sit odiosa respectu primogenitę do-10 tatæ, quæ repellitur, †attamen est fauore plena, respectu sororis in capillo p ea, quæ scribunt Docto. in l. venia, C. de in ius uocan. & nihilominus quicquid sit de opinione Andr. circa intellectum dictæ constitutionis, ut de successionibus, attamen nullatenus potest procedere circa intellectum istius legis, quæ in omnibus gradibus inducit eandem prærogatiuam capilli, ut superius dixi.

11 Nec obstat †illa sua ratio manifesta, scilicet Andr. quia cum uiuatur iure Frãcorum, iam neptis succedit eodem iure, quo succedebat pater eius, nam ista sua ratio non concludit: nam stante dispositione istius legis, inter plures neptes debent seruari prærogatiuæ, prout in sororibus, inter quas est prærogatiua capilli. Ideoq; ratio Andr. est inepta.

Non obstat ultima ratio Andr. quia patruus non tenetur dotare neptem, ergo contra eam non est prærogatiua capilli, quia ista ratio est ex capite ipsius Andr. nec fulcitur aliqua auctoritate, nec aliqua ratione: erubescimus enim, cum sine lege loquimur, l. illã, C. de collat. & ibi Docto. quod patet in matre, nam ipsa non tenetur dotare filias, ut per Doctor. in l. j. ff. solu. matrim. & tamen si dótat, excluditur dotata ab eius successione à sorore existente in capillo, ut latissimè prosequitur Guliel. de Pern. in d. consi. 12. penult. & ult. col. qui allegat Doctores, qui hoc tenent. ideoq; apparet, quòd opinio Andr. est falsa, maximè stante dispositione istius legis.

*S V M M AE.*

1 *Capillus verbum, secundum Andr. est verbum Longobardum.*
2 *Capillus verbum, verè est Latinum.*
3 *Nupta dicitur obuoluta.*
4 *Mulier illa dicitur existere in capillo, quæ remanet in domo patris innupta.*
5 *Existens in domo patris, censetur magis coniuncta.*

ET quia in ista lege sit mentio de priuilegio capilli, operæ preciũ erit describere quæ dicatur mulier existens in capillo, quod nõ aperit, nec constitut. vt de successionibus, nec constitutio ista, nec text. in cap. j. §. rursus. quæ sit primi. caus. benefic. amitt. Atta-1 men† ibi Andr. dicit, quod est verbum Longobardum, & quòd Bononiæ dicitur pulcella, quæ vadit capite discooperto, & ta-2 men non est verum, † quòd capillus sit verbum Longobardum, quia est Latinum. uerum quòd mos erat in Lombardia, quod puellæ virgines incedebant capi-

te discooperto, & hoc est quod dicit Bal. & sensit Andr. in d. §. rursus. & scribit Afflict. ibidem post alios. Et certum est, quòd iste mos descēdit à propria distinctione & differentia, quæ est inter nuptam, scilicet maritā, & puellam virginē: nā 3 †maritata dicebatur nupta, idest obuoluta, & tecta uelamine ducebatur in domū Viri, ut scribit Francis. Connan. in lib. 8. iuris ciuilis, c. 3. ideoque 4 †illa dicebatur ĩ capillo, quæ remanebat in domo patris, uel fratris, quæ adhuc nō fuerit obuoluta, & tecta uelamine, ut duceretur in 5 domum uiri, †q̄ cēsebatur magis cōiuncta, & astricta patri uel fratri, ut probat tex. in d. §. rursus. ex quo tex. tā p̄ cōstit. vt de successionibus, q̄ per istā legē, fuerunt desumpta priuilegia prærogatiuæ capilli, ut tanquā astrictiores affectione excluderēt sorores coniugatas, & dotatas in eodem gradu existentes.

S V M M AE.

1 *Soror nupta & dotata, an excludatur à nepte in capillo.*
2 *Constitut. Regni, ut de successionibus, cōsiderat tres prærogatiuas.*
3 *Constitutio ista non admittit subintrationem.*
4 *Descendentium successiōe recipitur subintratio.*
*Ista quæstio in successione descendentium est ualde dubia. nu. 5.*
6 *Filius, quòd subintrat gradu patris, est tex. expressus in dicta constit.*
7 *Filiorum appellatione, ueniunt filiæ.*
8 *Amita & matertera, sunt in potiori gradu, quàm neptes.*
9 *Prærogatiua gradus est potior cæteris. et nu. 13.*
10 *Intellectus §. filij autem fratrum, constit. ut de successionibus.*
11 *Constitutio q̄d non expressit, videtur neglectum.*
12 *Quamuis priuilegium capilli, sit fauorabile, non debet extendi ad exclusionem amitæ.*
14 *Ius Francorum tam in successione transuersalium, quàm descendentium est introductum.*
15 *Subintratio cum succeditur iure Francorum, non admittitur.*
16 *Subintratio in successione descendentium in Regno tenetur, quòd admittitur.*

SEd hic tractandū de pulchra quæ 1 stione, †quid si soror dotata concurrat cū nepte filia ex altera sorore nō nupta, & in capillo, an illa soror nupta, siue eius amita excludatur ab illa nepte? Et uidetur dicendū, quòd nō: nā 2 †dispositio istius legis & constitut. vt de successionibus, in hoc considerat tres prærogatiuas gradus, sexus, & capilli: cū ergo prærogatiua gradus in hoc casu sit potētior, quia admittitur proximior; nec potest hoc casu tra- 3 ctari de subintratione, †q̄a supra firmaui secundū uerā, & magis cōem opinionē, in ista successione transuersalium in feudis, stāte dispositione istius legis, nō recipi subintrationē: meritò non excluditur amita, ēt maritata à nepte, quia reperitur sola ĩ eodē gradu, & per istas rationes in indiuiduo sic determinat Ioan. de Ansalo. in consilio, quod fecit pro Rogerio Spallitta pro feudo Furmicæ. & ista conclusio absq; scrupo procedit in terminis istius legis, in qua non recipitur subintratio, sed in successione descendētium, 4 † in qua secundū omnes recipitur subintratio, uidetur concludendum, q̄ amita dotata de bonis patris excludatur à nepte, & in isto casu considerans successionē descendentiū, respondit ꝯ Ioannē de Ansalono Io. Aloys. de Septimo in cōsi. suo incip. Rogerius Spallitta. pro qua decisione faciūt ea, quę scribit 5 Blasc. in repet. istius legis, in 3. q. & †ista quęstio in descendētiū successione est ualde dubia: nā adinuicē pugnant, & sunt in cōtrariis opinionibus pręcipui uiri, Ioan. de Ansalono, & Ioan. Aloys. à Septimo in dictis consiliis. & ideo discutiendæ sunt rationes, quibus utraque pars nititur. & pro opinione Io. Aloys. videtur tex. in constit. ut de successionibus, §. filii autem fratrum. In his, quæ cōmunis patris fuerunt, scilicet aui, idem ius quod pater eorum habēt. Ideoq; est ibi tex. 6 expressus, †quòd filii in successione descendentium subintrāt in gradū patris, ut ibi tenent glos. & Docto. & quod dicitur de filiis, 7 dicitur etiā de filiabus, † cum appellatione filiorum ueniāt etiam filiæ, l. quisquis, ff. de verb. sig. cū simil. ut scribit Andr. in d. cōstit. ut de successionibus, §. filij. Præterea hæc interpretatio sumenda est, quia priuilegiū capilli, est fauorabile, quāuis exclusio maritatę sit odiosa per ea, quæ scribunt Docto. in d. l. uenia, C. de in ius uocā. & istā rationē adducit ēt Io. Aloys. in d. consi. pro Rogerio Spallitta, sic tenens, & respondēs, q̄ ēt per subintrationē in successione ascendentiū, præferē neptis ex priuilegio capilli. Attamē pro Ioāne de Ansalone argui potest, q̄ amita uel matertera nō sit in potiori gradu: nā est ĩ primo gradu, ut est tex. in §. primo gradu, Instit. de gradib. cognatio. & nepos in secundo, ut est tex.

tex.in §.secundo gradu,Instit.eo.tit.& ideo, tanquã potior in gradu debet præferri,l.con sanguinitatis, C.de legit.hæred. Cum ergo 9 †prærogatiua gradus sit potentior cęteris,& priuilegiũ capilli tunc uendicat sibi locum, quando cõcurrunt maritata, & in capillo in eodẽ gradu, vt sunt verba expressa istius legis ibi, cõcurrentes. meritò maritata in isto casu nõ excluditur, etiam si sit maritata de bonis illius, de cuius successione tractatur à nepte in capillo.

Et adductis in contrarium responderi po 10 test. & primò † tex.in d.constit.vt de successionibus,§.filij fratrum. quòd ille tex. nõ lo quitur, nisi de filiis fratris, qui simpliciter tractabant de successione patrui, quò non extẽ ditur successio;& nõ quando concurrit & ne pos cum patruo.cum ergo sit casus omissus, remanet in dispositione iuris communis, l. 11 commodissimè, ff. de liber. & posth. † nam quod illa constit.non expressit, meritò videtur esse neglectum, argu.tex.in l.item apud Labeonem,§.hoc edicto,ff.de iniur.

12 Non obstat quod sit † fauorabile priuilegiũ capilli,quia quamuis hoc verũ sit,tamen non debet extendi, vt excludat amitam vel materterã potioris gradus, cum respectu ex clusionis sit odiosum : sic enim considerant Doctor.in d.l.venia, C.de in ius vocan. & Ludou.Bologn.in consi.53.col.3.posito inter cõsilia Alex.vol.4.& Georgius Natta in tracta.de statutis excludentibus fęminam,q. 7.1.q.principalis. Iason in consi.221.vol.2. & tamen etiam si credimus uttiq; Decio in d.l.venia,quòd in totum sit fauorabile,nullatenus potest,nec debet fieri extẽsio, ut prę rogatiua capilli pponderet prærogatiuæ gra 13 dus,†cũ illa sit potẽtior,vt superius dictũ est.

Non obstat, ꝙ quamuis illa neptis ex gra du suo sit remotior,attamen per subintratio nẽ assumit gradũ matris, & ex gradu matris & propria prærogatiua capilli, debet excludere materteram,uel amitam dotatam,cum non cõtrouertatur, quòd etiam in feudis in successione ascendentium filius uel filia succedit in gradũ patris uel matris:nã hoc probat tex. in c.j. §.his autem deficientibus, de gradib.success.in feudis.ubi And.& omnes. 14 nã respondetur, †quòd cũ in Regno ab intestato tã in successione ascẽdẽtiũ ꝗ transuersalium sit introductum ius Francorum, cum feudum debeat ad unũ peruenire, ut scribit Bernard. de Medico in cõpendio suo super c.volentes.i am cõsequitur,quòd qñ uiuitur 15 iure Frãcorũ,†cũ sint uocatę & distinctæ ꝑso næ,tunc non admittitur subintratio,ut deter minãt Aluaro.& Præpos.& cęteri,in d.c.j.§. his aũt deficiẽtibus, de gradib.success. ĩ feu. quia æquitas subintrationis in isto casu non inueniť scripta,prout latius deduxi,& cõpro baui in illa quæstione supra, an subintret ne pos in gradũ patris in successione transuersa liũ.ubi firmaui illã opinionẽ esse uerã & cõmunẽ,ꝗ affirmat nõ cõcedi subintrationẽ, se cundũ quã fuit sępesępius iudicatũ,ut dixi.ꝗ rões & auctoritates nõ sunt hic repetẽdæ, ꝗa possunt ibi uideri in fonte. ꝗ ꝗuis loquan tur in successione transuersaliũ,idẽ operãtur in successione descẽdẽtiũ,cũ sit eadẽ rõ: cũ in utraq; successione seruetur ius Frãcorũ,& dispositio tex.istius legis,ut dicit Guliel.de Pern.in d.cõs.2.incip.serenissimus, & ita tenent oẽs Siculi.Ideoq; demõstratur,quantũ urgeant hinc inde rões:nã ultimæ rõni per me adductæ pro Ioanne de Ansalono põt re 16 spõderi,ꝗ Doctores oẽs Regni tenẽt absq; scrupo,†ꝗ in successione descẽdẽtiũ in feu dis recipiatur subintratio. Qua opinio.stãte, cõcidũt oĩa enthymemata Ioãnis de Ansalo no, & nihilominus ex quo ẽ uera opinio An dr.& est cõis in d.c.j.§.his aũt deficiẽtibus, de gradib.successio.in feud.quod non sit subintratio in his,ꝗ succedũt ex clausula iuris Frãcorũ, & in Regno ĩ successione ab intesta to,siue collateraliũ,siue descendentiũ, succe ditur cũ clausula iuris Frãcorũ, adhæreo opi nioni Ioannis de Ansalono,quæ uera est.

S V M M AE.

1 *Soror vidua,an excludatur à successione.*
2 *Primogenita ex prærogatiua primogenituræ ex cludit cæteras.*
3 *Qualitas adiecta verbo,debet secundum tempus verbi determinari.*
4 *Viduam esse aliud est,& aliud maritatam.*
5 *Viduam ornat lex priuilegiis.*
6 *Pœna priuationis non habet locum, nisi expressis verbis imponatur.*
7 *Maritata ideo fit mentio, vt intelligatur & do tata.*
8 *Vidua cẽsetur in omnibus,ac si esset maritata.*
9 *Dos non potest esse sine matrimonio.*
10 *Maritata verbum,stat accessoriè ad dotem.*
11 *Maritata & non dotata,non excluditur.*
12 *Maritata & dotata nullum priuilegium ætatis habet.*
12 *Maritata,et dotata,statim excluditur.*

SED occurrit quæstio non negligenda, 1 an dispositio istius legis, quę præfert sororem in capillo sorori maritatæ, procedat etiam in foro e olim maritata, quæ tēpore mortis fratris reperitur uidua? Et uidetur prima facie dicendum, quòd non: nā 2 cum illa soror sit primogenita, & ex prærogatiua primogenituræ excludat omnes alias sorores minores, ut tex. iste decidit, & in eo tēpore successionis non reperiatur illa qualitas exclusiua, scilicet maritata, quę requiritur adesse tempore mortis fratris, quo defertur successio feudi, 3 quia qualitas adiecta uerbo, debet secundū tempus uerbi determinari, l. in delictis, §. si extraneus, ff. ad leg. Aquil. annotat Bar. in l. ex facto, ff. de vulg. & pupil. substit. Cum ergo, ut dictū est, non reperiatur maritata tempore mortis fratris, meritò non debet excludi: quia si uoluisset hoc Legislator, dixisset; cum ergo non dixit, uidetur nec uoluisse cōditor legis, ut probat tex. in l. j. §. fin autē ad deficientis, C. de caduc. tollen. ubi dicit Bal. quòd illud, quod non dicit Princeps, & pariformiter lex, nec uelle præsumitur. Pręterea ista lex præfert primogenitā, quæ tantū excluditur maritata. Cum ergo de maritata loquatur, nō cōprehendit uiduam in exclusione: 4 quia aliud est esse uiduam, & aliud maritatam, ut patet in l. filii libertorū, §. uidua, ff. ad municip. cum ergo ista lex propter illā qualitatem matrimonij excludat ipsam primogenitam, non debet extendi, ut excludat cessante causa exclusionis, l. adigere, §. quāuis, ff. de iur. patro. & c. cum cessante, cum simil. de appella. Præterea durum esset & absurdū, quòd uidua uiduata à marito, perderet 5 ius primogenituræ, quā uiduam lex ornat priuilegiis, ut patet in d. l. filii libertorū, §. cum uidua, ff. ad municip. & in l. fœminæ, ff. de Senator. & in l. quotiens, ubi Doctor. C. de priuileg. scholar. lib. 12. & argumentū ab absurdo uitando ualidissimum est: nam eo semper utuntur Iurisconsulti, ut patet in l. nam & absurdum, ff. de bon. liber. & cōcordantes congerit Nicolaus Euerard. in suis locis legalibus, in uerbo, argumentum ab absurdo. Præterea cū maritata ipsa tantùm priuetur iure primogenituræ, non debet priuari, 6 si desinit esse maritata, ut sit uidua: quia pęna priuationis non habet locū, nisi exprimatur, ut probat tex. in §. cum igitur, de non eligēdo secundò nubent. & per illum tex. sic decidit Bal. in auth. ex testamento, C. de secun. nupt. & ita arguit Dec. de uidua loquēs, in l. cum quædam puella, in princ. col. 2. nu. 13. ff. de iurisd. omn. iudic.

Prędictis tamē non obstantibus, cōtraria 7 sententia de iure uerior, & tenenda: nā ideo fit mentio de maritata in ista lege, ut & intelligatur etiam & dotata de bonis illius, de cuius successione agitur, vt superius dictū est, & est expressum in cōstit. ut de successionibus, ideoq; tota uis exclusionis stat in dote, quæ nō potest esse sine matrimonio, l. 2. ff. de iur. dot. cum ergo etiam soluto matrimonio remaneat uiduæ dos, & dicitur dos etiam soluto matrimonio. cum ergo ratio exclusiua potissima remaneat etiam in uidua, meritò lex fundata in ea ratione, habet locū in ea, non ex ui extēsiua, sed cōprehensiua, l. illud, ff. ad leg. Aquil. & ideo dicebat Bal. ī l. j. C. de infirm. pen. celib. 8 ꝗ uidua censetur in oībus, ac si esset maritata. quā decisionē Bal. adducit Afflict. ī cōst. ut de successionibus, nu. 32.

Nec obstat si diceretur, ꝙ debet concurrere utrunque, scilicet maritatā & dotatā per copulā, & quæ requirit concursum utriusq; legis, l. hęredi plures, ff. de cond. instit. nā re9 spondetur, ꝙ dos non potest esse sine matrimonio, d. l. 2. ff. de iur. dot. adeo ꝙ posita dote, seqtur positio matrimonij. Ideoq; de necessitate posita dote, cēsetur positū per necessariā consequentiā matrimoniū, ideoq; semper uerificatur utrūque. & quāuis dissoluatur, remanēt reliquię ipsius matrimonii, & reputatur, ac si esset maritata. Sic probat tex. in l. libertorū filii, §. uidua, ff. ad municip. tex. ī l. fęminæ, ff. de Senator. & in l. quotiens, & ibi Doct. C. de priuileg. scholar. lib. 12. & annotāt Doctores, maximè Moderni in l. cū qdā puella, in princ. ff. de iurisdic. om. iudi. Pręte10 rea illud uerbū, maritata, stat accessoriè ad dotē, nā dos non pōt esse sine matrimonio: ideoq; posito matrimonio, & dos cōstituta, nō curatur amplius de matrimonio, cū in eo nō sit infixa causa exclusionis, sed ī dote, qd 11 dēmōstrāt apertissimè. nā maritata absq; dote nō excluditur, ut patet ex his, q̄ dicta sunt superius. Ideoq; quāuis cesset matrimoniū, & sic desinat esse maritata, nō tñ desinit causa exclusionis: quia sufficit, ꝙ à principio fuerit maritata & dotata, & sic cōsummatus effectus exclusionis. Et quāuis cesset causa, ex inde nō cessat effectus cōsummatus, ut probat tex. in l. ult. ff. und. libe. & ī l. inter stipulātē. §. sacram,

§.factã,ff.de ver.obll.& latissimè scribit Philip. Dec.in c.cũ cessante,de appella.& infinitos tex.& decisiones ad hoc citat, mote suo Tiraquel.in tracta.cessante causa, cessat effectus,ubi etiam adducit illam decisionem, ꝙ fœmina semel exclusa per masculos, censetur semper exclusa,& perpetuò, etiam si masculi decedant: quia effectus exclusionis est cõsummatus, ut latissimè etiam scribit Dec. in consi.87.Ias.in l.si quis,col.2.C.de instit. & substit.& Socin.in consi.5.& consi.82.col. 7.& 8.vol.1. quæ ratio etiam cõcludit, si ad excludendum fęminam maritatã non requireretur dos. & ista opinio est tenẽda tanquã uera & recepta,quã opinionem tenet Brun. in pręcitato tracta. de stat.excludent.fęmin. arti.6.q.6.

Non obstant adducta in contrarium,nam 12 primũ argumentum est elumbe, †cum nullũ priuilegium ętatis habeat fœmina maritata & dotata, sed penitus excluditur à sorore in capillo. Nec facit aliquid, quòd requiritur illa qualitas,quòd sit maritata tempore delatæ successionis:quia illa non est qualitas,sed causa,quæ cõsummauit effectum suum, scilicet exclusionis,etiã quod cesset,semper durat effectus per ea,quæ dicta sunt supra.

Nõ obstat, quatenus dicebatur,quòd ista lex non loquebatur de uidua, nã si eam uoluisset excludere, dixisset: nam expressè lo-13 quitur de muliere maritata,†quę statim fuit exclusa à successione feudi;& quamuis desinat illa causa,non desinit effectus cõsummatus per prędicta.Et pariformiter respõdetur, quòd lex loquitur de maritata,& non de uidua:nã quãdo fuit semel maritata, tunc fuit exclusa à successione feudi, quæ exclusio semper durat, etiam quòd desijt esse maritata, ex quo effectus fuit consummatus.

Non obstat absurdum, quod sequeretur, quia nullum absurdum, quinimò absurdum esset,si ipsa uidua haberet dotes,& feudum, & soror in capillo priuaretur feudo,& forsitan non haberet dotes.

Non obstat ultimum, quòd requiritur, quòd uerbis expressis quis priuetur,& excludatur: nam ista lex uerbis expressissimis excludit maritatam à successione feudi. & quamuis tempore delatæ successionis non reperiatur maritata,sed uidua; attamen sufficit,quòd fuerit semel maritata, & sic exclusa, quicquid postea acciderit, cum effectus exclusionis fuerit consummatus.

*S V M M AE.*

1 *Sponsa dotata an repellatur à successione.*
2 *Sponsa dicitur maritata.*
3 *Innupta remanet in domo patris, & est magis annexa patri.*
4 *Spõsa per uerba de futuro,nõ mutat domiciliũ.*
5 *Maritata appellatione in statuto nõ uenit spõsa.*
6 *Sponsa à successione feudi excluditur, si sponsalia transierint in matrimonium.*
*Sponsalibus solutis non excluditur. nu.7.*
8 *Maior non potest reclamare à sponsalibus.*
9 *Mulier consentiens sponsalibus, dicitur nupta.*
10 *Sponsa per uerba de futuro, comprehenditur appellatione uxoris.*
11 *Sponsa per uerba de futuro,excluditur, stante statuto, quòd mulier dotata excludatur.*
12 *Constitutio ista est fauorabilis,etiam quò ad fœminas.*
13 *Ius successionis potest differri.*
14 *Spõsa de præsenti,dicitur statim mutasse domicilium patris,etiam non aduecta ad domum mariti. & nu.22.*
15 *Sponsa uxoris appellatione in statutis comprehenditur.*
16 *Spõsa destricta significatione uerborum dicitur uxor,& sponsus maritus,& inter eos matrimonium.*
17 *Sponsa post consensum de præsenti, non potest dici propriè.*
18 *Sponsalia in materia odiosa, appellatione matrimonij non ueniunt.*
19 *Matrimonij appellatione in materia indifferenti ueniunt tantùm illi,qui contraxerunt per uerba de præsenti.*
*Constitutio ista in hac parte est fauorabilis. num.20.*
21 *Abb. distinctio communiter tenetur.*

AT non est omittenda illa quęstio, quæ (iudicio meo) est difficillima, uidelicet 1 † an sponsa dotata excludatur à successione feudi à sorore in capillo? In qua quæstione præmittendum est, quòd sponsalia aut sunt de præsenti,aut de futuro. Et quo ad spõsam despõsatam de futuro,uidetur dicẽdum prima facie,ꝙ ex uerbis istius legis excludatur: nã soror in capillo,excludit maritatã & dotatam. cum ergo ista soror maior reperiatur,& maritata & dota,meritò debet excludi à succes-2 sione.Et † quòd sponsa dicatur maritata, est tex.in l.non fine. vbi etiam Docto.annotãr, C. de bon. quæ libe. facit text. in l. 4. ff. de

pact.dotal. & cum ista constitut.sit fauorabilis, appellatione maritatæ intelligitur etiã de sponsa de futuro, ut tenet Abb.in rubric. de sponsalib.ubi Felin. nu.3. per text.in d.l. non fine. In contrarium facit, † quod priuilegiũ capilli ideo introductũ,quia nõ nupta remanet ĩ domo patris,magis annexa patri & fratri, q̃ illa,q̃ est maritata, ut probat tex.in c.j. §.rursus.q̃ fuer.pri.cau.benef.amitt. Nihilominus † sponsa per verba de futuro,non mutat domicilium,sed retinet domicilium patris,vt est tex.in l.ea quæ,vbi glos.& Docto. ff.ad municip.& ideo videtur dum non purificetur conditio matrimonij (hoc est quòd sponsalia transeant in matrimonium) quòd talis sponsa censeatur in capillo,meritò nec verba, nec mens istius constitutionis,videntur comprehendere istam sponsam:nam posset contingere dissolutio sponsalium, & sic reperiret se exclusam à successione, quod esset perabsurdum. Et si tale quid Legislator statuisset, meruisset à sapientibus reprehendi, quòd abhorret Iuriscõsultus in l.Saluius Aristo,ff.de legat.præstan. quanto magis nõ recipienda tam iniqua interpretatio,& fortius † quòd in statuto appellatione maritatæ,seu nuptæ,non intelligatur,nec comprehẽdatur sponsa,tenet Signorol.de Homod. consi.144.in quæstione.& multi,quos citat, & sequitur Phanucius de Phanuc. in tracta. de lucro dotis, in verbo, sponsa,chart.107. Quid dicendum in isto passu? Ni fallor,fœdere distinctionis sunt conciliandę tales antinomiæ:nam† si sponsalia transierint in matrimonium etiam post mortem Baronis,dici potest quòd talis sponsa excludatur à successione feudi à sorore existente in capillo: nam contra mentem istius constitut. & Legislatoris esset, si haberet primogenita & successionem feudi, & dotem, † & esset (vt dixi) perabsurdum,& iniquum,ac si dissoluantur sponsalia, non excluditur, & in isto membro procedunt ea,quæ dicta sunt in fauorem sponsæ. Et hæc distinctio procedit absq; scrupo, quando sponsalia sunt contracta per verba de futuro inter personas, quæ superant ætatem aptam matrimoniis, cum ipsi statim possunt efficere, quòd sponsalia transeant in matrimonium. Sed maior dubitatio stat, quando sponsalia contrahuntur inter minores impuberes, & sint maiores septennio, † qui non possunt reclamare antequàm peruenerint ad maiorem ætatem, ut est tex.in c.de illis,de desponsa. impuber.& fortius quando mulier excessisset pubertatem, & spõsus esset adhuc in pube s,cum illa non posset amplius reclamare, vt est tex.in d.c.de illis,§.mulier, & nihilominus est expectandus consensus sponsi post expletos annos nubiles, vt in d.§. mulier. quid fiendum, si isto medio tempore moriatur Baro: † nam ipsa primogenita, quia consensit, & est supra nubilem ætatem, dicitur nupta, ut est tex.in dicto §. mulier. vbi annotant Docto.& nihilominus tales nuptiæ stant in pendenti, & subiacent retractationi ex dissensu sponsi, vt est tex.in d.§.mulier.vbi Doctor. de desponsa. impuber.In isto passu (iudicio meo) determinandum est,vt supra:nam expectanda erit dies, quo ille sponsus aut consentiret matrimonio, & eo consentiente excluditur dicta soror primogenita à successione feudi à sorore in capillo.& pro ista decisione est casus expressus in d.l. non fine, C. de bon.quæ liber. † vbi sponsa per verba de futuro, vocatur vxor, & sponsus maritus; ideoq; sponsa iusto nomine potest dici maritata, & sic est lex aperta decidens istum casum.& ideo referunt Docto.in d.l.non fine, fuisse determinatum, quòd stante statuto, † quòd filia maritata deberet stare contenta de dote, quòd etiam sponsa per verba de futuro, excluditur à successione, & hoc per illum tex.in d.l.non fine. Et quamuis hoc reprehendunt Iacob. Butrig.& Cynus & cæteri; attamẽ reprehendunt sub ea ratione,quia statutum erat odiosum,& in ipsam sponsam, dum excludit eam à successione. tamen ista constitutio non est odiosa, sed plena omni fauore, nam nullo iure fœmina admittitur ad successionem feudi,† & tamen ista constitutio admittat fœminas, quis negabit eam omni fauore plenam erga fœminas? nam fauet primogenitæ, & tantùm repellit, quando est maritata & dotata, & tunc fauet existenti in capillo: ideoq; simpliciter censetur fauorabilis, vt per vtrunq; Dec.in l.2. C.de in ius vocand.& Alciat.ibidem, & Curt.consi.9.adducentes exemplum de statuto excludente fœminas ob masculos, & dicentes esse simpliciter fauorabile, & istam opinionẽ quòd sit fauorabile contra Iacob.Butrig.& Cyn.dicit esse communem, & eam sequitur Georg. Natt. in tracta.de statut. excluden. fœmin.q.j. ideoq; Iacob. Butrig. Cynus,& cæteri, in isto casu aliter respõdissent, vt supra

pra dictum est, & si non consenserit sponsus matrimonio, succedet: quia cessante causa ademptionis, cessat ademptio, vt per Bart. in l.cum seruus,ff.de adimend.legat.cessante causa priuilegij capilli,& exclusionis,cessat ipsum priuilegium, vt latissimè per Tiraquell.in tractat.cessante causa,in vers.priuilegij cessante causa. Et ista opinio tanquam vera videtur tenenda, & tanquā distinguēs, quæ reducit opiniones ad concordiam,l.si finita, §.illud, vbi Imol.& Paul.de Castro, ff. de da.infect.Et non est mirum,† si differatur 13 ius successionis, quia hoc non in conuenit, vt patet ex l.seruus alienus, §.j.cum sequen. & l.sequent.ff.de hæred.institut.& ( iudicio meo ) hæc distinctio videtur iuridica, & de mente Legislatoris, fundata in æquitate, adeoq; si Legislator fuisset specificè de hoc casu interrogatus, sic specificè respondisset: meritò habendum, ac sic esset expressum in ipsa lege per ea, quæ scribit Aristot. in lib. 5.Ethicor.c.5.& scribit glo.quamuis Aristotel.non alleget, in l.tale pactum,§.fina.ff.de pact.in quo loco eam sequuntur Docto.omnes, & in aliis locis, vbi de ea faciunt mentionem. Qua conclusione stante, iam consequitur, quòd multo magis procedunt prædicta in sponsa de present,cum tunc verum est matrimonium, à quo nullatenus potest discedi,vt est tex. in c.si inter virum,vbi annotant Docto. de sponsalib. † & dicitur sta- 14 tim mutasse domicilium patris,etiam antequàm consumaretur matrimonium copula carnali, vt per glos.& Doctor.in d.l. ea quę, ff.ad municip.& in l.cum quædam puella,ff. de iurisd.omn.iudic.& in isto casu absq;scrupo procedunt auctoritates illorum Doctorum, † qui tenent quòd in statutis appella- 15 tione vxoris comprehenditur sponsa, & appellatione mariti sponsus, quos recēset Cardinal.Paris.in consil.62.vol.4.. Et quamuis ipse Cardinal. Paris. recenseat contrariam opinionem esse magis communem,nihilominus dicta opinio non tangit istum casum, pro vt dilucidissimè demonstratur ex distinctione Abb.in c.tertio loco,de præsumptio. col.fi.vbi & citatis iuribus diuersis,quę probant diuersimodè,quando quis dicatur maritus & vxor,vel sponsus & sponsa,& matrimonium deuenit tādem ad istam distinctionem,†quòd de proprio,& stricto significato 16 verborum,maritus &vxor,& matrimonium appellari possunt, postquàm interuenit consensus de præsenti: sponsus verò, & sponsa, & sponsalia, ante talem consensum de præsenti,& post consensnm de futuro:nam dicū tur (dicit ipse) sponsalia à spondeo, spondes,quod idem est,quod promitto, promit- 17 tis:inde sponsa,idest promissa.† sed post consensum de præsenti non potest dici strictè, seu propriè,sponsa; quia non solùm est promissa,sed obligata. sed propter significationem matrimonij ex quadam larga significatione verborum, non potest dici maritata, seu coniugata, ex quo adhuc non est traducta ad domum viri, quasi adhuc sit sine iugo & sine viro,& quodammodo promissa respe ctu effectus matrimonij. Ex quibus verbis, 18 & interpretatione elicitur, † quòd vbi agitur de materia odiosa, appellatione matrimonij, non veniunt sponsalia contracta per verba de præsenti, nec ipsa sponsalia contrahentes.Si autem agitur de materia fauorabili,veniunt etiā sponsi,qui contraxerunt non solùm sponsalia per verba de præsenti, sed etiam de futuro. & allegat pro hoc tex.in d. 19 l.non sine,C.de bon.quæ liber.† si verò materia est indifferens, dicit ipse, veniunt illi, qui tantùm contraxerunt per verba de præsenti. & adducit rationem primi membri, quod in materia odiosa verba nō capiuntur ita strictè, sicut importare possunt, maximè quando reperiuntur habere aliam significationem viciniorem per ea, quæ habentur in c.cum dilectus,de consuet.& in c.cum in cūctis, de elec.iuncto c.si compromissarius,eodem tit.lib.6.& per ea,quæ scribit Io.Andr. in reg.odia, de reg.iur.lib.6.in Mercurialibus. Ideoque ex ista distinctione deciditur 20 iste casus, † cum ista lex etiam in hac parte sit fauorabilis, vt superius probaui, meritò eius dispositio procedit in maritata per verba de præsenti, quamuis non fuerit aducta ad domum mariti,nec consummatur matri- 21 monium copula carnali . † cum qua distinctione Abb. in d.loco, & in aliis citatis per ipsum Paris. transeunt omnes, vt per Felin. in dicto c.tertio loco,& fortius in isto casu : nam ratio prælationis illius,quę remanet in domo patris in capillo,non est alia,nisi illa, quæ adducitur à tex.in cap.j.§.rursum, quæ fuer.prima cau. benefic.amitt. nam ea, quæ remanet in capillo, remanet in domo patris 22 & in eius familia. † mulier autem maritata, etiam per verba de præsenti, etiam quòd nō dum fuerat aducta ad domum mariti, mutat

tat domicilium patris, & transit in domicilium, & familiam mariti, vt determinat glo. in d.l.ea, quę.ff.ad municip.& ideo patet manifestè, ꝙ primogenita, quę nupsit per verba de præsenti, & dotata, repellitur à successione feudi, nisi dissoluatur matrimoniũ per ingresũ religionis ipsius mariti, seu spõsi, iuxta tex. ĩ c.ex publico, de cõuersione coniug. & ista videtur mihi vera opinio, & tenenda.

*S V M M AE.*

1 *Soror an ob dotem promissam, & non solutam excludatur à successione.*

2 *Dotata non dicitur, quæ solam habet actionem ad dotem.*

3 *Andr. sibi contrarius.*

4 *Doctorum catalogus tenentium excludi.*

5 *Ioan. Annib. Alciat. vincent. Saluiola, Ias. Bulgar. & multi alij, attestantur de magis communi opinione.*

6 *And. non est contrarius, nam prima opinio sua fundatur in æquitate, altera in rigore.*

7 *Fictio quando resoluitur in veritate, idem operatur fictio, & veritas.*

8 *Andr. extendit constitutionem Honorem, ad habentem actionem ad feudum.*

9 *Opinio magis communis limitatur.*

10 *Dos nõ est, si non deseruit oneribus matrimonij.*

1 SED † si dos sit promissa tantùm, & nõ soluta mulieri, vel viro, an excludatur tanquam dotata soror maior à iuniore existente in capillo? Et in hac quæstione Andr. de Isern. in c.j. de natur. succ. feu. tenet, quòd eo casu 2 mulier non excludatur, † quia in effectu nõ dicitur dotata, nã verè dicitur habere actionem ad dotem, & non ipsam dotem, l.qui actionem habet, ff.de reg.iur. & alias rationes, & iura adducit, videlicet quòd aliud est facere, & aliud est promittere. & subdit, ꝙ ista opinio habet æquitatem, & eandem opinionem in statuto excludente fœminam dotatam, quòd non vendicet sibi locum, si fuit tantùm promissa dos, tenuerunt Iacob. de Are. Petrus, Cyn. Raimund. Raphael, Fulgos. in l.non fine, C.de bon. quæ liber. Alex. consil. 14. vol. 3. circa primum dubium, col. 4. vol. 3. Socin. in consil. 207. in causa dominæ Annę, col. 2. vol. 2. pro vt refert eos sic tenere Tiraquell. in tractat. de retract. conuentionali, in verbo, finis, nu. 58. Ioan. Corasius hanc etiam opinionem tenet in Repet. l.qui liberos, nu. 39. ff. de ritu nupt. quamuis subdat contrariam esse cõmunem Georg. Nat. in tractat. de statu. excludent. fœminam. vbi simpliciter refert, & sequitur Andr. in d.c.j. de natu. success. feu. eandem opinionem tenent Bald. consil. 197. lib. 3. Bart. consil. 31. quondam decessit. Corne. consi. 96. col. pen. libr. 2. & consi. 60. lib. 3. & consil. 300. lib. 4. Curt. senior consil. 27. in fine, Dec. consi. 24. in fine, & consil. 589. & Albert. Bru. in tract. de statut. excluden. art. 6. q. 3. Contrariam tamen opinionẽ videtur tenere ipsemet And. in d. constit. vt de successionibus, §. coniuga 3 tæ. † vbi determinat ad exclusionem sororis sufficere dotem esse promissam, quamuis 4 non solutam. † & istam opinionem videtur tenere Bal. in dicta l. nõ fine, C. de bon. quæ liber. vbi concludit sufficere dotem promissam ad exclusionem filij. eandem opinionẽ tenet Bart. in l. iubemus, §. sanè, C. de sacro sanct. eccles. cum quo videtur transire Ludouic. in l. ab hostibus, ff. solut. matrimo. Paul. de Castro in l. mulier, §. cùm proponeretur, ff. ad Trebel. & in fortioribus terminis Bar. in l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de condit. & demonst. pro qua opinione est glos. in l.j. §. accedit, in verbo, fecerit, in fine, C. de rei vx. actio. dum trahit illum tex. loquentem de eo, qui dedit dotem ad eum, qui dotem promisit: nam ex promissione (inquit ipsa glos.) fit dos, & allegat tex. in l. si donaturus, §.j. ff. de condict. ob cau. & eam sequitur Cyn. ibi in j. q. Bart. Salic. & alij ibidem. idem tenet glos. in l. qui se debere, in verbo, de actione, ff. de condict. ob cau. dum affirmat tex. loquentem in eo, qui dotem promisit, & dedit, habere locũ etiam & in eo quoque, qui tantùm promisit, nec dedit, & eam glos. sequuntur ibidem Doctores omnes, quotquot ibi scripsere, quibus accedit decisio Salic. in auth. quamuis, C. de rei vxor. action. decidentis, ꝙ dispositio dictæ auth. quamuis, quæ loquitur de dote data per patrem, habet locum etiam in dote promissa, & sequitur Ias. in l. filia legatorum, C. de legat. & Dec. in l. vt liberis, in 5. nota. C. de collat. & in consil. 30. cum duabus additionibus sequentibus. Eandem opinionem tenet etiam Angel. consil. 77. incipi. statutum. vbi dicit, quòd dos promissa est vera dos, & 5 Ancharan. consil. 230. † quem refert Ioann. Annib. in Repet. rubr. ff. solu. matri. nu. 192. vbi attestatur Doctor. sic communiter tenere. & rursus in eadem rubric. nu. 481. Coras. in l.

in l.qui liberos,ff.de rit.nup.& Fortun.Garsias in l.legitima, nu.27.ff.de pact.qui adducit plura iura, probantia hanc opinionem. eandem opinionem sequitur, & attestatur magis communem Alciat.in d. rubri. ff.solut. matri.nu.24. Vincentius Saluiola etiam attestatur hãc esse communem opinionem, & eam sequitur in repetit. dictæ rubr. solu. matri.nu.69.cum sequent. vbi eandem opinionem tenet Ias. Bulgar. Aretin. Thomas Parp.& Ripa,& Franc.Nicon. in repet.dictę rubricę,nu.150. 185.cum sequentib.vsq; ad num.202. & eandem opinionem tenet Camillus Visit.in repet. dictæ rubr.num.74.& Ioan.Crot.in repet.l.si constante,ff.solu.matrimo. & in terminis nostræ constitutionis contra Andr.in dicto c.j. de natu.success.tenet Gerard. Prothono. in consil. quod fecit pro Thomasio Crisafi in causa Linguæ grossę,& Blasc.Lanz.in repe.istius legis in 8.quęstio. & in eandem opinionem inclinat Afflict.in d.c.j. de natur.success. feu.nu.79.qui dicit Andr.tenere istam opinionem de rigore iuris, pro vt eam te vera tenet Andr.vali-

6 dissimis rationibus, † quamuis secus dicat de æquitate,quæ ęquitas tamen cum non reperiatur scripta, ei præfertur rigor, l.placuit, & ibi Doctor. C.de iudic.& est vera,& communis opinio,& tenenda.

Non obstat argumentum Andr. deductũ ex l.qui actionem habet, ff.de reg.iur.quia illa lex ne pilum quidem facit ad hanc quęstionem:nam quamuis dicat Iurisconsultus, quòd qui actionem habet, rem ipsam habe-

7 re videtur,& sic perfictionem:† Attamen cũ fictio resoluatur in veritate facta exactione, operatur idem fictio, quod veritas; & ideo dicebat And. in constit.Honorem diadematis, in 3.col.quod mulier, quæ habet actionem personalem ad petendũ feudum,subiicitur ipsa dictæ constitutioni, quæ prohibet mulierem habentem feudum tradere se nuptui absq; licentia Principis, & hoc per tex. in d.l.qui actionem, ff.de regu. iur.ideoque

8 tãtus† Doctor determinat illam constitutionem sic pęnalem,correctoriam, & odiosam, loquentem de habente feudum, vendicarę sibi locum in habente actionem ad feudum. cur ergo diuersum in ista quæstione,cum soror fuerit dotata,& promissa ei dos, cum ex promissione habeat actionem ad eam consequẽdam?& fortius,quia ex promissione iam dicitur dotata mulier,vt dicunt Docto.præcitati. cætera autem argumenta Andr.sunt multum à remotis.

Non obstant aliç auctoritates pro opinione contraria citatę,scilicet auctoritas Iacob. de Are. in l. non sine, C. de bon. quæ liber. cum aliis adductis. quia contra eos est communis opinio, vt testantur Io. Coras.in d.l. qui liberos, nu.39. & Ripa in rubri. ff. solu. matr.nu.61.& cæteri superius adducti,& sic

9 est re vera verior, & communior. † Posset tamen contraria opinio procedere, quando mulier non esset in mora exigendi, sed promittens dotem, quia tunc mora dotantis in soluenda dote promissa, non debet cedere in damnum mulieris,quæ ob moram,& procrastinationem dotantis non valuit consequi dotem promissam, quamuis conaretur exigere per ea, quæ scribit Bart.in consil... & scribit in proposita specie Alciar.in d.ru-

10 bri.ff. solu. matri.nu.22. ad quod facit, † si non est dos,si non deseruiat oneribus matrimonij,pro vt ĩ ista specie, in qua nulla mora ex parte mulieris ad exigendum.faciunt ea, quę scribit Afflict.in constit. vt de successionibus, vbi scripsit, quòd mulier non censetur dotata ex dote promissa, si fuerit protestata,quòd non aliter consentiebat dotationi,nisi demum fuerit soluta dos:nam ista ratio magis militat in ista specie, in qua mulier frustratur culpa dotantis posse consequi illud, quod fuit pro dote constitutum, meritò nõ potest dici hoc casu dotata,vt excludatur à successione feudi, & teneo hoc firmissimè,si casus cõtingeret,sic determinarẽ.

*SVMMAE.*

1 *Dos de paragio taxatur,sicut legitima.*
2 *Exclusa à statuto debet congruè dotari, & dos non erit minor legitima.*
3 *Filia si dotetur à patre,non consideratur,quanta sit dos.*
4 *Patre nemo poterit melius capere consilium pro filia.*
5 *Amor nullus vincit paternum.*
6 *Legitima viuente patre,non consideratur.*
7 *Filia etiam dotata à patre,debet dos eius ascẽdere ad legitimam.*
8 *Distinctio pulchra & vera.*
9 *Innupta,vt nubat pari, potest consequi totum.*

SED quantum sit ista dos de paragio, quæ excludit sororem à successione feudi, & And.in d.constit.in aliquibus, sentit in pluribus

bus locis, quòd istud paragium sit portio legitimæ: & ideo ipsemet Andr. in dicta constit. in aliquibus, in penult. col. vult, † quòd taxetur, sicut & legitima, attento numero filiorum, & facultate; quinimò habita consideratione dignitatis, vt nubat pari. ideoque non minus legitima potest, nec debet taxari, cum sit loco legitimæ, vt scribit etiam Sigism. Loffred. in consil. 26. Quæ opinio confirmatur ex illa communi opinione, † quæ habet, quòd filia exclusa à statuto à successione, debet dotari congruè, & congrua dos reputatur, si ascẽderit ad legitimam, de qua communi opinione latissimè per Dec. in cõsil. 276. & magis latè per Tiraquell. more suo, in repet. l. si vnquam, in verbo, si susceperit liberos, nu. 92. C. de reuoc. donatio. & in terminis nostris tenet Andr. in dicta constit. in aliquibus, & Sebastia. Neapodan. in consuetud. si moriatur. Bal. Nouell. in tract. de dot. in 16. priuileg. Dec. in d. consil. 276. & in consil. 379. Socin. in consil. 182. 207. vol. 2. Robert. Marant. in 10. q. Grãma. in decis. 57. qui alios plurimos refert hanc partẽ & opinionem tenere, & in decisi. 101. Ideoque dos de paragio non debet esse minus legitima, secundum prædictam opinionem. quæ opinio videtur posse procedere, quando soror dotatur à fratre, vel ab alio, de bonis patris, secus autem si dotetur à patre in vita ipsius patris: † nam tunc etiam si dotetur minus legitima, attamen condecenter non reputabitur dos incongrua, si erit minus legitima, quia eo casu non habebitur respectus ad patrimoniũ ipsius patris: esset enim absurdum, quòd ipsi patri quis exprobaret, quod incompetenter, & incongruè dotauit filiam. † Quis enim melius patre poterit capere consilium pro filia, vt dicit Iurisconsultus in l. nec in ea, de adulter.? Itaq; quod patri fuit visum competens pro filia, alteri incompetens videri non debet, argu. tex. in l. si furioso puberi, in fine, ff. de curato. furios. † cum nullus amor vincat paternum, vt habetur in l. fi. C. de curato. furio. sic respondit Paul. de Castro consil... & sequitur Alex. consil. 33. videtur super dicto quæsito, lib. quarto. Socin. in consilio 288. vol. 2. Corn. in consil. 107. & consil. 162. lib. 2. & consil. 115. lib. 3. Dec. consil. 16. & in terminis constitut. in aliquibus, determinat Robert. Marant. in d. q. 10. motus etiam ea ratione, † quia viuente patre, non tractatur de legitima, nec tractari potest, cum portio legitimę attendatur tempore mortis, l. cum quęritur, C. de inoffic. testam. & facultates possent crescere, & decrescere, & ideo si pater dotauit in vita, non potest haberi respectus ad legitimam: nihilominus contraria opinio est verior, & magis communis, † quod etiam si fuerit filia dotata à patre, non erit congrua dos, si fuerit minus legitima, sicut in specie decidit Sebastia. Neapod. in dicta consuetud. si moriatur. vbi ponit exemplum de patre dotante, & in specie Bald. Nouell. in dicto suo tractat. de dot. 26. priuileg. Luc. de Penn. in l. 2. in fina. de prædi. & omnib. reb. nauicula. lib. 11. & latissimè ipse Dec. in dicto consil. 276. vbi distinguit opiniones, † vt opinio Pauli de Castro procedat habita consideratione ad officium paternum, qui tenetur dotem filiæ constituere, l. qui liberos, ff. de rit. nupt. & in tali constitutione dotis debet haberi respectus ad facultatem patris, & dignitatem mariti, & vxoris, l. quęro, ff. de iu. dot. & l. si filiæ, ff. de legat. 3. vbi etiam dicitur, quòd habetur respectus ad numerum liberorum, & isto respectu non consideratur legitima, quia tempore quo dotat pater, non debetur legitima; l. j. §. si impuberi, ff. de collat. bono. meritò pater constituendo dotem condecentem in vita eius, non potest reputari incongrua, & in hoc casu bene procedunt rationes Pauli de Castro, & eius opinio. At quando ob illam dotem à statuto eũ cluditur postea à successione paterna, tunc illa dos nõ erit minus legitima, quia videtur assignata à constitutione loco legitimæ, quã pater nullatenus poterat filiæ auferre. ideoque in isto casu procedit communis opinio, quòd dos congrua non censetur minus legitima à quocunq; constituatur, siue à patre, siue à fratre. sic determinat Dec. in dicto cõsil. 276. & in consil. 379. col. fin. loquens in terminis constit. Regni. eãdem opinionem tenet Grammatic. in dicta decisio. 57. num. 29. cum sequentib. ideoq; stat firma conclusio, † ꝙ dos de paragio in nupta à patre, non potest esse minus legitima, in non innupta potest transcendere vsq; ad integram successionem, si non potest aliter nubere pari, vt per Andr. in dicta constitu. in aliquibus, col. final. & per Afflict. decis. 160. cũ qua decisione resultat, quòd filia dotata à patre minus legitima, potest petere supplementum legitimæ, auctis bonis patris, & hoc vsque ad tempus

tempus mortis patris, vt determinat Thomas Grammatic. in dicta decisio. 57. post alios, quos ibi citat, & sequitur.

S V M M AE.

1 *Filia maritata in vita patris potest petere supplementum legitima, auctis bonis patris vsque ad mortem.*

2 *Renunciare non intelligitur quis ius, quod ignorat.*

*Opinio pradicta procedit sine scrupo in renunciatione generali. nu. 3.*

*Opiniones contraria procedunt in renunciatione specifica. nu. 4.*

5 *Renunciatio etiam specifica, si esset enormis lasio, non praiudicaret.*

Nihilominus ex ista vltima thesi suboriuntur aliquæ difficultates, & quæstiones, quas ordine, quo potero, partiam & enudabo pro vt vires suggerent. Et primò fit, † si filia maritata & dotata à patre, renunciauerit successioni paternæ, an poterit mortuo patre agere ad supplemētum legitimæ? Et in isto passu Dec. in consil. 180. tenet, ꝯ non obstante renunciatione, possit petere supplementum legitimæ. motus, quòd ignorabat tempore renunciationis competere sibi plus in bonis patris, † & ius quod quis ignorat, non censetur renunciare, vt in Auth. quomodo oportet episcop. in gloss. in vers. interrogat. Ideoque oportebat, quòd fuisset certiorata circa hoc, vt dicit Bal. in l. 2. C. de rescind. vendit. in 4. q. in fin. & ideo sicuti errore inducta fuit ad renunciandum, credens in bonis paternis nihil aliud sibi competere, eodem errore creditur renunciasse & iuribus sibi competentibus; & ideo talis renūciatio sibi non prçiudicat, vt annotat Bart. in l. fi. §. idem quæsijt, ff. de condict. indebit. sic tenet Dec. in dicto consilio 180. col. pen. quem refert, & sequitur Grammatic. in dicta decisio. 57. nu. 8. cum sequenti. & latius in decisio. 101. & † hçc opinio intelligenda est vt procedat sine scrupo, quando renunciatio esset generalis, etiam si fuerit cum iuramento, quia non extenditur ad legitimā, cui in specie renunciari debet, vt excludat; per tex. in dicta l. si quando, §. j. c. de inofficio. testam. pro vt latissimè deducit, & probat Grammati. allegans multos ita tenere, in d. decisio. 57. nu. 26. decis. 101. nu. 31. cū sequent. cum pluribus sequentibus. Et quāuis postea in dicta decisione alleget multas rationes, & auctoritates in contrarium, attamen † procedunt in renunciatione specifica ipsius supplementi legitimæ, & quod sciuerit dicta mulier ius sibi competens, quod renunciauerat, & isto modo debent conciliari dictæ auctoritates, quæ videntur inter se pugnare. & tamen isto casu, † quando esset enormiter læsa, non teneret etiam renunciatio cum iuramento, vt latè per Ioan. Cefal. consil. 34. qui alios citat.

S V M M AE.

1 *Nepotes ex filia maritata in vita patris, possunt petere supplementum legitima, & dotis de paragio, non obstante renunciatione matris.*

2 *Robert. Maranta limitatio erronea.*

Sed † quid si filia moritur in vita patris, relictis filiis, an ipsi filii, & sic nepotes Baronis possint petere supplementum legitimæ ex persona eorum, non obstante matris renunciatione? De qua quæstione videndus est Robertus Maran. in d. q. 10. & Grammat. in d. decis. 57. in princip. in quibus locis præfati Docto. dicunt & concludunt, quòd nepotes Baronis ex filia maritata, & dotata de bonis patris, mortua in vita patris dotantis, possint petere supplementum legitimæ de bonis auctis post dotationem, vsq; ad mortem patris. Quam tamen opinionem limitat Robert. in d. q. 10. nisi fuisset dotata à patre, nam tunc cum censeatur congruè dotata inspectis facultatibus tempore dotationis, non est amplius quærendum. eam tamē Grammati. impugnat dicens, † quòd ista limitatio euanescit, cum communis opinio sit habeat in contrarium, quòd etiam pater si dotet, non potest minus legitima dotare, quæ opinio Marantæ conuincitur etiam ex distinctione, in superiore quæstione relata.

S V M M AE.

1 *Filia an ex bonis auctis post mortem patris possit petere supplementum legitima.*

2 *Filia potest petere supplementum legitima, etiā si renunciauerit, multo magis si non renunciauerit.*

3 *Legitima in taxatione inspiciuntur bona tempore mortis patris.*

4 *Legiti-*

4 *Legitima determinata semel, non variatur amplius.*
5 *Augmentum, vel diminutio post mortem patris, vel Baronis, non considerantur.*
7 *Pauli de Castro opinio apparet communior.*
8 *Dos de paragio secundum Andr. loco legitima.*
9 *Petrus de Gregorio notatur.*

ET cum præfati Doct. loquantur de legitima, seu dote de paragio, quæ in effectu est legitima, ideoq; auctis facultatibus patris, possit filia, quę nupsit in uitã patris, post mortem patris petere supplementum legitimæ, 1 quærendum est,† an auctis facultatibus post mortem patris, possit filia nupta petere supplementum legitimæ ex illis bonis auctis post mortem patris? Et in hac hypothesi Io. de Ansalono, iunior, nõ contemnendus Doctor, in quodam consilio, quod fecit pro Lucretia Valguarnera, respondit quòd ex illis bonis debeatur legitima, etiam si bona creuerint post mortem patris, scilicet de redditibus Baroniæ auctis etiam post mortem Baronum. motus auctoritate Bal. in c. cum M. de constit. quo loco Bal. voluit, quòd si filia habuit certas dotes, & iurauit vltra non petere, & inde augentur bona, potest petere illud augmẽtum ad eius legitimam pro dotibus. idem voluit Bal. in l. quod Seruius, ff. de condic. ob caus. quæ decisiones consentiunt his, quæ dicta sunt in superiori quæ- 2 stione.† Si ergo mulier cum renunciat cum iuramento, potest petere illud augmentum vsq; ad legitimam, quanto fortius vbi nulla renunciatio? Istud enthymema videtur non consistere, nam quamuis ea, quæ renunciauit, possit petere supplementum legitimę ex bonis auctis vsq; ad mortem; nimirum hoc, 3 †quia ad dignoscendum legitimam inspiciũtur bona, quæ remanent tempore mortis patris, vt probat tex. in l. cum quæritur, C. de inoffic. testam. at isto casu, in quo respondit 4 Ioan. de Ansalono,† cum fuerit determinata legitima tempore mortis Baronis ex redditibus tũc temporis, meritò non debet amplius variari, vt taxetur, si post mortem patris augeantur redditus: quia si post mortem patris augetur patrimonium, non ideo augebitur legitima, vt probat tex. in l. si patronũ ex debita, §. fina. ff. de bon. liber. quem text. ad hoc citat Salic. in l. scimus, §. repletionẽ, C. de inoffic. testam. Ideoq;, vt dictum est, enthymema Ioannis de Ansalono omnino videtur infirmum. Secundò dicebat, quòd si cuti si erant maiores redditus tempore mortis Baronis, & filia non petiit, poterit frater dicere, imputetur tibi, quia tunc non egisti, nunc autem sunt pauciores redditus: sic poterat è contra per filiam dici. & ad hoc ponderat constit. in aliquibus, dum dicit, quòd secundum paragium debet maritari, quod paragium intelligitur pro modo facultatis. 5 Ista etiam ratio videtur futilis, † quia post mortem non consideratur augmentum, neque diminutio bonorum ad augmentum, vel diminutionem legitimæ, vt habetur in l. in ratione, la. 2. vbi Doct. præcipuè Alex. ff. ad leg. falcid. Et his rationibus contra Io. de Ansalono in eodem casu respondit Anton. Ramundet. senior. quæ opinio si vera esset, opinio Pauli de Castro in l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de condit. & demonstra. quòd talis dos, de qua in Regni constitut. non censeatur loco legitimæ, secundum quam opinionem pluries consuluit Paul. de Cast. vt patet in consiliis citatis per Sigism. Loffred. in consil. 26. quam opinionem sequuntur multi, quos refert idem Sigism. in 6 dicto consil.† quæ opinio apparet ex numero, & auctoritate Doctorum magis commu- 7 nis, non procederet absq; scrupolo.† Sed quia Andr. in dicto constit. in aliquibus, tenet esse loco legitimæ, imo portionem legitimæ, & ita tenent multi, quos refert, & sequitur idem Sigism. Loffred. in d. consil. & sic tenẽt omnes Siculi, & sic approbata est ista opinio, & recepta in iudicio: ideoq; tenenda est etiam quod altera esset verior & cõmunior, vt Dec. scribit in c. at si clerici, in princ. col. 17. de iudic. meritò vera est opinio Antonij de Ramundettis, secundum quam sæpesæpius practicatum est, ideoque mirandum est quid venit et in mentem Petro de Gregorio 8 in tract. dot. de parag. dum vult, † quòd bona recuperata post mortem patris cedant in augmentum legitimæ per tex. in l. si serui vestri, ff. ad leg. falcid. qui tex. non procedit in legitima, cum sit tex. contrarius in legitima in l. si patronus legitima, §. fin. ff. de bon. liber. sicuti intelligunt Nicol. de Neapo. Paul. de Cast. & Salic. relati per Alex. in d. l. in ratione, in princip. col. 3. ff. ad leg. falcid. & nihilominus ipse Petrus de Gregorio in ea quæstione, in fine, dum loquitur de auctis redditibus post mortem Baronis, tenet quòd

quòd non augeatur dos de paragio, & sic vi detur sibimet contrarius.

S V M M AE.

*1 Dotata incongruè, an repellatur à successione.*
*2 Fœmina debet secundum paragium maritari.*
*3 Dotata debet intelligi de ea, quæ fuit congruenter dotata.*
*4 Cōstitutio vna recipit interpretationē ab alia.*
*5 Reg. qui tenetur ad totum, non potest pro parte adimplere. Declaratur tamen. nu. 14.*
*6 Lex quando requirit aliquid, non potest adimpleri, nisi integrè.*
*7 Paria sunt, non esse dotatam, vel parua dote.*
*8 Mulier tradita nuptui, etiam si sit sponsa, dicitur maritata.*
*9 Dotata dicitur, semel assignata, vel promissa dote.*
*10 Dos est ius vniuersale.*
*11 Dotata intelligitur mulier, et si sit dos minima*
*12 Lex, quamuis dura, seruanda.*
*13 Dotata congruè censetur, quæ habet actionem ad consequendum integrum.*
*15 Conditio, vt actus indiuiduus, non potest adimpleri pro parte.*
*16 Actio omnis habet, principium, mediū, et finem.*
*17 Afflict. notatur, quòd malè citauerit Bal.*
*18 Corn. consil. 95. interpretatur.*
*19 Socin. consil. declaratur.*
*20 Opinio communis in authen. præterea, C. vn. vir, & vxor, declaratur.*
*21 Glos. limitatio non est vera.*
*22 Protestatio contraria facto, non releuat.*
*23 Glos. & Andr. ab opinin non est recedendum.*

ET quia supra differui, quòd paragium non est minus legitima, & ista cōstitutio secundum verum intellectū requirit sororem maiorem non solùm maritatam, sed & dotatā, 1 vt excludatur à sorore in capillo, †quid si cōtingat maritari sororem prædictam, & dotari siue de bonis patris, siue fratris minus portione legitimæ competenti pro paragio, inde moriatur frater, an excludatur dicta soror ab existenti in capillo? Videtur prima facie dicendum, ꝙ non excludatur: nam constitu. in aliquibus, quæ abrogat veterem illam, & prauam consuetudinem, quæ reiiciebat, & penitus excludebat fœminas à successione feudorum, eas admittit; voluit tamen in viuentibus iure Francorum, cum ad vnū deberet peruenire feudum, quòd maior natu minoribus, & masculus fœminę præfera-2 tur; adiicit tamen, †ꝙ fœminę debeant secundum paragium maritari, vt excludantur, meritò si dos constituatur minus congruo & debito paragio, non potest dici dotata, saltem pro vt requirit illa cōstitutio, quæ excludit: nā ipsa constitutio Regni, vt de successionibus, ad cuius interpretationem, & elargationē, fuit edita ista cōstitutio, q̄ repellit coniu-3 gatas & dotatas à successione feudi, † debet intelligi de illa, quę fuit dotata congruenter iuxta paragium, pro vt pręcipit altera consti-4 tutio: †quia vna constitutio recipit ab altera interpretationem, vt scribit Anchaan. cons. 420. meritò non potest censeri dotata, quæ minus legitima dotata est: nam frater, qui tenetur soluere dotem secundum paragium, si minus paragio soluerit, non censetur satis fecisse legi pręcipienti, secundum paragium 5 maritari: †quia qui tenetur ad totum, nō potest adimplere pro parte, vt in Auth. quomodo oport. Episcopos. §. fin. nam nihil videtur adimpletum, cum totum adimplendū est, vt probat tex. in l. si ita fuerit, in princ. ff. de manumiss. testa. cū frater, seu alius, debeat secūdum paragiū maritare, nisi soluerit, vel promiserit totum paragium, videtur non adimpleuisse, sicuti iubet constitutio Regni, meritò non censetur dotata, quę sic diminutè dotatur: nam dicebat Bal. in rubr. C. de cōtiah. 6 emptio. colu. 3. † ꝙ quando lex requirit aliquid, debet impleri illud integrè, & indiminutè. sic etiā dicit idem Bald. in l. si sic, C. de sepulc. viol. prout adducit, & allegat Afflic. in c. j. de natu. success. feu. cum ergo constit. Regni requirat, vt dotetur secundū paragiū, vt excludatur à successione, quod paragium non est minus legitima, meritò non excluditur à successione, nisi totū consequatur paragiū, qđ est potissimum exclusionis; & istā opinionē vr tenere Bal. in l. fi. C. de dot. promis sio. quē sic allegat, & interpretatur, ac sequitē Benedictus Capra in consi. 38. & Bal. et refert, & sequitur in dicto loco, Riminald. cōs. 332. vol. 2. Et hęc maximè procedūt, qn̄ dos esset minima habito respectu ad paragium, 7 & legitimā. †& qa paria sunt, nō esse dotatā, uel de modica dote, cū inter parum, & nihil non fiat differentia, l. quāuis, ff. de condit. & demon. & ideo dicebant Bal. Salic. Paul. de Cast. Ludouic. & cæteri, in auth. pręterea, C. un. uir, & uxor, ꝙ illa auth. quæ loquitur de uxore sine dote, habet etiam locum, & procedit in uxore minima dote dotata; &

 est

est cōmunis opinio, quam referūt ibi Alex, Ias, Dec. & Curt. iunior, Paul. de Monte Pic. Fabia. de Pep. in Repet. & in indiuiduo sic determinat Corn. consi. 77. vol. 2. & istā opinionē ultra Bal. & Doctor. præcitatos, tenere uidetur Neapod. in consuet. si quis moriens, & Grāmat. decis. 57. nu. 12. & Socin. consi. 207. vol. 2. & Grāmat. decis. 101. nu. 14. 35. in quibus locis allegat Socin. in d. cōsil. 207. vol. 2. In contrarium urget ratio fortissima, nam ista constitutio indistinctè dicit, quòd maritata excluditur ab existēte in capillo; & quamuis suppleatur, & dotata, debet intelligi de qualibet dote, cum indistinctè loquatur, ergo indistinctè debet intelligi, l. j. §. j. ff. de aleato. etiam si sit maior ratio in uno casu, quàm in alio, ut ibidem annotatur. & clari, & non controuersi iuris est, † quod mulier postquàm tradit nuptui, dicitur maritata, etiam si esset sponsa, l. non sine. & ibi Docto. C. de bon. quæ liber. † & dicitur dotata postquàm fuerint assignatæ, uel promissæ dotes, ut supra latius est discussum. & nō consideratur quantitas dotis circa hoc, nam siue teneamus opinionem Bart. in rubr. ff. solut. matrim. † quòd dos est ius quoddam uniuersale comprehendēs res particulares, quę opinio est magis cōmunis, ut per Docto. in d. rubric. siue opinionem Azonis, quòd dos sint ipsæ res in dotem apportatę, de qua diffinitione latè per Docto. in d. rubr. † dotata ergo intelligitur mulier, etiam si sit dos minima dotata; meritò sic dotata repellitur à successione feudi, & ei præfertur existens in capillo, cum sic determinet ista constitutio, † quæ si esset in hoc dura, seruanda esset, l. prospexit, ff. qui, & à quib. & istam opinionē tenet Bal. in auth. res, quæ. col. 2. C. commu. de lega. ubi Salic. etiam, & melius idē Bal. in c. à proponente, de rescript. ubi vult, quòd si mulier sit dotata in uno nummo, quia dotata est, excluditur à successione, & sequitur Brun. in tracta. de statut. exclud. fœm. art. 9. 2. casu principa. fol. 45. qui allegat Corn. ita tenere in consil. 100. vol. 3. vbi allegat, & in ueritate sequitur illud dictum Bal. in d. c. à proponente, de rescript. & Bal. maxima est auctoritas, à cuius opinione non est recedēdum in iudicando, & respondēdo, præsertim cum non habeat contradictorem, ut dicit Alex. in l. moribus, C. de vulga. & pupilla. substit. ideoque ista opinio est tenenda tanquam uera, & menti istius constitutionis magis fauens: nam si teneretur contraria opinio, sequeretur absurdum, imò perplexitas, quòd maritata & dotata succederet contra uerba, & mentem istius constitutionis, & absurdum esset, quòd haberet dotem, quāuis non congruam, & feudum, & existentem in capillo penitus abiiceret, quæ magis propinqua & cognata remanet fratri, §. rursus, ex quibus caus. feu. amitt. maximè cum habeat actionem ad integram dotem, ut per Bald. in l. fin. col. 3. versi. sed pone, C. de iure dot. quem sequitur Benedict. Capra in consil. 38. Riminal. consil. 332. vol. 2. Corn. d. consil. 109. col. 2. volum. 3. † Cum ergo habeat actionem ad dotem congruam, & integram consequendam, meritò debet excludi à successione, sicuti excluditur illa soror maritata, quę tantummodo habet actionem ad dotem ob solam promissionem, prout supra suo loco fuit discussum, & comprobatum. Et cum ista sit opinio uera, restat solummodo respondere obiectis in contrariū.

Non obstat primum argumentum, quòd qui tenetur ad totum, non potest adimplere pro parte, ut auth. quomodo opor. Episcop. §. fin. quia non est uerum in isto casu, cum dotans in parte teneatur supplere integram dotem ex illa doctrina Bal. in d. l. fin. C. de dot. promiss. † non enim respicit dicta Regula exclusionem, cum semel reperiatur dotata, cum actum dotandi, & non modum respiciat constitutio, ut inquit Bal. in quodā consil. quem refert, & sequitur Ioann. Baptista in Repet. l. omnes populi, ff. de iustit. & iur. num. 22. & utrunq; refert, & sequitur Brun. in loco præcitato, & Ioann. Baptista in loco præcitato sic uidetur concordare dictas opiniones. Non obstat tex. in d. l. si ita fuerit, in princ. ff. de man. testam. † quia nil facit ad hāc hypothesim, nam ibi Iurisconsultus respondit non posse diuidi conditionem, ut unus adimpleat pro parte, cum sit actus indiuiduus; quinimò & si unus non proficit alteri, quæ lex non conuenit hypothesi nostræ, cum loquatur de actu diuiduo, in quo nulla lege cauetur, quòd qui non adimpleuit totū in actu diuiduo, & non conditionali, quin possit cogi ad adimplendum totum, non dicatur aliquid egisse, † cum omnis actio habeat principium, medium, & finem, §. incipite, in procem. ff. Ideoq; non potest dici non dotasse, qui in aliquo dotauit: ideoq; illa regula nil facit ad hanc hypothesim.

Non

Non obſtant auct. Bal. in rubr. C. de contrah. empt. & in l. cũ ſit, C. de ſepulch. violat.
17 † quia nunquam tale dixit Bal. in locis allegatis per Afflict. in libr. meo. quinimò Bald. in l. cum ſit, C. de ſepulchr. violat. determinat, ꝙ remiſſius punitur, qui ſoluit aliquid, quàm qui nihil: ideoque facit differentiam inter aliquid ſoluentem, & nihil ſoluentẽ.

Non obſtat auctoritas Bal. in d. l. fi. C. de dot. promiſſ. quia Bal. loquitur, & determinat, quòd poteſt agere ad ſupplementũ congruæ dotis, & nunquã tractauit, nec per ſomnium quidem, an poſſit agere mulier incongruè dotata ad ſucceſſionem, non obſtante ſtatuto; & non eſt alleganda auctoritas Doctoris, qui non examinat quęſtionem, etiam ſi videatur decidere cauſam, ut per Raphael. Cuman. in conſi. 101. col. 3. Abb. in c. bonæ, il 2. de poſtul. prælat. quos refert, & ſequitur Socin. iunior conſi. j. col. antepen. vol. 1. quãto magis non debet allegari auctoritas Doctoris, qui nec examinat, nec uerbum dicit, de quæſtione; & ſic intelligendi ſunt Capra, & Riminald. in dictis cõſiliis: nã innituntur doctrinæ Bal. in d. l. fi. & in indiuiduo ſic intelligit loqui Bal. in d. l. fina. C. de iure dot. Corn. in d. conſi. 100. col. 2. vol. 3.

18 Nõ obſtat, † quòd ipſe Corn. uideatur tenere contrariũ in conſ. 77. vol. 2. quia Corn. in præcitato conſil. non diſputat aliud, an cẽſeatur dotata eo reſpectu, ne poſſit agere ad integram, & congruam dotem, ut uidere licet ex principio, & tota ſerie conſilii, & nunquã diſputauit, an ſic incongruè dotata poſſit petere ſucceſſionem, à qua fuerat excluſa propter dotem, meritò non poteſt allegari pro auctoritate in contrarium, ut dixi ex Cumano, Abb. & Socin. iuni.

Non obſtat Socin. in conſi. 207. col. j. in
19 2. vol. † quia loquitur, quando ſtatutum diceret, quod legitimè, uel congruè dotetur: nam cum ſtatutum requirat dotẽ legitimã, & congruam, non procedit niſi probata qualitate. allegat ea, quæ annotantur in c. 1. de homic. lib. 6. At iſta conſtitutio nõ addit aliquam qualitatem, quinimò nõ loquitur, nec requirit dotatam, ſed tantùm nuptã, ſeu maritatam, ut excludatur à ſucceſſione; & illa qualitas, dotata, additur à Scriptoribus, meritò non quadrat caſus, in quo reſpõdit Soc. ĩ terminis iſtius conſtitutionis. Præterea Socin. non diſputat, an illa debebat excludi à ſucceſſione, an potius petere ſupplementum congruæ dotis, iuxta doctrinam Bal. in d. l. fina. C. de iure dot. meritò non eſt trahenda eius auctoritas ad iſtum caſum, de quo non diſputauit per ea, quæ ſunt ſuperius dicta ex Cuman. Abb. & Socin. iuni.

Et eodem modo reſpondetur Grammatico in dictis deciſion. nam ipſe ſe fundat in auctoritate Socin. in d. conſi. 207. cui eſt reſponſum, & in auth. Neapo. qui non apertè dicit, nec diſputat, ut dixi: & quãdo dixiſſet, & explicuiſſet, mouetur ſine ratione. Cõtra eum ſtat Bal. in d. c. ſi proponẽte, de reſcript. Corn. in d. conſi. 100. col. 2. vol. 3. Albert. Brun. in loco præcitato, & Io. Baptiſta de Sãcto Seuer. in Repet. l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur.

20 Non obſtat illa cõmunis opinio, † de qua in auth. præterea, C. und. uir, & uxor. quia termini non ſunt pares, nã agitur ibi de excluden. uxore à beneficio illius legis, quod beneficiũ non debet excludere vilis & paruula dos, cum nil ſupereſſet mulieri: at iſto caſu & ſi perdat ſucceſſionem, habet actionẽ ad ſupplemẽtum dotis congruæ: ideoq; non læditur, imò ſic ſatisfit uerbis, & menti ſtatuti, quòd uoluerit prouidere exiſtenti in capillo, tanquam magis aſtrictæ, & remanenti in familia patris, d. §. rurſus, ex quibus cauſis feud. amittat. ideoque rectè intuenti patet, hanc eſſe ueram opinionem, non obſtantibus adductis in contrarium, quę re uera non obſtant. Iſtam opinionem uidetur limitare gloſ. in dict. conſtit. ut de ſucceſſionibus, in §. coniugatæ, in uerbo, coniugatę. quando pater, uel frater dotans in parte, ſciens uoluerit hoc facere, proteſtati fuerint, quia magis uoluit admittere ad ſucceſſionem, quàm dotare, & eam opinionem approbat, & ſequitur
21 Andr. in c. 1. de natur. ſucceſſ. feud. † ſed iſta limitatio nunquam mihi placuit, quamuis eam ſequatur Petr. de Gregor. in tractat. de conceſſ. feud. par. 4. nam ſui inſtituti fuit referre tantum opiniones, & eas ſine delectu approbare, ut plurimum: nam in effectu eſt iſta quædam proteſtatio, quæ tamen eſt con-
22 traria facto, † quæ non iuuat in his, quę conſequuntur ex iuris diſpoſitione per ea, quæ uolunt Docto. in c. cum M. Ferrarienſis, maximè Ripa ibidem. Cum ergo iſta ſit proteſtatio contraria facto in his, quæ ſunt conſequutiua ex diſpoſitione iſtius legis, quæ vult maritatã, & dotatã repelli, meritò illa proteſtatio, qa ſic dotata ut ſuccedat, debet

annihilari, cum sit contraria facto in his, quę consequuntur ex dispositione istius legis: ideoq; opinio glos. & Andr. & eorum, qui eā sequuntur, non uera. † sed durum esset obtinere in practica contra glo. & Andr. propter eorum auctoritatē, quibus accedunt etiam ea, quæ scribit Georgius Natta in tracta. de statut. excluden. fęmin. in j. par. q. 11.

23

*S V M M AE.*

1 *Soror maritata an compellatur recipere dotem de paragio.*
2 *Dos debet esse de bonis illius, de cuius successione agitur, ut excludat.*
3 *Dotata de alijs bonis non excluditur.*
4 *Renunciationes stant in libera renunciantis uoluntate.*
5 *Dotis beneficio potest soror non uti.*
6 *Frater paratus soluere dotes, est ac si soluisset.*

1 SEd † si soror, uel alia, quæ posset succedere primogenito, noluerit dotari ab eo, de cuius successione feudali tractatur, uel à fratre, uel alio collaterali, an possit cōpelli à fratre, ut recipiat dotē, qua recepta, uel promissa, repellitur à successione fratris de feudo? And. in c. j. de natur. success. feu. tenet, ꝙ non cogatur accipere dotē, cuius opinionem adiuuat: 2 † nā dos de bonis dotātis est sola, quæ excludat à successione feudi dotantis, & non ma- 3 trimonium. † nam maritata de aliis bonis, quàm de bonis dotantis, uel patris, non excluditur à successione feudi, ut per glo. & ibi Andr in cōstit. ut de successionibus, §. ex collaterali, ī verb. coniugatę, & ī verbo, dotatę. & per Andr. in c. j. col. 5. de natu. success. feu. & in cōstit. in aliquibus, & firmat etiam Guliel. de Pern. in consi. 12. circa finem. Blasc. Lanz. in cōsi. in causa Castanię. Petrus à Gregorio in tractat. de concessio. feu. in 4. part. principa. ver si. istam cōclusionem intelligo. Ideoq; cum lex ista, & constitutio Regni, repellat maritatā ita demum, si fuerit dotata, meritò non potest compelli, ut recipiat dotem, & sic renunciet iuri de futura successio- 4 ne: † quia renunciationes stant in libera renūciantis potestate, ut probatur ī l. si quis in cō scribendo, C. de pact. cū simil. quinimò quāuis constitutio Regni præcipiat fratri, ut do- 5 tet sororē secundū paragium; † attamen tale beneficiū potest ipsa soror nō uti, etiam inuito fratre, arg. tex. in l. si iudex, ff. de minor. Ideoq; nimirum, si non potest cogi, vt accipiat dotem tanquam simplex beneficium, quod cōglutinatur cū renunciatione successionis feudi: sed opinio Andr. & sequaciū tenetur in Regno, & practicatur, ideo ab ea nō discedendum.

Contrariam opinionem tenet Bal. in l. fi. col. 3. vers. item facit ad aliam quæstionem, C. de pact. & in l. pactum, in 20. quæst. C. de 6 collat. vbi dicit, ac determinat, † ꝙ frater paratus soluere dotes, habetur ac si soluisset, & dotasset, cum per eum nō stetir, argum. tex. in l. qui filium, ff. vbi pupill. educa. debet. & l. iure ciuili, ff. de condi. & demonst. & sequitur Petrus de Anchara. & istam opinionem uidetur tenere Georg. Natta in tract. prædicto, in j. par. q. 9. & hanc opinionem nuncupatim reprehendens Andr. tenet Albert. Brun. in tractat. de stat. exclud. fęmin. arti. 6. q. 12. ubi refert Paul. de Castro Alex. Socin. Barth. Cœpoll. tenere etiam hanc opinionem in locis per eum citatis.

*S V M M AE.*

1 *Dos promissa & soluta uiro, ignorante uxore, an excludat eam à successione feudi.*
2 *Ignorans non debet affici damno.*
3 *Vxor non præsumitur scire facta mariti.*
4 *Blasc. Lanza insurgit contra Andr. sed leuibus telis.*
5 *Constitutio Regni excludit simpliciter dotatas.*
6 *Scientia, & ignorantia, tunc considerātur, quādo quis potest actui contradicere.*
7 *Iuris effectus non potest contradictione partis impediri.*
8 *Mulier consentiens matrimonio, non iuuatur contradictione circa dotem.*
9 *Iuris ignorantia non releuat.*
10 *Cōstitutio Regni excludit cōiugatas, et dotatas.*
11 *Soror non potest cogi ad recipiendum dotem.*
12 *Ignorantia in ista hypothesi non esset iuris, sed facti.*
13 *Ignorantia de uera quando posset constare, procederet opinio Andr.*
14 *Andr. opinio non potest firmiter in facto comprobari.*
15 *Mulier consentiendo matrimonio, censetur doti consentire.*
16 *Matrimonium cum constat, censetur constare de dote.*
17 *Andr. decisio in eius terminis nō pōt cōprobari.*
18 *Vxor ex coniunctione præsumitur scire omnia mariti.*
19 *Coniunctus præsumitur scire facta coniuncti.*

20 *Restrictio, quam facit Andr. ad tex. in l. octaui, ff. und. cognat. non est uera.*
21 *Consanguineos quæ possunt latere, in his nõ procedit ille tex.*
22 *Vxor ex cohabitatione præsumitur scire facta ... mariti.*
23 *Scientia unà cum taciturnitate, inducit ratificationem.*

1 QVAERIT †enim Andr. in d. c. j. de natu. success. si dos fuit promissa, uel soluta uiro, uxore ignorante, an cẽseatur dotata, ut excludatũ à successione feudi? Et decidit, ꝙ non sub ea ratione, quia ex quo ipsa ignorat dotis cõstitutionẽ, non debet repelli, †quia ignorãs nõ 2 debet affici dãno, nec obligatur, allegat tex. in argum. suæ rationis in l. generali, C. de tabul. lib. 10. & in l. si ignorans, ff. locat. l. si ex maleficiis, ff. de actio. & oblig. & subdit postea Andr. †ꝙ uxor non pręsumitur scire fa- 3 cta mariti, nam tex. in l. octaui, ff. und. cogna. procedit in scientia personarũ. †Blasc. Lanz. 4 in repet. istius legis, conatur impugnare Andr. sed leuissima armatura, dicens †ꝙ ex quo 5 constitutio Regni excludit dotatam, à qua sumit interpretationem ista cõstitutio eo ipso, ꝙ est dotata, excluditur à successione feudi, & non est necessarius aliquis actus mulieris, nisi ꝙ nubat. ergo intelligenda est constitutio simpliciter, prout loquitur. Præterea †consideratur quando quis posset actui con- 6 tradicere, † sed ubi effectus iuris non potest 7 contradictione partis contradicẽtis impediri, tunc nec scientia obest, nec ignorãtia prodest, ut habetur in l. quæ dotis, ff. solu. matr. †at mulier, quæ permittit maritari, siue con- 8 tradicat dotationi, siue non contradicat, nõ iuuatur contraditione, postquàm contradictio non iuuaret. dicit tandem, †ꝙ ex quo es- 9 set iuris ignorantia, non releuaret, l. constitutionibus, cum materia, C. de iur. & fac. igno. sic residet tantus Doctor, & nihilominus oportebat contortum telum Andr. prius cõfringere, & inde eum urgere, adeo ꝙ nullus superesset ei locus cõfugiendi: sed neutrum fecit, nã ne pilum quidẽ mouit telum à manibus, nã tota vis argumentorum Andr. consistit, ut probet, ac demonstret quòd eo casu mulier non dicitur dotata, quamuis respectu mariti dicatur dos. si ergo enthymema Andr. stat, cõcidunt omnia, quæ detorquet 10 contra eum Blasc. Lanz. †nam cõstitutio Regni, in qua facit totum fundamẽtũ, excludit coniugatas, & dotatas, si uerum est, quod dicit Andr. ꝙ ista mulier nõ dicitur dotata, sic quamuis sit dos respectu mariti, constitutio Regni nil facit contra Andr. sed ei fauet, & magis insipidum est illud axioma, quo scientia uel ignorantia non nocet, neq; iuuat, cũ non possit contradicere: † nã istud totum est 11 falsum, † cũ superius demonstratum est sororem, seu mulierẽ non posse cogi ad accipiendum dotẽ in uitam, ut excludatur à successio- 12 ne feudi. † Nec enim ista, quam imaginatur 13 Blasc. est ignorantia iuris, sed facti; & ideo † si in ista hypothesi Andr. posset constare de uera ignorantia, proculdubio accederem opinioni And. quã nemo impugnat, quẽ ego uiderim, excepto Blasco Lanz. leuibus tamen 14 telis, nihilominus teneo firmiter, † nõ posse opinio. Andr. in facto comprobari in dubio: 15 † nã cõsentiẽdo & mulier matrimonio, cẽsetur consentire dotationi, & doti sibi debitæ. 16 † nam in dubio constito de matrimonio, censetur constare de dote de bonis mulieris, ut Bal. scribit in consi. 102. vol. 4. & idẽ Bal. in auth. res, quæ. post Iacob. de Aren. C. cõmu. de lega. col. 2. eandẽ opinionẽ tenet Petrus de Ancha. cõs. 144. & Cãpeg. refert, & sequitur in tracta. de statut. excludẽ. fœmin. in ult. part. q. 57. incip. in dubio. Iacob. in l. mulier bona, col. 2. ff. de iure dot. quamuis contrarium teneat Brun. in tracta. statu. art. 2. q. 8. & non bene. ideoq; ni probet mulier contrarium, habet præsumptionem contra se. contrariũ nõ potest probare faciliter, quia oportet probare de scientia, & quòd contradixit 17 quod est alterius discussionis: † meritò in finibus quęstionis And. eius decisio non po- 18 test cõprobari, & fortius † ꝙ recipiẽdo maritus dotes ei promissas, totũ pręsumitur vxor scire ob coniunctionem, & cohabitationem 19 simul: † nam coniunctus præsumitur scire facta coniunctorũ, vt probat tex. in l. octaui. ff. vnd. cogna. per quẽ tex. sic respondit Guid. Pap. cons. 23. col. 8. ubi dicit ꝙ ista præsumptio est adeo violenta, ꝙ transfert onus probandi contrarium in aduersarium. sic etiam respondit Alex. consi. 213. vol. 2. vbi dicit, ꝙ coniuncti, qui simul habitãt, pręsumũtur scire facta cõiunctorũ, & prius Alex. hoc voluit Anch. cons. 171. quem refert, & sequitur Socin. cons. 264. vol. 2. idem respondit Aretin. cons. 73. ĩ fine, qui loquitur de patre, & filio simul habitãtibus, & Bologn. cons. 13. nu. 3.

ubi allegat dictũ tex.in d.l. octaui,& text.in l.de tutela,& ibi Bart.C.de in integr.reſt. & tex.in c.ex literis,de præſcrip. cum ibi anno tatis per Anto.de Butri.idẽ reſpondit Ruin. conſi.168.col.2.vol.j.& conſ.47.nu.13.vol. 1.& conſi.162.col. 5. vol. 4. & uoluit Abb. conſi.19.vol.2.ſcribit Aymon Crauett. con ſil.123.col.j.& in conſil.151. nu.24. vbi loquitur de viro, & uxore, & iſtos & alios ad hoc citat Roland. à Vall.in conſi.19.ſub nu. 28.cum pluribus ſequentibus, vol.j. quibus accedit doctrina Bart.in l.j.ff.ſi cert.pet. qui uoluit optimam eſſe cauſam ſcientiæ in teſte,ſi dicat,ſcio quia ſum uicinus,uel conſanguineus: quia cõſanguineus præſumitur ſcire facta coniunctorum, ex tex.in d.l. octaui, ff.und.cogna.& in d.l.de tutela, C.de in integr.reſtit.& ſequuntur ibi communiter Doctо. Ex quibus apparet, † quòd reſtrictio ad tex.in d.l.octaui, ff.und.cognat. & in d.l. de tutela,C.de in integr.reſtit.tut.quam dat,& facit Andr. eſt contra mentem omnium Doctorum,ſupra allegatorum,quamuis Angel. Bal. Paul. de Caſtr.Rom. Alex. Iaſ.& cæteri,& etiam Repetentes,in d.l.j.ff.ſi cer.peta.

20

21 dicant,†quòd in his,quæ poſſunt latere conſanguineos,ut in furto,homicidio,& ſimilibus,& etiam in actibus, ſeu cõtractibus, qui fiunt momento,non procedunt,d. l. octaui, cum ſimilib.nam dicta opinio ſic diſtinguitur, ut procedat in his, quæ à communiter accidentibus non ſoleant latere conſanguineos, ut per Alex.in d. l.j. ff. ſi cert. petat. & Dec.ibidem,num. 17. & ibidem etiam Repetentes.

22 †Cum ergo à communiter accidẽtibus uxor ex cohabitatione præſumitur ſcire facta mariti, & maximè circa dotes, ubi agitur de eius præiudicio, ut ſcribit Corn. conſil. . . & Crauett.in d.conſ.Ideoq;

23 †ignorantia nõ præſumitur, ſed ſcientia,quæ ſciẽtia unà cum taciturnitate inducit ratificationem actus geſti nomine uxoris, ut per Dec. conſi.58.& Ruin.conſi.174.col.3. vol.j.Pariſ.conſi.89. penult.col.vol.3.quos refert,& ſequitur Roland. à Valle in d.conſi. 19. ſub num.34.cum ſequentib. vol.j. bene uerum, quòd ſi probaretur ignorantia aliter, quàm dicit Andr. ut puta quòd in loco longinquo poſt matrimonium ſine dote uera reciperet dotes,& quòd uxor noluit dare dotes,& antequàm cum uxore cohabitaret moreretur, uel probaret ignorantiam ex illis coniecturis, quas ſcribit Bal.in conſi.392. vol.j. tunc (ut dixi)accederem opinioni Andr.non obſtante friuola oppugnatione Blaſc. Lanz.

S V M M AE.

1 *Andr.malè loquitur in hac hypotheſi.*
2 *Scientia illa & patientia inducit ratihabitionem.*
3 *Andreæ rationes friuolæ.*
4 *Tex.allegatus ab Andr. probat contra.*
5 *Mulier poterat diſſentire, ne reciperet nomine ſuo.*
6 *Dotis in acquiſitione tacẽs cenſetur conſentire.*
7 *Quæ ueniunt in conſequentiam, non habentur in conſideratione.*
8 *Spes de ſucceſſione uiuentis improba.*
9 *Cum agitur de aliquo obligando,patientia non obeſt.*

1 EX his deciditur alia quæſtio Andr. de uxore ſciente, & tacente : †nã in iſta hypotheſi malè loquitur And.& meritò reprehenditur

2 a Blaſco,†cum illa ſcientia & patientia inducat ratihabitionem actus,nomine ipſius mulieris geſti,vt ex Decio,Soc.iunio. Pariſ.Roland.à Vall. ſuperius firmaui. Non obſtant

3 rationes Andr.†quia nil faciunt ad hanc hypotheſim. & primò tex.in l.ſæpe,§.ſed ſcien

4 tibus,ff.de re iudic.nam † ille tex.facit contra Andr.dum dicit obeſſe marito,ſi ſciuerit alium litigare de dote,quæ prius ad eũ pertinebat, ut litigaret. Sic ergo nocet mulieri ſcienti maritum recipere dotem eius nomine datã; nec congruit huic hypotheſi, quòd mulier non poterat maritum prohibere, ne

5 reciperet dotem, †quia imò poterat,ne reciperet nomine ſuo,cum ex ſcientia ſola cẽſetur ratificaſſe,ut expreſsè conteſtantur Dec. Ruin.Pariſ.& Roland.à Valle in locis præallegatis.nec eſt etiam uerũ in hoc caſu,qui tacet,nec affirmat,nec contradicit:

6 †quia cum agatur de acquiſitione dotis, tacens cẽſetur affirmare,& approbare,ut uoluit Bar.ĩ l.qui, ff.rem rat.hab.qui Bart.allegat gloſ. in l.abſentis,C.ſi cer.pet.& referr, & ſequitur Dec. in d.conſi.58. Et ſi dicatur,ꝙ in iſta acquiſitione dotis includitur quaſi renunciatio ſucceſſionis feudi, nã non obeſt:

7 †quia uenit in conſequẽtiã illa renunciatio actus permiſſi, ideo nõ hr̃ in cõſideratione,l.qđ dicimus,& l.j.ff.de aucto. tuto. annotat Bart. in d.l.j. & fortius,cum nullũ ius fuerit radicatũ in per-

8 ſona mulieris,ſperantis ſuccedere fratri:†nã talis ſpes de ſucceſſione viuẽtis cõſanguinei, dicitur

dicitur vana, & improbabilis, vt probat tex. in l. post emancipationem, §. j. ff. de liberat. legat. & ibi annotant Doctor. & Bart. in l. fi. C. de pact. vbi Iacob. in j. not. & Cassan. con si. 64. nu. 49. ideo nulla renunciatio, nullum interesse, nullum præiudicium: quia non entis, nullæ qualitates, vt habetur in l. lecta,
9 vbi Dec. ff. si cert. petat. Non obstat, † quod cum agitur de aliquo obligando, non nocet patientia, taciturnitas vnà cum scientia, l. filius, §. inuitum, ff. de procurat. quia mirandum de tanto Doctore, vbi nam obligatio mulieris in receptione dotis? Certè nulla obligatio, sed exclusio à successione incerta vana, & improbabili spe; ideoq; non poterit etiam verificari in isto casu illa doctrina Inno. in c. in Genesi, de elect. quod in re onerosa non sufficit scientia & taciturnitas in eius præiudicium. nam nullum onus in ista hypothesi, imò lucrum in acquisitione dotis, & nullum interesse respectu successionis; cum sit vana & incerta spes. Qua propter Labeo Iurisconsultus in d. l. post emancipationem, §. j. respondit, non extimari interesse ex prætensione successionis de futuro viuentis, & scribunt Bar. Iacob. & Cassan. in locis præcitatis. Ideoq; apparet opinionem Andr. non esse veram, nec tenendam.

S V M M AE.

1 *Mulier minor, quæ recepit, an restituatur.*
2 *Andr. tenet, quòd possit restitui.*
3 *Andr. mirabilis Doctor, & subtilis disputator.*
4 *And. non bene perspexit causas restitutionis in integrum.*
5 *Minor nunquam restituitur, nisi lædatur vel dolo aduersarij, vel sui facilitate.*
6 *Minor vtens iure communi etiam si lædatur, non restituitur.*
7 *Mulier, quæ nubit, vtitur iure communi.*
8 *Matrimonium est de iure naturali, & diuino.*
9 *Mulier, quæ nubit, non dicitur circumscripta.*
10 *Castitatem seruare non est cuilibet facile.*
11 *Mulieri nubenti non potest impingi seu imputari facilitas inconsulta. & nu. 16.*
12 *Mulieri nubere sine dote non est facile.*
13 *Homo adducitur ad matrimonium instinctu naturæ.*
14 *Homines appetunt conseruationem indiuidui.*
15 *Liberorum est ex instinctu naturæ procreatio & educatio.*
17 *Prætor subuenit minori in eo, quod est gestum per eum, & est circumspectus.*
18 *Restitutionem in integrum, ad consequendam requiritur læsio, & magna.*
19 *Damnum fatale non præstat restitutionem in integrum.*
20 *Prætor de euentu non curat.*
21 *Iura allegata per And. non probant eius intentionem.*
22 *Euentu ex futuro quando non potest sequi damnum, & commodum, non consideratur læsio.*
23 *Læsio quòd sit magna, est necesse ad restitutionem in integrum.*
24 *Læsio in remuneratione successionis futura non datur.*

SED si fuerit minor primogenita,
1 quæ nupsit, & recepit dotem, † an mortuo Barone infra tẽpora restitutionis in integrum, possit petere restitutionem in integrum, tanquam læsa? Et Andr. in d. c. j. de natur. success. feu.
2 tenet, † quòd possit petere stante læsione ex
3 eo, quòd euenit, vt ibi per eum, † qui quamuis fuerit mirabilis Doctor, & acutus, ac subtilis disputator, attamen in ista quæstione videtur, quòd toto cœlo aberrauit à scopo ve
4 ritatis, † quasi non bene perspexerit causas, ac fundamenta restitutionis in integrum,
5 † cum minor nunquam restituatur nisi demum lædatur vel dolo aduersarij, vel sui facilitate, vt probat tex. in l. verum, §. sciendũ, cum §. sequen. & l. quod si minor, §. non semper, ff. de minorib. annotant Bart. & Docto. in l. fi. C. de in integr. restit. mino. & ideo in
6 primis datur regula, † quæ statuit minorem vtentem iure communi, non videri circumscriptum, vt est tex. ad literam in l. non vide
7 tur, C. de in integr. restit. mino. † cum ergo mulier, quæ nubit, vtatur iure communi, sci
8 licet naturali: † nam illa coniunctio maris, & fœminæ, quã nos matrimonium appellamus, est de iure naturali, Instit. de iur. natur. in princip. quinimò de iure diuino, relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit
9 vxori suæ. † non potest dici circumscripta, si nupsit legitimè, nec etiam si recepit dotes, cum in hoc etiam vtatur iure cõmuni, quod statuit dotes & fauore reipublicæ, vt mulieres nubere possint, l. reipublicę, ff. de iu. dot. & annotatur ĩ l. j. vbi oẽs, ff. solu. mat. si ergo nupsit, & recepit dotes, & ideo vsa iure communi, non potest dici circumscripta, vt est tex. in dicta l. fi. C. de in integr. restit. mino. Et si dicatur, poterat non nubere, & sic ex-

pectate

pectare futurum euentum successionis, hoc non est cuilibet facile,† nam seruare castitatem est donum Dei, & non cuiuslibet: nam de continentia loquēs Dominus apud Math. cap. 19. dixit, Non omnes capiunt hoc verbum, sed quibus datum est. Et Paul. cum adhortaretur coniuges ad pudicitiam j. ad Corinth. c. 7. dicebat, Vellem omnes homines, sicut me ipsum, sed vnusquisque habet proprium donum à Deo; alius sic, alius autē sic. & tractat August. in libro de bon. perseueran. 2. cap. 14. & ideo dicebat Ambros. In carne esse, & præter carnem viuere, potius est diuinitatis, quàm humanitatis: meritò † non potest dici, neque impingi facilitas inconsulta mulieri nubenti, cum ad hoc instigetur à natura, & ab innata concupiscentia. Qua propter illa Anna Vergiliana, dum hortabatur sororem ad matrimonium dicebat,

*Nec dulces natos Veneris, nec præmia noris.*

Nec potest dici, † quod saltem non debebat recipere dotes, quia non est facile nubere sine dote, ut probant tex. in d. l. 2. ff. de iu. dot. & in l. j. vbi annotant omnes, ff. solu. matri. Cum ergo nulla calliditate aduersarij, quia cum sorore, uel existente in capillo, nil est gestum, quod repugnet legi naturę, † nec incōsulta facilitate mota ad matrimonium, quin imò adducta ad illud instinctu naturę, † cum natura homines appetant conseruationem indiuidui & cum hoc sit impossibile in perpetuum, saltem per prorogationem similium, ad hoc nititur: & ideo † ex eo instinctu naturæ est & procreatio, & educatio liberorum, vt est tex. in præcitato loco, Instit. de iu. natura. gent. & ciui. Quinimò sequuta consilium Paul. ad Corinth. c. 7. dum consuluit melius esse nubere, quam vri. † meritò non potest imputari mulieri nubenti aliqua inconsulta facilitas, vt requirit Iurisconsultus, vt possit restitui minor, l. verum, §. sciendum, ff. de minor. Præterea, † prætor interponit partes suas in eo, quod gestū est cum minore, in quo & minor circumscriptus est, hoc probat tex. in l. j. § prætor ait, & in l. ait prętor, ff. de minor. in princip. & in eo, quod non est gestum cum minore, quamuis lædatur minor, nullæ sunt partes prætoris, vt est tex. in l. verum, §. ex facto, ff. de minorib. At quid gestum est per ipsam minorem, nisi matrimonium, & receptio dotis, in quo prętenditur restitutio in receptione facta à marito de dote, vel promissione, & hoc non potest petere, nisi quādo in dote esset circumscripta, & hoc contra fratrem, vt est tex. in l. si ex causa, §. in dotis, §. de minorib. certè aduersus maritum non petet restitutionem in integrum, quia non circumscripta ab eo, nec aduersus sororem, vel aliam in capillo, quia cum ea nil est gestum, merito deficiunt in hac hypothesi Prætoris partes ad concedendum in integrum restitutionem, nam exclusio à successione feudi non prouenit ex aliquo gesto ipsius minoris cū sorore in capillo, vel alia, sed ex dispositione istius legis in consequentiam. Præterea † ad concedendā restitutionem in integrum minori, requiritur læsio, & non minima, l. scio, ff. de in integr. restit. & læsio debet esse tempore contractus, † nam illud quod postea accidit damni, tanquam quid facile, non dat in integr. restitutionem, vt probat tex. in d. l. verum, §. sciendum, ff. de minor. cum sequentib. facit tex. in l. voluntatis, C. de rescinden. vendit. & scribit Aymon Crauett. consil. 151. nu. 7. & consil. 145. Cum ergo ista mulier minor receperit dotes, in quo actu nulla circūscriptio tempore actus gesti, & quamuis facto postea fuisset ei delata successio feudi, † & sic inspecto eo, quod postea accidit esset in damno, de hoc euentu non curat prætor, nec ex eo indulget restitutionem in integrum, vt est tex. in d. l. verum, §. sciendum, ff. de minorib. Nec est verum enthymema Andr. in ista hypothesi, quòd ex euentu declaratur læsio, & retrotrahitur ad initium cōtractus: † quia iura per eū allegata etiam non probant suā intentionem, quinimò tendunt contra tex. In §. sciendum, ff. de minorib. & in l. voluntatis, C. de rescind. vendit. & contra doctrinas citatas per Crauett. in consil. præcitatis, nam generaliter posset sic argul, futurus euētus declarauit lęsionem tempore contractus cum non possit demonstrari ratio diuersa inter istum casum, & casus comprehensos in d. l. verum, §. sciendum, cum sequent. ff. de minorib. Præterea tempore contractus nulla læsio, quia ipsa mulier recepit certum, scilicet dotem, & renunciauit incertum, † quia actus in seipso erat talis natura, quòd poterat afferre damnum, & commodum: damnum amissionis, si frater, vel pater decederet sine filiis masculis, pater & frater sine filiis indistinctè, & ante eam commodum receptionis dotis, non delato postea ei feudo, & in isto casu non consideratur læsio, vt probat

bat tex. in l.si pater puellæ, C.de inoffic.testam. & in l.in fideicommisso, vbi Alex. & Iaf. C. de pact. in indiuiduo casus nostri Iacob. de . . . in consilio. inter consilia Calcan. quem refert, & sequitur Aymon Crauett. consi. 145. Præterea, † vt possit concedi in 23 integrum restitutio, est necesse quòd læsio sit, & magna, d.l.scio, ff.de in integr.restitut. † at nullum interesse, nec læsio considerari 24 potest in renunciatione successionis futuræ, vt probat tex. in d.l.si post emancipationẽ, §.j.ff.de liber.legat. & voluit Bart. & Iacob. nu.2.in l.fin.C.de pact. & Cassan.in d.consil. Non obstat tex.in l.deniq; §.si quid minori, ff.de minorib.qnia ibi legatum certũ, & acquisitum, & sola executio fuit dilata, ut acquireretur filiofamilias, ideoq; non obstat. & ista opinio tenenda est indistinctè, nam contrar. etiam tenet Blasc.Lanz.hic.

S V M M AE.

1 *Dos de paragio, & vita, & militia, an in successione transuersalium debeatur.*
2 *Dos de paragio, & vita, & militia, debentur occasione bonorum, quæ frater maior habet à communi parente.*
3 *Legitima non debet de bonis fratris, vel sororis.*
4 *Dos de paragio, & vita, & militia, de iure cõmuni non erat cognita.*
5 *Extensio non fit de vno casu ad aliũ in statutis.*
6 *Casus omissus remanet in dispositione iuris communis.*
7 *Constitutiones Regni debent interpretari à iure communi.*
8 *Bona subiecta restitutioni, sunt illa, quæ veniunt à linea ascendenti.*
9 *Frater potest alienare vnum de tribus feudis pro dote sororis.*
10 *Feudum antiquum dicitur obuenire à primo acquirente.*
11 *Constitutionis, fratribus, intellectus.*
12 *Dos de paragio, est onus feudi.*
13 *Constitutio, fratribus, considerat onus iuris communis.*
14 *Constitutio, fratribus, non habet locum in filia fratris.*
15 *Feudi in successione non consideratur persona primi acquirentis, sed vltimi decedentis.*
16 *Petrus à Gregorio tenet contrariam opinionem.*
17 *Ratio adducta à Petro de Gregorio.*
18 *Legis ratio quando est generalis, tota lex generaliter est intelligenda.*
19 *Ius Francorum in Regno habet locum in transuersalibus etiam.*
20 *Collaterales in feudo nouo, in Regno succedũt.*
21 *Collateralis respectu primi acquirentis, dicitur de descendentibus.*
22 *Dos de paragio illis personis debetur, pro quibus potest peti adiutorium.*
23 *Constitutio, Comitibus, loquitur de fratribus, & sororibus.*
24 *Collateralium successio secundum Regni constitutiones non excedebat tertium gradum.*
25 *Constitutio, Comitibus, loquitur in successione descendentium.*
26 *Succedens censetur habere ab vltimo defuncto immediatè.*
27 *Constitutio, Comitibus, non debet extendi, vt comprehendat casus non expressos in ea.*
28 *Argumentum à contrario sensu, non sumitur ad correctionem iuris.*
29 *Dos de paragio, & vita, & militia, fuerunt inuenta per constit. Regni.*
30 *Successione elargata per istam constitutionem videntur omnia repetita.*
31 *Constitutiones Regni, quòd debeãt interpretari per prius à iure cõmuni, ẽ falsum. & nu.32.*
33 *Constitutio ista recipit interpretationem à constitut. Regni.*
34 *Petri à Gregorio argumenta non sunt firma.*
35 *Ratio adducta à Petro de Gregorio in constitutionibus Regni non exprimitur.*
36 *Constitutiones Regni poterant vocare primogenitum, & excludere cæteros à legitima.*
37 *Ne contingeret hoc reseruarunt dotem de paragio, & vitam, & militiam.*
38 *Ratio constituendi dotes de paragio, & vitam, & militiam. & nu.39.*
40 *Ratio excogitata per Petrum de Gregorio non est scripta.*
41 *Legitima nõ datur in successione fratris.*
42 *Naturales repelluntur à successione, vitio personæ eorum, & odio patris.*
43 *Petri de Gregorio tertium argumentum, in omnibus suis partibus est falsum.*
44 *Successio transuersalium in Regno non datur, nisi ex ista constitutione.*
45 *Bona dicuntur vltimi decedentis.*
46 *Constitutio, quàm plurimum, non exprimit, nisi de filia & sorore.*
47 *Blasc. Lanz. opinio uera.*
48 *Argumentum validum, ꝙ nõ est, lex quæ dicat.*
49 *Tex. in constit. Comitibus, non potest cauillari.*
50 *Constitutiones Regni loquuntur de successione descendentium.*

51 Verba

51 *Verba legis vbi non conueniunt, non conuenit eius dispositio.*
52 *Constitutio, vt de successionibus, §. filij, loquitur de successione descendentium.*
53 *Constitutio, Comitibus, non est verum, probat à contrario sensu.*
54 *Primogenitus tenetur fratribus ad alimenta.*
55 *Dos de paragio, est portio hæreditatis.*
56 *Fratri, vel sorori in successione fratris, non debetur legitima.*
57 *Dotis de paragio vera ratio.*
58 *Dos de paragio, & vita, & militia, vt sit onus feudi in successione transuersalium non debetur.*

AT pulchra, & nodosa quæstio est, 1 † an in ista successione transuersalium debeatur à cæteris sororibus, & fratribus, vel aliis dos de paragio, & vita, & militia? Blasc. hic quæst. 21. determinat, quòd non; motus primò, 2 † quod dos de paragio, & vita, & militia, debetur sororibus & fratribus, quando feudum deuoluitur ad primogenitum à cōmuni patre, quia tunc est legitima, quæ debetur filiis minoribus, vt probatur in constit. Comitibus, in fine, vbi Andr. At 3 † quando tractatur de successione fratris, nec fratribus, nec sororibus, debetur legitima in bonis fratris, l. fratres, l. fratris, C. de inoffic. testam. Secundò arguit, 4 † quòd de iure cōmuni vita, & militia, & dos de paragio, non erant cognita, sed tantùm introducta à constit. Regni, quæ loquuntur de successione parentum, 5 † meritò nō debent extēdi ad alium casum, l. si verò, §. de viro, ff. solut. matri. quinimò est tex. in ista lege; quæ loquens de successione transuersalium nil disponit de vita, & militia, & dote de paragio, 6 † ergo tanquam casus omissus, remanet in dispositione iuris cōmunis, l. commodissimè, ff. de liber. & posth. Tertiò arguit, 7 † quòd omnes Regni constitutiones debent interpretari iure communi, l. 2. C. de noxal. l. nā & posteriores, ff. de legib. at 8 † de iure cōmuni bona subiecta restitutioni sunt obnoxia dotibus, & alimentis, quando ipsa bona obueniunt à linea ascendente, non autem si à transuersali, vt communiter legitur, & notatur in auth. res, quæ. C. cōmun. de legat. Cum ergo feuda dicantur restitutioni subiecta, & æquiparantur, vt scribit Andr. in c. j. §. hoc quoq;, de success. feud. ergo constitutiones disponētes, ꝙ sint obnoxia pro dotibus, & vita & militia, & sic pro alimentis, intelliguntur quando feuda veniunt ab ascēdentibus, & non à transuersalibus, & collateralibus. Et quia videbat, quòd poterant obstare duo; primum, 9 † quod frater pro dote sororis potest alienare vnum feudum, quantumcunq; prouenerit ex linea transuersali, constit. fratribus, secundum communem interpretationem, meritò debetur dos de paragio, & per consequens, vita, & militia, quę 10 æquiparantur. Secundò, † quia feudum antiquum dicitur obuenire à primo acquirente ex pacto, & prouidentia Principis, & non ab vltimo moriente, cap. j. de gradib. success. in feud. Feder. de Senis consil. 13. quamuis ipse non alleget respondit, constitu. fratribus, nil facit in oppositum, imò asserit, ꝙ firmat eius conclusionem, vt ipse loquitur: nam dicit ipse, quòd dicta constit. fratribus, non dicit, ꝙ debeatur dos de paragio de feudo, sed 11 disponit, † ꝙ si frater non habet aliunde bona, de quibus possit dotare sorores, ꝙ possit alienare vnum de tribus feudis. & sic tex. decidit, ꝙ sorori non competat dos de paragio de bonis fratris: nam si competeret, non con 12 sideraret si frater habet aliunde, † quoniam dos de paragio est onus feudi, & debetur sorori, & maritatæ à fratre diuite, tanquam sibi debita super feudo, vt declarat Andr. in 13 dicta constit. in aliquibus. sed † d. constit. fratribus considerat onus iuris cōmunis, quod frater teneatur dotare sororem inopem, & alere fratrem egentem, l. si plures, §. penult. ff. de administr. tut. & tenent Moderni ī l. j. 14 ff. solut. matrim. & ideo † illa constitutio non haberet locum in filia fratris, d. l. fratres, & l. fratris, C. de inoffic. testam. & eadem ratione si frater egeret, credo quòd frater teneretur alere fratrem, & si non haberet aliunde, posset pro alimentis fratris vendere vnū de tribus feudis per æquiparationem prędictā. Ad secundum respondet, ꝙ non est verum, 15 † quòd in successione feudorum consideretur persona primi acquirentis, sed consideratur persona vltimi decedentis, allegat hoc tenere Andr. in c. 2. §. fin. in 4. col. in vers. mater verò īstituens filium, Imperator Lothar. allegat tex. istius constitutionis in verbo, de functo proximior, & tex. in c. j. ad finem, de natur. success. feud. sic residet tantus vir, asserens sic consuluisse. 16 † Contrariam opinionem de directo tenet Petrus de Gregorio in tractat. de dot. de paragio, q. 33. his rationibus

17 nibus;motus,† quòd ratio introductiua dotis de paragio,& vitæ, & militiæ,fuit exclusio successionis feudi, quòd ex iure Francorum non poterat, nisi ad vnum deuenire, & ad hoc probandum adducit tex. in constitu. in aliquibus,& in constit.Comitibus,vbi declarat Andr.in 4.col. vers.nos autem. cum ergo ista ratio exclusionis à successione feudi propter ius Francorum militet etiam in successione transuersalium in Regno,in quo ex dispositione istius constitutionis viuitur iure Francorum, meritò quod disponitur in constit. vt de successionibus,procedit in ista
18 constitutione:† quia quando ratio legis est generalis, l.regula, §.final.ff.de iur. & fact. ignor.l.cum pater,§.dulcissimis, ff.de legat.
19 2.& hoc maximè,† quia ius Francorum habet locum in Regno in successione transuersalium. Secundò mouetur alia ratione, dicens quòd ratio exclusionis inducta per gl. in constit.Comitibus, filiorum naturalium à successione bonorũ militat pariformiter, quando legitima proles, siue non adsit, sed supersint fratres,vel alij collaterales,defuncti,quia vtroq; casu excluduntur naturales, nisi respectu alimentorum; sic ergo dicendũ (dicit ipse) in isto casu. Tertiò hoc modo ratiocinatur,quòd aut sumus in feudo nouo
20 †& eo casu stante dispositione istius constitutionis succedunt collaterales, & si fœmina excluditur à fratre, meritò debetur dos de paragio, quia debetur dos de paragio ei ratione exclusionis.si verò est feudum antiquum, & tunc licèt in eo succedatur vltimo morienti, vt probat ista constitutio ibi, defuncto proximior, & declarat in simili Socin.in l.si cognatis, ff.de re. dub. non tamen succeditur in bonis vltimi morientis, sed in bonis primi acquirentis,tanquam restitutioni subiectis, ex inuestitura, vel dispositione istius constitutionis videtur, cũ sit antiquũ, & proueniat per lineam descendentem, licèt vltimus moriens sit collateralis respectu succedentis in feudo,qui propter prærogatiuam sexus,vel primogenituræ, excludat fra
21 tres, vel sorores à successione fratris:† attamen respectu communis parentis, & primi acquisitoris feudi, dicitur de descendentibus per directam lineã ab illo;ideoque cum ista ratio exclusionis militet etiã in casu successionis huius collateralis vltimi morientis, ergo ratione huiusmodi exclusionis debent frater & soror succedentes in feudo habere & consequi vitam, & militiam, & dotẽ
22 de paragio. Et in 4.q.etiam adducit,† quòd illis debetur personis dos de paragio, pro quarum dote potest Baro petere adiutoriũ à vassallis, quasi Baro teneatur eas de iure necessitatis dotare:ideoq; in casu, quo Baro non potest petere adiutorium pro dote alicuius personæ, eam non tenetur; & colligit hæc ex Andrea in constit.quàm plurimum, & in constit. Comitibus,sic residet,& non respondet obiectis in contrarium: & tamẽ primo motiuo Blasci respõdere poterat,ꝙ nullum habet neruum, nam fundatur in constitut. Comitibus, quæ nil facit ad hanc hypo-
23 thesim:†nam quamuis dicat in his,quę occasione bonorum,quę à communi patre frater maior dignoscitur habere, de fratribus & sororibus loquitur, qui descendunt ab eodem patre,pro ut erat antiqua successio feudorũ,
24 secundum constit.Regni. † quarum dispositione successio collateralium nõ excedebat tertium gradum de iure ciuili: nam claudebatur in fratre,vel filio fratris, constit.vt de successionibus.& tamen illa constit. Comitibus,non loquitur de aliis,nisi de fratre succedente patri,cui aderant alii fratres & sorores,quibus debebatur dos de paragio, & vita, & militia, occasione eorum bonorũ,quæ frater maior à patre communi patre digno-
25 scitur.ideoq;† loquitur in successione descẽdentium, quæ progreditur in infinitum, & semper frater succedens tenetur dotare sorores, vt in constitut.in aliquibus, & hoc occa
26 sione feudorum, in quibus succesit, † quæ censetur habere ab vltimo defuncto immediatè, vt Afflict. scribit in c... meritò dicta constit.Comitibus,dum solum tractat de vita,& militia fratris, qui excludebatur à fratre primogenito,dicit de bonis,quæ dignoscitur habere à communi patre,cum non tra
27 ctent de aliis personis, †ideoque non debet extendi, vt decidat casus & personas non cõprehensas in d.constitu.contra tex.in l.si vero,§.de viro,& ibi latissimè per Docto.ff.solu.matrimo.Nec operabitur,ac probabit in casu istius cõstitutionis, qua est elargata successio transuersalium,& sic nil facit dicta cõstitut.Comitibus, ad hanc quęstionem.Præterea in sensu directo illa constitut.Comitibus, nil facit pro Blasco, sed tantùm à contrario sensu,quòd in his bonis,quæ non prouenient à communi patre, nõn tenetur frater dare vitam,& militiam,fratribus,nec do

tem

28 tem de paragio sororibus,† quod argumentum non procedit, quando tenderet ad correctionem iuris, ut per Bal.& Docto.in l.cõ uenticulam, C.de sacrosanct.eccles. & latissimè Riminald.in cons. 60. Cum ergo tale argumentũ tendat ad correctionem constit.vt de successionibus,qua cauetur ꝙ in successione transuersaliũ frater, vel soror,tenetur dotare sorores,meritò tale argumentũ est reijciendũ,& non valet obolũ. Nec etiam valet quod secundò dicebatur à Blasco,ꝙ de dote de paragio non est iure cautũ,sed per Regni constitut.in aliquibus,fuit hoc prouisum,& de uita,& militia, similiter per Regni constitut.Comitibus,& intelligit disputãdo And. quando feudũ uenit à cõmuni parente, siue à patre,siue à matre:meritò non debet trahi ad alios casus,maximè vbi nõ est eadem ratio,l.si vero,§.de viro,ff.solu.matri.nam po-

29 terat respondere,†ꝙ verum est,quòd dos de paragio,& vita,& militia, fuerunt inuenta à constitutionibus Regni, & tantum per eas prouisum,quãtum per eas extendebatur successio,scilicet in descendẽtibus in infinitum in transuersalibus vsq; ad fratrem, & filium fratris,& in constitut.vt de successionibus,& in his, prouisum de dote de paragio,& vita,

30 & militia, fuit satis. † Cum ergo per istam constitutionem sit elargata successio transuersaliũm vsq; ad septimum gradum, meritò illud, quod cauetur in dictis constitutionibus de dote de paragio,& vita, & militia, debent censeri repetita in ista constitutione interpretante,& extendente dictas constitutiones vsq; ad septimum gradum,arg.tex.in l.nihil,ff.de coniung.emancip.cum libe.ubi Bart.hoc tenet, Corn.consi.199.volu.2.qui tex.fundatur in absurdum. & quę maior absurditas, si vnus præoccupat totum, & alter nihil habeat? Et quatenus ista cõstitutio nil dicit,sufficit quòd dicant constitutiones Regni,& censetur repetitũ in ista cõstitutione: ideoq; argumentũ Blasci Lan.secundum est elumbe,dilutum,ac inefficax. Tertio & vltimo argumento Blasc.poterat respondere,ꝙ

31 non est uerum,†ꝙ constitutiones nostrę Regni debẽt indistinctè interpretari à iure cõ-

32 muni, nã hoc est falsum:† nã debet propriè vna cõstitutio interpretari ab alia cõstitutio

33 ne,vt Anch.respondit cõs.420.ideoq;† ista cõstitutio recipiet interpretationẽ à constitutionibus Regni,quę in talibus successionibus prouidẽt de dote de paragio, & vita,militia, quæ prouisio debet censeri repetita in ista constit.iuxta tex.in d.l.nihil, ff.de coniung.emanc.cũ liber.ideoq; videtur resoluta argumẽta Blasci.Nec etiã sunt firma argu

34 menta Petri de Gregorio,† nã illud primũ, ꝙ ratio generalis introductionis dotis de paragio,& vitæ, & militiæ,fuit exclusio à suc-

35 cessione,istud assũmptũ non probauit,†nam nullibi in cõstitutionibus Regni assignatur,

36 vel exprimitur talis ratio:† nã poterant constitutiones Regni excludere cæteros, & vocare primogenitũ, & nihil hoc casu potuissent prętendere etiã filii de legitima, pro ut ex vera & magis cõmmuni opinione determinat Alber.Brun.in trac.de statut.exclud.

37 fęmi.artic.9.& †ne hoc contigerit, reseruãt cõstitutiones Regni dotes de paragio,& vitam,& militiã, filiis & filiabus secundogeni

38 tis.ideoq;† ratio cõstituendi dotes de paragio,& vitã,& militiam,nõ fuit exclusio,quę

39 poterat fieri simpliciter,† sed ideo fuit reseruata dos de paragio,& vita,& militia,excludentur in totum filiæ, & filij secundogeniti, ideo non valet assumptum Petri de Gregorio, quia iure non probatur. & quando probaretur, nihil efficeret:nã dicta ratio per eũ excogitata non est scripta in ipsis constitu-

40 tionibus, †& in exorbitãtibus nõ fit extẽsio etiã ex identitate rationis,vt per Doct.maximè Ripã in l.si constante,ff.solu.matri.maximè ꝙ non est eadẽ ratio,cũ filiis debeatur legitima in bonis patris.qua propter voluerũt multi, quos refert Brun.in d.tract.art.9. ꝙ quãuis statutũ excludat filios simpliciter, nil reseruans filiis; nihilominus debetur eis

41 legitima,†& nihilominus in transuersalibus non datur legitima, l.frattes,l.fratris, C.de inoffic testa. ideo non est eadem ratio,meritò cladicat omni pede argumentum Petri.

Non obstat secundum argumentum,quia non cohęret, & ducitur à remotis:nã consequentia excludũtur naturales à successione bonorum paternorum,siue sint filij, siue nõ. Quęnam(inquã)consequẽtia?ergo debetur dos de paragio,& vita, & militia, ĩ successione transuersalium. quis vnquam talibus so-

42 phismis vsus?† nam naturales repelluntur à successione vitio eorum personæ, & odio patris. quid ad rombum, & quæ nam æquiparatio?

Nõ obstat tertiũ, † nã in oĩbus suis partibus ẽ falsũ:nã quatenus in prima parte alternatiuè ponit de feudo nouo, dũ dicit, ꝙ dispositi-

ſpoſitione iſtius conſtitutionis collaterales ſuccedũt;ergo ſi fœmina repellitᷣ ſucceſſione, debetur & dos de paragio.bella cõſequẽtia, de hoc enim agitur, de hoc q̃ritur, de hoc diſputatur,&nihilominus ipſe Petrus affirmat pro indubitato,& arguit à quæſtione,ut decidat quæſtionem,& id,de quo diſputatur,illud aſſumit & tamen ipſe. hoc enim quæritur,hoc in diſputationem adducitur,& affirmat quòd non eſt aliud, niſi repetere principia ſecundum Dialecticos.eſt enim neceſſe, vt probet, & aliunde argumenta petat: nam præſuppoſito, ꝙ debeatur dos de paragio ex diſpoſitione iſtius conſtitutionis, ceſſat quæſtio. At uideamus quid dicit ĩ ſecunda parte alternatiuè de feudo paterno, ſiue antiquo. dicit enim, ꝙ quamuis ſuccedatur in feudo antiquo ultimo morienti per diſpoſitionem iſtius conſtitutionis;attamen reſpectu bonorũ ſucceditur primo.& quamuis reſpectu ultimi dicatur collateralis, attamen reſpectu primi dicitur deſcendens per lineam rectã; attamẽ quid efficiat tã lõgo enthymemate, ipſe uideat, cũ tractetur de ſucceſſione tranſ-

44 uerſalium,†quæ non datur alia diſpoſitione in Regno,niſi ex diſpoſitione iſtius conſtitutionis, ut dicebat Guliel. de Pern. in conſil. 20.incip.vidi proceſſum,col.2.quæ conſtitutio clariſſimis uerbis diſponit, quòd ſucceditur ultimo morienti;

45 †ideoque ille, qui ſuccedit ultimo morienti fratri, uel alteri conſanguineo,in bonis ipſius ultimi decedentis ſuccedere dicitur,iuxta ea,quæ ſcribunt glo. & Doct. in l.3. §.ueteres,ff.de acqui.poſſ. & ideo in iſta ſucceſſione trãſuerſalium ceſſat potiſſima ratio tradita in cõſtit. Comitibus, quæ reſultat dotẽ de paragio,& vitam,& militiam,in bonis illis tantum deberi, quæ dignoſcitur frater habere feudum, & bona à communi patre,ſed à fratre, nam fratri ſucceditur, & in bonis fratris, ut ſuperius dictũ eſt. Ideoq; Petrus de Gregorio tam longa argumentatione nil efficit.

Non obſtat ultimum, nam nil concludit,

46 †cum conſtit. quàm plurimum, non exprimat niſi de filia, & ſorore, quibus nulli dubium eſt, quòd competat dos de paragio: ideoque apertiſſimè apparet utranque opinionem nodatam à fundamentis,quæ unuſquiſq; aſſertor ſuæ opinionis adduxit:ideoque aliis armis, aliis telis, ac munitionibus pugnare oportet ad confodiendum peruerſam,ac falſam opinionem, & aliis argumentis eſt opus ad probandam ueram opinionem in iſto caſu.

47 Et ſi dixerit quis,†quænam eſt uera opinio? Reſpondeo,quòd uera opinio eſt illa,quam aſſerit Blaſc. Lanz.quæ primo efficaciter probatur in iſta cõſtitutione, quæ dilucidè tractat de ſucceſſione tranſuerſalium, & in ea ne uerbum quidem de dote de paragio,& uita,& militia.ſi ergo eſt omiſſum, hoc debet cenſeri non diſpoſitum à Legislatore, l.j. §. ſin autem ad deficientis, C. de caduc.tollen.quo loco ſcribit Bald.quòd illud, quod Legislator non dicit, nec uelle præſumitur.ſequitur Dec.conſ.212.faciunt ea,quæ ſcribit Marcus Tullius in 2. Rethor. de Inuentio. quæ recitat Luc. de Penn. in l. fin. col.5. C.de his, qui ſpont. muner. ſube. lib.10.cum ergo iſta lex non deferat,nec dotem de paragio,nec uitam,& militiam,tranſuerſalibus in ſucceſſione feudorum, meritò deſtituti præſidio, qui tenent contrarium,

48 concidunt:nam ſufficit ſic arguere, † non eſt lex, quæ hoc dicat, l.3. ff. de præuaric. & firmat Iaſ.in l.illam,col.4.C.de collat.Cum ergo nec iſta conſtitutione, nec aliis conſtitutionibus, repetiatur prouiſum de dote de paragio, nec de uita,& militia, tranſuerſalibus in feudis, meritò ſtat firmum enthymema,quòd non debentur,quia non inuenitur iure cautum. Præterea eſt tex. in d. conſtit.

49 Comitibus,adductus à Blaſco,† qui non poteſt cauillari: nam in eo probatur, quòd frater tenetur maritare ſororem,& præſtare alimẽta fratribus occaſione eorum bonorum, quæ frater à communi patre dignoſcitur habere; & ſic illud, quod diſponitur in conſtit. in aliquibus,& ut de ſucceſſionibus,circa dotes de paragio,extendatur ad uitam,& mili-

50 tiam: nam † cum dictæ conſtitutiones loquantur in ſucceſſione deſcendẽtium, & ſuccedatur ultimo,ſemper cenſetur frater reſpectu ſororum, & fratrum habere à communi parente.quæ uerba dictæ conſtitutionis non poſſunt uerificari in ſucceſſione tranſuerſalium,nam frater, uel alius agnatus ſuccedẽs in feudo,cum teneatur maritare ſororem,& dare uitam, & militiam, occaſione eorum, quæ dignoſcitur habere à communi patre, poterit optima ratione dicere, non ſunt penes me bona, quæ obuenerint à cõmuni patre, meritò non debentur dos de paragio,&

51 uita, & militia: nam † ubi non conueniunt uerba legis, nec conuenit diſpoſitio, l.4. §. totiens, ff. de damn. infect. Non obſtat,

quatenus dicebam, quòd illa constit. Comitibus, non probat, nisi à cõtrario sensu, quod argumentum non valet, cum tendit ad correctionem iuris: nam nullum ius, nec constitutio demonstrari potest, quæ dat dotem de paragio, & vitam, & militiam, quando succedunt transuersales. 52 † nam consti. vt de successionibus, §. filij autem, loquitur de illa dote de paragio, quæ debetur filiabus exclusis à successione patris, & non loquitur de successione fratris, quia absurdum foret; ac alienum à mente Imperatoris, quòd censeantur constitutæ binæ dotes de paragio; una ex successione patris, altera ex successione fratris, cum constitutio Regni, in aliquibus, q̃ loquitur de dote de paragio, simpliciter loquatur, meritò intelligi debet de prima dote, ne sępesępius grauetur feudum, argum. tex. in l. boues, §. hoc sermone, ff. de verb. sig. & propius accedit tex. in l. cum pater, §. pater certam, ff. de lega. 2. & alios similes citat locupletissimus Tiraquel. in Repet. dicti §. hoc sermone, in princip. meritò nulla correctio constitutionis. Præterea nõ est uerum, 53 † quòd illa constitutio probat à contrario sensu, quinimò in sensu directo: nam statuit, ꝙ frater pro uita, & militia, sicuti pro maritanda sorore occasione eorum, qui frater maior à patre cõmuni dignoscitur habere; pro debito teneatur. statuit ergo, fratrem teneri ex debito occasione illorum bonorũ, quæ à communi patre, meritò in sensu directo hoc statuit; & in fine dicit, quòd de bonis patris à fratre maiore petere poterit, & habere: meritò statuitur directò, quòd uita, & militia, & dos de paragio, debetur tantum semel de bonis patris fratribus, & sororibus, & non de bonis fratris, si iterum succedat frater fratri, vel soror: quia de his non loquuntur constitutiones, meritò dici potest; non est lex, quæ hoc dicat, ut superius dixi. ad quæ faciunt ea, quæ scribunt Hostiens. Ioan. Andr. Anchar. Abb. & cęteri, in c. licet, de vot. & Afflict. recẽset. in l. Imperialem, §. præterea Ducatus, col. 8. nu. 51. de prohib. feud. aliena. per Fieder. qui dicunt, 54 † ꝙ primogenitus, cui debetur integrum feudum, tenetur fratribus ad alimẽta loco portionis legitimæ, aliàs esset diabolica consuetudo, quæ cæteros filios priuaret legitima. Hinc dicebat Andr. in cõstit. in aliquibus, in pluribus locis, 55 † ꝙ illa dos de paragio, est portio hæreditatis paternæ, & pro legitima. & idem dicit ipse Andr. de vita, & militia, in d. constitut. Comitibus; tam in lectura, quam in Repetit. quæ & si vera sunt in successione patris, & de bonis patris, vt loquitur dicta constit. Comitibus, attamen non possunt verificari in successione fratris, vel sororis: 56 † nam fratri, vel sorori in successione fratris, vel sororis, non debetur legitima de bonis fratris, l. fratres, l. fratris, C. de in offic. testam. si ergo non debetur legitima fratribus, & sororibus, de bonis fratris; non ergo debetur dos de paragio, & vita, & militia, quæ nil aliud sunt in effectu, nisi legitima. Et 57 † ista est vera ratio inductiua dotis de paragio, & vitæ, & militiæ, ne excludantur filij, & filiæ à legitima; quam assignant Host. Ioan. Andr. & Doctor. in d. c. licèt, de vot. & non illa, quam adducit Petrus de Gregorio, scilicet exclusionis, quam supra refelli. Nam si esset vera illa ratio, frustra And. desideraret decisionem Cæsaream in illa quæstione de nepote, & nepte primo geniti mortui casu, quo succederet patruus, secundum vnam opinionem, an eis debeatur dos de paragio, & vita, & militia: nam statim attenta dicta ratione Petri de Gregorio deberetur eis tale ius eo ipso, quòd excluderẽtur à patruo; & frustra laboraret Andr. & quæreret principia, quibus debeatur vita, & militia, & dos de paragio. & ideo videtur ipse Andr. destruere ipsam rationem adductam à dicto Petro de Gregorio. Non obstat, quòd dicta constitutio interpretans constitutionem Regni, debet intelligi secundum constitutionem interpretatam, argumento text. in l. nihil, ff. de coniung. cum emancip. liber. cum similib. quia uerum in his, quæ corrigit, & interpretatur sed ista constitutio tantum interpretatur, & corrigit, & extendit circa successionem transuersalium, & nil interpretatur, nec corrigit circa dotes de paragio, uitam, & militiam, meritò non censentur repetita in ista constitut. illa, quæ dicuntur, & deciduntur in aliis constitutionibus de dote de paragio, vita, & militia. Non obstat, quòd statutum simpliciter excludens à successione, non censetur excludere à iure petendi alimenta, nec dotem, ut per Bal. in l. fina. colum. 2. C. de dot. promiss. Paris. consil. 33. volum. 3. & latissimè Albert. Brun. in dicto tracta. articu. 9. nam uerum, sed non dicunt, quòd tale ius competat ex ipso statu-

statuto, sed si eis competit de iure communi, possunt illud petere; sic intelliguntur dictę doctrinę, & sic loquūtur. at quod teneāt, quòd debentur ex c. Si aliquem. dos de paragio, uel uita, & militia, tanquam portiones hæreditariæ, non dicunt dicti Doctores, nec in casu eorum statuti; ideoq; euidenter demonstratur quàm futilibus fundamentis innititur opinio contraria, quæ opinio multo magis procedit in successione aliorum transuersalium, cum in eis militet maior ratio. Ideoq; absq; dubio tenenda est ista opinio,

58 †quòd in successione transuersaliū in feudis nō debetur dos de paragio, nec uita, & militia, ut sit onus feudi, quāuis aliquo casu teneatur frater dotare sororē inopem, & alere fratrem.

S V M M AE.

1 *Petri de Gregorio recitatur opinio.*
2 *Dos filiæ spuriæ succedit loco alimentorum.*
3 *Petrus de Gregorio notatur.*
4 *Dos de paragio succedit loco alimentorum, & sumit integram eius naturam.*
5 *Dos filiæ spuriæ non transmittitur ad hæredes.*
6 *Ioannes Lupus notatur.*
7 *Illatio non fit bona ex diuersis.*
8 *Dos, quæ debetur spuriæ, est loco alimentorum, & eius morte sumitur.*
9 *Dos de paragio est portio hæreditatis.*
10 *Dos de paragio est onus feudi.*
11 *Dos filiæ spuriæ debetur officio iudicis.*
12 *Dos debita filiæ spuriæ non tangit feudum.*
13 *Idem iudicium est de parte, quod de toto.*
14 *Dos de paragio debetur ex uisceribus feudi.*

SED quæritur, an casu, quo debetur dos de paragio & uita, & militia, fratribus & sororibus, debeatur etiam naturalibus tātum, vel

1 etiam spuriis? In †hac quæstione Petrus de Gregorio loquens de dote de paragio, tenet quòd debetur. Et primò in tractat. de concess. feud. in 8. q. 7. part. principa. & in tracta. de dot. de paragio, q. 8. de uita, & militia. idem determinat idem Petrus de Gregorio in tractat. de uita, & militia, in 3. q. in 6. ampliat. qui mouetur non aliis fundamentis,

2 †nisi quia alimenta, & dos, quæ succedit loco alimentorum, debētur spuriis per ea, quę habentur in c. cum haberet. de eo, qui dux.

3 in matrim. &c. Sed †in utraque q. aberrauit toto cęlo, ut solet, quando aliquid decidit suis uiribus, à nemine adiutus. & quòd aberrauerit, demonstratur apertissimè: nā quāuis debeatur dos filiæ spuriæ, & frater hæres patris ad eam teneatur,

4 †attamen dicta dos succedit loco alimentorum, ut scribit Bart. in l.

5 fi. ff. de his, quib. ut indign. Attamē †talis dos assignata filiæ spuriæ, natæ ex damnato coitu, sumit integrā naturam alimentorum, & mortua spuria dotata, nō transmittat ad proprios hæredes, sed reuertitur ad ipsum patrē, uel fratrem hæredem patris, & eius hæredes. sic determinat Bal. Nouell. in tracta. de dot. par. 7. 16. priuileg. & Capic. decis. 181.

6 †& per plura Ioannes Lupus in Repet. c. per uestras, C. de donat. inter uir. & uxor. fol. 157. sub num. 7. cum sequen. & quatenus ipse Ioannes Lupus dicit, quòd tunc transmittitur talis dos assignata filiæ spuriæ ad hæredes, cum fuerit data à patre uolente, in hoc aberrauit toto cœlo: nam Bart. in d. l. fi. ff. de his, quib. ut indig. & Cardin. in d. c. cum haberet, & Cępoll. caute. 37. versi. nunc uideamus, quos citat auctores & assertiores suæ opinionis, nil dicunt; & meritò, quia nō possent iure dicere, cum pater, & si uellet, non posset dare spuriæ, nec filiis spuriæ, etiam legitimis de spuria, est tex. in auth. licet, in fi. C. de natural. liber. §. pen. quib. mod. natur. effici. legit. de filiis existente tamē legitima prole, quòd non potest eis relinqui ab auo, etiam si sint legitimi, determinat Bal. in l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de liber. & posth. Paul. de Castro, Alex. & Ias. in d. l. Gallus, §. quid si is, Ias. in l. hæreditas, nu. 8. C. de his, quib. ut indign. vbi testatur hanc esse cōmunem opinionem, Alex. consi. 74. vol. 3. idem tenet Alex. consi. 88. volum. 7. & Dec. consi. 462. idem tenet Bulga. de Bulgar. in spuria, in Repet. l. j. num. 33. ff. solut. matr. idem tenet Panormit. in consi. 115. vol. 2. quem refert, & sequitur Ripa in l. j. num. 67. ff. solut. matrimon. & additio ad not. 146. Mathes. latissimè. Ideoque oportet intelligere prædictam decisionem, quando pater nullam habet legitimam prolem, & expresè relinquat post mortem filiæ, prout loquitur ... in d. l. fina. ff. de his, quibus ut indign. & Cœpoll. in dicta caut. 38. & declarat Capic. d. decis. 181. & quamuis aliqualiter impugnet illud de legitima prole, nihilominus est singularis in sua opinione. Cum ergo ista dos debita filiæ spuriæ distet à dote de paragio, quantum distat cœlum

7 a terra, †quomodo à diuersis diuersas haben

tibus rationes potest fieri bona illatio? minimè, prout probat tex. in l. Papinianus exuli, ff. de minoribus. Primò enim dissident

8 † quia ista dos, quæ debetur spuriæ, est loco

9 alimentorum, & eius morte sumitur, † cum nõ transmittatur ad hæredes dos de paragio est portio legitimæ successionis, vt And. scribit in constit. in aliquibus, in pluribus locis & transmittitur, sicuti quælibet portio hæreditatis ad hæredes, vt latius dixi, & proba-

10 ui super c. Volentes. Præterea † dos de paragio est onus feudi, constitut. fratribus, vt scribit And. in cap. j. §. quid ergo. de inuestit. de

11 re alie. fact. † ista dos debita spuriæ debetur officio iudicis pro alimentis, & ad mensuram alimentorum, vt Bart. scribit in d. l. fin.

12 ff. de his, quib. vt indign. † Nec tangit feudum, nec potest tangere feudum: nam cum excludatur à successione feudi, §. naturales, si de feud. fuer. controu. inter dom. & agnat. si excluditur à successione feudi, meritò à

13 qualibet eius parte, † quia idem iudicium est de toto, quò ad totum, quod de parte quò ad partem, l. quæ de tota, ff. de rei ven-

14 dic. † sed dos de paragio debetur ex visceribus feudi, meritò dicitur feudalis per ea, quæ scribit Andr. in constitut. in aliquibus. faciunt ea, quæ scribit Afflict. decis. 43. & in l. Imperialem, §. præterea Ducatus, col. 9. de prohib. feud. alienat. per Frederic. Præterea cum fœmina excludatur à successione feudi, sub illa conditione, si secundum paragium maritetur, constitut. in aliquibus, vbi Andr. meritò illa inclusio dotis de paragio venit ab eodem capite exclusionis, vt per Dom. Anton. . . . ideo cum spuria, & naturalis excludatur à successione feudi, d. §. naturales, si de feud. defunct. milit. fuer. controuers. quomodo admittitur ad successionem dotis de paragio contra prædictas decisiones. ideoque absque scrupo concludendum est filiæ spuriæ non deberi dos de paragio, sed debet maritari loco alimentorum, quatenus permittunt iura communia.

*S V M M AE.*

1 *Vita, & militia, distat ab alimentis.*

2 *Vita, & militia, debetur fratri, etiam si sit diues.*

3 *Frater non tenetur filiam, vel fratrem diuitem, alere.*

4 *Vita, & militia, est portio hæreditatis.*

5 *Spurij debent ali ex officio iudicis.*

1 ET pariformiter non debetur vita, & militia, † quę quamuis sit loco alimentorum, nihilominus multùm distat ab alimentis debi

2 tis de iure communi: † nam vita, & militia,

3 debetur fratri, etiam si sit diues, † & tamen pater, vel frater, non tenentur filiam vel fratrem diuitem alere, vt hæc oĩa scribit Andr. in d. constit. Comitibus. cum ergo sint diuersa, & diuersas habentia rationes, non fit bona illatio, d. l. Papinianus exuli, ff. de mino-

4 rib. Præterea † vita, & militia, est portio legitimæ, vt per Andr. in d. constit. Comitibus. & est onus feudi, meritò non transit ad spu-

5 rias, † quæ tantum debent ali ex officio iudicis per ea, quæ habentur in dicto c. cum haberet. de eo, qui dux. in matrim. eam, quam polluit per adulter.

*S V M M AE.*

1 *Pater an possit petere in adiutorium à vassallis pro filia spuria, in qua ponitur opinio Martin. Laudens. & sequacium.*

*Iacob. de Sancto Georgio opinio cõtraria. nu. 2.*

*In isto casu nulla extensio. nu. 3.*

*Tex. allegatus per Iacob. nõ probat suam intentionem. nu. 4.*

*Iacobini argumenta nugacissima. nu. 5.*

6 *Pater non tenetur regulariter dotare filiam spuriam.*

7 *Pater tenetur dotare filiam spuriam inopem.*

8 *Pater potest petere subsidium pro filia maritãda, quando vrget necessitas.*

9 *Quæ dicũtur in prœmio, censentur pro forma.*

10 *Pater, & frater Baro, tenetur præcisè maritare filiam, vel sororem legitimam.*

1 AD illam quæstionem, † an pater possit petere adiutorium à vassallis pro filia spuria maritanda? In qua quæstione Martin. Laudensis in c. j. circa finem, an apud domin. vel cur. quæst. feu. & c. tenet ꝙ stante consuetudine de petendo adiutoriũ pro filia maritanda, ꝙ potest petere, etiã pro maritanda filia spuria ea ratione, quia pater tenetur alere filiã spuriam, pariformiter & dotare. quam opinionem sequitur Petrus de Gregorio in suo tractat. de concessio. feud. in 8. q. 7. par. princip.

2 Contrariam opinionẽ tenet Iacob. de Sanc. Geog. in sua inuestit. feu. motus futilibus rationibus, nam primum argumentum, ꝙ non fit extensio de persona ad personam in his,

3 est elumbe: nam † nulla extensio in isto casu de persona ad personam, cum vna & altera sit filia. inde dicit, quòd pater non teneatur dotare filiam spuriam. & allegat tex. in l. vxo
4 rem, §. pater, ff. de legat. 3. † qui tex. non probat, cum loquatur eo casu, quando pater pro mittit dotem, censetur promittere potius, de bonis filiæ naturalis, quam de propriis, quod secus esset in filia legitima, l. fin. C. de
5 dot. promiss. ideoq; † sunt nugacissima argumenta Iacobin. ad refellendam opinionem Martin. Laudens. quam conatur euertere.
6 Ego autem contra Martinum adduco, † quod regulariter pater non tenetur dotare filiam naturalem & spuriam, vt tenet Bar. in d. l. vxorem, §. pater, ff. de legat. 3. & idem tenet Bar. in l. j. ff. de legat. 3. & in l. j. ff. solu. matrim. sequuntur Imol. Ludou. Rom. Alex. Alciat. Ripa, & omnes ibidem, ff. solu. matri. quamuis cespitent Docto. quando filia spuria est
7 inops. Et quamuis in hoc casu, † quando filia spuria sit inops, quòd pater teneatur dotare, vt est communis opinio, vt Crot. dicit in Repet. d. l. j. nu. 76. ff. solu. matrim. & communem testatur Rip. in Repet. d. l. j. nu. 67. & Additio ad no. 146. Mathesi. nihilominus constitutio Regni, quàm plurimum, non extenditur, nec extendi potest ad istam fallentiam, quod demonstratur apertissimè. Nam
8 † tunc Baro potest exigere à vassallis subsidium pro filia maritanda, quādo vrget eum necessitas, nam sic dicitur in procemio dictæ
9 cōstitut. ibi, in necessitatibus suis, & † quæ dicuntur in procemio legis, uel cōstitutionis, censentur pro forma, ut habetur in l. si. ff. de hæred. instit. ubi Imol. & Raphael. Ideoque aut pater habet aliunde bona, quamuis teneatur spuriam Dotare, tunc de suo tenetur dotare, & non de alieno, quia hoc esset iniquum. si uerò nil habet in bonis præter feudum, & sic est inops, & tunc non tenetur dotare, quia non habet unde, l. fina. C. de dot. promiss. ubi Doct. ideoq; de necessitate non tenetur dotare. Ideoq; cum non teneatur de necessitate dotare, non potest exigere à uassallis, cum nulla necessitas ei incumbat maritandi, cum nil habeat, quod non est in filia,
10 uel sorore legitima: † nam præcisè debet eas maritare, cum aliter non possit habere feudum, constitut. in aliquibus, ubi Andr. de cō stit. & illa dos de paragio debita filiæ, uel sorori, debetur tanquam portio successionis paternæ in feudo loco legitimæ, vt Andr. dicit in pluribus locis in dicta cōnstit. in aliquibus, & est onus feudi, ut per Andr. in d. c. j. §. quid ergo, de inuestit. feu. de re alic. fac. & in constit. post litem, §. feudalia. Ideoque de fructibus feudi cogitur dotare, meritò si ex tali dote vrgeretur Baro, & necessitatibus teneretur, meritò hoc casu potest petere adiutorium à uassallis, quæ necessitas nullatenus potest accidere in filia spuria per ea, quę dicta sunt. Ideoque Petrus de Gregorio in dicto loco non uidetur bene determinasse, & contrarium est tenendum.

*S V M M AE.*

1 *Constitutionis huius dispositio censetur inesse ipso iure omnibus priuilegijs concessis, & concedendis.*
2 *Dispositio in dubio recipit interpretationem à lege de eodem loquente.*
3 *Cōstitutionem per istam corriguntur c. cum uerò Conradus. de his, qui feud. dar. poss. & c. 1. de duob. fratrib.*
4 *Constitutione ista stante in Regno, feudum nouum habet agnatos.*

IN tex. ibi, tam in feudis ueteribus, & antiquis, quàm in feudis concedēdis, &c. annotandum est,
1 † quòd dispositio istius legis censetur inesse omnibus priuilegiis feudorum tam cōcessis ante istam legem, quàm etiam concedendis post editam legē istam. Ideoq; omnibus priuilegiis censeretur inesse ipso iure, ut Guliel. de Perno scribit in consi. 19. & in lectura istius constitu. in uerbo, concedendis. & sunt uerba expressa istius constitutionis, dum pręcipitur, sic obseruari in om
2 nibus priuilegiis: nam † si in dubio dispositio recipit interpretationem à constitutione de eisdem terminis loquentem, l. semper in stipulationibus, ff. de regu. iur. & ibi Bar. & Do cto. l. quod si nolit, §. qui assidua, ff. de ædilir. edict. & scribit proprius Bartol. in l. iusiurandum, §. quod si liberi, ff. de oper. libert. & latissimè congerit Sigism. Loffred. in conf. 39. num. 18. quanto magis quando sunt expressa uerba, ex quibus elicitur primò, quòd ista constitutio loquitur de feudo nouo, quod postea fuit expressis uerbis declaratum per Regem Fredericum in constitut. constitutio
3 nem, editam. † Ideoq; corrigit c. j. §. cum uerò Conradus, qui feud. dar. poss. c. j. cum sim. de duob. fratrib. & successiuè corrigitur totum

tum illud, quod ex dictis iuribus diceba-tur, quòd feudum nouum non habet agna-4 tos: nam † stante dispositione istius constitu tionis, etiam feudum nouum habet agna-tos. sic dicit Guliel. de Pern. in consil. 12. & idem Pern. in consil. 21. vidi processum Solarini, nu. 3.

S V M M AE.

1 *Bernardi de Medico recensetur opinio.*
2 *Forma tali attenta, cessat successio transuersalium.*
3 *Principi licet imponere legem, quam vult in re sua.*
4 *Inuestitura vim contractus, & naturam demonstrat.*
5 *Inuestitura derogat omni naturæ feudorum.*
6 *Lex ista debet intelligi, nisi forma repugnet.*
7 *Anton. Ramundett. attestatur hanc esse communem opinionem.*
*Qua opinio non est vera. nu. 8.*
9 *Inuestitura omnis informatur ab ista constitutione.*
10 *Forma nulla potest considerari in successione transuersalium, nisi forma istius constitutionis.*

ET quia supra examinaui, & disse-rui, an ista constitutio vendicet si bi locum sub quacunq; forma sit feudum? Et determinaui, quòd habet locum in qnacunq; forma sit. feuda, quæ ibi dixi, possunt intelligi de feudo antiquo. est videndum quid in feudo nouo in 1 forma stricta? In qua quæstione † quamuis Bernard. de Medic. dictus Saccurasa, in compédio super c. Volentes, dum tractat de success. collateralium in stricta forma, scilicet pro te & hæred. tuis de tuo corpore, teneat quòd eo casu non operatur dispositio istius c. sed feudum aperiatur curiæ, & Blasc. Lãza in consi. feudi di li Imbaccari, quòd est 7. in 3. vol. idẽ teneat in eadem. & quamuis Bernard. de Medico nec ratione, nec auctoritate nitatur, sua tantùm fretus auctoritate, & hoc more suo: attamen Blasc. Lanz. moue-2 tur, † quia attenta tali forma cessat successio collateralium, quia cessa dispositio istius cõ 3 stitutionis, † quia licuit Principi in concessione feudi apponere legem, quam voluit in re propria ipsius concedentis, l. in re manda 4 ta. C. manda. † nam inuestitura vim contractus & naturam concessionis demonstrat, c. j. de duob. fratrib. à Capit. inuest. & ideo di 5 cebat Bal. in dicto c. j. de duob. fratrib. † 9 inuestitura derogat omni naturę feudorum. cum ergo Princeps dederit pro acceptore & descendentibus tantùm, meritò ad alios 6 non extenditur. & ideo † ista lex debet intelligi, nisi forma repugnet. & pro ista decisione allegat in terminis decisionem Andr. in constit. vt de successionibus, Cyn. Bal. Salic. in auth. item si quis, C. de secun. nup. & idẽ Blasc. in consil. in causa feudi Bonuicini. & in feudo antiquo sub eadem forma, tenuit eandem opinionem idem Blasc. Lanz. in Re 7 pet. istius legis. Et † communem testatur, & sequitur Anton. Ramundett. in consil. quod 8 fecit in causa Naphctiæ. Attamen † ista opinio non est vera, vt supra disserui, dum tractaui istam quæstionem in feudo antiquo; & propriis argumentis, & rationibus confoditur ista opinio, etiam in feudo nouo. Et quòd ista sit vera, & communis opinio, testatur Ioan. Aloys. in consil. Naphctiæ, & prius determinauit Guliel. de Pern. in consil. 7. & consil. 21. qui loquitur in feudo nouo sub dicta forma, in qna successit patruus, & Franc. Riccius in allegationibus in eadem causa. Pern. in Repit. istius legis, in verbo, concedendis. Ioan. de Ansalono Prothon. & Gualter. in quibusdam consiliis, pro vt latius deduxi, & probaui supra.

Non obstant rationes Blasci, nam consistunt in forma inuestituræ, quæ derogat omni naturæ feudorum, quod verum est. sed 9 † stante dispositione istius constitutionis, talis inuestitura informatur ab ista constitu tione, quæ inest ipso iure omnibus priuilegiis; & ideo cum in tali priuilegio in success sione transuersalium inest forma cap. Si aliquem, & cessat obiectum de forma inuesti-10 turæ, † cum nulla alia forma concessionis potest considerari in successione transuersaliũ, nisi forma istius constitutionis, qna supple-tur illud, quod differt formæ concessionis; & hoc est illud, quod dicebat Ioan. Aloys. in dicta causa Naphctiæ, dum respondebat decisioni Andr. in dicta constit. vt de successionibus. dicens, quòd And. non viderat istam constitutionem; & bene, quia ab ista constitutione informatur omnis concessio feudi in successione transuersalium, meritò siue sit feudum nouum, siue antiquum sub quacunque forma sit feudum, nõ aliter succeditur, nisi ex dispositione istius legis.

SVM-

*SVMMAE.*

1 *Constitutionem per istam corriguntur & constitutiones, & consuetudines feudorum, in transuersalium successione.*

2 *Constitutio ista non recipit interpretationem à constitutionibus Regni, & consuetudinibus feudorum.*

1 ET † cum per istam constitutionem corrigantur cōstitutiones, & consuetudines feudales, in successione transuersalium, & ipsa sola seruetur in successione transuersalium, vt Pern. docet in consil. 21. vidi processum Solarini. † meritò non recipit interpretationem à constitutionibus Regni, seu consuetudinibus feudorum in eis, quæ corrigit, iuxta ea, quæ habentur à glo. & Docto. in c. contra Christianos, de hæret. libr. 6. scribit Imol. in l. si verò, §. de viro, col. 3. ff. solu. matrimo.

Enarrationis Io. Antonii Cannetii in extrauag. Si aliquem, Finis.

# IO. ANGELI PISANELLI
## EXCELLENTISS. IVRISCONS. NEAPOLITANI,
## Responsum.

S V M M AE.

1 *Scæuola Iurisconsultus, quotiens consulebatur de iure Prætorio, remittebat ad Furium, & Cassellium.*

2 *Successio descendentium in Regno protenditur in infinitum ex constit. Vt de successionibus.*

3 *Consuetudinibus feudorum inspectis tantum erat dicere, tibi et hæredibus simpliciter, quātum dicere, tibi & hæredib. de tuo corpore legitimè descendentibus.*

4 *Hæres uerbū, in materia feudali, accipitur pro filio masculo.*

5 *Interpretatio peritorum Regni fuit, ut accipiatur ille coniunctus etiam à latere, unde non prouenit feudum.*

6 *Feudi in concessione, pro te & hæredibus de tuo corpore, non uenit hæres extraneus.*

7 *Andr. opinio declaratur in constit. Vt de successionibus.*

8 *Constitutio noua, quæ ampliat ueterem, regulatur secundum ueterem.*

9 *Hæres uerbū, in feudo accipitur pro descendēte.*

10 *Fratris uerbum, simpliciter prolatum, includit solùm fratrem primi gradus.*

11 *Frater uocatus, censetur uocatus cum qualitate exclusiua aliorum.*

12 *Proximitas consideratur respectu ultimi decedentis.*

13 *Proximior admittitur in successione.*

14 *Verborum plurium simul coniunctorum unum ex alio declarationem, & restrictionē recipit.*

15 *Aut dictio, posita inter personas, in quibus cadit ordo proximitatis, denotat quandam disiunctiuam subordinatam.*

16 *Lineæ magis coniunctæ maior adhibetur fauor, quàm remotæ.*

17 *Cōstitutiones Regni sunt ius cōmune in Regno.*

18 *Inuestitura recipit interpretationem à constituti. & cap. Regni.*

19 *Assēsus Regius dēt intelligi, prout ius intelligit.*

20 *Rex censetur ex dispositione c. Si aliquem, alijs uelle præiudicare.*

21 *Consuetudine potest aliquid introduci contra naturam feudorum.*

22 *Lex, statutum, & consuetudo, æquiparantur.*

23 *Forma consueta inuestituræ, attenditur.*

24 *Legislatori fuisset facile distinguere, si uoluisset*

25 *Interpretatio est spiritus scripturæ.*

26 *Feudum pro hæredibus & descendentibus, reputatur hæreditarium.*

IN hac causa, postquàm tractatur de intellectu capitulorum Regni Siciliæ, in qua celebratissimus Iureconsultus Do. Io. Antonius Cānetius, ita subtiliter ius Illustrissi. Don Octauij demōstrauit, & cōtrariis ueridica responsa dedit, ut nihil ulterius dici debuerit; eo præcipuè, quia nos de Regno in 1 multis dissentimus à Dominis Siculis, † ut sic more Scæuolæ Iureconsulti, qui quotienscunq; de iure Prætorio consulebatur, ad Furiū, & Cassellium (quia huic scientiæ dediti erant) Consultores reijciebat: ab his. n. negotiū aptius explicari posse cōfitēdo, qui quotidiano eius usu callebant, à consulendo abstinere debuissem. tñ ut præcipienti pareā, solū quæ occurrūt ad intellectū c. Si aliquē, dicti

Regni,& primæ inuestituræ breuiter afferã, ex quibus poterit facilis responsio colligi ad contraria.

Et præmitto, quòd in utroque Regno urget constitut. ut de successionibus, † secundum quam ultima successio in infinitum, in linea descendenti introducitur, quòd ea linea deficiente, ueniat linea collateralis; & siue sit frater utroque coniunctus,siue ex altero tantùm admitterentur. & intelligendo ipsam constitutionem secundum terminos legales intrinsicè disposuit data concessione pro hæredibus ex corpore descẽdẽtibus, †quia inspecto communi iure feudorum,tãtum erat concessionem fieri, tibi & hæredibus simpliciter, quantum dicere,tibi & hæredibus de tuo corpore legitimè descendentibus, ut hanc cõsequentiam facit Pern. Siculus in consi.14.col.3.ibi,in illo iure.Cuius opinio corroboratur ex uerbis Bal. in rubrica feudorum,col.6.ibi, natura. vbi dicit, quòd natura feudorum est, ut non recipiat extraneos hæredes, quia nomen hæredis in feudis appositũ, intelligitur strictè pro descendentibus ex eo,qui est stipis agnationis communis, imò quòd feuda essent ex pacto & prouidentia debita descendentibus, quia in dubio feudum uidetur datum, & receptũ pro recipiente & filio, ex quo †verbum, hæres,in materia feudali, accipit̃ pro filio masculo, c.j. §. item si fuerit, quib. mod. feud. amitt.c.j.§. cum uerò. ibi,sin autem. de his, qui feud.da.poss.c.j. in princ.de success.feu. glo.in c.j.de alien.feu.pater. dicit idem Andr.in c.j.§.sed quia, col.2.de his,qui feu.da. poss. quod quilibet accipit feudum pro se & filiis.Idem And.in c.j.col.2.ibi moder.subtilius,de success.feu.Bal.in l.cum acutissimi, j.col. C.de fideicom. dicit, quòd dicitur in usibus feudorum, ꝙ si duo fratres recipiunt feudum, vnusquisque dicitur recipere pro se & descendentibus ex se, ut sic inferatur, quòd si de iure communi feudorum feuda intelligantur pro hæredibus ex corpore, & descendentibus per lineam primi acquirentis, quòd constitutio ipsa, ut de successionibus,admittens post descendentes collaterales, & in collateralibus etiam illum, qui ex uno latere sit coniunctus,†quod uerbum secundum communem interpretationem peritorum Regni fuit interpretatum, etiam si coniunctio esset ex latere, unde feudum nõ prouenit, & sic uocabatur frater uterinus deficiente ex utroq; cõiũcto, pro ut bis sentẽtiatum dicit ibi Andr.in c.j. de natu.success. feu. & latè prosequitur Loffred.in consi.38. colum. 2. cum duabus sequen. sequitur necessaria consequentia, quòd si feudum fuisset pro hæredibus ex corpore descendentibus,& sic debitum ex prouidentia concedẽtis,& recipientis, quòd uterinus admitteretur:duæ enim sententiæ consuetudinem induxerunt,l.j.C.quæ sit long.consuet. l.an in totum,C.de ædifi.priua.declarat Bart.in Repet.l.de quibus, in 8.quæst.princip.ff.de legib. & si uelimus uerum amare, ista uidetur realis intelligentia,quam coadiuuat decisio Dyn. relata per Cyn.in authen.sed & siquis, in fine.C.de secund.nupt.ubi †in concessione facta pro se & hæredibus ex corpore descendentibus,dicit quòd in tali concessione non uenit hæres extraneus,quia natura feudi est, ut intelligatur de hæredibus ex proprio corpore,ut sic tantum sit dicere,ex corpore,quantum hæredibus simpliciter. sequitur ibi Bald.in uers. quidam Rex. Nec contrarium dicit Andr.in dicta constit.dum loquitur de feudo concesso pro hæredibus ex corpore,ut non ueniat collateralis, †quia loquitur in feudo nouo concesso fratri sub ista forma,prout se declarat,col.fi. vers.acquisitis,& habetur in decisione Afflict.293.ut sic si fuit datum pro recipiente,& descendentibus ex corpore, deficiente hærede corporis illius, uadat ad dominum, ut declarat Din. Cyn.& Bal.in d.auth. sed & si quis.

Principaliter demonstratur,quia si intelligeremus constitutionem, ut de successionibus, quòd non disponat de feudis, quorum inuestitura erat pro hæredibus ex corpore, oportet dicere quòd c.Si aliquem,loquatur de hac forma, scilicet quando feudum fuit concessum pro recipiente & hæredibus ex corpore legitimè descendentibus, ut postꝙ illa capitula sint facta ampliando quęstionẽ ueterẽ,ut dicit Pern.in d.consi.14. col.3. ut sic non disponat capitulum illud idẽ, quod per legem ueterem erat dispositũ,sed ut nouum addat,ut notat Bar.in l.4. §.Prætor ait, cum concord. ff.de dam.infect. sequatur illatio per dictum c.Si aliquem,uocando fratrẽ relatiuum à non communibus parentibus, intelligatur etiam si feudum fuisset descendentibus ex corpore concessum. Et quia illud c. loquebatur de feudo antiquo, & de nouo concedẽdis,& poterat dubitari,si esset casus,

caſus, ꝙ fuiſſet cōceſſum feudum fratri, quia excludebatur frater ex utroque, uel altero coniunctus, Rex Fredericus interpretatus eſt, & ampliauit etiã in feudo nouo, & hoc de nouo inductum eſt ex ipſo c. Regis Frederici, & ſic etiam, ꝙ frater nō fuiſſet de corpore fratris. Hoc ego corroboro ex uerbis tam dictæ conſtitutionis, vt de ſucceſſionibus, quàm c. Si aliquem, & c. conſtitutionem. nã tam dicta cap. quàm conſtitutio prædicta, utuntur in linea collaterali verbo, ſuccedat. Item conſtitutio vtitur uerbis, tenent in capite. Idem in princip. dicit c. Si aliquē, & demum in fine ſubdit, ſuper feudis antiquis, & ueteribus. & ſic uidetur Rex ipſe relationē habere ad antiquam conſtitutionem, poſtquàm utitur iiſdem uocabulis. Ergo inferatur, 8 † quòd uoluerit illam antiquam conſtitutionem ampliare, ut quæcunq; ſit forma, admittatur frater proueniens etiam non cōmunibus parentibus, ut patet: quia conſtit. ut de ſucceſſionibus, utitur uerbo, ex deſcendenti linea deſcendentes. Idem dicit c. Si aliquem, nullo hęrede legitimo per lineam deſcendentem. ut ſit ſermo, quòd ſicut per conſtitutionem prædictam poſt lineam deſcendentem uocabantur collaterales, idem ſit in illis verbis, nullo hæredc legitimo per lineã deſcendentem, poſitis in c. Si aliquem, ut frater admitteretur, etiam ſi cōceſſio fuiſſet facta pro hæredibus ex corpore, ut introducatur hoc etiam in feudo nouo per illa capitula ampliatiua conſtitutionis antiquæ, cū (ut dixi) uerbum, ſine ullo hærede legitimo per lineam deſcendentem, nil aliud importat q̃ hæredem ex corpore: 9 † ita enim in deſcendente in feudo uerbum, hæres, declarat c. j. verſi. ſi tamen, qualit. olim feu. potc. alien. c. j. §. item ſi fuerit. ibi, ſine legitimo hęrede. quib. mod. feu. amitt. Rurſus ibi, ſine hærede, eo. tit. & in c. j. §. hoc quoque. ibi, ſine hærede, de ſucceſſ. feu. optimus tex. in c. j. §. & ſi clientulus. ibi, ſine legitimo hærede, de alienat. feu. & reſultet intelligentia, quòd ex illis uerbis, nullo legitimo hærede per lineam deſcendentem, conſiderauit feuda, in quibus ex corpore deſcendentibus erat facta conceſſio, poſtquàm ita leges feudorum interpretabantur, & ſpectetur ultimus decedens ſine deſcendentibus, prout diſponit cōſtitutio antiqua, quando admittit collaterales, prout ſic ultimò decedenti admittendo fratrem diſponit c. Si aliquem, qui frater uocatus ex d. c. ſi ſit ex communi parente, unde prouenit feudum, ipſe ſit uocatus, aliàs frater etiam non ex communi parente. 10 † uerbum enim, fratris, ſimpliciter prolatum, includit ſolum fratrem primi gradus, & ſic tã à conſanguineis, quàm uterinis. ita Bart. in l. Lucius, §. quæſitum, ff. de lega. 3. per tex. in l. Iuriſconſultus, §. ſecundo gradu, ff. de gradib. & §. ſecundo gradu, Inſtit. de grad. & poſtquàm non ſunt conſanguinei, ſed tantùm uterinus ipſe ex proprietate ſermonis dicatur uocatus per dictum c. Si aliquem. præcipuè quia præcedit uerba, non cōmunibus. & deciſ. Bart. latè ſequitur Alex. in conſil. 97. incip. viſo themate. verſ. ſed pręmiſſis, vol. 2. & in ſtatuto uocante fratrem, ꝙ ſolū cōprehendatur frater primi gradus, poſt Doctor. per eum relatos firmat Alex. in conſil. 204. conſideratis uerbis, col. fin. vol. 2. Et ꝙ de proprietate ſermonis ueniat uterinus, cū ſuluit Socin. in conſil. 25. colum. 2. uol. 3. ſequitur neceſſariò dicendum, quòd illuſtr. Don Octauius, qui reperitur in primo gradu reſpectu aliorum, quòd cenſeatur uocatus per diſpoſitionem dicti c. Si aliquem. & 11 † cum ipſe ſolus ſit incluſus deficiente linea deſcendente, dicitur uocatus cum qualitate excluſiua aliorum. vnius enim incluſio, ē excluſio aliorum, l. cum Prætor, ubi no. ff. de iudic. cum concorda. ita tenet, & arguit And. in c. j. §. his uerò, de grad. ſucceſſ. in feud. ubi ponderat uerba conceſſionis, uel conſuetudinis. idem And. utitur hoc arguendi genere in c. j. col. 5. ibi, quærit gloſ. de natu. ſucc. feu. idem tenet Abb. loquens in Maioricatu Hyſpanię, in conſ. 85. incip. in pręſenti quæſtione, col. fin. uerſ. nec obſtat, uol. j. & huic ueræ intelligentię conferunt uerba d. cap. Si aliquem, quę de proximiori defuncto loquūtur: nã referendo uerba illa ad principiū, ſcilicet feuda tenentē, & ibi mori cōtingat. & ibi, qui tēpore mortis ſupererit defuncto. & ibi, peruenerat ad defunctū. iam clarè demōſtratur, ꝙ proximitas ſit in fratre collaterali reſpectu ultimi decedentis, pro ut eſt regulare in ſucceſſionibus feudorum, 12 † vt attendatur proximitas reſpectu ultimi mortui, de cuius ſucceſſione tractatur, cap. j. in fine, ubi Andr. ita declarat, de natur. ſucceſſ. feudor. Et ita iudicatum multos referendo, dicit Socin. in conſ. 86. col. fin. vol. 3. & nouiſſimè Gazad. in conſil. 4. nu. 17. ſequitur Corn. in conſil. 22. col. 6. uol. 2. per illa enim verba,

proximior cum proximiorem includendo, declaratur magis specificè uerbum supra positum de fratre, ut sit cum qualitate exclusiua, † ut semper proximior admittatur, l.j.§.si quis proximior, ubi glos. in uerbo, sequentibus, allegat concordant. ff. und. cogna. l. post consanguineos, §.2. ff. de suis, & legit. Hoc apertius demonstrat illud c. Si aliquem. nã postquàm de liberis fratris usq; ad trinepotem uocasset proximiores, progreditur ad omnes existentes in simili gradu cõiunctos, quos uocat ad successionem, ut is præcedat, qui sit maior natu, ut sequatur declarando unã partem per aliam, l. utrum, vbi Barto. & alii, ff. de pet. hæred. cum ea sir. † nam pluriũ uerborũ insimul coniunctorum, ut unus ex alio declarationem, & restrictionẽ recipiat, ut ex multis legibus probat Roman. in cõsi. 62. vers. ex hoc igitur. & sic resultet intellectus, ut primò uocetur frater, secundò descẽdẽtes ex eo, ut proximior admittatur, & inter æquales in gradu masculus, & maior natu, & sic uocãdo masculum & maiorem, sint ex ipso cap. & ipsa lege exclusi alii in eodẽ gradu, ut per And. ubi supra. & facit tex. ibi, nec qui gradu proximior, in §. cum filius, Instit. de hæred. quę ab intestat. defer. vnius. n. ut dixi inclusio, est alterius exclusio, arg. in l. Pompo. §. sed & his, ff. de procurat. & id demonstrat illa dictio, aut ex liberis, dũ primò uocat fratrẽ, aut ex liberis suis. † dictio enĩ, aut, posita inter personas, in quibus cadit ordo proximitatis, denotat quãdam disiunctiuam subordinatã, ut sic frater primò ueniat, & in defectu fratris uocentur filii ex fratre præmortuo, & non aliter per id, quod habetur in l. cum pater, §. penult. ff. de leg. 2. & in l. hæredes mei, §. si. ff. ad Trebel. & per consequens, ꝙ sit seruandus ordo proximitatis in linea transuersali, & alii excludantur: nã hęc est legalis regula, † quòd in successionibus maior adhibeatur fauor lineę magis coniunctæ, quàm lineæ magis remotæ, §. nostra autem, Instit. de success. ab intestat. & l. si uiua matre, C. de bon. mater. ex quibus uidetur mihi, quòd iura Illustr. Don Octauii sint in solido marmoreo fundamento.

Quę tanto lucidius ostẽduntur, pro quanto Rex Martinus in prima inuestitura uoluit illam regulari secundum cap. Regis Iacobi, & aliorum Regum; & firmiter credo, ꝙ ista sit forma Cãcellariæ illius Regni, prout nos formam habemus de c. considerantes, solito in omnib. inuestituris poni, ut sic postquàm ipsa prima inuestitura sit relatiua, & modificatiua, secundum illa capitula, † quæ cum sint redacta in corpore constitutionum illius Regni, dicantur esse ius commune Regni prædicti, ut dicit Andr. in c.j. versic. nec dominus, col. 4. ibi, quãdo ergo. de prohib. feu. alien. per Freder. & Ioann. Andr. in c. super eo. versus finem, de cognat. spiritual. intelligamus, ut ipsa prima inuestitura reguletur secundum dicta capitula, quæ sunt iura Regni prædicti, l. quod si nolit, §. qui assidua, ff. de ædilit. edict. cum vulgar. & proinde detur intellectus ad ipsam inuestituram, ut descendentes ex corpore inuestiti in infinitum succederẽt. Verum si ultimo morienti non superessent descendentes ex corpore, sed frater, uel utrinque, uel ex altero coniunctus, & sic feudum peruenisset ad ultimum, cui frater esset coniunctus, etiam non ex cõmuni parente, quòd ipse uterinus succederet ex forma dicti c. Si aliquẽ. & isto arguendi modo vtitur Luc. in l.j. col. 4. vbi videtur, quòd primogenitus, C. de impon. lucrat. descrip. lib. 10. & ita ad intellectum constitutionis Regni, & inuestituræ factæ eo modo, prout ista firmat Paris. consi. 21. col. 5. ibi, rursus considerandum est. uolum. j. qui consuluit in casu, in quo ego cõsului, & obtinui pro uxore Illust. Comitis Calatiæ, Domini Iulii Rubei. Imò fortius dico, ꝙ & si de capitulis Regis Iacobi, & aliorum Regum, non esset facta mentio, † ipsa inuestitura reciperet intellectum à dictis cap. & constitutionibus Regni prædicti, hoc primo uerbo. nam quando datur feudum, dicitur dari, & ita interpretatur secundũ naturã feudi, quæ propriè est in libro feudorum de iure consuetudinario. ergo quasi tacitè in pacto et conuẽtione uidetur, quod iure ipso est dispositũ. ita Iacob. de Belu. in tit. qui feu. da. poss. circa finem, in q. ibi per eum formata, an liber feudorum sit auctorizabilis. & Io. Andr. in c. 2. de feud. in eadem q. an sit auctorizabilis, & per consequens succedat, quòd cum dictũ c. Si aliquem, sit ius commune illius Regni, debeat ipsa inuestitura à dicto c. recipere declarationem, & formã in successione. & hoc apertè decidit And. in c.j. §. nam & illud. de eo, qui sib. & hæredib. suis. ubi expressè tenet, ꝙ priuilegium, & inuestitura interpretẽtur, & intelligãtur ĩ successione secũdũ cõstitutiones Regni. Et sicut dicit lex Regni, quæ

quæ sunt ius commune in Regno, & ita præsumitur esse de mẽte concedentis, ut in Maioricatu Hyspaniæ arguit Roma. in consil. 29. in fin. dicit enim ad propositum Luc. de Pen. in l. fi. col. 8. vers. finẽ, C. de priuil. cor. qui in sacr. palat. mil. lib. 12. quòd concessiones feudorum debent intelligi, & interpretari, sicut de iure intelliguntur, & sic secũdum dictas cõstitutiones, secundum quas primò est iudicandum, ut est tex. in constit. Regni, puritatem, in 1. lib. semper enim concessiones intelliguntur, prout consuetum est fieri, ut probat Roma. in consi. 59. incipi. ad discutiendum. vers. secundò potest probabiliter. Ideo Andr. in c. j. in fine, de alien. feu. pater. dicit, ꝙ semper præsumitur forma consueta in priuilegiis, & cõcessionibus: propterea in materia assensus, & sic stricta, Andr. in cap. j. col. 4. ibi intellexisse videtur, qui success. tenea. dixit, 19 † assensum debere intelligi, prout ius intelligit. & ita firmat Paris. ubi supra, col. 5. ibi, quinimò dico. ubi latè allegat. idẽ col. 2. ibi, & illud. cum seq. & ita in specie cõsuluit Oldra. in consi. 159. versi. circa secundum dubium. ibi, & si de consuetudinibus ageretur. sequitur Alb. Brun. in consi. 81. in fine. nec habemus inspicere, quòd ita intelligẽdo c. Si aliquem, præiudicaretur agnatis: nam postquàm cap. ita disponit, & uocat fratrem, etiam si feudum ultimò morienti non peruenerit à communi parente, & cum qualitate exclusiua, ut supra fundaui: debet ita 20 intelligi, † quòd aliis uoluerit præiudicare, & excludere. ita probat, & arguit in materia stricta, & odiosa, Dec. in consi. 113. col. pen. ibi, secus quando apparet ex natura & qualitate. Ideo Aret. in l. cum lege, in primo notab. ff. de testam. dat optimam doctrinam, ꝙ quando proprietas uerborum patitur, dispositio etiam stricta & odiosa recipiat largam interpretationem. sequitur Dec. in d. consil. 113. col. 2. ibi, nam licet. & ultra eum idem uoluit Aretin. in §. ius autem ciuile, col. 10. ibi, sed si dubitatur, Inst. de iur. nat. gent. uel 21 ciui. nec debet hoc mirum uideri, † nam si potest consuetudine introduci aliquid contra naturam feudorum, ut scilicet fœminæ & transuersales succedant, ut consuluit Bal. in consi. 143. incip. pro regula in feudis, col. 2. vers. sed quæritur, utrum. & in cons. 33. incip. ad euidentiam præmittendum. ibi, istud debet intelligi. vol. j. secundum Ant. quã formam quis negabit, quòd non possit id intro-

22 duci per legem, † cum consuetudo, lex, & statutum æquiparentur? De lege est tex. in l. fi. C. de reb. alie. non alien. de statuto est glos. ordinaria in rubrica, C. de Decurio. lib. 10. & de consuetudine in c. sacrosancta, iunctò c. Messana, de electio. & not. Io. Andr. in d. c. sacrosancta. & tanto magis prædicta de pla-23 no procederent, † si forma consueta esset, ut in inuestitura ponerentur illa uerba, pro hæredibus ex corpore, prout dicit And. in c. naturales, in addit. si de feud. fuer. contro. & in c. j. §. & si libellũ. col. 3. ibi, sed quid si acquisiuit. de alien. feu. pater. nam si solet hæc clausula communiter apponi, ut dicit Andr. in c. j. in verf. huic autem generi. ibi, simile dicunt. ex quib. cau. feud. amit. esset dicẽdum per ea, quæ supra dixi, ꝙ c. Si aliquem. loquatur de feudis cõcessis ex corpore, postquàm ita communiter in concessionibus feudorũ erat solitum, de quo solito meminit Afflict. in c. j. col. 3. vers. sed iuxta istã, de alien. feud. pater. idem in decisio. 140. ubi dicit, ꝙ est cõmunis forma, & ita iudicatum. & sic c. Si aliquem, factum in beneficium feudatariorum, loquens generaliter, cõprehendat omnia feuda sub quacunq; forma sit in illo Regno, l. j. §. generaliter, de legat. præstand. & comprehendat omnes casus, & quòd in uno sit maior ratio, quàm in alio, l. j. §. quod autem, de aleat. l. in fraudem, §. fi. ff. de testam. milit. per quam dixit ibi Bald. quòd generalis dispositio omnes casus continet, inferens quòd ubi nulla exceptio fit per legem, non debet fieri per hominem, uel iudicem; dicens, nota bene prædicta. & hoc habet locum nedum in materia odiosa, sed etiam pœnali, & priuilegiata, vt aliis relatis firmat Gozadin. in consi. 51. col. 6. vers. 2. facit. & ante eum Dec. consi. 131. col. 3. ibi, non obstat. Idem Dec. in c. sedes, col. 5. de rescript. & hoc inferri potest ex uerbis. c. Si aliquem ibi, à nostra curia feuda tenentem. nam loquendo de omnibus feuda tenentibus, nullam formam dicitur excludere, cum qui omne dicit, nullum excludit, cap. solitæ, de maior. & obedient. Ita in specie ad intellectum dictæ constitutionis, ut de successionibus, consuluit Paris. in allegato consil. colum. 4. in fin. num. 40. cum sequen. facit declaratio Dec. qui uideatur, in c. cum non ab homine, secundo notab. de iudic. ẽt ꝙ esset maior ratio ĩ uno casu, quàm in alio. ita Purpuratus in l. edita, nume. 184. C. de eden. &

quòd ista sit uera intelligentia, considerentur uerba dicti cap. ibi, Francorum iure uiuẽtes. nam si dicamus non præsupponere omnes uiuere iure Francorum, & sic quòd sit una forma, & tamen uoluit Rex, quòd in omnibus seruetur cap. ipsum. †fuisset enim facile Legislatori distinguere, si uoluisset, c. ad audientiam, de decim. per quod ita arguit gloss. fi. in c. per executionem, de priuil. in 6. vt sic postquàm reperitur priuilegiũ primũ, de quo agitur, datum pro hæredibus ex corpore, & ꝙ uiuatur iure Francorum, de quo iure Francorum loquitur etiam dictum c. Si aliquem, inferatur ut dicit doctissimus Cannetius, quòd iste casus sit comprehensus in illo cap. & inuestitura. Et si uelimus ipsi Petro credere, ita erãt soliti illi Reges, Iacobus & Fredericus, concedere in ipsa forma stricta, ut innuit ipse Petr. in cons. 18. j. col. ibi, nam siue consideremus. vt sic à solito recipiat c. Si aliquem, intelligentiam. Propterea Andr. in c. j. §. præterea, col. pen. de prohib. alien. per Feder. dicit, quòd omnes infeudationes nouæ in Regno sunt de iure Francorum, tenet Luc. in l. j. versic. undecimò, quia. C. de priuil. eorum, qui in sacro palatio. lib. 12. & idem And. I præclud. feudorum, vers. tertiò quæritur. in fi. dicit, quòd constitutiones semper seruant ius Francorum, ut meritò dici posset, quòd uerus spiritus sit iste ipsius cap. Si aliquem. quòd ipse Illust. Don Octauius sit uerus, & proximior hæres: nam dicit Bal. allegãdo Aristotelem, in consil. 143. incip. quod pro Regula, in feudis, volum. j. secundum antiquam formam. †quòd interpretatio est spiritus scripturæ, & quia Domini Siculi intelligũt. c. Volẽtes, non cõprehendere ista feuda in forma stricta, quæ forma apud nos est largissima, & pluries obtinui, quòd data inuestitura pro hæredibus ex corpore, & quòd maior natu succedat, † quòd cum assensu potest tam in antiquo, quàm nouo, fieri alienatio, & dispositio, & reputatur feudum hæreditarium, ut per Afflict. in d. decis. 40. & dec. 240. col. fin. & pluribus mediis comprobaui, Si ista opinio nostra esset tenenda, pro ut eam teneo ex largitate dicti c. Volentes. tãto clarior esset iustitia Illust. Don Octauii, postquàm fuit hęres institutus, ex quibus, si rectè considerentur, apparet responsum omnibus, quæ in contrarium dici possunt. Sequendo igitur conclusionem firmatam per subtilissimum Cannetium; eius opinionem etiam ex supradictis approbo, remittendo me semper ad acutissimos Iurisconsultos Siculos, quorum est propria materia. Hæc pauca dixi, ut parerem Reuerendissimo Domino meo, non ꝙ necessitas expostulasset, postquàm subtiliter, & acutissimè fuerat scriptum per dictum Eccellentissimum Cannetium, & uolui magis per uiam ueræ interpretationis dicti cap. quàm consil. ad pompam scribere.

# FRANCISCI ANTONII VILLANI,

# EXCELLENTISS. IVRISCONS. NEAPOLITANI

## Responsum.

SVMMAE.

1 *Inuestitura tenor seruandus, & ad eum semper recurrendum.*
2 *Sub forma, pro te & hæredibus de tuo corpore, non comprehenditur ille, qui non descendit ex corpore acquirentis.*
3 *Cap. Si aliquem, intelligendum nisi forma repugnet.*
4 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
5 *Lex admittens aliquem ad successionem feuda, non censetur admittere, si tenor inuestituræ repugnet.*
6 *Verba illa in c. Si aliquem, nullo legitimo hærede per lineam descendentem, intelliguntur de descendentibus respectu primi.*
7 *Dispositio qualibet debet interpretari, vt minus quòd fieri possit, lædat ius commune.*
8 *Alienos suis non præsumitur quis velle preponere.*
9 *Principis mens talis præsumitur esse, qualis de iure esse debet.*
10 *Princeps etiam expressè consentiendo alienationi, non praiudicat agnatis.*
11 *Masculus maior ex c. Si aliquem, præfertur.*
12 *Fratre coniuncto à latere fendi deficiente, admittatur vterinus.*
13 *Scripturæ attendendus est ordo.*
14 *Quando in inuestitura fit mentio, quòd seruentur cap. Regis Iacobi, censetur expressum, quòd seruetur dispositio c. Si aliquem.*
15 *Inuestituram qui recipit, tenetur eam seruare cum omnibus pactis, & qualitatibus.*
16 *Relatum est in referente, cum omnibus qualitatibus eius.*
17 *Cap. Si aliquem, procedit etiã in expressa clausula iuris Francorum.*
18 *Inuestitura recipit interpretationẽ à statuto.*
19 *Constitutio Frederici, Constitutionem, probat c. Si aliquem, procedere etiam in dicta forma pro descendentibus.*
20 *Dispositio c. Si aliquem, fauorabilis.*
21 *Verba in c. Si aliquem, per lineam descendentem, intelligantur de descendentibus vltimi morientis.*
22 *Rex Iacobus, conditor c. Si aliquem, nil aliud censetur voluisse, nisi se conformare dispositioni iuris communis.*
23 *Coniecturis non opus est, vbi veritas apparet.*
24 *Princeps condendo legem generalem, potest tertio præiudicare.*
25 *Feudum pro te & hæredibus de tuo corpore, est hæreditarium.*
26 *Afflictus notatur.*
27 *Feudum etiam hæreditarium, dicitur ex pacto & prouidentia Principis, quod declaratur.*
28 *Prærogatiua gradus præualet.*

### Dei Optimi Maximi inuocato præsidio.

ADEO doctè, copiosè, & subtiliter, eximius & peritissimus Consulens, iustitiã Sp. Octauij Lanzæ circa successionẽ Comitatus sancti Marci, & aliorum feudorum patefecit, vt nullus penè dicendi locus relictus videatur: quare sola eorum, quæ per eum scripta sunt, approbatione ac subscriptione contentus esse deberem. Sed ne illotis (vt ita dixerim) manibus pertranseam, & vt rem ipsam degustasse videar, aliqua (pro vt temporum angustia, & negotiorum, qua premor, moles patiuntur) in medium afferam, & ea solùm, quæ magis vrgere videntur, attingam.

Videtur prima consideratione dicendum Illust. Don Petrum Filingerium, patruum Illust. Don Hieronymi Filingerij in successione Comitatus sancti Marci, & aliis feudis Sp. Octauio Lanzę fratri vterino dicti Illust. Comitis Hieronymi esse præferendum. Ad quod fundandum adducitur primò regula, 1 † quòd semper ad tenorem inuestiturę recurrendum est, & illa attendi, ac considerari debet, tex. est in c. j. de duob. fratrib. à Cap. inuestit.

uestit.ibi,propter tenorem inuestituræ inser tum, & in c.de benef.fratr.& in c.j.in princ. de fratrib.de nou.benef.inuestit.ibi, nisi facta fuerit eo pacto inuestitura, & in c.j.§.sin autem.ibi, nisi hoc nominatim dictum sit. & in §.hoc autem notandum.ibi, nisi specialiter dictum fuerit, vt ad eas pertineat. de his,qui feu.da.poss.& in c.j.de success. fratr. & grad.succ.in feud.ibi, nisi eius conditionis sit feudum,vel alio pacto acquisitum, & in c.j.de feud.non haben.prop.nat.feu.propterea dicebat Andr.de Isern.in c.j.§. quoniam,de prohib.feu. alien.per Loth. & in c. Imperialem,§.præterea si inter duos, col.6. vers.conuentiones autem, de prohib.feud. alienat.per Freder.à forma inuestituræ non esse recedendum.& dicebat Bald.in dicto c. j.de duob.fratrib.à Cap. inuest. quòd tenor inuestituræ derogat omni naturæ feudorum. & idem Bald.in l.quotiens,C.de suis,& legit.& in auth.cessante,in fine,C.eod. titu.& plenè Loffred.in consil.j.col.5.

At si in casu nostro tenorem inuestituræ, pro vt tenemur,inspicimus, † apparet feudũ fuisse primo acquirẽti concessum sub ea forma, videlicet pro se & hæredibus de suo corpore legitimè descendentibus. qua forma attenta, omnes illi, qui ex suo corpore non descendunt, exclusi censentur.cum ergo dictus Sp.Octauius sit huiusmodi, meritò à dictorum feudorum successione exclusus iudicari debet.

2

Nec ad dictam successionem inuitatus,& vocatus censetur per dispositionem capituli Regis Iacobi incip.Si aliquem, per quod vocantur fratres ad successionem fratris in feudo, quod à communibus, vel non communibus parentibus fratri defuncto peruenerat: nam illud sanè intelligendum videtur,† nisi tenor inuestituræ repugnaret, qui semper attendendus est per iura præallegata, & ferè in terminis hoc probari videtur per tex.in constit. vt de success.iunctis notatis per And.ibi.illa enim constitutio admitit fratrem ad fratris successionem, etiam in feudo nouo generaliter,& indistinctè;& nihilominus si frater acquisiuit feudum sub hac forma,videlicet pro se & hæredibus ex suo corpore legitimè descendentibus, frater ei nõ succedit ea videlicet ratione, quia tenor inuestituræ repugnat, vt declarat Andr.de Isern.in dicta constit.in vers.hodie.tamen hoc non esset ea ratione,†quia contractus ex conuentione legem accipiunt,l.contractus,ff.de reg.iur.Et hoc idem firmat Afflict.in d.consti. vt de successionibus,nu.11. & ita aliàs decisum fuit in Neapolitano consilio,vt testatur Afflict.in decisio.293.& ista est veritas.&ita quotidie practicatur,ex quo videtur rectè inferri posse ad casum, de quo agitur,quòd licèt dictum c. Si aliquem, admittat fratrem ad fratris successionem, etiã non coniunctum ab eo latere, à quo feudũ peruenit, illud intelligendum, & limitandum sit, nisi tenor inuestituræ repugnet per prædicta.

3

4

Et hoc in specie decidit Loffre.in sua paraphrasi in c.j.col.7.vers.& hæc disputatio, de nat.success. feudor. vbi postquàm approbauit opinionem Andr. contra glos.in constit. vt de successionibus, videlicet vt frater ab vno latere tantùm, à quo feudum nõ peruenit, coniunctus admittatur ad fratris successionem per dictam constitut.limitat hoc non procedere, si feudum esset concessum pro se & hæredibus de suo corpore legitimè descendentibus, quia tunc frater vterinus non succederet in feudo sub hac forma concessio lineæ paternæ, nec è conuerso frater consanguineus succederet in feudo sub hac forma dato lineæ maternæ,† quia tenor inuestituræ repugnat.Licèt ergo lex vel statutum admittat aliquem ad feudi successionẽ, non tamen admittendus est, si tenor inuestituræ repugnet.Et hoc in specie in terminis videtur decidere Guliel. Pern. in d.c.Si aliquem, in verbo, concedendi.vbi reprobata opinione Saccurafæ tenet, quòd dispositio d.c.Si aliquem, habet locum etiam si in priuilegio sit dictum, quòd viuatur iure Francorum. Subdit tamen hoc esse verum, nisi limitatio sit talis, quòd excludat alios, ita quòd constet apertè de mente concedentis,quòd voluit alios excludere.sed sic est,quòd in re præsenti limitatio est talis, quòd apertè excludat vterinum, cum ille non sit de descendentibus ex corpore acquirentis, ergo hoc casu non poterit habere locum dispositio d.c.Si aliquem.

5

Secundò pro hac parte adducitur, quòd dictum c.Si aliquem, admittens fratrem nõ coniunctum à quo latere,vnde feudum,per uenit,intelligi debet,si rectè inspiciamus,vt illum admittat deficientibus descendentibus à primo acquirente,†vt sic intelligamus illa verba,nullo hærede legitimo per lineam descen-

6

descendentem, non respectu ipsius vltimi morientis, sed respectu primi acquirentis feudum probat, † quia statutum & quælibet dispositio, debet ita intepretari, vt quoad fieri potest, minus lædat ius commune, & ius tertij, l. si quoniam, C. de inoffic. testa. l. nec auus, C. de emancip. liber. c. quamuis, de rescript. in 6. Archi. in c. licet, 8. q. 2. Innoc. in c. suggestum, & in c. tua, de deci. c. ex tuarũ, de auth. & vsu pall. Abb. in c. certificari, de sepult. Calder. in consi. 22. in tit. de regular. Anchar. in consil. 16. incipi. viso diligenter tenore. Oldr. in consil. 266. incipi. in causa, quæ vertitur, col. penul. & fin. & latè Loffre. in consil. 39. nu. 24. ergo ista interpretatio, & iste intellectus, sumi debet: nam si secus diceremus, præsertim in casu, de quo agitur, vbi feudum est quęsitum pro hæredibus ex corpore legitimè descendentibus, præiudicaretur descendentibus ex corpore primi acquirentis. Item & corrigeretur ius commune feudornm, quod non admittit fratrẽ non coniunctum à latere, à quo feudum peruenit, vt in c. j. de successio. fra. & grad. succed. in feudo. & ibi communiter scribunt & latè Curt. in tract. feud. in 4. part. vers. 5. Et ꝙ hic sumatur intellectus, suadetur etiam ex præsumpta mente acquirentis, & concedentis feudum, quò ad acquirentem probatur; quia † nemo præsumitur velle alienam posteritatem suæ posteritati præponere, l. nec auus, ff. de condi. & demonst. l. cum acutissimi, C. de fideicomm. l. Lucius, in fine, ff. de hæred. instit. & in cap. j. de duob. fratrib. ibi, vnusquisq; enim sibi, suisq; hæredibus videtur prospexisse. Similiter ex præsumpta mẽte concedentis, † nam intentio Principis talis præsumitur, qualis de iure esse debet, l. hæredes mei, §. cum ita, cum ibi not. per Bartol. & scribent. ff. ad Trebell. sed de iure supra fundaui, quòd frater vterinus non succedit in feudo paterno, exclusis agnatis. ergo verisimiliter hanc fuisse Principis intentionem dicendum est.

7 8 9

Et facit, quia in dubio ita interpretari debemus, quemadmodum hodie, si interrogatus esset, qui feudum acquisiuit, responderet, & declararet, l. tale pactum, §. fi. cum ibi plenè notatis per glos. & Doctor. ff. de pact. Sed quis dubitat, quòd si acquirens feudum interrogaretur, si vellet quòd frater vterinus excluderet descendentes ab eo in feudo per eum quæsito? Certè responderet, quòd non per iura, quæ supra adduxi, ergo ista interpretatio sumi debet.

10 Tertiò pro hac parte adducitur, † quòd in feudis ex pacto & prouidentia, non potest Princeps etiam in specie consentiendo alienationi, præiudicare agnatis, quibus ex forma inuestituræ est ius quæsitum, vt declarat Andreas in c. j. in princ. de alien. feud. pater. & in c. j. §. Titius, si de feud. defunct. mili. contro. fuer. & in c. j. §. hoc quoq;. de success. feud. vbi in fine admonet emptores feudorum ex pacto & prouidentia, vt caueant qualiter illa emant: nam licèt in alienatione & domini, & agnatorum consensus accedat, at tamen agnati, qui postmodũ nascentur, potuerunt reuocare alienationem, quibus non potuit præiudicari per dominum, & cæteros agnatos consentientes: sed feudum, de quo quæstio vertitur, est feudum ex pacto & prouidentia, & in forma strictissima quæsitum, ex quo in inuestitura adest clausula iuris Francorũ, ergo non potuisset in specie Princeps agnatis præiudicare. si ergo non potuisset in specie agnatis præiudicare, non est dicendum, quòd per dictam prouisionem generalem, videlicet per dispositionem dicti c. Si aliquẽ, voluisset illis præiudicare: quia nunquam statutum generale porrigitur ad id, quod statuens non habet potestatem, c. à nobis, de senten. excom. & notat Bar. in l. si quis sub conditione, in fin. ff. de condit. instit. & consulendo Dec. in consil. 218. col. j. in fi. & col. 2. in princip. & idem Dec. in consil. 289. col. 2. in princip.

Quartò pro hac parte adducitur tex. in c. j. de eo, qui sibi, & hæredibus suis mascul. & fœmi. vbi si fœminæ per inuestituram sunt admissæ ad successionem feudorum, quia receptum est feudum pro se & masculis, & his deficientibus fœminis masculi etiam vlterioris gradus fœminas excludunt. Ex quo videtur inferri posse ad casum nostrum, ꝙ licèt per dictum c. Si aliquem, sint admissi vterini, qui aliàs non succederent in feudo paterno, vt supra dixi; tamen illi censentur admissi in defectu aliorum agnatorum à primo stipite descendentium, à quo feudum peruenit, etiam si agnati essent in vlteriori gradu positi per text. prædictum, per quem text. hoc etiam videtur decidere Guliel. de Perno in dicto c. Si aliquem. in verbo, præcedat.

Quintò pro hac parte adducitur, quòd licèt

cèt per dictum c.Si aliquem, fit admissus frater coniunctus ab vno latere tantùm, à quo non peruenit feudum: † attamen inspecta forma inuestituræ, & etiam ponderatis verbis dicti cap.Si aliquem, apparet successores in illo feudo hoc ordine vocatos esse, videlicet quòd maior natu minoribus præferatur. Cum ergo Spe. Petrus Filingerius, patruus feudatarij defuncti, reperiatur primogenitus, & maior natu dicti Spe. Octauii Lãzæ, meritò illi in successione prædicta præferendus est, vt decidere videtur Isern.in c.j. col.6.in libro meo.hæc essent vera de natu. success. feudo. vbi decidit, quòd licèt filius primogeniti excludat patruum de iure in successione feudi, quod vni tantum defertur, tamen illud procedit, nisi repugnarent verba concessionis consuetudinis, vel legis, vocantis primogenitum, seu maiorem ætate: quia tunc patruus esset primogenitus, & maior natu præferetur, allegat tex.in l.si libertus præteritum, §. si libertus, ff.de bo.libert.in l.3.§.proinde, ff.de legit.tuto.& propterea dicebat idem Andr.in c.j. §.his deficientibus, de grad.success.in feud.quòd stante cõstitutione Regni, vt de successionibus, quæ vocat maiores natu, patruus excludit filium primogeniti defuncti, viuo patre.

Prædictis tamen non obstantibus contrariam sententiam de iure veriorem esse arbitror, dictumq; Spe.Octauium Lanzam dicti Illust.quõdã Hieronymi Filingerij fratrem vterinum esse in successione prędicti Comitatus, & feudorum dicti quondam Illust.sui fratris, cæteris præferendum. Quæ conclusio non verborum lenociniis, nec sophisticis argumẽtis, sed per apertum casum legis fundatur, videlicet per text. in d.c. Si aliquem. vbi deciditur, quòd si feudatarius moriatur absq; hærede legitimo per lineam descendentem, quòd intelligendum est de filiis, vel nepotibus, vel deinceps à feudatario moriente descendentibus, vt infra dicam, frater defuncti ad feudi successionem admititur, licèt sit tantùm coniunctus ab vno latere, à quo feudum non peruenit, vt patet ibi, si feudum ipsum ab aliquo ex parentibus sibi, & fratri communibus, vel non communibus peruenerat ad defunctũ. Erit ergo ordo succedendi, vt primò vocentur descendentes feudatarij mortui, si supersunt, quibus deficientibus vocentur fratres defuncti, hoc tamen ordine, † vt si supersit frater coniunctus ab eo latere, à quo feudum peruenit, ille pręferatur fratri coniuncto ab alio latere, à quo feudum non peruenit.sed si non supersit frater coniunctus ab eo latere, tunc admittitur frater coniunctus ab alio latere, à quo feudum non obuenit, quod fundatur, ex quo ordo scripturæ primò uocat fratrem coniunctum ab eo latere, à quo feudum peruenit, & posteà per disiunctiuam, uel, uocat fratrem cõiunctum ab alio latere, à quo feudum non peruenit, † qui ordo attendendus est, tex.in l. cum pater, §. pen. ff. de legat. 2. vbi formaliter dicitur, à te peto, marite, si quos liberos habueris, illis prædia relinquas, uel si non habueris, tuis siue meis: propinquis autem, etiam nostris libertis, non esse datam electionem, sed ordine scripturæ factam substitutionem respondi.& ita intelligendum est tam ex sermonis conceptione, quàm personarum affectione, & qualitate, ut dixit glo.in d.§.pen.& notatur per Scribentes in l.pen. C.de verb.signifi. cum ergo in re præsenti nullus supersit frater coniunctus ab eo latere, à quo feudum obuenit, claro apertoque iure dictus Specul. Octauius frater uterinus dicti feudatarii defuncti, licèt feudum defuncto à patre obuenerit, ad feudi successionem admittendus est.

Superest solùm obiectis in contrarium respondere, quibus solutis res clara, & expedita remanebit. Non obstat igitur primum, in quo tota difficultas consistere videtur, uidelicet ꝙ in re præsenti non habet locum dispositio dicti c.Si aliquem, repugnante tenore inuestituræ, nedũ in casu nostro nõ repugnat, sed expresse in eadem inuestitura cauetur, † quòd nisi successione illorum feudorum habeat locum dispositio d. c. Si aliquem. ex quo in specie reseruantur, reserua ri mandãtur constitutiones, & capitula Serenissimi Regis Iacobi, à quo fuit editum d. c. Si aliquem. Et quia hoc est clarum, non oportet ad coniecturas recurrere, l. ille, aut ille, §. cum in uerbis, ff. de legat.3.cum vulgarib.ex quo enim in principio dictæ inuestituræ fuerat concessum feudum pro se, & hæredibus ex suo corpore legitimè descendentibus, propter quod poterat dubitari, an frater vterinus admitteretur ad successionem feudi paterni, subiunctum fuit in eadem inuestitura, ut seruaretur consti. Regis Iacobi, & sic fuit expresse cautum, quòd si casus occurreret, vt moriente feudatario

non

nõ superessent descendentes feudatarij morientis, sed tantum frater coniunctus ab illo latere, à quo feudum non peruenit, ille ad mitteretur ad successionem feudi, cæteris omnibus agnatis in vlteriori gradu positis exclusis, secundum dispositionem dicti c. Si

15 aliquem. † si enim pars aduersa fundat se in dicta inuestitura, necesse est, quòd eam ratam habeat cum omnibus clausulis, pactis, & qualitatibus in ea appositis, l. cõtra iuris, §. fina. per quem tex. hoc ibi format Bald. in final. verbis, ff. de pact. allegans tex. in l. Caius, ff. de manumiss. & quia dicta inuestitura se refert ad concessiones Regis Iacobi, perinde est ac si d. cap. Si aliquem, esset in dicta

16 inuestitura insertum, † quia relatum est in referente cum omnibus qualitatibus suis, l. asse toto, cum ibi not. de hæred. instit. l. si ita scripsero, ff. de condit. & demonstr. cum simil. apparet itaque, quòd Princeps, qui feudum concessit, voluit quod succedente casu, quòd feudatarius moreretur sine filiis, vel descendentibus à se, quòd venirent collaterales eo ordine, quo vocantur per dictum c. Si aliquẽ, quod proculdubio facere potuit quia in traditione rei suæ potuit apponere legem, quam voluit, l. in traditionibus, & l. pen. ff. de pact. quæ Princeps in inuestitura apposuit, seruanda sunt, vt probant omnia iura in primo fundamento per me adducto pro parte contraria. Et pro hoc adduco decisionem Guliel. de Perno in dicto cap. Si aliquem, in verbo, concedendi. vbi reprobata opinione Saccurafæ, qui tenebat, quòd dictum c. Si aliquem, non habet locum, quando esset dictum in inuestitura, quòd viuatur

17 iure Francorum; subdit, † quòd dispositio dicti c. Si aliquem, inest concessionibus futuris, & dicit id maximè dicẽdum esse, quia in priuilegiis sunt reseruata cap. Regis Iacobi, & sic maximam facit vim in dicta reseruatione, pro vt de iure fieri debet, vt supra fundaui.

Et quamuis hoc sit clarum & expeditum,

18 coadiuuatur: † quia uerba inuestituræ semper recipiunt interpretationem, & declarationẽ à statuto. semper enim præsumendum est disponentem voluisse se conformem reddere cum dispositione statuti, quod viget in loco, vt declarat Bar. in l. vt iurisiurand. §. si liberi, ff. de oper. libert. vbi concludit, quòd si aliquis reciperet emphitheusim pro se & filiis masculis, & fœminis, pariter masculi & fœminæ admittuntur, nisi esset statutum in ciuitate, quòd stantibus masculis fœminæ non succedant: quia tunc dicta concessio recipiet interpretationem, & declarationem à statuto, & non admitterentur fœminæ, nisi in defectu masculorum, & hoc etiam firmat idem Bart. in consil. 183. incip. quæstio ista habet duo dubia, & Ioan. de Imol. in c. potuit, de locat. & Petrus de Ancha. in clem. 2. de iur. patron. & in consil. 433. semper enim disponẽs videtur velle suam dispositionem modificare, & intelligere secundum iuris municipalis, seu statuti illius loci dispositionem, vt declarat Imol. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. quem refert & sequitur Alex. in consil. 127. col. ult. vol. j. & in cõsil. 44. eod. vol. & in consi. 79. in 4. uol. & Socin. in consil. 51. uolu. 4. quod eo fortius in casu nostro dicendum est, quia id nedum ex præsumptione, sed per uerba expressa in eadem inuestitura apparet disponentem se ad statutum, & constitutiones Regis Iacobi retulisse, ut superius fundaui.

Secundò respondeo, quòd est clarè decisum per dictum c. Si aliquem, iuncto c. Re-

19 gis Frederici, incip. constitutionem, † quòd dispositio d. cap. Si aliquem, habeat locum etiam si feudum quęsitum esset pro se, & descendentibus ex corpore, inter quos viuatur iure Francorum. quod probatur, nam in dicto cap. Si aliquem, expresẽ cauetur, quòd successio ordinata per illum tex. seruetur etiam inter eos, qui in Regno illo viuunt iure Francorum, vt patet ibi. in successione uerò præmissa inter feudatarios in eodem Regno Francorum iure viuentes, sexus primogeniturę prerogatiuæ seruetur, ut inter duos feudatarios, & subfeudatarios defuncto coniunctos, fœmina masculos, fœminam masculus, & iuniorem maior natu præcedat, siue sint masculi, siue fœminæ concurrentes; & sic apertè ibi deciditur, quòd ordo ille succedendi seruetur, etiam si feudum esset concessum cum clausula iuris Francorum, quæ est forma strictissima, secundum Doctores Siculos, ex quo nedum descendentibus, sed certis personis de descendentibus defertur: post modum superuenit cap. prædictum Regis Frederici, incip. constitutionem. in quo statuitur, quòd dispositio d. c. Si aliquem, habeat locum nedum in feudis auitis, & paternis, sed etiam in feudis nouiter quæsitis. & sic clarè decidit, quòd licèt uerba inuestiturę

rę

ræ repugnarent adhuc collaterales uocati per d.cap.Si aliquem,ad feudi successionem admittantur: nam si feudum esset concesſũ cum clausula iuris Francorum, non est dubium, quòd deferetur descendentibus masculis, & demum fœminis, & inter eos seruaretur ordo primogenituræ,qua forma attenta collaterales in feudo nouo excluduntur, vt declarat Andr.& Afflict.in constit. vt de successionibus, & Loffred.in d. sua paraphrasi in tit.de natur.success.feud.per me in contrarium adducti; & tamen per dictam cõstit.Frederici statuitur,quòd etiam in feudo nouo taliter quęsito admittantur collaterales,vocati per dictũ c. Si aliquem, per quod vocantur etiam fratres coniuncti ab eo latere,à quo feudum non peruenit. Et ex his infertur, non obstare argumentum in contrarium adductum, quia per prædicta duo capitula apparet, hoc dubium fuisse decisum, videlicet quòd etiam in feudo sub strictissima forma quæsito succedãt collaterales per dictum cap. Si aliquem, vocati, & sic frater etiam nõ coniunctus ab eo latere, à quo feudum obuenit, non obstante qnòd verba inuestituræ repugnarent. Et hoc nimirum,nã idem in simili casu fuit prouisum per c.Regni,quod incipit, considerantes. fuerat indubitatum, si feudum erat concessum alicui pro se & hæredibus ex suo corpore legitimè descendentibus,si in eodem successisset primogenitus filius, cui facta fuerat inuestitura sub eadem forma, non eo decedente sine filiis succederet frater, & dicebatur, quòd non:quia repugnabat forma inuestiturę,quę tantùm admittebat hæredes legitimè descẽdentes ex eius corpore,& frater nõ est huiusmodi. ergo censetur exclusus & ad tollendũ hoc dubium, editum fuit dictum c.considerantes,per quod admittitur frater, non obstante, quòd verba inuestituræ repugnent, quæ admittebant tantùm descendentes ex eius corpore.sic videtnr similiter fuisse prouisum per dictam constit. Frederici, quòd licèt feudum esset quæsitum pto descendentibus, cum clausula iuris Francorum,tam in feudo antiquo, quàm in feudo nouo, quòd fortius admittantur fratres,& non coniuncti ab illo latere,à quo feudum peruenit,iuxta formam dicti c.Si aliquem, licèt verba inuestituræ repugnare videantur.

Et propterea nimirum si omnium peritissimorum Doctorum Siculorum communis opinio est,vt per Magnifi.Consulentem deducitur,quòd d.c.Si aliquem,locum habeat etiam si feudum esset concessum pro hæredibus ex corpore legitimè descendentibus, cum clausula iuris Francorum.

Nec dicta prouisio facta per d.cap.Si aliquem,& d.c.constit.est exorbitans, imò fauorabilis:† quia per eam reditur ad ius commune,nam de iure communi fratres ex vno tantùm latere coniuncti præferuntur cęteris agnatis, & cognatis,in successione fratris,sine filiis decedentis, vt in Auth. de consang. & vter.frat. per totum,& in Auth.de hæred. ab intest.venie.§.sit igitur.& in auth.cessante,& in auth.post.fratres,C.de legit. hæred. per consuetudines autem feudorum corrigitur ius commune,& ab eo receditur, & prouidetur,quòd frater coniunctus ab vno latere, non succedat in feudo,si ab eo latere,per quod coniungitur, feudum non obuenit, vt in c.j.de success.fratr.& grad. success. in feu. & sic illa dispositio est odiosa, singularis, & correctoria, & non extendenda, vt dixit in specie Bart.in dicta l.vt iurisiurandi,§.si liberi, ff.de oper.libert.sed per dicta cap.reducitur successio ad ius commune, ergo eorum dispositio est fauorabilis,& extendenda, l.si vnus,§.pactus ne peteret,cum ibi plenè notatis per Ias.in 4.not.ff.de pact. Si itaque res non adeò clara esset,pro ut est, vt supra fundaui, sed tractandum esset de interpretatione dictorum capitulorum,hæc interpretatio sumenda esset, quia per eam reducitnr res ad terminos iuris communis.de facili enim res reuertitur ad sui naturam, vt dicit tex.in d.§.pactus,& est tex.in c.ab exordio, iuncta glos. 35.distinctio.& facit, quia licèt in correctoriis non sit licita extensio,etiam ex maioritate rationis,l.præcipimus,in fine, & ibi Bart. C.de appell.& auth. quas actiones C. de sacrosanct.eccles.& l.si verò,§.de viro,ff. solut.matri. cum ibi plenè notatis per Scribentes.tamen etiam in correctoriis fit extẽsio, quandn reditur ad ius commune, quia materia est tunc fauorabilis, quia res reuertitur ad suæ naturę primordium, glos.est notabilis in c.statutum,in verbo,numerãdum, de præb.in 6.tradit Ant. de Butri.in c. olim tibi, de verb.signific. per illnm tex.& Alex. de Imol.in l.si constante, in princ. colu.2.ff. solut.matrim.& tradit plenè Iason, qui multa ad propositum cumulat, ac multa specialia adducit, quando res reuertitur ad naturam

tam suam, in d.l.si unus, §. pactus, in 4. notab. ff. de pact.

Non obstat secundum, quatenus dicebatur, quòd c.Si aliquem, uocat fratrem deficientibus descendentibus à primo acquisitore: nam dico, quòd est falsissimum, nec is intellectus potest modo aliquo ad istũ text. 21 substineri, sed illa † uerba, nullo hærede legitimo per lineam descendentem, intelligũtur de descendentibus, ultimi morientis, quod apertissimè demonstratur per sequentia uerba, uidelicet sed fratre: nam dictio, sed, est aduersatiua præcedentium, l. qui se, ff.de condic. causa data, l.sed & si, §. j. ff. ex quib.cau. maio.l.sed & si quis, §. quæsitum, ff.si quis cautio. notatur per Bar. in l.2.in fi. versic.ult.nota, ff.si quis cautio. glos. Bar. & Ange. in l. sed & si lege, ff.de petit. hæredita. cum simil. sed si intelligeremus illa uerba, nullo hærede legitimo per lineam descendentem, de descendẽtibus primi acquirentis, illa uerba, sed fratre, non aduersarentur præcedentibus. Nemo enim negabit, quin per illa uerba, sed fratre, non sit uocatus etiam frater coniunctus ab illo latere, à quo feudum peruenit, ut idem tex. declarat ibi, si feudum ipsum ab aliquo ex parentibus sibi, & fratri communibus, uel non communibus, &c. sed frater coniunctus ab illo latere, à quo feudum peruenit, est de descendentibus primi acquirentis; ergo necessariò concludendum est, quòd illa uerba, nullo hærede legitimo per lineam descendentem, intelligi debent de descendentibus ultimi morientis, & tunc dictio illa, sed fratre, aduersatur pręcedentibus: quia frater non est de descendentibus ultimi morientis, & hic est uerus intellectus.

Præterea, quòd hic intellectus substineri non possit, demonstratur apertè, nam ex eo sequeretur maximum absurdum: quia cum illa uerba, sed fratre, intelliguntur de fratre tam coniuncto à latere, à quo feudum peruenit, quàm de fratre coniuncto à latere, à quo feudum non peruenit. si diceremus quòd illud c.uocat fratrem in defectu descẽdentium à primo acquirente, sequeretur quòd patruus præferretur fratri feudatarii defuncti etiã coniuncti ab illo latere, à quo feudum obuenit, quod dicere nedum absurdum, inhumanum, & ineptissimum esset, contra omnia iura communia, & feudalia, ac Regni constitutiones; & argumentum ab absurdo in iure ualidissimum est, l. nam absurdum, iuncta l. præcedenti, ff. de bon.liber. l.j. §.unde quæritur, ff.de public. & est tex.nota.in l.scire oportet, §. aliud, & ibi Bal. notat, ff. de excus. tutor. bonus tex. in l.siue hæreditaria, in fine, ff.de nego.gest. l.2. §.sed si agant, & §. sed si dubitetur. ibi, alioquin, ff. de iud. l. Offilius, versic. pone, inquit. iuncta glos.ff. de legat.3. cap. Venerabilem, circa medium, & cap.inde nisi. de electio. cap. ex ore, & ibi Paul. in 3. notab. de priuileg. idem Pan. in cap. solitæ, in 4. & ult. notab. per illum text. de maior. & obed. Et propterea dixit Nicolaus Euerard. in sua centuria, fol. 25. quòd hoc argumentum ab absurdo ualidissimum est ad interpretationem cuiuscunque dispositionis, ut ibi latè per eum, qui allegat ad hoc 22 non nulla alia iura, & decisiones; nil † enim aliud disponens, & condens, dict. cap. Si aliquem, facere uoluit, quàm reddere se conformem dispositioni iuris communis, ferè per eadem uerba, per quæ hoc de iure communi disponitur, ut patet in auth. cessante, C. de legit. hæredib. ubi dicitur, cessante successione lineæ descendentis, & eius, quæ sola sit ascendentis, uocantur primò fratres, fratrisque præmortui filii. Et ibi apparet, quòd illa uerba, cessante successione lineæ descendentis, intelliguntur de descendentibus ipsius morientis, post quos uocat fratres eorumque filios, utrinque coniunctos, & post illos uocat fratres ab uno tantùm latere coniunctos, ut ibi, & in authen. post fratres, eod. tit. Hoc idem disponit d. cap. Si aliquem, uocat in primo descendentes morientis, quibus deficientibus uocat eius fratres. primò uocat fratrem coniunctum ab eo latere, à quo feudum obuenit, & eo deficiente uocat fratrem ab alio latere coniunctum. & quia hoc mihi uidetur clarum, & expeditum, & huic motiuo fuit optimè, & latissimè responsum per Magnif. Consulentem, amplius non insisto.

Nec obstat, quòd adiuuando prædictum secundũ argumentum, dicebatur, uidelicet quòd ita interpretari debet ex præsumpta mente Principis disponentis, & etiam acqui

rentis feudum: nam dico, quòd de acquirente feudum loquendum non est, cum non fuerit ille, qui legem condidit. Quò uero ad Regem disponentem dico, † quòd non opus est ad coniecturas recurrere, & ad præsumptiones, ubi apparet ueritas, l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de legat. 3. veritati enim omnia cedunt, cap. ueritati, 8. distinctio. sed iure præsenti intellectus est clarus, & aliter intelligi non potest, ut sic ueritas patet. ergo non oportet ad præsumptiones recurrere. solum enim Legislator cõsiderauit cõditionem ultimi decedentis, ut ei collaterales succederent, non existentibus descendentibus ab eo. Nec considerauit unde feudum peruenit, & optimè declarat Guliel. de Perno in consil. 21. colum. 2. in fi. & col. 3. in princip. vers. nec considerauit. Nec obstat tertium argumentum, quatenus dicebatur, quòd Princeps assentiendo alienationi, non potest præiudicare agnatis, quibus esset ius quæsitum in feudo ex pacto & prouidentia, nam faciliter respondetur. & posito quòd hoc feudum, de quo agitur, esset feudum ex pacto & prouidentia, vt non est, vt inferius dicam; dico quòd decisiones Andr. vendicant sibi locum, quando feudatarius, qui tenet feudũ, quod debetur agnatis ex pacto & prouidentia absque qualitate hæreditaria, vellet alienare feudum, quia tunc etiam quòd dominus alienationi consentit, non per hoc præiudicabitur agnatis non consentientibus. at in casu nostro Rex, qui est monarcha in Regno, vt dixit Andr. in c. j. in §. valuassores, col. 3. in fine, de his, qui feud. dar. poss. fecit legem generalem, per quam statuit modum, & formam succedendi, quo casu potuit cuicunque præiudicare, & † potest Princeps condendo legem generalem etiam ius tertio quæsitum auferre, vt declarat Bart. in l. totiens, ff. de pollicit. refert, & sequitur Alexand. in consil. 190. colum. tertia, versic. ad tertium, secundo volumi. quod consilium est duplicatum in tertio volumi. in consil. 190. solus enim Imperator, seu Rex potest legem condere, l. fina. C. de legi. quæ quidem & si dura esset, seruari debet, l. prospexit, ff. qui & à quib. sunt enim leges inexorabiles, l. fina. C. de tabell. lib. 10. Et propterea uidemus, quòd serenissimus Rex Catholicus fecit pragmaticam editam... per quam mandati in primo eius capite, quod nemo audiatur contra dispositiones, & emptiones, donationes, & concessiones factas per serenissimos Reges Ferdinandum primum, & Alphonsum primum siue iure, siue iniuria, id factum fuerit, & sic tollit ius cuilibet, qui contra illas dispositiones, ius prætendit. & quia hoc processit per uiam legis generalis, fieri potuit, & obseruatur. & propterea dixit Felin. in cap. quæ in ecclesiarum, colum. 18. nume. 54. de constit. quòd per uiam statuti generalis potest fieri statutum præiudicans tertio, etiam sine causa.

Et licèt prędicta sufficiant ad contrarii solutionem, tamen ne uidear fateri hoc feudum, de quo agitur, esse feudum ex pacto & prouidentia, quod est falsum; dico † hoc esse feudum hæreditarium, in quo posset feudatarius cum consensu domini alienando præiudicare agnatis: nam feudum ex pacto & prouidentia dicitur, quando alicui feudum conceditur pro se & filiis, uel nepotibus, uel pro se & agnatis siue nominibus particulariter expressis, siue sub collectiuo nomine designatis, non adiecto uerbo, hęredibus. & in hoc feudo succedunt agnati, etiam si hæredes non sint ultimi decedentis; & dicitur ex pacto & prouidentia, quia ex prouidentia, & pacto concedentis, & primi acquirentis non iudicio ultimi decedentis ad agnatos defertur. feudum uero hæreditarium est, quando alicui feudum conceditur pro se & hæredibus, & successoribus, uel pro se & filiis hæredibus, uel pro se & hæredibus ex eius corpore legitimè descendentibus; & sic semper, quando adducitur illud uerbum, hæredibus, ab homine, feudum est hæreditarium, & in eo non succedunt agnati, nisi sint hæredes ultimi decedentis. Ista feudorum distinctio seu diuisio, probatur ex notat. per Andr. in cap. j. in princip. & in §. hoc quoque, de success. feud. & in cap. j. §. quid ergo, de inuest. de re alie. fact. & in cap. j. §. & si libellum, de alien. feu. pater. & in cap. j. §. si uasallus de feu. col. 3. si de feud. defunct. mil. contr. fuer. & in cap. j. §. huius autem generis, ex quib. caus. feu. amitt. & in cap. j. in princip. an agna. uel filius. & in cap. j. in princip. de feud. March.

Ex quo infero non rectè scripsisse Bal. de Perus. in eius consi. quod incipit, quãquam. quod reperio de uerbo ad uerbum insertum per Afflict. in prælud. feud. in 6. quæst. vbi dixit ipse feudum, quod acquiritur secundum communem formam inuestituræ in Regno, videlicet pro se & hæredibus ex suo corpore legitimè descendentibus, esse feudum ex pacto, & prouidentia, & non hæreditarium. † quam opinionem ibi, & in cap. j. an agnat. uel filii, sequutus fuit Afflict. nam ex prædicta decisione & declaratione, quam facit Andr. in præallegatis locis apparet hoc feudum esse hæreditarium, postquàm adiecit uerbum, hæredibus, in specie, quòd feudum sub prædicta forma quæsitum, sit hæreditarium, decidit Isern. in §. & si libellum, colum. 3. versic. quid acquisiuit, de alien. feud. pater. & Neapoda. Doctor maximæ auctoritatis, in consuetudine, & si testator, in glos. super uerbo, disponere, & declarat Bart. in d. l. ut iurisiurandi, §. si liberi, ff. de oper. libert. & Bal. in l. cum uirum, in fine commenti, C. de fideicom. & Alexan. in consil. 19. colum. 12. versic. non obstat, quòd ueniat in petitione hæreditatis, volum. 5. & latissimè Loffred. in eius consil. j. ubi pro hac opinione sæpius in supremo consilio Cæsareæ Maiestatis, & in consilio Aragonum, & in Regno Siciliæ, & in hoc Regno, iudicatum fuisse testatur in fine dicti consilii.

27 Fateor tamen, † quòd etiam feudum hæreditarium potest dici feudum ex pacto & prouidentia Principis, attenta ratione quam superiùs dixi, uidelicet quod ea ratione dicatur feudum ex pacto & prouidentia, quia ad agnatum defertur ex prouidentia concedentis, & ex pacto primi acquirentis. ea enim ratione attenta, etiam feudum hęreditarium dicitur feudum ex pacto & prouidentia, cum illud agnato, uel filio hæredi, ex pacto & prouidentia acquirentis, & concedentis deferatur, differt tamen à feudo ex pacto & prouidẽtia, quia ex quo est adiectum uerbum, hæredibus, & sic qualitas hæreditaria, necesse est, ut agnatus, qui vult in feudo succedere, sit hęres ultimi decedentis, quod non est in feudo, quod vulgariter dicitur, ex pacto & prouidentia, & sic qualitas ista hæreditaria feudum hæreditarium à feudo ex pacto & prouidentia diuersificat, ut declarat Andr. in cap. j. in princ. de alien. feud. pater. dicit enim ibi, quòd agnatus reuocat feudum per agnatum alienatum cum consensu domini post mortem agnati alienantis, si est feudum ex pacto & prouidentia, in quo succedunt agnati, etiam si non sunt hæredes, secus autem si esset feudum hæreditarium: nam licèt illud debeatur agnatis ex prouidentia concedentis, attamen alia ratione non reuocant, quia est necesse, quòd sint hæredes ultimi decedentis, & consequenter obstabit eis dispositio l. cum à matre, C. de rei uendic. & sic apertè dicit ibi Andr. quòd etiam feudum hæreditarium potest dici ex pacto & prouidentia agnatis deferri, cum qualitate tamen hæreditaria, quæ illud à feudo, quod vulgariter dicimus ex pacto & prouidentia, diuersificat, & ita etiam declarat Loffred. in consil. j. nume. 45. & nume. 192. & quatenus dixi, quòd in feudo hęreditario est necesse, quòd succedens sit hæres ultimi decedentis, intelligendum est, quòd sit hæres in ipso feudo, ut declarat Andr. in cap. j. §. donare, qualiter olim pote. feu. alien. & in cap. j. §. quid ergo. in fine, de inuest. de re alie. fact. & in cap. j. §. fina. an agnat. uel fil. & idem Andr. in constit. Regni, incip. Si quis post litem, & Aret. in l. pro hærede, §. si quid tamen, ff. de acquiren. hæredita. & hoc modo concordari potest opinio eorum, qui tenent, quòd feudum, quod conceditur pro hæredibus ex corpore legitimè descendentibus, dicatur feudum ex pacto & prouidentia, ut illud procedat, & uerum sit ea ratione attenta, quia defertur filiis, seu agnatis hæredibus ex prouidentia, & pacto concedentis, & acquirentis, sed tamen cum qualitate hæreditaria, quæ dictum feudum à feudo, quod vulgariter dicimus ex pacto & prouidentia, diuersificat, ut superius dixi, & multæ aliæ inferuntur differentiæ ex prædicta qualitate inter prædicta feuda, quę referre non curo, cum hoc nostrum institutum non sit ad præsens. & ex prædictis apparet motiuum ex aduerso productum non obstare, ex quo potuisset Princeps ẽt in specie consentiendo alienationi huius feudi hæreditarii, agnatis prejudicare: multo ergo fortius potuisset cõdendo legẽ generalem, ẽt si feudũ esset ex pacto & prouidẽtia, quia potuisset circa illius successionem condere legẽ, quã uoluisset, ut supra fundaui, & per

Magnif. allegantem est latissimè deductum.

Non obstat quartum, quatenus allegabatur tex. in c.j. de eo, qui sibi & hæredib. suis masculis & fœm. Nam dico, quod ille tex. nō merùit allegari in præsenti causa, ex quo ea ratione ibi non admittuntur fœminæ, nisi in defectu masculorum, etiā ulterioris gradus, quia sic cantabat tenor inuestituræ, quā sem per attendendā esse diximus. erat.n. ibi quæsitum feudum pro se, & masculis, & his deficientibus fœminis: nimirum igitur, si donec supersunt masculi, fœminæ non uocantur. at in casu, de quo agitur, dispositio d. c. Si aliquem, nō uocat uterinum deficientibus omnibus agnatis, sed tantùm deficientibus hæredibus legitimis per lineam descendētem vltimi morientis: imò præfert illum cæteris omnibus agnatis, cum sit proximior decedenti, ut superius dixi, ergo motiuum non obstat.

Non obstat quintum, & ultimum, quatenus dicebatur, quòd dicta constit. Si aliquē, uocat maiorē natu; & quia prædictus Spec. Petrus Filingerius, patruus prędicti feudatarii, ē primogenitus, ac maior natu, ergo &c.

28 Nam respondeo, † quòd dicta constit. uocat proximiores, demū vult quòd illa successione seruetur inter succedentes sexus, & ætatis, quod intelligitur inter existentes in eodem gradu, ut puta, si defuncto subsint fratres pari gradu coniuncti, ex his primogenitus, & maior natu præferatur, & similiter si essent inter eos fœminæ, fœmina excludatur à masculis, non autem potest intelligi de maiori natu existente in proximiori gradu; & hoc apertè decidit Andr. in loco in contrarium adducto, uidelicet in c.j. col. 6. vers. hæc essent uera, de natu. success. feu. dicit enim ibi, hæc essent uera, nisi repugnarent uerba concessionis consuetudinis, uel legis: quia cum defertur primogenitis, intelligitur de illis, qui inueniuntur in eodem gradu geniti primo, & sic apertè declarat, quòd illa maioritas ætatis consideratur inter existentes in eodem gradu, non autem quòd maior natu, qui esset in ulteriori gradu, pręferatur maiori natu existenti in proximiori gradu: & sic decisio Andr. in cōtrarium adducta nedum non obstat, sed fundat intentionem nostram, & ita in terminis constitu. ut de successionibus, quæ ponit eandem formam succedendi. declarat Afflict. in d. constit. vt de successionibus, col. 17. vers. dominus Neapoda, & declarat optimè Sebastian. Neapoda. in consuetud. prima, incip. si moriatur, in glos. in uerbo, ex masculis. & ita consulendo declarat d. c. Corn. Perus. in consil. 199. col. 13. & seq. 2. uol. & declarat plenè Loff. in consi. 39. ferè per totum, & ita tenent nonnulli alii adducti per Magnificum Consulentem, & ista est ueritas, ideo ulterius non insisto.

Nec est uerum id, quod etiam determinat Andr. in dicto c.j. in 6. col. de natu. success. feud. uidelicet quòd patruus, tanquam maior natu, excludat nepotem minorem natu filium primogeniti stante constitutione Regni, ut de successionibus. quia in cōtrarium

29 est ueritas, † ex quo filius, uel filia primogeniti, subingreditur locum patris, & repręsentando patrem primogenitum patruum excludit, & in hac profundissima quæstione, dū essem aduocatus, latissimè consului pro nepote, & pro eo contra patruum fuit iudicatum in causa Illust. Don Scipionis Gaetani nepotis Illust. quondam Ducis Trayecti contra Illust. Don Ferdinādum Gaetanum eius patruum. & licèt hæc non faciant ad decisionem istius causæ, uolui tamen hæc dixisse, ne uideat transire cū opinio. Andr. ibi decidentis pro patruo, & ipse idem contrarium determinauit in c.j. in fine. de eo, qui sib. & hæredib. suis mascul. & fœmin. in princip. illius c. in finalib. uerbis.

Aliis motiuis, quæ in contrarium per aliquos adducuntur, respondere non curo, tum quia leuia sunt, tū quia illis optimè respondetur per Magnif. Consulentem peritissimū.

Ex prædictis itaq; omnibus ego Franciscus Antonius Villanus, I.V. D. Regiæ Cancellariæ Regens, serenissimiq; Phylippi Regis à latere consiliarius, iure optimo concludendum arbitror dictum Spect. Octauium Lanza, esse in dicti Comitatus, & feudorum successionem dicto Illustri Don Petro Filingerio præferendum, & in fidē me subscripsi, ac proprio, quo utor sigillo signaui. & licèt in præsenti causa consulere potuissem non obstante, quòd prædicto officio fungar, ex quo quæstio ista extra Regnum uentilatur, uolui tamen ad cautelam hoc facere præuia licentia Illust. Don Bernardini de Mendotia, in pręsenti Regno locum tenentis generalis, quæ penes me conseruatur.

# BARTOLOMAEI CAMERAE BENEVENTANI, EXCELLENTISS. IVRISCONS. NEAPOLITANI,

## Responsum.

*In Christi Iesu nomine amen.*

IN hac quæstione, quæ hodie in Regno Siciliæ ultra Farum super successione feudi, nuncupati Mezo Catuso, vertitur, quod à Ferrerio de Firrera pro se, & hæredibus in perpetuum sub natura iuris Francorum acquisitũ fuit; sciendum est, quomodo. & si uariè analogia à patronis causæ huius scribatur, negari tamen non poterit, quia Ferrerius primus acquirens hoc feudum transmiserit ad Angelam, quæ feudum hoc possedit; Angela ad Antoninũ Luchesium; & Antoninus ad Franciscum; & Franciscus uir Elionoræ ad Natalitium, qui ex alio patre reliquit fratrẽ uterinum ex parte matris, ei coniunctum, nomine Alferium Leofantem.

Vnde dubitatur nunc, an Alferius Natalitii frater uterinus, excluso Antonino filio masculo Pauli prædicti Natalitii fratre cõsobrino, in hoc feudo succedat, uel contra; ipse Antoninus propterea Alferium repellere debeat, quia solus reperitur descendens à Firrerio primo acquirente, & quod Alferius ipsi Firrerio primo acquirenti omnino extraneus reperiatur.

Cum tam in hac lite, quàm in consimilibus multi eximij Doctores partim Siculi, partim uerò Neapolitani, eorum patrociniũ præstitissent, coacti in primis intellectum c. 1. de eo, qui sibi & hæred. suis secundum terminos iuris cõmunis feudorum examinare; secundo uerò loco intellectum cõstit. Vt de successionibus, de success. nobilium in feudis. tertiò intellectum c. Si aliquem, Regis Iacobi; quartò intellectum c. Regis Frederici incipientis, constitutionem. & denique famosi. c. Volentes, de alienatione feudorum, eò deuenerunt, ut utriusque Siciliæ citra, & ultra Farum Doctoribus, qui rectè feuda intelligunt, Doctores quoq; Lombardos commiscuerint, qui decepti ab Alexandro, Dec. Ias. Franc. Brun. & aliis Iurisc. alioquin in iure ciuili, & canonico doctissimis, tanquàm illi, qui aurigam feudorum Andr. de Isern. sequuti non sunt in hoc uasto gurgite feudorum, in quo rari nantes apparent, naufragium præ cęteris bis profundum difficile propterea fecerunt, quia non solum malè contextus feudales intellexerunt, uerum etiam supra principia falsa, ignoratis ueris feudorum terminis, feuda ædificare conati sunt. unde diserti quoque Iudices in præsentiarum, uel à copioso numero Doctorum decepti, quos iura feudalia apprimè callere autumant, uel longitudinem dicendorum abominantes facilè rectum iudicium negligere possent, huic infirmitati consulere optans hunc in modum, nec aliter ei mederi posse ratus sum, quippe ut prius singula iura, quibus egemus, tam usus feudorũ, quàm utriusque Siciliæ explanemus. Deinde uerò errores terminorum Andr. auctoritate emẽdemus, & deniq; speciatim in una quaq; quęstione quanti ponderis eorum sententiæ ad decisionem causæ huius habendæ sint commonstrantes, veritas sub scamno deinceps haud quanquam lateat, non quidem pecunias, quin potius proprię animę salutem pro obiecto habiturus sum, ut annum 67. agẽs, hanc quoque ueritatem posteris pro uiribus patefaciam.

CONSTITVTIONIS, VT DE SVCCESSIOnibus, in constit. Regni, sub tit. de success. nob. in feudis, explanatio, cuius uerba hæc sunt.

VT de successionibus Comitum, & Baronum, & eorum omnium, qui feuda à nobis in capite tenēt, uel ab aliis etiā, nulla omnino in posterum dubietas possit oriri, dulcida constitutione sancimus feuda tenenti filios, & nepotes, & ex eis pronepotes, trinepotes, & usque ad infinitū ex descendenti linea descendentes, cuiuscunque sexus sint, liberè & absolutè posse succedere, seruata tamen sexus prærogatiua, ut mulieri masculus præferatur, nec non maioris ætatis inter eos, qui uiuunt in Regno specialiter iure Francorum ex collaterali linea uenientes, vt fratres, siue ex utroque parente, siue ex altero tantùm, & sorores in capillo, excluso etiam communi patre superstite, omnino succedunt.

IOANNIS ANTONII CANNETII, IVRISC. Eximij, Consilium hoc loco discutitur, quod in tres partes à nobis eam ob rem diuisum est, ut commodius ueritas elucidetur.

QVONIAM doctus Iurisconsultus Ioannes Antonius Cannetius, Doctor Siculus, in prima huius consilii parte contendit, Antonium Pauli filium ea ratione excludendum esse, quia neque Ferrerii primi acquirentis, nec Natalitij, de cuius successione nunc tractatur, hæredem se esse ostendit, principio uerba sui consilii, quatenus licuit, aliquantulum emendata sub forma dialogi hic describam, ut quid ego sentiam simul cæteri audiant.

CANNETIVS. CAMERARIVS.

IN causa ista feudi dimidij Catusi, paucis ostēdere conabor: propterea partē aduersam excludendā esse, quia intentionem suam minùs rectè fundauit: nā aut asserit ad se spectare dictū feudū tāquàm cōprehensum in priuilegio & inuestitura, aut beneficio c. Si aliquem, Regis Iacobi. Et quia neutro horum casuum fundat intentionem suam, quandoquidē tenor priuilegij talis est, Do tibi feudum pro te, & hæredibus in perpetuum, ita ut in eo uiuatur iure Francorum. Quā inuestiturę formam pleriq; ex nostris Siculis tenuerunt esse merè hæreditariam, prout tenuit Blasc. de sanct. Angelo in quodā consilio, & hoc quoq; tenuerunt Iacob. Chircus, & Simon Viuicitus in causa feudi Rabulgeni, & Baptista Platamonius in consilio Furnari, Ioannes Aloys. Septimus etiam in causa Magazoli, & ista opinio est cōmunis apud Neapolitanos, ut testatur Afflict. in pluribus decisionibus, & latissimè prosequitur Loffred. in consi. 1. ubi attestatur ita iudicatum fuisse in causa Magazoli, in cōsi. suæ Maiest. dum esset ipse Regens, & ita uerum est, quāuis in Regno isto propterea sit recepta contraria opinio, ꝙ imò feudum concessum sub dicta forma, sit feudum ex pacto & prouidētia Principis: unde contra hanc sententiam in magna Curia nemo audet disputare, ut testatur Blasc. super c. Volentes. tamē ueritas, ut neutra harum opinionum simpliciter uera sit, non quidem feudum sub tali forma cōcessum, simpliciter hæreditariū est, nec simpliciter pacti & prouidētię Principis; ideoq; opus est, ut is, qui vult capere feudum, qualitatem hæreditariam habeat, aliàs excludatur. Ita eleganter tradit Pern. consi. 7. & in iustificatione sententiæ Conuicini, in 4. nota. & in consi. 22. ubi loquitur de agnato, quem refert, & sequitur Afflict. in c. 1. nume. 5. an agnat. cui subscribit Paris. consi. 65. nu. 12. vol. 3. Socin. nepos in consi. 42. nu. 8. vol. 3. & idem Soc. consi. 103. & consi. 112. & consil. 114. vol. 2. ubi attestatur eam cōmunem etiam opinionē esse, & hoc idem latè firmat Ioannes Aloys. in causa Palazoli, tam in primis, quàm in secundis notis. id ipsum determinauit magna Curia in causa feudi di li Miri, & ista opinio est tenenda tanquam cōmunis & uera, & à nemine improbata. Quæ opinio & alia ratione cōprobatur, nam clausula iuris Francorum sola, quamuis deferat feudum primogenito, defert tamen cum qualitate hęreditaria, ut latè prosequitur Oldrad. consi. 97. quem refert, & sequitur Anchar. in c. licet, de uot. & latè prosequitur Ioan. Aloys. in allegationibus in causa Palazoli, & concordantes refert, & sequitur magna Curia in iustificatione sententiæ feudi di li Miri. CAMERARIVS. Prope portam ueri-

veritatis venisti, sed in veritatis domū haud quaquam intrasti: cum enim omnia feuda ex prouidentia dantis, & pacto primi acquirentis ad nos veniant, vt dicit Andr.de Iser. in c.j.de alien.feud.pater.in princip.rectius dixisses simul hæc stare propterea oportere, quia omnia feuda sic distinguuntur, nempe vt quædam sint feuda ex pacto & prouidentia non hæreditaria, quædam verò ex pacto & prouidentia hereditaria.vnde emergit,vt quædam quoque dicantur feuda ex pacto & prouidentia hæreditaria, in quibus viuatur iure Francorum,quædam verò feuda ex pacto & prouidentia non hæreditaria, in quibus etiam viuitur iure Francorum. pactum certè & prouidentia omnia hæc simul faciūt vt dixi in Repet.mea.c.Imperialem, §.præterea. Ducatus. in illa quæstione, ꝙ est feudum ex pacto & prouidentia, hoc sensu doctissimos iudices magnæ Curiæ Siciliæ vltra Farum loquutos esse vereor: nempe ut feuda hæreditaria ad posteros ex prouidentia Regis dantis, & pacto primi acquirentis perueniat,vt dicit And.in citato c.j.de alie. feu.pater,non autem quòd hæreditaria non sint, absit tales viros hoc delirium aliquando somniasse, Pergamus vltra. CANNET. Satis mihi est te fateri feudum in sua substātia propter verbum expressum, hæredibus, hæreditarium esse, vt è vestigio cum Isern. in d.c.j. de alien.feud. pater.dicamus, per l. cum à matre, C.de rei vendic. ANTONIVM non posse feudum capere, nisi verè sit hæres NATALITII, de cuius hæreditate nunc tractatur,proindeq; ea de re,quia neq; est, neque esse potest hæres NATALITII, ineptè eum egisse, atq; omnino excludendum esse: nam in feudo hæreditario oportet ꝙ decedens vel agnatus sit hæres hæreditatis, si vult aspirare ad feudum, & non sufficit, ꝙ sit hæres sanguinis, vt voluerunt Iacob.de Beluis.Andr.& communiter Doct.in c.j.de eo,qui sib.& hæred.suis.& tradit Alex.in cōsil.10.in 3.vol.qui loquitur in agnato.Hanc certè opinionem communem facit Brun.cōsil.24.etiam in feudo ex pacto & prouidentia hæreditaria, & Socin.nepos in d. consil. 114.col.fin.vol.2.vbi cæteros cumulauit, & Paris.qui ponit regulam etiam in descendēti,& agnato, in consi.23.nu.164.vol.j.reprehendens Bal.in dicto c.j.de eo, qui sib.& hęred.suis.volentem sufficere, quòd agnatus, vel descendens sit hæres sanguinis: nam dicebat Paris.in dicto consil.contra Bald.esse communem opinionem Doctor.quos aceruat Alexand.in consilio 19.vol.5.cum ergo actor non sit hæres vltimi decedentis,nec esse possit, cum hæreditas decedentis deferatur fratri vterino, tanquam proximiori, sequitur vt non possit in feudo succedere:nam quando inuestitura dictat, pro hærede, ille qui non est hæres, non dicitur comprehensus in tali inuestitura, vt eleganter tradit Alex.in d.consil.10.vol.3. & consil.26.vol. 5.& ideo dicebat Franciscus Curt.in tracta. feudor.in j. part.q.8. quòd quando inuestitura est concepta sub qualitate hæreditaria, & decedit feudatarius, qui reliquit hæredem inhabilem ad feuda, & agnatum: quia hæres propterea non potest succedere, quia inhabilis: agnatus verò,quia non est hæres; tunc feudum eam ob rem deuoluitur ad fiscum,quia agnatus, qui non est hæres, non potuit habere feudum. & dicit ita consuluisse,vt patet in consil.j.quem refert, & sequitur Socin.nepos in dicto consil.114.col.fin. vol.2. Et idem tenet Franciscus Riccius in consilio Solarini.Ideoque quando vterinus non succederet virtute c. Si aliquem, cum vt actor etiam succumbere debet, feudum deuolueretur ad fiscum, cum ipse nō sit,nec possit hæres esse decedentis, & ista sufficerent pro victoria. CAMER. Rectius loquutus fuisset Curt.si dixisset agnatum tunc excludi,quando non vult: non autem,quandò non potest esse hæres, cum aliud sit nolle esse hæredem quam inhabilem ad feruiendum esse. CANNET. Ex his, quę paulo post dicam, hanc tuam opinionem cōfundi apertè patebit.CAMER.Libenter à te hoc discā, modò tu si à promissis deficies etiam meam correctionem benignè suscipias, progredere. CANNET. Audi hoc prius, rogo, vt versutiam aduersariorum intelligas: cum enim meæ opinioni aduersarii nequirent respondere, oblatrando addiderunt sufficere ANTONINO esse hæredem immediatè, vel mediatè primi acquirentis,secundū magis communem opinionem, de qua testatur Parisi. consil.23.vol.j.& Siluan.consil.30.per text. in c.j.de eo, qui sibi, & hæred.suis. itaq; parum referre sit,vel non sit hęres vltimi,dummodò sit hęres primi acquirentis immediatè, vel mediatè. CAMER. Quid tu illis respondebas? CANNET. Ego quidem dicebam hanc eorum opinionē, etiam considera-

ratis

ratis consuetudinibus feudorum , nequaquam esse tutam : nam contrariam partem tenent præcipui viri, Iacob.de Beluis. & Modern.in c.j.de eo, qui sibi,& hæredibus suis. Andr.in c.j.§.hoc quoq;, de success. feudor. Campe.consil. 11.inter consil. Brun.vbi attestatur hanc esse communem, & veram opinionem , quibus consentit Curt.iunior in consi.138.quem refert & sequitur Socin. nepos,consil.198.vol.2.& in hanc opinionem inclinat Paris.consil.16. vol.j. quam deniq; Dom.Marinus Freccia in suo tract.in 3.lib. fol.260.cõfirmauit. CAMER. Subsiste paululum,docte Cannetii,ne magna doctrina tua confundantur illi, qui dixerunt sufficere, vt mediatè sit hæres primi.prætereà sic loquuti sunt,quia qui est hęres primi mediatè,omnibus vsq; ad vltimum morientem hæres est,l.fin.C.de hæred.instit. cum concordan. sic planè, vt primo, & vltimo hæres erit.

CANNET. Quãquã hæc mea opinio in puncto iuris verior sit, & hæc controuersia Doctorum,attentis cõsuetudinibus feudorum, emerserit,quæ hodie propterea cessat, quia c.Si aliquem, statuit quòd defuncto proximior succedat,qui sit hæres, pro vt decisum est. vnde res satis perspicua est propter hoc Regni cap.vt necessum sit,eum oportere esse hæredem defuncti, cum ita dictet lex Regni.vbi enim est casus legis, nullus relinquitur dubitationi locus, l.ancillæ, C.de furt. Nec oportet argumentari in hac successione transuetsalium ab aliquo iure etiam consuetudinum feudorum,uel aliqua Regni cõstitutione, cũ omnes sint correctæ, & solùm attendatur nouitas d. c.Si aliquem, vt dicit Pern. in consil. 21. col. 2. cum per c. Si aliquem,hoc sit decisum, nempe vt proximior succedat defuncto,cogetur omnino,vt sit hęres defuncti,& non alterius.Nam si esset successor,& hæres alterius, non succederet defuncto, quod esset contra illũ tex. CAMER. Nec omnia,cum de intellectu c.Si aliquem, agam, fusissimè tractabo : nunc autem ea in medium producenda sunt, quæ præter c.Si aliquem,consti. Vt de successionibus,iubet. Mihi igitur, mihi igitur respondeat, proptereà repellatur, quia non potest, non autem non vult, esse hæres in hæreditate burgensatica: tunc enim,quando non põtest esse hæres in burgensaticis,mea sententia, feudum capi, & etiam quòd non possit hæres esse in allodio, secundum Bald.in c.j.& ibi Aluar. & cæteri,an agnat.ita vt cum actor non potest esse hæres, quia alius eum præcessit in hæreditate, & à defuncto non fuit institutus,ei minimè sit ĩputãdũ, CANNET. Vt paucis Bald. doctrinam excludam, respondebo Bald.doctrin.& sequacium,nil mihi obesse: nam Bald. loquitur in eo,cui ex lege defertur hæreditas,qui si facto hominis priuetur, non est ei aliquid imputandum, cum tunc, & si non sit hæres distributiuè, sufficit quòd sit denominatiuè, hoc est eum nominatum esse à lege ( ut verbis Bal. in d. c.j. an agnatar, qui pro hoc allegat in argumentũ tex. in l.qui filium,ff.de legat. præstan.qui text. bene probat intentionem Bald. ) vt delata dicatur successio,nisi aliud impediret. Istam intelligentiã dat Additio ad consilia Dec. 208.& est vera, & medulla omnium Doctorum,& est ipsa veritas, & non potest responderi in contrarium. Et quatenus dicebatur, quòd Dec.sentit contrarium in dicto consi. 208.non est verum:nam adducit Bal.& Aluarot.ad casum suum,& ideo Additio inuehitur contra eũ,quod in illo passu Dec.abutatur dictis Doctorum cõtra morem suum , & eos falso citet. vnde meritò multi in eadem causa consuluerunt contra Dec.& contra illud consi.fuit sententiatum, vt testatur Additio ibi in prima additio. Nec est verũ, quòd Dom.Marin.Freccia sequatur Dec.in d.consil.in hac re,nam Freccia in dicto trac. lib.3.fo.260.comprobat illam opinionem, quòd oporteat esse hæredem vltimi, nec sufficiat esse hæredem primi acquirentis.Subdit posteà limitationem,nisi non posset esse hæres, quia pater alium hæredem instituisset,& tandem cõcludit sufficere, quòd sit hęres particularis, & in hoc sequitur Dec.in quo reprehenditur in additione. Nec Franciscus Niget in c. considerantes, tractat illũ punctum,sed tantùm, quòd si proximior nõ instituti succedit absq; qualitate hæreditaria,& isto modo loquuntur Doctores, quos citat, & est vera resolutio : aliàs illa opinio , quæ habet , quòd in dicta forma, & tenore inuestituræ,non comprehenduntur illi, qui non sunt hæredes,vt Alex.docet in dicto cõsil.26.vol.5.& in consil.10.vol.2.si illi, qui pet inuestituram excluduntur à lege admittantur, nunquam haberet locum , imò esset quoddam præstigium,& phantasma nocturnum. ideoq; verus est ille intellectus, quòd dictæ doctrinę procedunt,pro ut loquuntur

Docto.

Docto. quando ille eſt ſaltem denominatiuè hæres, quia lex defert ei hæreditatem, & homo eã aufert,pro vt apertè intelligit Additio in loco ſuperius allegato.cũ ergo actor neq; verè,neq; denominatiuè ſit hæres vltimi,neq; ei lex detulit vnquam hæreditatem Natalitij, ſequitur quòd nunquam ſucceſſit in dicto feudo,neq; potuit ſuccedere per rationes ſupradictas omnino inexpugnabiles. CAMER. Tuquidem Additionẽ magnificas, perinde quaſi nunquam ex eius ore mendacium aliquod emiſſum fuerit: noui equidẽ hunc hominem mendaciis adinueniendis perpetuò,nec quanti habenda ſit eius doctrina me latet.non quidem ipſum admiror,ſed te, qui nulla lege in medium producta inter hæredem nominatum à lege, & hæredem nominatum ab homine, diſtinguere voluiſti: nam in his, quæ lex facere poteſt minoris auctoritatis, non eſt lex, quàm homo, vt dicit Cynus in l.veluti, §.hæc uxor, ff.de edend. cui hæret Felin. & cumulata ab eo in c.fin.de tregu.& pact.facit quidem prouiſio hominis ceſſare prouiſionem legis in his, quæ homo poteſt,aliàs fortior eſt lex, l.fin. C.de pac.conu. quod ſi ita eſt,cur uos debiliorem ipſam legem facere admittimini? CANNET. Tuam expecto audire ſentẽtiam. CAMER. Hanc quæſtionẽ in Repet.cap.j.an agnat. plenè examinauit Andr.de Iſern.hærens in loco ipſi,& fortaſſe multis aliis, quæ feuda apprimè ſeſe callere cẽsẽt, antequàm à me cum Neapoli c.j.de nat.ſucceſſ.feu.legerem,omnino incognito, quemadmodum magnus Feudiſta D. Sigiſm. Loffred.coram multis die qnadam palam cõfiteri dedignatus minimè fuit, quippe à me hoc didiciſſe, quomodo nimirum intelligẽdum ſit in feudo ex pacto & prouidentia hęreditario,non eſſe hæredes in feudo tranſmiſſione ad hęredes. in feudo vero ex pacto & prouidentia non hæreditario ſucceſſione nos feudum capere, & hoc multis præſentibus, inter quos eximius Marcus Antonius Floccarus,meus filius,& diſcipulus, in quo mihi bene complacui,præſens fuit.verba autem Andr. quæ ego ex c.j.§.quid ergo,in fin.de inueſt.de re alien. fact. citabam, ſic habent. Sunt enim feuda quædam hæreditaria, vt dictum eſt pluries in ſuperioribus,& ideo non tantum, vt patet in conuentione ſanctæ Romanæ eccleſiæ de conceſſione Regni facta Carolo I. quæ dat Regnum in feudum ſibi & hæredibus ſuis, quod in multis quoq; partibns dicit,ſicut in Regno, hæredibus. vnde in feudo ſunt hæredes, quando ſic conceditur.ecce quàm doctè Iſern. docet, propterea non poſſe nos in feudo ex pacto & prouidentia hæreditario venire contra factum defuncti per l.cum à matre, C.de rei vendic. vt dixerat Iſern.in c.j.de alien.feud.pater. in princ. quia eſt hæres eius non in hæreditate burgenſatica,pro vt tu,& cæteri cohortes huius tenetis.Sed quia eſt hæres in feudo, audi in feudo,hoc eſt vt feudum tanquam rem verè hæreditariam ab vltimo moriente in eum prouenientem,ſuſcipiat ita, vt abſque quod ſit hæres moriẽtis,ſaltem in feudo non poſſit feudum capere. vnde emergit, vt cũ non poteſt in aliis bonis burgenſaticis eſſe hæres, teneatur tanquam hæres in ipſo feudo ſtare cõtractui facto cum aſſenſu Regio per vltimum morientem, pro vt eſt tex.ſingularis in c.j.§.laici, in primo tit.qui ſucceſſ.teneant. ſi vero aliquid à præmortuo factum eſt ſine aſſenſu, quomodo ipſe contrahens pręmortuus poſſet contractum nullum reuocare,l.non dubium, C.de legib. eodem hic hæres reuocet,vt dicit Andr.de Iſer.in l.Imperialem,in princip.in addit.quæ incipit, & ſi cõſirmarẽtur. Satis de re hac, Domine Cãnetij, vt his auditis, quæ perenni lectione Andr. de Iſern. didici tuo ſublimi ingenio perpoliendo ea,quæ alij diglutierunt, hunc in modum digerenda fuiſſe declares, & ſimul confitearis in feudo ex pacto & prouidentia hæreditario,nedum primo,verum etiam vltimo morienti,vt dicit quoq; Dom. Marin. Frecc. in loco citato,hæres ſi poteſt, eſſe debeat,quem in modum erit hæc e.primo per tex. in l.fin.C.de hæred.inſtitu.cum cõcordan.& qui aliter tenent,hoc eſt vt quãdo hæres eſſe non poteſt, in burgenſaticis feudum ammittat,vana loquuntur eo,quòd ſufficit tunc, vt hæres ſit in feudo. Hactenus de re hac,reliqua in Repetit. c.an agnat.iam iã typis tradenda ſuppleturus. CANNET. Vis me ſolum relinquere, dum contendo, nec adhuc probatam eſſe analogiam, quomodo PAVLVS deſcenderit à primo acquirente, nec quomodo ANTONINVS eius filius agnatus ſit huius NATALITII? CAMER. opinioni tuę in hoc hæreo,nec uereor quin tot peritiſſimi iudices conſtito de his,quæ in mendium falsè produxiſti, iuniorẽ ALFERIVM ab impetitione ANTONINI protinus abſoluant.

soluant. non igitur necessium erit, vt secundam partem tui consilii aggrediar. egregie quidem omnia tractasti, quæ (mea sententia) ad uictoriam causæ de iure sufficient. Tertiæ vero partis eiusdem cõsilii loco suo, cum de intellectu cap. Si aliquem, egero (vt par est) memor ero, subtilem memoriam tuam mundo notam faciens.

IOANNIS ANGELI PISANELLI CONSILIUM, in quadam consimili causa scriptum, hoc in loco discutitur, quatenus ad intellectum constit. Vt de successionibus, attinet.

CAMERARIVS. PISANELLVS.

VEnisa. consti. Vt de successionibus, explanaturus, quæ lex communis tam Regno Siciliæ vltra, quàm citra Farum est, pro intelligentia verborum illorum, feuda tenenti, quæram à te, qui hac nostra ætate nemini Iurisconsultorum secundus reputaris, sub qua inuestituræ forma in d. constit. feudum tenebatur? PISAN. Mea sententia, verba constit. huius, secundum terminos legales, intelligenda sunt, hoc est vt pro se & hæredi. ex suo corpore in infinitum legitimè descendentibus sexus, & ætatis prærogatiua seruata, feudum illud concessum præsumatur. CAM. Solus loqueris. PISAN. Propterea dixi, secundum terminos legales, me dictam constit. intelligere, quia inspecto communi iure feudorum perinde fuisset cõcessionem fieri tibi, & hæredibus, quàm tibi & hæredibus de tuo corpore legitimè descendentibus. CAM. Vnde hoc hauris? PISAN. Hanc consequentiam Pern. deducit in consil. 14. col. 3. CAM. Pern. verò vnde? PISAN. Contextum citat in cap. & si clientulus, de alien. feud. cum concord. vbi litera aperit, appellatione hæredis in feudis intelligi de filio masculo. CAM. Ea ratione in c. Imperialem, in princip. legis, fol. 21. colum. 4. hoc ita esse ostendi, quia auus, pater, mater, soror, frater, patruus, nepos, in feudo nouo de iure communi feudorum non succedunt. vnde cum pro se & hæredibus feud. capitur, quia constat minimè personale fore, necesse est, ut de filio masculo intelligatur, tecum igitur in hoc propterea conuenire non possum, ut talis præsumenda sit inuestitura, quia interpretatio ista haudquaquam in Regno locum sibi vendicare potest, ubi accipiendo feudum pro se & hæredibus, uirtute prouidentiæ constitu. huius comprehenditur frater, quamquam non descendat à fratre, qui feudum acquisiuit, pro vt verba contextus huius perspicuè docent, egregiè à Dom. Sigismund. Loffred. in consil. 38. ponderata, vbi aceruatis Doctoribus hanc And. opinionem communem esse ostẽdit. Rursum quia aliud esset feudũ simpliciter accipere, quo casu ne concessio sit personalis, per l. si pactum, ff. de probat. cum concordantiis, præsumeretur concessio ipsa in infinitum facta, vt in c. j. §. hoc quoq; de his, qui feud. da. poss. in infinitum (inquam) sub natura feudi ex pacto & prouidentia non hæreditaria, pro vt apertè docui in mea Repet. l. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Fred. §. prætereaDucatus. in quęstione illa, quòd sit feudum ex pacto & prouidentia. aliud vero verbis expressis feudum pro se & hæred. suis in infinitum acquirere, vt in casu nostro, quo casu feudũ propter expressionem huius nomine hæredis, feudum diceretur hæreditarium, vt dixi in eadem quæstione, cart. 96. col. j. 2. 3. & 4.

Et deniq; quia vbi nos Andr. de Isern. aurigam nostrum, non sequamur, cui in dicta consti. Vt de successionibus, placuit minimè fratrem succedere in feudo nouo, quando inuestitura facta esset pro se & descendentibus ex suo corpore, confestim & nos cum aliis miserum naufragium faceremus, quia rei suę vnusquisq; eam legem ponere potest quæ placet ei, vulg. l. in re mandata, C. manda. ex hoc enim in c. j. de duob. fratrib. admonemur, ut ante omnia uerba ipsius inuestiturę intueamur. minimè igitur necessariò sic inuestitura dicta est in constit. Vt de successionibus, sicut tu contendis. PISAN. Quo modo igitur data est? CAMERA. Nequaquã hoc consti. aperit. PISAN. Quid igitur agit? CAMERA. Verba apta comprehendere omnes inuestituras proposuit, per quæ diuersas personas aut excludit, aut admittit. PISAN. Incipiamus, amabò, ipsas inuestituras gradatim recensere. CAMERA. Quamquam ego 74. species distinctas, atq; diuersas, in Repe. mea c. j. de nat. success. feud. aceruauerim, duas tamen pro intelligentia constitu. vt de successionibus, deligendas esse censui. alteram,

ram, quando datur feudum pro hæredibus ex suo corpore legitimè descendentibus. PISAN. Omissa prima inuestitura, secūdam placeat aggredi, qua ego in causa hac, quam patrocinor, nunc egeo. CAMERA. Huius tenoris ipsius feudi Catusij inuestitura fuit, cō cedo tibi feudum pro te & hæredib. in perpetuum, secundum naturam iuris Francorum, cuius vigore duobus modis ipse ALFERIVS Antoninum excludit. altero, quia Antoninus ipsius Natalitij frater consobrinus, & sic in quarto gradu coniunctus est, quem gradum constit. vt de successionib. excludit, quemadmodum litera docet, super qua And. & omnes hoc obseruarunt. itidem & Dom. Loffred. in dicto consil. 38. nu. 3. Altero, quia si ipse Antoninus in tertio gradu esset, & descendens præterea à primo acquirente, vnde sibi de iure communi feudorum per c. j. de eo, qui sibi & hæredib. suis, excluso Alferio succederet in feudo. Quia tamen constit. vt de successionibus, tex. illum corrigit, & fratrem vterinum admittit, prout latius paulo post ostendam, cum intellectum dicti c. j. de eo, qui sibi & hæredib. suis, explanabo. ipse Antoninus excludetur ab Alrio, qui ex prouidentia dictę constit. vocatur, quæ nequaquam requirit, vt sit descendens à Ferrerio huius feudi primo acquirente. Non quidem obstat, vbi dicatur c. Si aliquem, ad pronepotem feudum produxisse, & vltra tertium gradum, quia ille pronepos subintrat locum patris, l. si nepotes, ff. de collat. bon. Instit. de hære. quæ ad intest. defer. §. cum filius, & in auth. cessante, C. de legi. hæred. quod si permittitur in linea descendenti in pronepote, negatur in Regno in linea ascendente in patruo, qui nullam subingressionem habet in Regno per ea, quæ notat Carol. in titul. de success. in l. filius, & in l. si quis Longobardus. si enim frater mortui adesset, vtique hunc patruum quarto gradu coniunctum nepos subingredi eas in locum fratris ex persona sua excluderet, vt notat Ias. in l. cum mota, C. de transact. post Bart. in l. liberorum, col. 7. ff. de verbo. signif. Itaque tenendum est, quando subingrediens capto loco mortui succedit ex sua persona, ꝙ potest ipsum excludere, vt hic. Quod autem in c. Si aliquem, vsq; ad pronepotes, & non vltra, succedant; ea ratione est, quia feuda subiacent fideicommisso, quod de iure quartam progeniem non excedit, licèt consuet. feudor. vsq; ad septimum, & vsq; in infinitum loquatur, de quo latè dixi in cap. j. de success. feud. §. j. non possum in hoc longo consilio omnia referre, ita ius mandat sic iudicare. nec vos perturbet, quod decis. Neapol. 21. Capitij, voluerit amitam cum nepte omnino debere concurrere: nam ibi, an altera alteram excluderet, dubium erat. Sed in hoc casu nullum dubium, quin frater excludat patruum magnum, in cuius locum subingreditur pronepos. est enim c. illud prouisio, quæ cætera corrigit, constitut. vt de successionibus, in reliquis se cōformans, quam ne videatur corrigere, debent verba c. Si aliquem, in expresso, idest in trinepote, vti litera dicit, & non aliter, intelligi: non autem in patruo magno, qui per constit. est exclusus, licèt secundum communes vsus feudales, hæc quæstio posset disputari, quia primùm constitutiones seruandæ sunt tanquam ius generale in Regnis vtriusq; Siciliæ, vt in cō stitut. hac edictali, ubi Afflict. hoc not. in j. not. ita vt vsus vniuersalis præferatur iuri ciuili: usui uerò generali ius constit. arg. cap. j. de feud. cognit. Hactenus quando inuestitura data est pro se & hęredibus, ita ut in feudo viuatur iure Francorum: de illa uero inuestirura, quæ feudum dat pro se & hæredibus ex suo corpore commodius loquemur in explanatione c. j. de eo, qui sib. & hæred.

CAP. I. DE EO, QVI SIBI, ET HAERED. suis, & c. j. §. his uerò deficientibus, de grad. successio.

EXPLANATIO.

PISANELLVS. CAMERARIVS.

CONSILIO meo tu rescribis, ò Camerari, ut constit. Vt de successionibus, c. j. de eo, qui sib. & hæred. suis ita corrigat, vt etiam quando feudum est datum pro se, & hæredibus ex suo corpore, frater vterinus etiam non coniunctus ex illo latere, vnde feudum peruenit ad agnatum excludat descendentem à primo acquirente. CAMERA. Laudo equidem opinionem tuam, modum tamen, secundum quem hoc probare adniteris, damno. PISAN. Quid causæ? CAMERA. Ne hoc audire ægre feras, docte Pisanelle, si dixero te cum multis aliis, alioquin doctis viris, Andream suo more loquentem in explanatione

natione c.j. de natur.ſucceſſ.feud.minus recte intelligere. Pisan.Quid ſibi vult And? Camer. Cum glo.in cap.j.de natur.ſucceſſ. feud.vt elucidaret tex.illum,nō ſolùm principio de intellectu illius contextus, verum etiã ſecundo loco de intellectu c.j. §. quin etiam Epiſcop. vel Abbat. princip. tractaſſent. Tertio verò loco de intellectu c.j.quemadm. feud. ad fil. pertin. Et quarto de intellectu cap.j. quib. mod. feud. conſtit.pot. volens Andr.de Iſern.plenè conſtitut.vt de ſucceſſionibus, explanare ac videre, an & quando pater excluſis filij fratribus ſuccedat in feudo filij? Conſtitutionis enim verba verbis conſuetudinis Nepolitanæ incipientis, ſi quis, vel ſi qua, adeo ſimilia ſunt, vt neſciamus adhuc an conſtitutio conſuetudinem, vel conſuetudo conſtitutionem præceſſerit, vt his explicitis videret in quibus caſibus cap.j.de eo, qui ſib.& hæredib. ſuis,& cap.j.de gradib.ſucceſſ.omnibus nota. à conſtitut. vt de ſucceſſionibus, & à citata conſuetudine corrigerentur, ſuo more ſimul miſcendo omnia, adeo ſcabrè in prima lectura ordinaria illa tractauit, quòd multi in intelligentia verboum Andreę grauiter errauerint; plerique verò multo magis, cum in medio quæſtionis illius, quam formauerat in 3 colum. quæ incipit, in Regno Siciliæ pater non excluditur in qua quærit an pater ſuccedat filio, vel frater fratri in feudo dato pro ſe & heredib.ex ſuo corpore deſcendentibus, quando nec pater, nec frater ab illo latere ei coniuncti erant, vnde prouenerat feudum, ſequentem additionem inſeruit. Pisan. Cum ſcriptum ſit, tractant fabrilia fabri, rectè Sceuola Iuriſconſultus qnotieſcunque interrogabatur, quid de quæſtione aliqua iuris prætorii ſentiret, ad Furium & Caſellium (quia huic ſcientiæ dediti erant) ſtatim omnes remittebat. vnde magnus vir ille Ioan. de Imol.qui ex ęquo ad ſummum tam ciuilia quàm canonica iura callebat, dixit minime Canoniſtam erubeſcere debere in cauſa ciuili Iuriſconſultum conſulere, ſicut ex diuerſo, nec Iuriſconſultum in cauſa Canonica Canoniſtam. Progredere, rogo, & nuncupatim omnia verba Iſern. vbique ſcripta in re hac hodie explana.Camer.Deberem equidem aliquid in feudis ſapere,poſtquàm annis viginti quatuor publicè conductus, & magna cum mercede Neapoli, vbi feuda vigent, librum feudorum legi,vbi(vt totum eſt) etiam Doctores nogati iam me audire veniebant,vbi ſępe doctiſſimum Conſilium iuſtitiæ libros meos videre voluit, & labores meos non ſpreuit, ſed adhuc iſthæc magis audire, quàm docere vellem,ſatisfaciam tamen libenter iuſtæ petitioni tuæ, vt potero.

Andreae verba,qvae continentvr in additio.poſita in cap.j.de natu.ſucceſſ.feud.

## CAMERARIVS.

Cripserat namq; Andr.prius ſuper vſi.feudo.& poſtea ſcripſit commentum conſtitutionum, vt dicit ipſe in eadem conſtitut. in verbo, ſpeciali iure, & in verbo,fratres, vbi aliter ſenſit quàm in c.j.de nat. ſucceſſ.feudor.ſenſerat.Qua de re vt corrigeret ea,quę ſcripſerat in c.j. de nat. ſucceſſ.feud.omiſſis diſputationibus etiam Regni,ſequētem additionem in medio diſputationis inſeruit, malè correctam, ſicut & ea, quæ ſcripſit ſuper conſtit.vt de ſucceſſionibus.vbi non abſque mendis cōſimilia verba poſuit,quę omnia emendata per 24.codices,quos tunc legi,quando And.emendaui: hodie vobis trado breui integrum Andręam abſq; vllo errore traditurus, in quo meis uigiliis ultra bis mille errores emendati fuerunt.Additionis autem verba hęc ſunt. Additio.& hoc ſupplendo conſtitutionem per iura iſta . ſed quod proximè dictum eſt, verius vt ſimpliciter intelligatur de coniuncto ab vno latere ; vidi enim pronunciatum in magna Curia,vbi de feudo agitur pro fratre vendicante feudum ſororis mortuæ coniunctæ ſibi ex matre tantùm, quæ habuerat illud feudum à patre ſuo : nam non erat ſibi frater ille coniunctus, & ſententia confirmata fuit in appellatione, habet iam interpretationem ſuam,hoc dictum ex altero tantùm per rerum iudicatarum auctoritatem, ff.de legib.ſi de interpretatione.& l. ſequent.quicquid dicatur ſupra, & infra, & in glo. conſtitut.vbi dicitur, quòd debet eſſe coniunctus ab illo latere,vnde eſt feudum,qui hoc tenent, dicent non ſufficere iudicari ſemel in cauſa vna, ſi eſſet quæſtio de hoc, an coniunctus ab illo latere admittatur, & pronuncia-

nunciaretur quòd ſic,ff.de leg.cum conſuetudine F. per quã literam F. finem additionis oſtendit. Subſiſte paululum, Lector, atque animaduerte multa verba Andream ſcripſiſſe in conſtitut.vt de ſucceſſionibus, quæ hic non ſunt ſcripta,propter quod ipſa Additio grauius lectores errare fecit, quæ ego paulo poſt addam, quando verba hæc Andreæ explanabò. Errarũt quidem poſt additionem hanc grauius, dico ignorantes Andræam ab opinione,quam tenuerat in lectura penitus diſceſſiſſe, & quid ipſe ſentiat in hac additione, ſcripſiſſe retulerat. namque Andr. in verbis præcedentibus incipientibus,licèt alii dicant,quoſdam qui verba illa conſtitut. vt de ſucceſſionib. explanando, Ex COLLATERALI LINEA VENIENTES ET FRATRES, SIVE EX VTROQVE PARENTE, SIVE EX ALTERO TANTVM. Veritate duce, dicebant nulla diſtinctione prohibita,an coniunctio eſſet ex illo latere,vnde feudum prouenitvel non,ſimpliciter ea eſſe intelligenda. veritate duce dico, quoniam feuda duobus modis ad nos proueniunt. altero nimirum, vt ab inueſtitura vocemur, Altero ſucceſſione,quando nulla oſtenditur inueſtitura, vt ſecundum prouidentiam legis ſuccedamus, vt dicit tex.in c.j.de fratr. de no.benef.inueſt.& in c.j. de grad.ſucceſſ. cùm concord. quæ quidem legis prouidentiæ plures atq; diuerſæ, imò contrarię,quemadmodum & ipſæ conſuetudines eſſe poſſunt, prout in caſu nobis propoſito, in quo dato feudo pro ſe & deſcendentibus ex ſuo corpore prouidentia conſtitutionis, vt de ſucceſſionibus, ſecundum hanc poſtremam opinionem ſolam carnis & gradus coniuntionem illius, qui feudum tenebat, & præmortuus eſt intuetur, ſpreta prouidentia cõſuetudinis feudorũ,quam illi proferunt,qui tenent contrariã partẽ per c.j.de eo,qui ſib. & hære.ſuis.quę perſonam & duplicem carnis coniunctionẽ conſiderauit, tã ſcilicet illius,qui nũc moritur,quàm illius,qui feudũ acquiſiuit legemq; dedit, vt oẽs ex ſuo corpore deſcendentes ſuccederent,ſicuti paulo poſt etiam ex mente Andr. ſatis apertè hoc oſtendã,quorũ opinioni And. de Iſer.in lectura antiqua in verbis illis, quę poſt additionẽ ſequuntur ibi, alii in litera illa vſq; in finem contradixerat, tenens ꝙ debeat eſſe coniunctus ex illo latere, vnde feudũ prouenit,quã vſq; in finem confirmauit. Quo circa poſt opinionẽ eorum, qui tenebãt ſufficere ex alio latere eſſe coniunctum, vnde feudum non prouenerat, in medio huius diſputationis additionis gradatim explanemus, vt his rectè intellectis, deinde eximij Iudices cauſę appellationis minimè ab hac vera, & ſaniori Andreę opinione, diſcedant. Dicit igitur Andr. Et hoc,quod hactenus diximus ſupplendo conſtitutionẽ in ſe dubiam, per iura iſta vſus feudorum dictum ſit, cum lex noua per antiquam debeat interpretari, authen.offeratur, C.de lit.conteſt. & l.ſciendum,ff.qui ſatiſd.cog. ſed quod proximè dictũ eſt in pręcedentibus verbis,licèt alii verius,vt conſtit. ſimpliciter intelligatur de cõiuncto ab vno latere: cum enim dixit ſimpliciter,hoc dicere,voluit, quippe vt omni diſtinctione excluſa, an ſit cõiunctus ex illo latere,vnde prouenit feudũ nec ne, ſufficiat eſſe fratrem propter prouidentiam conſtit. vt de ſucceſſionib.quę ſimpliciter loquitur, vnde ſimpliciter ẽ intelligenda, vulga.l. de precio,ff.de Public. eo quod conſti.coniunctionem carnis,& gradũ pręmortui ſolius conſiderat,vt dixi,& lex etiã ſi perquàm dura ſit, ſeruari debeat, l.proſpexit, ff.qui & à quib. Hęc Iſer.opinio eſt, quam non ex rerũ iudicatarum auctoritate fundat,qui potius vt iudicium ſuum,qui inter has diuerſas opiniones ita perpetuò iudicauit, ſicuti paulo poſt oſtendam,& nunc iudicat verũ eſſe auctoritate quoq; rerũ iudicatarum cõprobat,vnde verba ſequentia ſubiungit, Vidi enim pronũciatum ĩ magna Curia, vbi de feudo agitur, ideſt in quo tribunali feuda Regni Neapolitani dirimuntur,vt in conſtit.2.de off.Magiſtri Iuſtitiarij,& Iudicum magnę Curię,que Vicaria vocatᷓ,tũc Regis tribunal in quo ſuo nomine iudicabatur.vnde Afflict.rubricam hẽt de officio magiſtri Iuſtitiarii noſtri prô fratre vendicante feudũ ſororis mortuę coniunctæ ſibi ex matre tantum, quæ habuerat illud feudùm à patre ſuo: nam in hoc caſu non erat ſibi,ideſt ſorori,frater ille coniunctus ex latere illo,vnde feudum prouenerat & ſententia cõfirmata fuit in appellatione, bellè obſtendens non ſemel,ſed bis ſub nomine Regis Caroli, vt dicit in conſtit.vt de ſucceſſionibus. ubi hæc obſeruabo iudicatũ hoc eſſe, illud confirmans, quod communi ſententia omnes tenent, nempe vt duæ ſententiæ alteram conſuetudinem inducant, vt in l.j. C. quæ ſit long. conſuetu. & l. an in

totum, de ædific.priu.vt dicunt Bart.& alii in l.de quibus, in 9.quæst. ff.de leg.deinde sequitur, habet iam interpretationem suam hoc dictum constitutionis,vt de successionibus. EX ALTERO per rerum iudicata rũ auctoritatem, ff.de legib. l. si de interpretatione, & l.seq. Quasi dicat, sufficit igitur constitutionem dubiam in verbis pręmissis ita per duas sententias declaratam esse, quicquid dicatur supra hãc additionem per me & alios, & in glos.constituti. vt de successionibus.vbi dicitur, quòd debet esse cõiunctus ab illo latere, vnde est feudum.& paulo post,qui hoc tenent quod dicit glo.in dicta constitu.vt de successionibus, non sufficere iudicari semel,hoc est in vna causa ea de re suscipientes has duas sententias pro vna,quia vna fuit causa,licèt bis fuerit iudicatum, si esset quæstio de hoc, an coniunctus ab illo latere admittatur, & pronunciaretur quod sic,ff.de l.cum de consuetudine. quæ verba minimè Andre. ita scribit, vt ea quæ dixerat reuocaret, vel rem dubiam relinqueret,vt somniat Afflict. in constitut.vt de successionibus. nam Doctor. non requirunt, quod in duabus causis separatis ita iudicatum sit, sed sententias duas,quas hic habemus; deinde quia vna sententia infra longum tempus,vt in casu nostro sufficit, prout tenet Andr.in dicto cap.j.de. natur. success. feudor. & in l.Imperialem, §.illud & denique, quia non sumus hic in probanda consuetudine. in quo duæ requiruntur sententiæ,sed in explanatione verborum ambiguorum constit.& quòd talis fuerit mens Andr. de Isern. obseruent eximii Iudices quot in locis eandem opinionem , quam hic tenuit persæpe confirmauerit,& quomodo in constitu.si quando, de pæn.for.verba hæc, quæ hic,& in constitu.vt de successionibus,And. dicit ,de industria quasi illa contemnat, omisit. PISAN. Verba additionis iam vidimus, ea audiamus nunc, quæ in constitut. si quando,scripsit. CAMER. Hæc sunt.

ANDREAE VERBA IN CONSTITVT. Si quando.

ET intelligunt periti in Regno in feudo antiquo succedere ascendentes & collaterales, & si non sunt coniuncti ab illo latere, vnde feudum prouenerat, hoc est etiam si non fuit primo acquisitum per illum, qui fuit agnationis communis , quod est necessarium de iure feudorum , vt in titu.de grad. success. in feud. capit. 1. à quo cap.pro uenit determinatio cap.j.de eo, qui sibi, & hęredib.suis.subiungit,& dicunt, quòd constitut.Regni non sequuntur illos usus, quos ponit liber ille, vt patet in constitut. vt de successionibus , quæ in multis contradicit libro feudorum, bellè id confirmans, quòd paulo ante dixi,hoc est aliter prouidentiam consti.quàm prouidentiã consuetudinũ feudalium successionis ipsas cõsiderasse, & pronunciatum fuit, ut uidi tam in causa principali, quàm in causa appellationis pro fratre consanguineo tantùm uendicante feudum sororis mortuæ. quod fuerat matris eiusdẽ sororis, sicut in dicto cap. de natu. success. feud. plenius diximus. denique autem ad ostendendum ueritatem decisionis subiungit,& istæ constitutiones indistinctè loquuntur aliter quàm ius commune feudorum.faciat quod distinguit, ut coniunctus sit ex illo latere , unde feudum prouenit, nec ne. Quæ uerba illorum ori frenum ponere debebant , qui propterea fratrem uterinum excluserunt , quia primus acquirens non cogitauit, nisi de descendentibus ab eo rectè quidem in prouidentia Lõbardiæ isthæc considerassent, non autem in Regno Siciliæ, ubi prouidentiam constitutionum,prouidentia consuetudinum feudalium , hoc est per constit. ut de successionibus, constit. foroiudic. bona, constit. si quando, exclusa est, sicuti apertè Andr. de Isern.nunc dicit. porrò & hoc aliud ab hac Isern. doctrina haurire fas erit, quippe vt veritate comite, uobis add. cum ait, qui tenent partem contrariam , dicunt non sufficere semel iudicatum fuisse nequaquam scripta esse, ut Andreas de hoc dubitaret. ecce hic iam uides uerba illa nequaquam posita fuisse, sed simpliciter ita eum tenere post eius scripta in c.j. de nat. success.feud.& antequàm scriberet super cõnstit. ut de successionibus, & postremo illud uos latere non debet Andream in eo fundare intentionem suam, quia prouidentiæ diuersæ sunt: & propterea quia unaquæque prouincia suo sensu abundat prouidentia constitutionum Regni, quæ respicit carnem, & gradum ultimi, prouidentiam consuetudinum feudalium, quæ respicit personas, & carnẽ quoq; primi,

primi, non curat. Rursum, quia constitutiones simpliciter loquuntur ita quidem, vt sententia latè rectitudinem potius opinionis Andr. & aliorum peritorum Regni ostenderint, quàm vt ipse Andr. propter auctoritatem rerum indicatarum, cõtra rationem ius cõmune feudorum corrigere voluerit. hoc obseruare eximij iudices debent, ne verbis Andr. abutendo, grauiter errent. Pisa. Ne ægre feras Camerari, eundem in modum, sicut verba hæc Andr. explanasti, verba quoque illius in constit. vt de successionibus, explicare, vt nihil eorum, quæ Andr. scripsit, malè digerendo verba sua iis, qui ad successionem talium feudorum admitti debent, quoquomodo Iudices noceant. Came. Hoc quoque libentius præstabo, ne scripta Dom. Afflict. & Dom. Sigism. Loffred. qui columnæ feudales esse videntur, nec in hoc sunt ipsos iudices deinceps decipiant.

Andreae de isern. verba scripta in constitut. vt de successionibus super verbo, Fratres.

Siue ex vtroque parente, siue ex altero tantùm, vt dicunt periti Regni Neapolitani, etiam ante glos. vt patet in glo. super verbo, ex altero. Hoc qualiter intelligatur, & qualiter in terminis debet poni, idest quomodo casus figurari debeat, vt dicamus quoque de iure generali feudorum, hoc verum esse, vel non plenè diximus in tit. de nat. succ. feud. c. j. vbi Andr. quàm plures casus figurauit. & stante inuestitura pro se & hæredibus ex suo corpore, hoc posset verificari. quos omnes sigillatim à me explanatos intra paucos dies legetis; deinde verò volens Andr. hoc secũdum iura Regni decidere, ab opinione glos. initium sumpsit. subiungens glo. tamen hic pluries dicit, quòd debet esse coniunctus frater, aut soror in capillo, succedens fratri ex illo latere, vnde prouenit feudum ad hunc defunctum, cui succeditur. loquitur enim constit. in feudis antiquis, vt patet in tex. vnde glos. hoc haurit, vt sequitur: quia infra dicit, in his, quæ communis patris fuerunt, quemadmodum latè ego in illa quæstione, an appellatione hæredis intelligatur de solo filio masculo, & in quo feudo, & in l. imperialem, char. 21. col. 4. cum quatuor columnis sequentibus perspicuè ostendi, illa legite, vt verba hæc Andr. mecum obseruetis, dum inquit constitut. vt de successionibus, loqui etiam in feudo antiquo, etiam quando datum est pro se & hęredibus ex suo corpore, sicuti iamiam demonstrabo; alioqui cur Andr. pro alia inuestitura data pro se & hæredibus verba sequentia adderet? de iure feudorum vera positio casus est in titulo de grad. success. in feud. §. his verò deficientibus. sed quomodo allegatur, idest allegari possunt in Regno iura illa, cum sint vsus, & consuetudines redactæ in scriptis per Obertum de Orto? non sequitur hæc cõstitutio iura illa? apertè ostendens in feudo antiquo dato pro se, & descendentibus ex suo corpore, diuersam esse prouidentiam vsus feudorum à prouidentia constitutionũ Regni, prout paulo ante dixi. Probat hoc Andræas iterum dicens, patet hoc in fœmina repulsa iure illo, & tamen per constitutionem admittitur, sicuti & multa alia in cõstitutionibus aliter quàm iure illo determinantur perinde ac si dicat, quomodo igitur per consuetudines, quæ Regnicolas compellere non possunt, constitutio hæc interpretanda erit? Andræas, qui hanc quæstionem more suo disputat, ut hoc argumentũ ab eo factum soluat, pro alia parte dicit, ad hoc sic respondetur per illos, qui contrariam partem tenent, quòd si usus illi sunt rationabiles, ligabunt omnes, tanquam ratio, non tanquam dictum ab Oberto de Orto. Lex enim est omne id, quod ratione cõtinetur, distinct. j. c. consuetudo, de quo plenè diximus in præambulis operis nostri, in prima, & secunda quæstione. videndum est igitur in primis, subiungit Andr. vtrum sit rationabile, quod dicitur in §. his verò deficientibus. & ad ostendendum rationabilem esse §. illum, primo loco arguit sic, ꝙ videtur, quia is, qui dedit hoc prædecessoribus huius defuncti sine liberis, simpliciter dando præsumitur dare pro recipiente, & hæredibus suis ex eo descendentibus, vt patet in titulo de alien. feud. §. & si clientulus. ergo non cogitauit de extraneo, quia si de illo cogitasset, vtique illud expressisset, quod in fauorem illorum duobus argumentis Andræas iterum confirmauit. primò dicens, iniquum autem est id, quod cogitatũ non est, attendere, ff. de transact. l. qui cum tutoribus, §. j. hoc non est cogitatum, ergo attendi non debet. Addit & secundum argu

 mentum

mentum, quia hac ratione obliuiscentiæ parentum, de quibus non cogitauit, ipsi parentes quoque excluduntur, ut sequitur, non cogitauit etiam de parentibus ascendentibus coniunctis, non à latere. vnde est feudum, ut patet ff. si quis omiss. caus. testam. l. Iulianus, in fin. ibi, quia nemo filiæ patrem contra uotum parentum substituere uidetur. & patet quoque hoc auctoritate legis huius, in fine, & hic in glos. quæ de re hac altercantur per ea, quæ iam constat secundum unam opinionem, §. his uerò deficientibus, rationabilem esse. post quæ uerba pro contraria parte, ut §. his uerò deficientibus, in Regno rationabilis non sit, sequentia uerba subiungit. è contra quòd non sit rationabilis §. his uerò deficientibus, patet: quia consuetudo erat in usibus feudorum, ut agnati remoti quantumcunque succederent exclusis fœminis: quæ consuetudo feudalis correcta est eo, quòd excludebat filiam, ut supra l. proxima, consti. in aliquibus, & hic quoque, idest in hac constit. ubi in aliis consuetudo feudalis arctatur eo, quòd minimè secundum consuetudinem feudorum ipsa constit. agnatos, quantumcunque remotos, admittit, sed dumtaxat usque ad tertium gradum, ut sequitur, etiam tantum fratrem & nepotem fratris admittit, & hoc ut usque ad tertium gradum coniunctus succedat simpliciter, siue ex utroque, siue ex altero parente sit coniunctus, non distinguit, sit coniunctus ab illo latere, unde est feudum, uel non: simpliciter ergo debet intelligi. Hic subsiste Lector, ne cum bono sene Afflicto erres, qui senio iam confectus tempore, quo scripsit, rarò difficilem loquendi modum Andreæ penetrare potuit. vnde dixit Andream in hac constitut. nullam opinionem firmasse, sed dubiam hanc quæstionem reliquisse. Audi, rogo, ut eum contĕnas, quid Andr. in verbis sequentibus dixit: ut enim responderet argumento per eum formato per constitu. in aliquib. quę correxit usus feudales, verba hęc subiungit, sufficit arctatam consuetudinem illam prauam usus feudorum de filia, reiecta à fratre, & nepte. non igitur in aliis correcta intelligatur, quæ expressa à constitut. in aliquibus, non sunt. & pro hoc rationem addit, quia cum sit consuetudo feudalis arctata in uno, nec arctetur in alio non expresso, non cogitato, ex quo nihil exprimendo lex correctoria consuetudinis excludi debet. Sed obseruate, uos eximii Iudices, uerba Andr. qui duo dixit, & non expresso, non cogitato, aptè docens id, quod expressum non est, sufficere si sit cogitatum, ut ex mente comprehensiua, non autem per extensionem comprehendatur, de quo latè ego scripsi in cap. Imperialem, chart. 21. colum. 4. cum sequentib. & chart. 52. colum. 2. in 8. conclus. & chart. 60. colum. 3. cum multis sequentib. Itaque funditus opinionem peritorum, & Andreæ intelligetis, qui uidentes prouidentiam constitut. non considerare prouidentiam consuetudinum feudalium, quin potius eam contemnere, quia in Regno in feudo antiquo non attendirur, an descendat à primo, similiter nec uolunt, ut descendat à moriente in feudo nouo, sed sufficiat tertio gradu ei carne esse coniunctum, quem in modum inuestituræ pro se & descendentibus ex suo corpore in feudo nouo uidetur pacto prouidisse, ut in feudo nouo debeat descendere de corpore, non ex prouidentia usus feudorum, sed propter pactum, quod operatur ex mente in acquirente feudum in Regno, cętera contemnendo, quæ consuetudines feudales constituunt, sic domino placuit in re sua obseruari, nemini iniuriam fecit, dicta l. in re mandata, C. mandat. Hactenus de iuribus eorum, qui tenebant pro uidentiam §. his uerò deficien. etiam in Regno seruandam esse. post quæ Andr. aliorum opinionem ponit, qui tenent, ut exclusa prouidentia constitutionis, ut de successionibus, in Regno seruanda sit, pro quo arguit in primis: nam & antiqui periti nostri intelligunt constitut. hanc etiam in feudo nouo dato fratri pro se & hæredibus, quemadmodum etiam hodie ac passim iudicatur in Regno, ut frater succedat, licèt de fratre nihil sit expressum, non obstante, ut quando expresse pro hæredibus acquisitum est secundum usum feudorum, contrarium uideatur, ut non de fratre, sed potius de filio masculo intellexit, per §. & frclientulus, de aliena. feudor. & hoc quidem ea sola ratione, ex quo generaliter constitut. hæc fratrem admittens, loquitur. ff. de aleat. l. 1. de legat. præstan. §. & generaliter. quod de iure feudorum non est, ut patet in prima tubrica libri feudorum,

rum, §. cum uerò de duob. fratrib. cap. j. Hactenus de his, quæ allegabantur ab altera parte, ut etiam in non expressis à constitut. ut de successio. omnia comprehendantur, quæ sub uerborum generalitate possent comprehendi. & hoc quidem rectè, prout multa noua adddens dixi in l.Imperialem, chart. 21.colum.quarto. Nunc Andr. secundum eius consuetudinem incidentem quæstionem mouet, an scilicet quia constitut. ut de successionibus, generaliter loquitur, locum etiam habere debeat, quando non simpliciter, vel expressè pro se, & hæredibus, sed pro se & hæredibus ex suo corpore descendentibus inuestitura facta est, adhuc pater & frater succedere debeant, quod ueteres affirmatiuè tam in feudo antiquo, quàm in nouo tenebant, quippe vt frater, & pater succederent. moti, quia si prouidentia legis feudorum cessat propter prouidentiam constitut.huius, quæ illam obliterauit etiam in feudo antiquo sic dato, frater & pater ex prouidentia constitutionum, quæ gradum & carnem vltimi morientis dumtaxat, & non personas & carnem primi, à quo cæteri descendunt, secundum consuetudinem feudalem considerant. Hinc emergit, ut in fendo nouo sic dato succedere debeant ut sequitur. vnde si esset datum feudum per Imperatorem fratri, vnum fratrem habent, & non liberos, si aliud per concessionem non apparet. Audiui magnos peritos, dicentes fratrem succedere, siue nouum, siue antiquum fuerit feudum: cui opinioni propterea aduersatur Andr. quia ipsi periti dicunt hoc ita uerum esse, quando aliud per inuestituram in contrarium non appareret.dicit nunc Andr.vestigia peritorum sequens. hodie tamen hoc propterea dubitabile secundum eos non esset, quia in priuilegiis exprimitur, Damus tibi & hæredibus tuis ex tuo corpore legitimè descendentibus. itaq;, quoniam in feudo nouo iam expressum est non alium hæredem, quàm filiũ in feudo ab hoc moriente acquisito posse succedere, cum contractus ex conuentione legem accipiant, ff.de regu. iur.l.contractus stante hac inuestitura pro se & hæredibus ex suo corpore, frater in feudo nouo excluditur, & ita in hac quæstione incidenti Andr. residet, quasi in omnibus à peritorum Regni opinione nolit discedere, per quæ damnatur opinio excellen. Domini Sigismund. de Loffred. in sua paraphrasi, qui patrem & fratrem excludit, etiam in feudo antiquo. Hoc certè rectè diceret, quando in inuestitura dictum fuisset, Do tibi feudum pro te, & hæredibus in infinitum descendentibus ex tuo, vel illorum corpore, ut dicit Isern. in dicta constitut. ut de successionibus. non quidem hanc inuestituram pro descendentibus concessam Andr. ignorauit, qui eam plenè in cap.j. §.quin etiam Episcopum uel Abbatem. examinauit. quamquam enim paulo post ibi, sed è contra videatur tenere, vt verba illa, vel ex tuo corpore, censeantur repetita: loquitur enim attento iure communi, non autem iure Regni, quod non considerat prouidentiam iuris feudorum, sed coniunctionem in collaterali sanguinis usque ad tertium gradum, sicuti totiens dictum est. vultis videre quo modo D. Sigismund. Loffred. malè loquatur? aut enim ille primus acquirens feudum antiquum personas descendentes ab eo, & moriente considerauit, super quo disputandum esset; aut gradum tertium, & carnem à moriente dumtaxat, & hoc casu, quia D. Sigismund. fatetur gradum à prouidentia constitutionum consideratum esse, ei in faciem resistendo dicam frustra in feudo antiquo in Regno aliud quæri: nam & in nouo idem esset, nisi clarè constaret in feudo nouo morientis repugnare inuestituram, ut dicit Andr. bis ante peritos, & post eos. Et ad rem redeundo pro confusione. Afflict. qui dicit Andr. de Isern. hanc quæstionem suspensam reliquisse, expendant lectores, quæso, uerba sequentia, per quæ Andr. respondendo argumentis contrariæ partis, hanc postremam opinionem firmat. sic enim inquit, Non obstat primum argumentum, per quod probare nituntur, quòd si is, qui acquirit feudum, in dubio videtur acquisiuisse pro se, & filio masculo, quia minimè hoc dicit contextus ille, sed quòd intellexit pro se & hæredib. ff. de probat. si pactum. unde si de iure communi feudorum hæredis appellatione uenit filius masculus, appellatione hæredis pro fratre & patre in Regno acquisiuisse dicimus; id considerans,

ſiderans, quòd ius Regni vult, ut dixi in dicta repet. l. Imperialem, cart. 21. & cart. 23. in explanat. cap. Volentes, Regni Siciliæ. & ſic non obſtat, ſi dicant ut de filiis intelligatur: nam ſi de liberis hoc dicit ius illud feudorum, quod eſt uſus eius prouidentia, per legem hanc obliterata eſt: unde prouidentia conſtit. admittenda erit, quæ patrem & fratrem in dubio ſimpliciter admittit.

Nec obſtat ſecundum argumentum d. l. Iulianus, ff. ſi quis om. cauſ. teſtam. §. fin. dum pater non uidetur ſubſtitutus filiæ, ut habeat hæreditatem filiæ præmortuæ contra commune uotum, l. nam & ſi paren. ff. de inof. teſtam. Secundo uerò loco hoc argumentum excludit Andreas addens, quia ſi hæc, quæ dicuntur in l. Iulianus, trahantur, ut propterea non uideatur concedens de aſcendentibus cogitaſſe propter commune uotum, hoc argumentum concluderet etiam ad feudum antiquum, in quo certum eſt de iure conſtitutionum ſuccedere, ut ſupra, de bo. foriud. l. j. & l. ſi quando, uocat leges ipſas conſtitutiones propterea, quia ab Imperatore factæ ſunt: deinde uerò ut excludat primam opinionem eorum, qui his argumentis vtebantur, dicit, ſufficit autem dare inſtantiam, j. quæſt. j. cap. vrgeri, ut argumentum ceſſet. Quid potuit ultra dicere Andr. ad confirmandum peritorum Regni opinionem, ut ſtante inueſtitura pro ſe & hæredibus ex ſuo corpore, pater & frater in feudo antiquo ex altero tantùm latere coniuncti per conſtit. Regni ſuccedant? quod non dixerit iſthæc, & quæ ſequuntur, digerenda à Domino Loffredo erant, qui palam dicit, ſe nolle ab Andrea diſcedere. O bone ſenex, Dom. Matthe. de Afflict. non ſufficiuut iſta? audi uerba, quæ ſequuntur. Propterea alii uerius, audi uerius, aut tace, aut dic Andr. dixiſſe propterea alii uerius, iſthæc conſiderantes, quæ ſecundum iura ciuilia ſatis aperta ſunt, dicebant quòd frater & pater coniunctus non ab alio latere ſuccedant. quod Andr. confirmare intendens, hoc aliud argumentum addit: nam dilucidat hæc conſtitutio ſucceſſionem feudorum, & ſic lucidè uidetur dixiſſe hoc, quod periti dicunt, ex quo conſtitutio non diſtinguit, nec ratio urget, ut nos debeamus diſtinguere. Dic, bone ſenex, an uerba hæc dubitantis ſint? audi, rogo, hoc quod ſequitur, & fuit ut uidi ſententiatum aliàs per ſententias ambas, & ſic per ſententias duas, per quæ uerba ori aduerſariorum frenum impoſuit, pronunciatum, inquam, tempore Regis Caroli I. dicit Afflict. Andream non aperire, an ſententia fuiſſet Regis, quia tunc una ſufficeret, l. fin. C. de legat. qui reſpondeat, ſi poteſt, cur verba ſequentia ſubiungit, qui diſcutiebat bene ius ſuum, niſi quia coram eo ſententiæ optimæ digeſtæ proferebantur? eſt ne hoc, ò bone ſenex, dubiam quæſtionem relinquere, ſi ſententias optimè latas palam Andr. prædicabat? Nõ ne tu rubricam de officio magiſtri Iuſtitiarii emendaſti, ut diceret de officio magiſtri Iuſtitiarij noſtri? quid illud noſtri? niſi quia in illa curia Regio nomine ſententiæ illo tempore pronunciabantur? deinde uerò id, quod iudicatum fuit, addit pro fratre conſanguineo, uendicante feudum ſororis defunctæ ſine liberis, quod à matre ſua prouenerat. vnde frater coniunctus non erat, & ſententia eius per magiſtrum Iuſtitiarium, & iudices lata, & confirmata fuit in cauſa appellationis. Reſponde iterum, ſi potes, quid aliud dicere fuit, & ſententia eius, quàm Regis Caroli ſententia? eo quod appellare, & ſupplicare, præterquàm in paucis expreſſis, iam pro eodem reputatur, ſicut tumet Afflicte in præfatione conſtitutionum queſt. obſeruas, & ita reſidet Andr. in quæſtione hac ſecundam opinionem, reiectis primis omnibus argumentis contrariis, confirmando. quæ (ut dixi) legibus tum Regni, tum iuris ciuilis, tum canonici fundata eſt, poſthabitis his, quæ contrarii afferebant. uerum enim uerò quia adhuc illi, qui contrariam partem defenderant, latrabant; ſubiungit, illi qui tenent contrariam contra hanc rerum iudicatarum auctoritatem dicunt, non autem (inquit Andr.) dicere poſſunt eorum latratum oſtendendo, quòd non ſufficit iudicare ſemel in una cauſa ad probandam conſuetudinem, argum. l. ingenium, de ſtat. hom. niſi quæſtio illa determinata fuiſſet, an eſſet hic mos in coniunctis uterinis tantum & pronunciatum, quòd etiam de altera parte coniunctus ſuccedat, ff. de leg. l. cum de interpretatione. quibus verbis cũ paulò ante

in

in additione posita in c. j. de natu. success. feud. responderim, nolo ea iterum describere, illa hic repetita esse volo. Dicent fortasse eximii, doctissimique iudices Siculi, ut quid tamdiu in explanandis uerbis Andr. tempus consumpsisti? non ne maiora nos mouimus? Ego uerò respondebo, cur non? non quidem pro his causis dumtaxat, sed pro omnibus consimilibus scribo posteris pietatis causa isthæc relinquens. quis mihi crederet, si dixero Matthæum de Afflict. qui super feudum,& constit.scripsit,Andreę uerba non intellexisse? quis contra me clamare cessabit, si dixero Bald. in consilio, quod incipit, sanctissima & Illustrissima, inserto inter consilia Angel.nume.10. terminos ignorasse? quibus cognitis inter ius cõmune feudorum, & ius constit.Regni distinguendum erat, nisi frustillatim uerba Andreæ hodie hæc explanassem, cui tanquam feudorum Aurigę,non minus hærere debemus, quàm Bononienses carrotio. Quid porrò si dixero eximium, magnumque feudistam,Dominum Sigismundum de Loffredo,ante me terminos hos ignorasse? sed audite, rogo, me ueritatem uobis insinuantem: cum enim ego cap. j. de natu. success. feud. legerem, & Dom. Sigismund. prout notum est discipulis, qui uiuunt, quendam ingeniosum Doctorem,nomine Antonium Bosan, quasi pro excubia proposuisset, ut ea, quæ in dies dicebam,sibi referret;& quadam die ei retulisset tum Bal. tum Afflict. hac iniuria me affecisse, nimirum quòd terminos ignorassent,neque uerba constit.optimè ponderare nouissent, neque Andr.mẽtem, & argumenta percepissent, confestim Dom. Loffred.ad me uenit dicens, Rogo te Camerari, ut ea mihi ostendas,quæ hoc mane legisti, quod libenter feci, iussisque omnibus, quæ uos hodie, ubi ita placeat in originali meo libro iam inueterato à tempore illo legere poteritis, accepto calamo, & papiro, summatim omnia,quæ ego scripseram descripsit, & gratias agens discessit, atque labores meos (me tacito) in sua paraphrasi de natu. success. feud.suos fecit, non vultis credere mihi? experimentum facite ea legendo, quæ prius ipse scripserat super 5. colum. Andr. quæ in emenda reliquit, ubi fermè per unam col. Andream, tremebundus tamen,prius condemnauerat,ponderatè deinde ea,quæ in 2. 3.4.colum.addidit,ut uideatis unde mutatio illa repentina. Obseruate rursum distinctionem suam inter feud. datum pro se & hæredibus, & feud.datum pro se & hæredib. ex suo corpore, dum à crassa ignorantia in hoc allucinatus, licèt in aliis doctissimus fuerit hanc postremam inuestituram pro se & hæredibus ex suo corpore, quomodo aliter in Regno quàm extra, interpetranda sit, ignorando patrem & fratrẽ à success. feu. antiqui sic concessi uoluit excludere contra ea, quæ super explanatione verborum Andr. dixi. sic enim uidebitis quàm longè ab eius mente hę diuersę prouidentiæ prius fuissent, an cætera sua,uel mea potius fuerint, quod nil mirum. etenim si aliena ab operibus suis, præsertim consil.j. abstuleritis, liber satis minutus remanebit, tot quidem dignitates habuit, quot titulus librorum suorum testantur, & nobilis Sedilis Capuanæ præterea fuit. unde factum est, ut eo rogante multi multa addiderunt, quemadmodum & ipse stilus diuersus eorum, qui diuersa afferebant, in eodem consil.j.docet. Non vultis ijs rerum argumentis moueri, ut rem sic se habuisse credatis? credite, & in his, quæ bene loquitur, & errores eius mecum emendate, non quidem alter Traso esse opto. dicite vos, doctissimi Iudices Siculi,resupinus ne homo Andræas fuit, qui ubique peritis Regni hæsit? friuola ne argumenta Loffredi,siue sua,siue Camerarii sint penes uos,qui feuda calletis. erunt ne?uẽtosa ne contemplatio illa est, ut aliter prouidentia constitutionum considerauerit gradus eorum, qui succedere uolunt, & carnem morientis? aliter uerò prouidentia usus feudorum considerauerit personam, quę descendat à primo in quocunque gradu consuetudine potentior lege, ut lege destruente consuetudinem, adhuc consuetudo uigeat? fabulæ. & secundum gradum considerantes in persona Alferii, ac quomodo Antoninus quarto gradu coniunctus est Natalitio, excluso fisco, & Antonino feudum quodcunque, & quacunque inuestitura, quod à Rege tenebat, Alferio traditæ, sic profecto iudicare undequaque compellimini, si vultis in pace, non autem in pice requiescere.

CAP. VOLENTES, EXPLANATIO.

QVONIAM Cap. huius uerba magna ex parte in Repet.l. Imperialem, cart.60.61.& 62.explicauimus,ubi ostendi cap.hoc ea, quæ prius licebant, augere. & quamquàm propterea in multis à prouidentia iuris communis feudorum exorbitans uideatur, adhuc gratiam esse, unde in expresso latam interpretationem recipit. Itaque recipit, ut etiã ea, quæ aliàs extendi non possunt,ex mente comprehensiua concessa uideantur, illa legite, ut potestate in dicto c. nobis tradita, vti ualeatis hac planè ratione, quamquàm in Regno Neapol.appellatione hæredis dũtaxat uenit frater, in Regno Siciliæ intelligitur de omni hærede, quia talis potestas in alienando per hoc cap. à lege concessa est, quod pauci penetrant,consuetudini hoc tribuentes.

CAP. SI ALIQVEM, DE SVCCESS. FEVD. EXPLANATIO.

CVM cap. hoc 33 Regis Iacobi, & c. constit. constitutionem Regis Frederici 30. simul explicanda sunt, uerba utriusque ante omnia hic describam.

CAP. SI ALIQVEM, VERBA.

SI aliquem à nostra Curia feuda tenentem in capite, uel etiam subfeudatarium nullo hęrede legitimo per lineam descendentẽ, sed fratre,seu eius liberis superstibus, mori contingat,si feudum ipsum ab aliquo ex parentibus sibi & fratri communibus peruenerat ad defunctum, id frater, aut ex liberis suis usque ad trinepotem ille, qui tempore mortis supererit,defuncto proximior in feudo succedat, habiturus illud cum onere seruitii consueti ad successionem feudi, omnibus personis feudatario, aut subfeudatario defuncto,simili gradu coniunctis, eorum ordine admittendis: in successione uerò præmissa inter feudatarios & subfeudatarios in eodem Regno Francorum iure uiuentes sexus,& primogenituræ prærogatiua seruetur,ut inter duos feudatarios & subfeudatarios defuncto coniunctos fœminam masculus, & iuniorem maioratu pręcedat,siue sint masculi,siue fœminæ concurrentes,nisi fortè de duabus concurrentibus esset primogenita maritata, & iunior remanserit in capillo primogenitæ maritatæ in successione huiusmodi præferatur: sed si nulla remanente in capillo, duæ, uel plures fuerint maritatæ, maiori natu ius primogenituræ seruetur, ut alteram in dicta successione præcedat;& hoc ita tam super feudis antiquis, & ueteribus, quàm feudis per nos & hęredes nostros personis aliquibus concedendis,sicut præscribitur de cætero præcipimus obseruari, qualibet cõtraria cõsuetudine,uel cõstit.cessante.

CAP. CONSTITVTIONEM, VERBA.

COnstitvtionem editam per prædictum D. Regem Iacobum, fratrem nostrum,super successione feudorum lucidè præsenti edicto nostræ celsitudinis declarantis, Statuimus ut in feudis etiam si auita, uel paterna non fuerunt,uel de nouo quæsita;collaterales ab intestato succedant, & inter eos ordo succedendi ætatis, & sexus prærogatiua seruetur, deficientibus enim successoribus legitimis ex linea descendentibus.

CAMERARIVS. FISCVS.

SCIO, Magnifice Fisce,nil mecum in hac causa commune habere, si quidem tu ab omni agnato, ut plurimum in Regno Siciliæ ultra Farum in successione excluderis: uerum quia tu Gallus es,ubi in hoc iure,quod Francorũ uocamus,quotidie uersantur, & in Regno Siciliæ dudum aduocatus Fisci officio functus es, rogatum te esse uelim, ne dum cum tot eximijs Doctoribus Siciliæ certare cogor, eorum consiliis speciatim respondendo,nauseam lectoribus cõmoueam,pro illis mecum loquaris, ut quantum licebit canonicè reliqua concludamus. FISCVS. Satis tibi esse deberet, Camerarii, Iudices nostros Siculos, visis Siculorum cõmentariis, secundum peritorum Siculorũ sensum capitula intelligendo contra iuniorem ALFERIVM iudicasse. Satis certè uos Regnicolæ in feudis sapitis, sed opiniones uestræ Farum ea ratione non transeunt,quia diuersos

termi-

terminos nos Siculi habemus uobis incognitos. CAMER. Viam tu appellanti præcludere vis, ne ſua cura proponat?Nonne quandoque dormitat Homerus? FISC. Non ne quidem hoc ideo magis autem, ut antequàm ſcribere incipias ea, quæ Siculi pro indubitatis habent, prius noſcas? CAMER. Legi quidem Cannetij, Perni, Magni Blaſci Lanzæ, Raymundi Ramondetti, Franc. de Anſalono, Iacobi Chirci, Franc. Riccij, Gualterii Paternionis, Ioan. Aloyſij Septimi, & aliorum conſilia multa, & in hac cauſa ex Regno Neapolitano doctiſſimorum quoque Ioan. Angeli Piſanelli, & Franc. Antonii Villani, qui tum Siculorum, tum Neapolitanorum digeſtas ſententias ſuper intellectu capitulorum horum in medium produxerunt. Nec parum his lectis mirari cœpi, unde prouenerit, ut illis poſt habitis aliter iudicare tot eximii iudices auſi fuerint. ego igitur ultimus ero, qui poſt metentium terga ſpicas colligendo iterum tentabo, an iuſtitia Alferij gladio perempta ſuſpenſa, iam ſententia per appellationem interpoſitam, hodie ualeam reſuſcitare; Attentas igitur aures præſtandum. ego ratione doctiſſimis Siculis contradicam, paratus mutare ſententiam, ſi me iuſtè corripe ris. FISC. Audiam libenter, maximè ſi aliqua noua (ut ſoles) attuleris. CAMER. Siue noua, ſiue vetera fuerint, mecum certandum erit. FISC. Perge. CAMER. Si unicum argumentum à me proponendum ſolueris, omnium capitulorum Regni confeſtim obliuiſcar. FISC. Quod? CAMER. Cum Rex Fredericus præter ſpem à Rege Bohemiæ reuerendiſſimis, Maguntino, & Triuerenſi, archiepiſcopis, Lanſgrauio quoque Turingiæ, Auſtriæque id ſuadente Imperator in anno ſalutis 1212 electus, inter cætera præclara geſta ſua antequàm in anno 1218. ab Honorio III. Imperio fuiſſet priuatus. interea temporis librum conſtitutionum tam ea, quæ prædeceſſores ſtatuerant, quàm ipſe ſimul continentē promulgauit, ut patet in procemio conſtitutionum ipſarum. Hinc factum eſt, ut conſtit. ut de ſucceſſionibus, quæ utrique Regno communis lex eſt, & omne dubium circa præterita & futura excludere intendit, roborata quoque à cap. Si aliquem, quod paulo ante deſcripſimus, in quo uerba hæc, quæ ſequuntur, legimus. Si aliquem nullo hære de legitimo per lineam deſcendentem, ſed fratre, ſeu eius liberis ſuperſtitibus, mori contingat: ſi feudum ipſum ab aliquo ex parentibus ſibi, & fratri communibus, uel non cōmunibus, peruenerat ad defunctum. id frater, aut ex liberis ſuis uſque ad trinepotem ille, qui tempore mortis defuncto proximior in feudo ſuccedat. Propter quæ uerba iam conſtat, quomodo uirtute huius cap. frater ſimpliciter (nulla diſpoſitione prohibita) uirtute prouidentiæ huius cap. ad fratrem non coniunctum ex illo latere, unde prouenit feudum ſpectare, ſpreta prouidentia cap. j. §. his uerò deficientibus, de grad. ſucceſſ. & cap. j. de eo, qui ſib. & hæred. ſuis. quemadmodum per eundem Regem Fredericum III. ſpeciali c. incip. conſtitutionem, paulo ante ſimiliter deſcripto in feudo nouo declaratum fuit, quibus addendo conſtit. ut de ſucceſſionibus, quæ tam in inueſtitura capta pro ſe & hæred. & ſucceſſo. in feudo nouo, quàm in inueſtitura pro ſe & hæredibus ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus in feudo antiquo locum habet, ſecundum Andr. de Iſern. qui peritorum auctoritate, imò apertis iuribus à me paulo ante relatis dictam conſtit. ut de ſucceſſionibus, explanauit. Ex hoc ſequitur, ut tam in feudo Catuſij, dato pro ſe & hæredibus, quàm in feudo quocunque conceſſo pro ſe & hæredibus ex ſuo corpore, Dom. Alferius iunior ab uno latere, unde hæc feuda antiqua non proueniunt, dumtaxat cōiunctus adhuc ſuccedere debeat NATALITIO, excluſo ANTONINO, & fiſco. aperta certè ſatis hæc iura ſunt, nulla diſtinctione opus habent, l. ancillæ, C. de furt. & l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de lega. 3. FISC. Ante Cannetius hoc argumentum propoſuit, ſed tandem ſuccubuit. CAMER. Omnes milites lanceas ab officina fabri lignarii capiunt, nō tamen omnes ex equo in concertantium pectoribus illas frangunt; iam dixi tibi, quia hodie mecum certandum eſt. Huic argumento reſponde, ſi potes. FISC. Si poſſum ha? decem equidem modis, cap. Si aliquem protinus excludam. CAMER. Illis ne, quos Dom. Ioanni Antonio Cannetio propoſuiſti? FISC. eiſdem. CAMER. Erraſti frater, dicendo decem, nam dicere poteras centum. ſi ignoratis terminis, & falſis explanationibus legum argumenta ſolui poſſe autumas, mecum hodie certandum eſt, inci

pe gradatim respondere. Fisc. C. Si aliquem, tunc Alferium preferret, quando nullus descendens à primo acquirente superesset, alioquin à superstite excluderetur, c. j. de eo, qui sib.& hæredib. suis, vt notant Bal. & Præpos. in cap. j. de feud. Marchię. Ancha. consil. 334. & Curt. iunior in tractat. feudo. part. 3. num. 48. & patet auctoritate glo. in l. vnica, C. si soc. imp. largit. cui placuit, vt socius ad excludendum fiscum, non autē agnatos, quando adsunt, admittatur. Camer. Nonne delirare hoc potius, quàm disputare est, velle per vsus feudales, & argumenta glos. ciuilium constitut. vt de successionibus interpretari, quæ omnem prouidētiam tam iuris feudorum, quàm ciuilis, in hoc (quēadmodum supra ostensum est) obliterarunt? Cur ad vomitum redis, glos. Andr. de Isern. & cæteris omnibus clara voce iubentibus, vt non curemus, an descendat à primo? delirare profectò fuit velle quoque c. Si aliquem, corrigere, quod aperte dicit, siue feudum ipsum ab aliquo ex parentibus sibi, & fratribus communibus, vel non communibus prouenerat. aptius igitur Iacobus Rex quutus est, cum dixit, nullo relicto hærede legitimo per lineam descendentem, ipsius nimirum, qui moritur, vt tunc frater, & nepotes ex fratribus succedant. ita quidem, vt secundum Pernum consil. 19. cum misterio vox, descendentibus, addita fuerit. Iacto igitur hoc fundamento, vt prouidentia constit. vt de successionibus, atque cap. Si aliquem duntaxat in Regno intuendæ sint, reliqua in medium prome, quibus argumentum à me propositum à te solui posse speras modò Lōgobardorum consilia, & doctrinas eorum malè digestas in feudis omittas, non quidem eas amplius audire possum, quando scilicet Andr. feudorum aurigæ aduersantur, & longè magis hoc aliud abominor, nempe vt putent accruatione consiliorum, quæ omni substantia denudata sunt, iudicandum esse. Quid enim est alterum alterius dictum ieiunum legibus describere quàm in stomacho legentium nauseam facere? Fisc. Quid igitur requiris? Camer. Vt quemadmodum diuus Thomas de Aquino rectè & sanctè dixit, plus credendum esse Mariæ veraci, quàm Iudęorum turbæ fallaci, dicamus & nos plus credendum esse Andreæ veraci, quem veluti Euangelistam in Regno sequimur, vbi scientia feudalis viget, quàm cæteris omnibus, qui ei contradicunt. Fisc. Fateris tu fratrem vterinum à fratre vtrinque coniuncto excludi? Camera. Omnino, sic enim Isern. in constituti. vt de successionibus, & vbique nos docet. Fisc. Bellè igitur fateris uerba illa, proximior in feudo succedat, ad lineam cuius antea meminerat referri, vt proximior de linea descendente à primo succedat, quā do idcirco præfertur, quia vtrinque coniunctus alterum latus lineæ à primo descendente habet. singula enim singulis referenda sunt, vt dicit glos. in leg. final. in verbo, vniuersitatis, C. de fideicommiss. & in leg. j. §. sinautem, de caduc. tollen. vt dicit Socin. consil. 252. colum. 2. volum. 2. & Grat. consil. 6. libro j. & Alciat. consil. 8. inter consil. Grat. eodem libro. Camera. Ecce quàm difficile hi delirant in cōsequētiis deducendis, qui ne à limine quidem ludos literarios logicæ salutantes, Iurisconsulti esse volunt. Dic, rogo bone vir, quomodo ad lineam præcedentem à primo, vt ab eo debeat descendere, verba hæc referri poterunt, Doctor. iam in præcedenti responso de linea descendente ex mortuo intelligi debere? Quid ad rem ea quæ citas? Dicemus ne, vt illa quæ rectè in his, quæ in scriptura comprehenduntur ab his viris Doctissimis considerantur, ad casum hunc trahi debeant, obliterata iam prouidentia iuris communis feudorum per prouidentiam cōstitut. & capitulorum Regni. Itaque dicamus non entis aliquas esse partes, contra text. in leg. Seiæ egressæ, ff. de testament. tutel. Minimè certè quis appellatione hæredis, veniat nunc tractamus, super quo Cannetius tantoperè laborat, quod latè in præcedentibus ostendimus; quin potius, an vox, descendentibus, intelligenda sit à primo acquirente in feudo antiquo, circa quod rectè secundum Andreæ, & peritorum Regni opinionem, conclusum fuit, vt in Regno in feudo antiquo in inuestitura data pro se, & hæredib. ex suo corpore etiam sub natura iuris Francorum solam coniunctionem carnis ipsius morientis & tertium gradum debeamus considerare, non quidem possum Cannetium, elegantemque doctrinam eius, & ingenium, non commendare in hoc: tamen non laudo, vt tantus homo in re hac & super intellectu l. j. si socius imper. lib. quæ difficultate carent, & deni-

que quando fœmina masculum excludat adeò longam doctrinam scripserit, in longum ipsam disputationem protrahendo, res sanè, quæ docto viro non conuenit, quippe vt in cumulandis consiliis, quæ contra veros terminos feudales loquuntur, ita vacet, vt finem non inueniat. Fisc. Tenes tu illud, quod Pern. obseruabat, nempe vt per cap. Si aliquem, benignitate quadam deficiente linea descendenti admittatur linea collateralis. Camera. Quid ex hoc contendis? Fisc. Vt non præsumatur in præiudicium aliorum descendentium Regem Iacobum in dicto cap. Si aliquem, gratiam facere voluisse. perpetuò enim gratiosa concessio illa non comprehendit, quæ aliter prius disposita sunt, secundum Franc. Aretin. in consil. 15. qui omnia iura aceruauit hoc concludentia. vnde Bald. in l. j. colum. j. de constitut. & in cap. j. per quos fiat inuesti. dixit, vt nunquam per generalia verba iuri tertii derogatum videatur. Itaque vox, descendentibus, in dicto c. Si aliquem, de omnibus descendentibus à primo debeat intelligi, quibus Rex Iacobus non præsumitur voluisse præiudicare. Camera. Lactantibus qnoque notum est, primam inuestituram gratiam esse, propter quam omnis inuestitura beneficium dici potest, vt dicit tex. in cap. j. in quibus causis feud. amittat. gratiam quoque, quando dominus alienationi consentiit, ut dicit Andr. in l. Imperialem, de prohib. feud. alienat. per Frederic. colum. 3. & in §. sed & res, per quos fiat inuestcum concordan. Nec aliquis est, qui nesciat concesso iam feudo dominum nihil posse attentare in præiudicium agnatorum, qui ad feudi successionem uocati sunt, cap. j. de alienat. feud. patern. atqui hoc verum est, cum post primam inuestituram factam iam in re aliena hoc ageret, non autem in re, qua domini est, antequàm inuestituram faciat, in qua potuit Rex eam legem dare, quæ placuit ei, vulga. l. in re mandata, C. mandahoc enim argumento ita distinguendo And. de Isern. perpetuò usus est, nec illud te perturbare debet, quippe in cap. Si aliquem, dici ad feuda antiqua iam concessa trahi nam & in l. Imperialem, eodem modo loquutus est dicens, quoniam id quod à principio non ualuit, tractu temporis conualescere non potest propter fictionem legis, quæ finxit actum illum retrohabitione se qui Regis præceptum, ut not. in l. j. ff. de condic. ex leg. de qua re in dicta l. Imperialem, ego loquutus sum. Fisc. Quando hęc omnia cessarent, adhuc consilium Bald. insertum inter consil. Angel. num. 110. omnia à te dicta ea ratione excluderet, quia capit. Si aliquem, loquitur in feudo paterno, & non in auito. sic enim inquit, Si feudum ab aliquo ex parentibus prouenerit. sed dictio, ex, causam immediatam ostendit, ergo in suo casu loquitur, quando frater succedere vult fratri in feudo paterno. Camer. Non ne initio dixi uobis ignorantiam eorum, qui consilia Lombardorum diglutiunt, indigestaque egerunt, causam hanc difficilem reddidisse? Fisc. Baldus ne terminorum expers? Camer. Ipse primus. Fisc. Magnæ quidem auctoritatis Bald. penes omnes est, & feuda omnia explanauit Camer. Palam, & ego idipsum prædico, & simul terminos hos feudales in consil. 110. & terminos qnoque feudi ex pacto & prouidentia in longo eius consil. 9. inserto inter præludia feudorum Afflict. quęst. 6. longè magis ignorasse credens: namque hanc feudi speciem rectè explanasse toto cœlo errauit, eundem Afflict. atque alios errare fecit. corruptus enim pecunia Bald. quia auarus erat, pro Regina Ioanna tunc consuluit, ut refert Loffre. in sua paraphrasi de nat. success. feudo. omnino quidem usus feudorum excludendus est, qui coniunctionem c. j. in §. his deficientibus, de gradib. success. & in capit. j. de eo, qui sibi, & hæredib. suis, considerat: obliterata enim sunt omnia feudalia in hoc amplectendo prouidentiam iuris ciuilis, quæ uterinum fratrem agnatis præfert, authen. cessante, & authen. post fratres, C. de legit. hæredib. Fisc. Tu igitur solus sapis? Camera. Solus Andr. de Isern. post Goffre. & Iacob. de Ardiz. summos terminos feudales nouit, quos illi post eos intelligunt, qui lectioni commentariorum suorum operam nauant, inter quos si me unum esse dixero, iure merito id mihi uendicas, qui in eo per sæpe relegendo ætatem consumpsi, & monoculus propterea factus sum. semel igitur loquendo protestor, mi Fisce, nolle me consiliis, quæ Canetius, & alii, vel pro Asferio, uel contra eum in medium producunt, uti neq; eadem describere, quæ nostri Regnicolæ scripserunt, satis sit me prius multa, quæ dicunt in repet. l. Imperialem, scripsisse,

fisse, quæ tacito meo nomine quasi sua fuerint, referunt leges ciuiles duntaxat, constitutiones, capitula Regni Siciliæ, & consuetudines feudales, à iuribus Regni non correctas proponere contentus ero, ut aduersarii sese hos terminos ignorasse confiteri compellantur, cæteris uerò commostrem soli Andreæ hęrendum esse. FISC. Progredere, CAMERA. Vis manu tangere, optime Fisce, quanta ignorantia ducti hi consulentes in foueam ceciderunt? contendendo cap. Si aliquem, in feudo paterno, non autem in auito, sibi locum vendicare, ipsa iura usus feudorum penitus ignorantes: tribus enim modis feudum paternum consuetudines feudales uocant. Primò, ut feudum dicatur paternum, quod ipse pater de nouo acquisiuit, quod in filio dicitur paternum, cap.j.§.final.de success.feudor. ibi, nisi inuestitura fuerit facta in patre.& paulo post, nisi inuestitus de nouo fuerit de hoc feudo paterno, paternum vocans feudum, de quo pater inuestitus fuerat, altero ut ideo dicatur paternum, quia pater inuestituram ueterem obtinuit, quæ possessio dicitur, cap. j. quid sit inuestitu. ius propterea non tribuens, quia est à minore, potest fieri, cap. j.per quos fiat inuestitu. quæ intuens text. in cap.j.de conten.inter me, & domin.dicit paternum feudum filio deberi, de quo pater iure inuestitus fuerat, hoc est per inuestituram ueterem. propterea iure inuestitus, quia dictum fuit, patrem eius immediatum successorem esse; vnde patet paternum uocari feudum, cuius pater Inuestituram ueterem obtinuit; & tertio, de quo nunc agitur, feudum paternum uocant omne feudum à quocunque ex superioribus acquisitum, ut patet in text. cap.j. de natur. success. feudor. cum ait, paternum autem uoco, quicunque ex superioribus id acquisiuit, siue auus, siue proauus, siue atauus fuerit id ipsum cap. j.an agnat. confirmat: ubi litera dicit, agnatum posse repudiata hæreditate feudum, si paternum fuerit, retinere: non propterea paternum, quia ab eo, qui nunc moritur, qui pater est filii, acquisitum fuerat, quin potius quia ab antecessoribus acquisitum erat, sicuti litera subiungit. Vbi verò filium reliquit ipse, non potest hæreditatem sine beneficio repudiare: sed aut utrunque repudiet, quo repudiato ad agnatos, si paternum sit pertinebit, apertè docens feudum paternum non illud esse, quòd pater filiis acquisiuerat, sed illud ab antecessoribus agnatorum prouenerat, alioquin agnati non succederent, cap.j. de gradib. success. & in cap.j. de natur. success. feud.cum concordan. quod text. quoque in cap. j. de alienan. feud. pater. non ualet etiam domini uoluntate, nisi agnatis consentientibus, ad quos quandoque sit reuersurum, paternum uocans illud, quod ab antecessoribus acquisitum fuit, & quod feudum paternum idem sit, quod auitum, est tex.formalis in cap.j.de gradib. success.in §. his uerò deficientibus, cuius uerba sic habent. His uerò deficientibus uocantur primò fratres cum fratrum præmortuorum filiis, deinde agnati ulteriores, quod ita intelligendum est, si feudum sit paternum, hoc est si fuit illius parentis, qui eius agnationis fuit communis. ergo aui, quia non loquitur in fratribus, sed in agnatis, quorum communis pater fuit auus, proauus, uel atauus, quemadmodum uerba sequentia apertius hoc ostendunt, si enim Titii auus de nouo beneficio fuerit inuestitus. ecce iam patet auum filii hoc acquisiuisse, deinde uerò subiungit. Titio, qui in feudo ipsi auo successerat sine legitimo hærede masculo defuncto, eius successio non pertinet ad eiusdem filii patruum magnum Titii cognatum, nec ad prolem ex eo descendentem, imò reuertitur ad dominum.& ratio est in promptu, ad cognatos enim eius beneficium non pertinet, neque uigore pacti, seu inuestituræ, quæ sic data non est, neque à lege sic datur: successione enim, & inuestitura, nec aliter feuda capimus, cap. j.in princip.de gradib. success. bellè insinuans, quando agnati fuissent, sicuti paulo ante dixerat eos admitti.Ergo agnati in feudo aui, quod paternum uocauerat, succederent spræta hac uestra iuani distinctione inter paternum & auitum: non qnidem hi domini tex.legerunt, in c.fin. in titu.constit. feudor. Dom.Lotharii Imperatoris, qui patris & aui feudum, quantum ad ius succedendi attinet, pro eodem accipit, licet diuersa sint nomina, unde cum tex.in cap.j. de feud. Marchię, dixisset filio, vel nepote sine filiis defunctis, alii fratres per inuestituram patris uel aui in beneficio succedere. glos. rationem subiungendo dicit, quoniam hoc obseruatur in feudo ab antecessoribus quæsito.audi ab

ab antecessoribus quæsito, docens nos nullam inter paternum & auitum feudum differentiam poni debere, sed tantùm quæri an ab antecessoribus prouenerit, non sufficiunt ista? text. in capitul. j. de success. feu. §. hoc quoque. ubi opinio illorum, qui dicebant feudum paternum non uocari, nisi usque ad quartum gradum, reprobata est eo, quòd feudum paternum dicitur usque ad septimum. quomodo igitur inter paternum & auitum poterit distingui? Erubesco equidem hæc tractare, sed quia Domi. Cannetius omnino uoluit hoc iuris ciuilis & Doctorum Consulentium auctoritate ostendere, necessum esse duxi (ne in re hac iudices quoquomodo cespitent) ut idipsum iuribus feudorum commostrarem: alioquin quomodo constitut. constitutionem ut de successionibus, dicere potuisset, excluso communi patre, ni si auitum feudum esset? Quomodo nepos & pronepos ex fratre in c. Si aliquem, succederet, si in feudo auito non loqueretur? Fabulæ. Fisc. Dicimus nos Siculi text. cap. Si aliquem, non habere locum, nisi in forma larga secundum naturam iuris communis, non autem in stricta, quando datum esset pro se & descendentibus ex corpore, ut in eo viuatur iure Francorum, quemadmodum dicimus quoque, ut in cap. Volentes, locum non habeat repugnante inuestitura. quid peritis Regni nostri tu respondes? Camer. Miror certè acutissimi ingenij Iurisconsultos Siculos, formam strictam inuestituram vocare, per quam primogenitus cæteris præfertur: stricta ne dicetur inuestitura feudi dignitatum,? non quidem hoc à seculo, neque in ipsa Regum successione, de qua in c. licet, de vot. auditũ est, neque in successione feudorum dignitatis, de qua in cap. j. de feud. Marchiæ, & in l. Imperialem, §. præterea Ducatus, de proh. feud. alien. per Frederi. à publico enim Reges illa capiunt, te liqui Principes beneficio, quod in expresso latissimum est, l. final. ff. de constitut. Princip. & hoc ob publicam vtilitatem, ut vnus Rex succedat, vnus item Dux, uel Marchio. quam utilitatem ad æconomicam utilitatem Francigenæ traxerunt, & tamen ex hoc minimè stricta dicetur forma, sed ea ratione lata, quoniam in assensu, qui stricti iuris est, in expresso lata, ac benigna fit interpretatio, quemadmodum And. de Isern. in cap. Imperialem, in 3. col. docet, cuius vestigia sequens multa ei addidi, quę fortasse inutilia non sunt. sit tamen hæc forma iuris Francorum strictissima. Non ne de hac inuestitura cap. Si aliquem, loquitur? Non ne de hac inuestitura secundum ius Francorum loquitur & cap. Regni Frederici, quod incipit, constitutionem, quod venit ad declarationem capit. Si aliquem? Non ne constitutio, vt de successionibus, quæ sola ad consequendam victoriam nobis sufficeret, ipsius inuestituræ iuris Francorum meminit? Laudo equidem Siculorum ingenia, sed in hoc ea laudare nequeo. Fisc. Lex Salica paucis nota in causa est, ut uos Regnicolæ cur stricta est inuestitura, dicatur, penitus ignoretis? Camerar. Verba hæc, quæ coram Siculis loqui consueuisti, & magnum virum propterea te ostenderes, quia Gallum te facis, coram me tacere satius erit, qui annis septem in Regno Galliarum moram traxi, ubi & peritos Regni illius alloquutus sum, consuetudinesque omnes cribraui, & non solum tractatum primogenituræ Galli cuiusdam sæpe legi, verum etiam & consuetudines Burgundię, ac Cassaneum, antequàm in Galliam irem perlegi, & tamen audacter dico hanc stricturam in chimeram resolui, præterquàm ut propterea stricta dicatur, quia in æquali gradu ius eorum stringit, quando dicitur, ut à primogenito capiatur. Dic, rogo, non ne insania manifesta illa erat, secundum quam multo tempore iudicatum in Regno illo fuit, ut frater data hac inuestitura filiam fratris excluderet, contra text. quoque cap. j. de duob. fratrib.? Fisc. Aliter certè nunc iudicat. Camera. Et iudicabunt quoque in multis, si secundum iura, non autem secundum proprias fantasias iudicare uoluerint. Quid istud? ut uelitis, post habitis Neapolitanorum doctrinis, vestras adinuentiones omnibus præferre? Dicitis enim capit. Si aliquem, nullo gradu concludi, quin potius in infinitum omnes succedere similiter, & per capit. constitutionem, cum nec in uno, nec in altero hæ uoces in infinitum legantur. & cur trinepotis meminerit, cum Pisanello iam expressum est, quam rogo, interpretationem Neapolitanorum uos uidetis, quæ conformis iuribus Regni non sit? Agite

te sic uos, & nolite contra constitut. Vt de successionibus, quæ non minus vestra, quàm nostra est, & tertium gradum in linea collaterali admittit. malè intelligendo vestra perfidia corrigere nolite deinceps, propterea quia diu est quòd bella in vestro Regno uisa non sunt, fiscum perpetuò excludere, quia visum non est fiscum feuda vendicasse. Itidem nec fisco aliquo tempore aperta esse, num lex per non vsum obliterabitur? Fisc. Cum initio argumentum hoc, super quo nunc disputamus, proponere dixisti tempore capitu. Si aliquem, aliud cap. Regis Freder. incipiens, constitutionem, processisse, & post illa capitula constitut. vt de successionibus, addidisti. uolo te nunc admonere contrarium tenuisse Pernum in consil. 14. colum. 3. quippe vt constitut. omnia capitula antecesserint, vnde uetustam constitutionem illam uocat. hic igitur locus aptus est, ubi id ipsum confirmas, ut Perno respondeas. Camer. Regem Iacobum ante Fredericum III. fuisse, capit. constitutionem, per spicuè docet, quod capit. Regis ampliat. Fredericum uerò II. præter spem ita electum Imperatorem fuisse, sicuti ego dixi, eumque librum constitutionum promulgasse, uerba proœmij eiusdem libri constitutionum docent, & duæ historiæ; altera, quæ scripta est in principio capitulorum Regni Siciliæ vltra Farum ante capitula Regis Iacobi collocata; altera, quæ posita est ante capitula Regis Frederici, quæ ab aliis historiis approbantur: noli, quæso, in verbo me capere, uel ordinem meæ scripturæ, quæ lex non est, considerare: sed substantiam eorum, quæ cito. Sed dic, amabo, docte Fisce, quid refert præcesserint, vel sequantur capitula; non ne id ipsum, quod constitutio dixerat, capitula quoque iubent? Num id circo sic loquutus sum, vt hac uia probarem capit. Si aliquem, loqui de inuestitura pro se, & descendentibus ex corpore, sicuti Domi. Pisanellus hoc probare laborat? Non quidem hoc egemus in feudo antiquo propter ea, quæ à me explanando verba Andreæ latè in medium producta sunt, indigna profectò auribus doctissimorum Iudicum auctoritate. Item tua, & mea isthæc sunt, quæ tu nunc obseruas, meliora substitue. Fisc. Addunt quoque capit. Si aliquem, minimè locum sibi vendicare, nisi quando feudatarius intestatus decedit. Camera. Vnde hoc hauriunt? Fisc. A capit. Frederici, constitutionem, qui dum interpretatur capit. Regis Iacobi, Si aliquem, dicit quòd collaterales ab intestato succedant: hic autem dispositum est de forma succedendi per inuestituram, ergo. Camerar. Ha, ha, ha. qui hodie audire inuitus cogor? Neque enim ipsi argumentum hoc formare norunt, neque doctus Cannetius penetrando viscera cap. constitutionem, ut dicebat, illis respondit: dicere namque, aduersarii poterant duobus modis feuda ad nos venire, successione nimirum, & inuestitura, capit. j. in princip. de gradib. success. Itaque cum capit. Si aliquem, loquatur in casu, quando feuda ad nos ueniunt successione sola minimè extendi debet, ubi adest inuestitura, per text. in capit. j. de duob. fratrib. Fisc. Quid tu illis tunc responderes? Camera. Quid nihil dicenti respondendum est? ubi est vltima uoluntas, fac tu pro eis minorem silogismi. Fisc. Inuestitura secundum eos loco testamenti erit. Camera. Si inuestitura feudi dicitur contractus nominatus, vt Bart. & omnes in l. Iurisgentium, §. quinimo, ff. de pact. contractus (inquam) per se, vt dicit Andr. in præludiis feud. quæst. 5. ultro citroque obligatarius, ut dicit in cap. j. de form. fidel. & de no. form. & ubique. quomodo tu testamentum eum appellabis? Fisc. Sit error in nomine, & pro uoce testamenti dicamus non habere locum, vbi adest inuestitura. Camer. Vitans Caribdim in Scyllam incidisti, eo quòd uerba capit. Si aliquem, testantur capit. illud locum habere in omni inuestitura, quando sub natura iuris Francorum facta est. Itidem & constitut. ut de successionibus. quibus sic stantibus, quis tam habetis ingenii homo erit, qui dicere audeat capit. Si aliquem, de constitut. ut de successionibus, tunc locum habere, quando inuestitura non apparet. Finge igitur, tu erudite Fisce, quamcunque inuestituram uolueris, & nulla obstabit? Fisc. inuestituram, quæ in re hac facta est, propono, qua feudum hoc, de quo litigamus, datum fuit pro se & hæredibus ex suo corpore descendentibus. Camera. Referendo verba Andr. in constitut.

Vt

Vt de successionibus, conclusum fuit hanc inuestituræ formam in solo feudo nouo posse nocere, quicquid Loffred. & quidam alii somniarint, moti à decisione Afflict. nu. 293 quæ in feudo nouo loquif, sicut & Isern. quẽ citat, qui ĩ feudo antiquo ĩ cõstitut. Vt de successionibus, aliter loquutus est, ubi dixi exclusa opinione Loffredi. sic. n. magnus Guliel. Pernus intelligendus est, cũ in cõmento c. Si aliquem, dicit quando constat de mẽte concedentis feuda, ꝙ alios excludere uoluerit ipsam inuestituram pro se & hæredib. ex suo corpore, in feudo nouo considerãdo, ne sibi ipsi contradicat, qui in multis aliis locis dixit hãc inuestiturã in feudo antiquo minimè nocere. Fisc. Aliter ego verba illa c. cõstitutionẽ, intelligo; cum ait, collaterales ab intestato succedãt, hoc est vt tũc vterinus ab intestato capiat feudũ, quãdo scilicet frater, qui moritur, alterũ hæredẽ in hoc feudo instituisset. & ratio est in promptu, quia si propter uotũ fratris morientis in hoc feudo vterinus succedit, per testamentũ contrariũ declaratur, & veritas præsumptioni præferẽda est, c. fi. de præsumptio. ita quidem, ut nõ desint, qui dicant in Regno Siciliæ vltra Farũ ẽt in feudo dato pro se & hæredibus ex suo corpore, secundũ naturã iuris Frãcorum, fratrẽ uterinũ, cessante testamento, succedere. Camer. Nego ego propter uotũ fratris morientis feudum uterino dari, nil de hoc leges dicunt, sed sola legis prouidẽtia iuris Regni eũ admitti. secundo verò qui c. constitutionẽ, sic interpretantur, verba cap. ut decet, nõ ponderant. Fisc. Quid in verbis literæ obseruandũ est? Camer. Cũ litera dicit, uel de nouo quæsita, dicere debeat, sed non, uel & de hoc dixerit: nempe ut si feuda paterna, uel auita, non fuerint, sed de nouo quæsita collaterales ab intestato succedant, & sufficiat eis in feudo hæredes esse, ut dixi super auctoritate Andr. in capit. j. §. quid ergo. de inuestitu. de re alie. fact. non est contra somnium illorum, qui tenent, ut propter uotum fratris uterinus admittatur, & contra eos, qui dicunt in inuestit. pro se & hæredib. ex corpore, fratrem in feudo nouo succedere. vix enim in feudo antiquo, quando datum est pro descendentibus ex corpore, uterinus admittitur, interpretationẽ ergo recipit, ut succedat in feudo antiquo, non autẽ in nouo, nõ quidẽ inuestituræ ex corpore duntaxat. at in c. Cõstitutionem, uel in c. Si aliquẽ, meminerunt generaliter loquitur, sed solius iuris Francorũ mentionẽ faciunt, quod locum habere potest in feudo nouo dato pro se & hæredibus, licèt in con stitut. ut de successionibus, per Andr. ita distinguatur etiam in inuestitura ex corpore. hoc plane est feuda rectè interpretari, non autem insulsè illa aggredi, ac dicere capit. constitutionem, etiam locum habere in feudo nouo, quando inuestitura est facta pro descendentibus ex corpore, non autem in antiquo, de quo nunc tractamus. Fisc. Andreæ subscribis, uolenti in constitut. ut de successionibus, ubi Afflict. in 5. regula, ut inuestitura secundum naturam iuris Francorum facta nequaquam in successione collateralium locum primogenituræ habere possit, pro ut tenent quoque Pern. in consil. 7. & aliis, atque in explanatione dicti capit. Volentes, Anton. quoque de Alexand. in consil. ultimo, impresso inter consilia Loffred. nume. 57. Ioann. Aloys. in explanatione capit. Volentes, & ante eum Gualter. in allegationi. Terræ nouæ. Hi certè omnes clara uoce opinioni Andr. de Iserni. hærent, negantes in linea collaterali ius primogenituræ locum habere. Camer. Cum uestri Siculi capit. Regni Siciliæ præ cæteris non solùm intelligant, uerum etiam illa explanando, cæteros quid capitula senserint, meritò docere possint. Miror quomodo nemo eorum, quos aceruasti, rationem in medium proposuerit, cur in linea collaterali primogenitura locum habere non debeat? Fisc. Tuo ex ore, te loquente, hoc audiuimus. Camer. Tres de iure communi considerantur lineæ. prima ascendentium, altera descendentium. Tertia collateralium, quæ iterum collateralium, hoc est fratrum, altera collateralium ascendentium, ut patruus, & tertia collateralium descendentium, ut nepos, in quibus propterea nunquam ius ciuile naturam iuris Francorum considerauit, quoniam hæc consuetudo à pacto originem habuit, postea uerò in consuetudinem penes Francos in linea descendenti transitum fecit. quod intuens Isern. de iure communi loquens, dixit in sola linea descendenti, non autem in collaterali ius primogenituræ, secundum consuetudinem Gallorum, vel pacto expresso ab Italis, si ita factum esse probetur, aliter non præsumatur,

tur,non autem in linea collaterali locum sibi vendicare, quæ naturam hanc iuris Francorum non nouit,nullam quidem legem de collateralibus loquentem, uel consuetudinem aliquid in linea collaterali statuentem uidimus,sed in sola linea descendenti,unde fit ut minimè Andr.ita loquatur,quasi linea collaterali exclusa à primogenitura,& cõsequenter exclusa sit ipsa linea collateralis,ne in feudo succedat: absit nos ita uerba Andr. intelligere, magis autem ut tunc secundum ius cõmune,sublata hac qualitate iuris Francorum, ut ius vult, succedant per l. si cui, ff. de fer.uen. & l. quamquam,ff.de rit. nuptia. quemadmodum uisis his, quæ ego scripsi in causa successionis Comitis Aliani Neapoli, à peritissimis Iudicibus iudicatum fuit de iure cõmuni feudorum Andr.sic loquitur,non autem in Regnis utriusque Siciliæ. nec propterea bene loqui posset,quia c.Si aliquem, cætera inuocando, ad lineam collateralem. quoq; hoc pactum produxit, itidem & constitut.ut de successionibus,quę id ipsum paulo ante statuerat,per quæ quàm grauiter uester Siculus Saccurasa errauerit,quando sub hac inuestitura feudum datum est,repellendo fratrem & sororem à successione primogeniti iam præmortui, quem Pern.in citatis consiliis iure merito reprehendit, prouidentiæ c.Si aliquem,hærendo. tu nunc his auditis, rectè iudica. Fiscvs. Cur inuestiturã hanc iuris Francorũ ex pacto & prouidẽtia multi eximii uiri uocitant? Camer. Illi,qui scilicet terminorũ feudalium expertes sunt, semel de hac re in explanatione uerborum Andr.de Isern.loquẽs,hoc explicaui,illa hic repetita esse uolo. Fisc. Legisti tu aliquando Cassaneum super consuetu. Burgundiæ? Camer. Diù est,q ipsum legi, atq; oĩa, quæ scripsit in 7.rubrica de successionibus,ut decet,ponderaui. Fisc. Multa contra Alferiũ in simili fermè casu scripsit. Camer. Frustra ad hunc casum illa trahuntur, tum quia non inuenitur consuetudo inter illas,quæ ius cõmune obliteret,sicut usus feudorum per cõstit.& capitula Regni obliterantur, quemadmodũ ipse in d.rubri.§.7.in fine palam fatetur;& deinde,quia post longã recitationem doctrinarum,tandè in §.8.col. 1007. ibi, ex quibus. & in add.Alferium præfert. Fisc. Si eam rationem,quam Iudices causæ huius perpetuo in ore habent, tu excludere poteris,tibi palmam uictorię protinus cedam.dicunt namq; ipsi,si primum acquirentem feuda hæc interrogare ualeremus,proculdubio negaret se aliquãdo cogitasse extraneũ uterinum agnato descendenti ex lumbis eius præferendum esse. tenet ergo argumentum hoc huius vehementis præsumptionis, l.tale pactum, §.fi. ff.de pact. & cõfirmatur hoc; quia pro se suisque, nõ autem pro extraneis feudum acquirere vnusquisque cogitat, c.j. de duob. fratrib. & l. nec auus, ff.de condit. & demonstr. Camer. Veluti epilogo quodam finem imponendo huic longissimo consilio aliquas propositiones rectè in his, quæ præcesserunt, digestas resumam, quibus in profundum maris hoc argumentum submergam. uera quidem est hęc prima propositio, nempe prouidentiam constit. Regni nihil curare de prouidentia iuris communis feudorum, sicuti probatum est supra elucidando uerba Andreæ. uera quoque & hæc secunda propositio, quippe ut constit. ut de successionibus, non. quarto gradu non. septimo coniunctum in linea collaterali, sed uterinum, uel nepotem, qui 3. propositio. nimirum cap. Si aliquem, omnia quæ contraria essent exclusisse per uerba illa in fine cap. Si aliquem, posita. de cætero præcipimus, qualibet contraria consuetudine, uel constit.cessante. Fateris hæc? Fisc. Quisquis illa negauerit, portentum quoddam afferre videbitur, atque literarum expers reputabitur. Camer. Cur igitur stantibus his, quid primus acquirens cogitauerit, quærunt,vulga.l.in re mandata, C.manda.? quæ etsi perquàm dura sit, debeat seruari, l. prospexit, ff. qui, & à quib. Ecce iam tempus, vt regrediar: scriptum est enim,

*Contra uerbosos noli contendere uerbis.*

Sed caue tu, ne aliquando in medio flãmarum inferni positus frustra cum epulone clames petens, ut hæc Iudicibus manifestentur, ne tędio studendi his, ut decet, aut quamquàm cognitus tecum pœnas dare cogantur. Fisc. Caue tu potius, qui expers terminorum nostrorum absque priuilegio te iudicem fecisti, ne pœnas has daturus sis. Camer. Mane in pace, ego iam recedam, ut cap. j. de success. feud. cap.j.de natur.success.feud.& cap.j.an agna. commentaria mea typis emendata tradam, in quibus omnia, quæ doctissimi Siculi, tum explanando capitula Regni illius, tũ cõsulendo,doctè scripserunt longissimis disputa-

ſputationibus, ſi ita neceſſe erit, tractabo. tunc enim uidebis, quomodo doctiſſimis Siculis Neapolitani minimè contradicunt, quandoquidem Pern. Blaſc. Lanz. Cannetius, Io. Aloyſius, & alii multi Siculi, quorum memini, qui feuda callent, dexteram quoque nobis Neapolitanis dederunt: ita quidem, ut unius ſententiæ ambo perpetuò fuerint. Verum quia non omnibus datum eſt adire Corinthum, quidam iuniores Siculi, & patribus eorum, quos ſequi deberent, & nobis quoque, quibuſdam portentis, quę nulla lege probantur, reſiſtere conſueuerunt pro honore tum doctiſſimorum Siculorum, tum Andreę, & cæterorum patrum noſtrorum Regni Neapolitani, plenè oſtendere conabor, quomodo hi inuicti Feudiſtæ à patribus vtriuſque Regni Siciliæ apoſtatantes, auditores eſſe debent, ea intelligendo, ſi potuerunt, quæ à maioribus noſtris poſt multas uigilias optimè digeſta accepimus, ut deniq; mundus iudicet, qui magiſtri, qui uerò diſcipuli debeant eſſe. Hæc enim eam ob cauſam ſcripta ſunt, ut duas inueſtituras, ut decet, omnes intelligant; alteram, quando feudum datur pro ſe & hæredib. ſuis, uel pro ſe & hęred. ſuis ita, ut iure Francorum uiuant, prout facta eſt in feudo Dimidii Catuſi, oſtẽdens Alferium, fratrem uterinum, in Regno apertè excludere Antoninum; alteram, quando quodcunque aliud feudũ datum fuiſſet anteceſſoribus eorum, concedẽdo feudum primo acquirenti, & deſcendentibus ex corpore ſuo ita, ut in eo uiuatur iure Frãcorum, ſimiliter Dominũ Alferium, eundem Antoninum excludere: tunc enim uidebis delirare eos, qui tenent, ut feuda hæc uideantur concedi primogenitis dumtaxat, ignorantes omnes ſuo tempore fieri primogenitos, quando aliis mortuis ipſi primi reperiuntur, & quomodo dare feudum pro ſe & deſcendentibus pro ſe & filiis, pro ſe & liberis, pro ſe & primogenitis, ex quo feudum ex pacto & prouidentia non hæreditarium cõſtituatur; quibus omnibus ſi addatur notula, hæredibus, dicendo; Do tibi feudum hoc & primogenitis hæredibus, omnes hæ inueſtituræ erunt hæreditariæ ratione uocis additæ, hæredibus. Vale.

Bartolomæus Camerarius
Beneuentanus.

FINIS.


VIRTVS DERIDET IMPETVS